


3. a. 27



v. Polerana  
2  
2  
4


292

3. a. 5

27

v. Polerana

2  
a  
4



CONTINUED  
A  
35  
292

L. G. B.

Del Coll<sup>o</sup> della Comp<sup>a</sup> de' ty de' gran<sup>a</sup>  
da

Commentaria

IN PSALMV M  
CXVIII.

Liberia

12.114


*Per R. P. F. Alfonsum de Aucndano Benen-  
tanum, Dominicani instituti, generalem Pra-  
dicatorem, ac Priorem S. Dominici de Gua-  
dalajara edita, in gloriam Dei & Sacrosanctae  
matris Ecclesiae obsequium.*

Habes in hoc opere candide Lector,

Et quae ad CONCIONES ad populum habendas  
conferunt quam plurima,

Et quae ad INTELLECTVM Sacrarum literarum  
adiuvant non pauca.

Cum triplici Indice, Sermonum, Authoritatum,  
ac praecipuarum Sententiarum.



VENETIIS, M. D. LXXXVII.

Apud Haredes Melchioris Sella.

F. ALFONSVS  
de Auendano  
PIO LECTORI.



*P*M diu mecum ani-  
mo voluerem (pie ac  
Christiane Lector)  
quid potissimum ex  
laboribus meis im-  
pertiri possem, quo  
& Ecclesie sanctae  
Dei obsequium, vel  
exiguum praestare,  
filijsq; eius ac confratribus meis vsui aliquan-  
tulum esse possem; a multisq; hortarer, vt ca-  
omnia quae apud celeberrimum Cenobium san-  
cti Stephani Salmanticensis per septem fere  
continuos annos in publicis concionibus dix-  
eram, certo volumine atque per ordinem digesta  
congererem, & in Latinum sermonem transl.

ta in publicum darem : cum eorum hortatibus nullatenus acquiescere potuissem , ea maxime ratione commotus ( præter hoc quod multi hunc laborem hac tempestate insumpserunt , pluresq; iam libri Concionibus referti conscripti sunt , atque in ore iam omnium versantur ) quod hic tantus labor pigris potius ac sacras , & continuas lectiones aspernantibus , quam studiosis & diuinis literis incumbentibus conueniret : illi enim omnia congesta quærun , & in unum cumulum ea adunata , ne nimio labore inquirendi conficiantur , nec libros alios euoluere illis opus sit : id autem non solum desides ac ignauos studiosos reddit , verum inertes , ac timidos , nec ingenia sua exercere ausos , aut periclitari contententes , quid per se inuestigare , ac inuenire possint , quomodo inuenta suis locis insculpere atque adaptare scirent : sed memoriter addiscentes , quæ legunt & secum ruminantes , eo modo quo hausserunt euomunt , aliorum potius dicta ore tenus referentes , quam ea quæ secum diu meditando profundoq; labore excogitando quasi propria fecerunt eructantes : quare nec ea vi , ac energia proferre poterunt quam si præconcepta exerarent : cum hæc ab imo prodeant , illa à superficie tantum exire videantur : unde & minus viles huiusmodi sermones esse experientia testatur . Hæc ratione sim-

mulatus

mulatus alias mihi vias explorandas esse censui , quibus & meum in publica commoda animum propensum explicarem , & quas in Sacris literis enucleandis , sententijsque parum inueniendis operas vigiliasque impendissem , & qua semita , tam ea quæ ad moralem doctrinam , quæ in publicis concionibus docueram , quam quæ ad literalem sensum , quem privato labore erueram pertinerent , ostenderem , ac propalarem . Quod cum animo meo indices ego ipse versarem , incidit mihi consilium bonum , vt Commentarios super Psalmum centesimum decimum octauum conscriberem , in quibus vtrumque hoc munus expendere possim : nam in literalem sensum enucleandum ea quæ huic labori studia dedi ostendere possum , atque in communem proderet utilitatem ; in eo enim quod locus vnus sacræ Scripturæ declaratur , plura alia loca illi consona etiam ibi interpretanda se intromittunt . Est quippè sacrarum literarum codex veluti cithara quedam , talium vocum concinnitate temperata , vt cum vna pulsatur , protinus aliæ quasi vocatæ spontaneo sonitu illi respondeant ; nam vna vox alias sibi consonas , quasi ad se vocat & trahit : sic vnus sacræ pagine locus alios sibi quasi correspondentes excitat . Quare si attente legeris , videbis ferè omnia testimonia , quæ ex sacris Li-

ea in publicum darent: cum eorum hortatibus nullatenus acquiescere potuissem, ea maxime ratione commotus (præter hoc quod multi hunc laborem hac tempestate insumpserunt, pluresque iam libri Concionibus referti conscripti sunt, atque in ore iam omnium versantur) quod hic tantus labor pigris potius ac sacras, & continuas lectiones aspernantibus, quam studiosis & diuinis literis incumbentibus conueniret: illi enim omnia congesta querunt, & in unum cumulum ea adunata, ne nimio labore inquirendi conficiantur, nec libros alios euoluere illis opus sit: id autem non solum desides ac ignauos studiosos reddit, verum inertes, ac timidos, nec ingenia sua exercere ausos, aut periclitari contententes, quid per se inuestigare, ac inuenire possint, quomodo inuenta suis locis insculpere atque adaptare scirent: sed memoriter addiscentes, quæ legunt & secum ruminantes, eo modo quo hausserunt euomunt, aliorum potius dicta ore tenus referentes, quam ea quæ secum diu meditando profundoque labore excogitando quasi propria fecerunt erucentes: quare nec ea vi, ac energia proferre poterunt quam si præconcepta exerarent: cum hæc ab imo prodeant, illa à superficie tantum exire videantur: unde & minus vtilis huiusmodi sermones esse experientia testatur. Hac ratione stimulatus

mulatus alias mihi vias explorandas esse censui, quibus & meum in publica commoda animum propensum explicarem, & quas in Sacris literis enucleandis, sententiisque patrum inueniendis operas vigiliasque impendissem, & qua semita, tam ea quæ ad moralem doctrinam, quæ in publicis concionibus docueram, quam quæ ad literalem sensum, quem priuato labore erueram pertinerent, ostenderem, ac propalarem. Quod cum animo meo indies ego ipse versarem, incidit mihi consilium bonum, ut Commentarios super Psalmum centesimum decimum octauum conscriberem, in quibus utrumque hoc munus expendere possim: nam in literalem sensum enucleandum ea quæ huic labori studia dedi ostendere possum, atque in communem proderet utilitatem; in eo enim quod locus vnus sacræ Scripturæ declaratur, plura alia loca illi consona etiam ibi interpretanda se intromittunt. Est quippe sacrarum literarum codex veluti cithara quedam, talis vocum concinnitate temperata, ut cum vna pulsatur, protinus aliæ quasi vocatæ spontaneo sonitu illi respondeant; nam vna vox alias sibi consonas, quasi ad se vocat & trahit: sic vnus sacræ pagine locus alios sibi quasi correspondentes excitat. Quare si attente legeris, videbis ferè omnia testimonia, quæ ex sacris Li-

teris in hoc opusculo accersimus, in sensu proprio, ac literali adduci, in quo ad confirmandas assertiones nostras maiorem habent vim ac energiam. Quod si totus concionator essem, id minimè facere possem, nec oporteret, cum ad moralem doctrinam mystici, ac tropologici sensus accommodatiores esse soleant, ut in Diuo Gregorio super Iob intueri licbit. Tamen quoniam Psalmus iste totus æthicus, ac moralis est (ut sancti ac interpretes docent) non paruum nobis materiam suppeditat, ut plura quæ cum moribus componendis tum concionibus publicis habendis conducunt afferamus. Diuus Hieronymus ad Paulam Vrbicam de interpretatione alphabeti Hebraici Tomo tertio, docet omnem moralem locum in hunc Psalmum comprehensum esse. Vbi more Philosophorum sacram Scripturam partitur in Physicam, Æthicam, Logicamque siue Rethoricem aut Dialecticam. Physica, id est, rerum naturalium cognitio in Genesi, ac Ecclesiaste comprehenditur; Æthica, hoc est de moribus doctrina, in Prouerbijs, & in omnibus sparsim libris; Dialectica vero siue Rethorica in Canticis & Euangelijs continetur; licet Apostolus quoque sæpè proponat, assumat, confirmetq; atque concludat, quæ propriè artis Dialecticæ sunt. Hactenus Hieronymus. Tamen secundum eius

doctri-

doctrinam & omnium qui hunc Psalmum interpretati sunt, totus in morali doctrina comprehenditur: cum in quolibet versu de lege Dei tractet, ac doceat, quæ humanorum actuum, ac morum moderatrix, ac directrix est. Nec tamen sic studium hoc assumere possumus, ut quasi integram concionem de quolibet versu faciamus; hoc enim esset in immensum opus protrahere, & in eadem salibra quam cuitare contendimus ruere; de hoc quippè ut statim diximus, optimi ac grauissimi viri his temporibus plura scripserunt, quæ iam prælo mandata omnibus peruia erunt; sed sparsim ac tumultuariè, ut sese in quolibet carmine occasio offert; aliqua ad mores conferentia, vel dicere, vel insinuare; ita quod nullum omnino versum reperies in quo non aliquid, etsi aliquando modicum sit, ad tale perti- nens propositum dictum inuenias. Habebis enim in scriptura hac veluti symbola quedam diuersarum dapum, quibus lassum, ac fastidiosum animum reficere (si libuerit) possis: Ac sicuti ille qui sat a sua diuerso semine implet, utpote si triticum simul ac bordecum, millium, piper, in agro suo seminaret; hic vidibis nonnulla tritici grana nasci, sed statim mediare bordecum, vel alia semina, at post hæc rursus alia eiusdem tritici grana pullulare, & sic pro-

rinus alterius speciei semina se se in medio offerunt, rursus virefcere videbis triticum : ex quibus omnibus tuos manipulos triticei seminis colligere poteris : sic in hoc mea exiguitatis opere lectori continget, in quo de misericordia, de iustitia, de humilitate, de superbia ; de Christi Domini conceptu, ortu, vita, morte ac resurrectione, & de quâ pluribus alijs materijs quasi diuersa semina sparsim & tumultuariè seminata ac dicta reperiet ; atque hic nonnulla de misericordia dicta leget, sed confestim de iustitia, de humilitate, vel de alia qualibet re inueniet verba ; ac post hæc de misericordia rursus germina reperiet, quæ quasi intercludi aliarum rerum sententijs videbuntur ; sed tandem alia, & alia vice eiusdem generis grana virorem suum exprimentia habebit, ex quibus omnibus aliquos huius, vel alterius materiæ manipulos colligere, ac coadunare licebit. Igitur quoniam ad moralem doctrinam tradendam hic Psalmus mihi aptissimus visus est, illum mihi assumpsi interpretandum. Vnde in glossa super hunc Psalmum sic dicitur ; Hic Psalmus totus est morali doctrina insignis, omnis autem doctrina moralis suavis est, in qua hic Psalmus eminet cæteris. Alij enim Psalmi tanquam minores stellæ aliquatenus lucent, iste

autem Psalmus quasi Sol pleni luminis meridiano calore feruens totus morali dulcedine splendet. Psalmus iste institutor est fidelium, paradifus omnium pomorum, apotheca Spiritus sancti, qui quanto in superficie verborum videtur apertior, tanto mysteriorum altitudine est profundior. Accessit ad hoc quoniam inter cæteros Psalmos hic communior est, atque à Prima vsque ad Nonam per singulos dies in vniuersa canitur Ecclesia. Quare non solum vtile imo & necessarium iudicavi, vt aliquam eius elucidationem præ manibus haberent Ecclesiastici viri ; ne ieiuni, & absque aliqua intelligentia, quotidie illum ore tenuis recitent : Nam cui totum hunc nostrum commentarium legere tædio fuerit, habet à principio cuiuslibet versus breuem, ac literalem eius interpretationem simul & connexionem ac consequentiam, qua cum præcedentibus connectitur. Sed quoniam de excellentijs huius Psalmi plura in præfatione dicenda sunt, ab his supersedendum modo erit, si prius tamen lectorem præmonuerim circa nonnulla, quæ in hoc opusculo forsân digna correctione videbuntur. Primum stylus fortè displicebit alicui, vel quia tenuis ac submissior, vel quia profluus aliquando videbitur. Huic tamen Diuini Hieronymi sententiam oppono, qui Pamachio amicis



amicissimo suo scribens, sic ait. Porro eloquentiam tuam quam pro Christo in Cicero-  
ne contemnis, in paruulis ne requiras. Eccle-  
siastica interpretatio etiam si habet eloquiū ve-  
nustatem, dissimulare eam debet & fugere, vt  
non otiosis Philosophorum scholis paucisque  
discipulis, sed vniuerso loquatur hominum ge-  
neri. Imo & Damaso Pontifici scribens atque  
parabolam filij Prodigij declarans, rethorum  
flores atque Poetarum lusus siliquis porcorum  
comparat. De quibus peccator atque mundanus  
impleri cupit ventrem suum; quasi hoc non sit  
filiorum, sed porcorum, qui relicta veritatis  
substantia his lusibus gaudent, atque in sacris  
literis quæ animas instruunt etiam lenocinia  
verborum, quæ aures mulciant, imo & nescio  
quas phrasas, quæ voluptate carnem afficiant,  
querunt atque concupiscunt. Quibus testimo-  
nijs adductus cum primam huic operi admoni-  
manum, communissimo atque triviali stylo il-  
lud decreui perficere, quatenus omnibus faci-  
le ac peruium esset, nec viderer potius verba,  
quam sententias querere. Sed cum reuer-  
sus ad Cœnobium Salmanticense (nam alibi  
initium huius commentarij feceram, nempe  
cum conuentui Ciuitatensi præssem) reuersus  
inquam ad nobile illud monasterium, vbi to-  
tius eruditionis Studium viget, ibique religio-  
sus

fos ac eruditos viros variaque scientia refer-  
tos simulque mihi charissimos aduocassem,  
eisque cartulas aliquas huius commentarij  
legendas dediſsem, visum est illis, vt aliquan-  
tulum eleuarem stylum, vel saltem non aded  
submissis ac trivialibus verbis in Sacris lite-  
ris referendis vterer; quorum acquiescens con-  
silio, & aliqua verba ex his quæ iam scripta  
erant immutavi, & deinceps maioribus atque  
cultioribus vsus sum verbis. Nunquam ta-  
men induci potui, vt periodos numerumque  
obseruarem verborum, quæque venustate sen-  
tentias clauderem attenderem, hoc reputans  
immo & experientia noscens impossibile esse,  
plurima quæ ad variam doctrinam pertinent  
dicere, & simul ornatui verborum atque  
sententiarum ponderi attendere, maximè cum  
in animo fuerit passim patrum sententias at-  
que sacrarum literarum testimonia asferre,  
immo vbiunque sese occasio obtulerit verbis  
ipsis Sacra scripturæ, quasi ludere atque pro-  
pria facere, & per ea sententias meas in  
medium proferre atque effari, quod in Dino  
Bernardo alijsque sacris Scriptoribus fami-  
liare esse videmus. Memini me in epistola  
quadam Diuum Hieronymum Augustinum  
taxare tanquam profluum prodigumque ver-  
borum, nec qui presso, ac succincto stylo  
scripta

scripta mandasset . Quem tamen excusans Erasmus in scholijs suis dicit , id Divus Augustinum fecisse ex copia nimiaque abundantia doctrinae , ac sententiarum , quae illi in ipso scribendi tempore occurrebant , quibus praepeditus ( ne à memoria elaberentur , vel alibi non tam opportunè dicerentur ) non poterat periodos ea breuitate , qua composita oratio postulabat claudere , sed longo hyperbaton prolixius eas protrahere necesse erat . Mihi ( fateor ) non ea copia sententiarum , quae Augustino occurrebat ( quis enim ego cum tanto viro , aut quid formicae cum elephanto simile ? ) tamen eas tenues sententias , quae dum scriberem sese obuias offerebant , intermittere non poteram , ne è manibus statim abirent , aut alibi non ita commode scriberentur ; quare nulla ratione hunc in scribendo nitorem atque ornatum seruare potens fui , imò forsan , & si vellem non valerem , nec enim artem hanc erudite loquendi , ac scribendi didici , nec religioso ac Christiano viro necessariam puto . Verba quippè Christi plano simplici que stylo docenda sunt , nec tantæ veritatis pondus rethorum adiuuentis indigere credendum est ; alioquin ( vt Paulus infert ) enacuaretur mysterium Crucis , quod per se ad animas immutandas atque alliciendas vali-


dum

dum ac sufficiens est , de quo plura in ipso opere Deo dante docebimus ; id solùm quòd à natura accepi , tam in docendo , quàm in scribendo profero , nec arte loquendi id colere operepretium fore existimaui . Quare quae occurrebant verba ea scribebam , utilius me reputans agere , si sacros Doctores potius quàm Latinos legerem ; & nihilominus non ita humilem , ac contemnendum credo stylum huius operis esse , vt non etiam ab eruditis absque nausea legi possit . Nam etsi aliquando verbis abundare videar , repetitaque fastidium alicui generare possint ; tamen quia sapientibus , ac insipientibus debitores sumus , vt qui minus apti sunt intelligere valeant , repetere ac inculcare , immò & immutare verba aliquando necessum esse existimaui . Quòd si istis qui cultum , ac ornatum in verbis nimis amant , displicere laborem nostrum contingat , esto ; dummodo religiosis , ac pijs viris , & qui simpliciter sacras diligunt literas , gratum ac acceptum sit . Aduertat etiam prudens Lector , quòd si aliqua in hoc opere repetita sibi videntur , id fieri , vt alia iam antea dictis addantur , vel vt ea quae simpliciter prius , vt proposito congruebat fuerant dicta , altius ac sublimius dicerentur .

Quòd

Quòd si quis forte nonnulla ex his , quæ in hoc scripta sunt opere in aliquo doctore , siue prelo mandata , siue manu scripta repperit , sciat me non ex meo capite loquutum fuisse , sed quæ à viris doctis accepi ea hic coadunasse , secundum quod proposito conuenire iudicauit ; nec tamen ideo minoris æstimanda sunt , perinde enim esset ob hoc mea dicta contemnerè , ac si quis inueniens ortum fontis , quem in hortu suo habet , contemneret illum qui per aqueductus & fistulas fontem illum in domum suam collectis aquis introduxit . Hæc sunt quæ videntur mihi posse ab alijs in hoc opusculo taxari , plura alia erunt quæ lima ac correctione digna sint , quæ ego agnoscere forsitan non potui , cum vnicuique eructus suus bene olere soleat . Qui autem inuenerit , obsecro , vt piè atque Christiano amore taxet , corrigat , emendet , atque me certiolem faciat , vt si forte secundo edidi contigerit opus hoc , emendatiora , & quasi innouata accipiat : atque omnia subinde Sacræ Ecclesiæ correctioni submitto . Quod si fortè gratè acceptus sit hic labor noster , alia forsitan cultiora atque auctiora ex officina nostra aliquando prodient , quæ quasi gratitudinis ob acceptum beneficium obsequium sint . Nam & super Matthæum Commentaria scribere in ani-

in animo est , in quibus plura , quæ hic desunt , tam ad moralem , quam ad literalem sensum conferentia strictiori ac breuiori Stylo comprehendemus . Vale prudens ac Christiane Lector , meque Deo Optimo Maximo tuis precibus commendatum habeto .



TABV-

*Isti sunt Doctores ex quibus que in his Commen-  
tarijs scribuntur, selecta sunt.*

Augustinus.  
Hieronymus.  
Ambrosius.  
Gregorius.           :           :  
Chrysostomus.  
Basilius.  
Hylarius.  
Cassiodorus.  
Glossa ordinaria.       :  
Lyranus.  
Burgensis.  
Doctor incognitus.  
Dionysius Carthusianus.  
Hugo Cardinalis.  
Caietanus.               :  
Titelmanus.  
Cornelius.  
Iansennius.  
Sixtus Senensis.  
Magister sententiarum in Psalmos.  
Cathena aurea Puthæi in Psalmos.  
Iacobus de Valencia.  
Arnobius.               .  
Benedictus Parisiensis.  
Ioannes Campensis.

# T A B V L A SERMONVM.

*HABES IN HOC ELENCHO,  
OPTIME LECTOR, insinuationes  
quasdam quibus, ea que in hoc opere con-  
tinentur adaptare possis Euangelijs ac fe-  
stiuitatibus, tam temporis, quam Sancto-  
rum, que per anni circulum à concionato-  
ribus predicari solent; & vt melius inue-  
nire possis, Numerum, intellige signare  
Folium: Litteras a, b, primam aut secun-  
dam Paginam; Verbum autem quod post  
numerum scribitur, significat ibidem inci-  
pere rem illam ad quam per numerum re-  
mitteris. Tu verò ingenio ac sagacitate tua,  
alias inuenire poteris applicationes melio-  
res forsàn & aptiores, quam que tibi hic  
insinuantur.*

*DOMINICA PRIMA ADVENTVS  
secundum fratres Predicatores.*

**C**Um appropinquasset Iesus &c. De desiderio  
Patrum de aduentu Christi. 82. 83. Ego ta-  
men. 135. vsq; 137. Vero. & 251. 252. Illi quidē.  
Et quia hic introitus in Hierusalem significat il-  
lum misericordix, quem fecit factus homo in  
mundo, in quo ostendit misericordix sue opera.

b           Vide

## Tabula Sermonum.

- Vide 199. vers. 8. per totum.
- Et in illud, Turbæ quæ præcedebant &c. 279. Quare cum Christus. Super illud. Quia Dominus his opus habet. Intelligendo per hæc animalia peccatores, poteris tractare quomodo Deus dicatur illis indigere ad bonum electorum. 409. vsque 411. Obserua. Et si vis super illud Epist. Nox præcessit, &c. 281. Nox præcessit.
- Quia fuit Aduentus misericordiæ, potes agere de Dei misericordia & eius effectibus. 422. vers. 4. per totum.
- Quomodo nos aliter Christum expectamus, quam antiqui patres. 447. b. vers. 6.
- Vestimenta quæ posuerunt Apostoli super asinam, sunt sacræ cæremoniæ Ecclesiæ. 448. & seq. Hoc est. Quomodo Christum desiderauerunt antiqui, & quomodo nos desideramus. 468. a. vsq; 469. a. At verò.
- Dominica Secunda Aduentus, quæ est prima secundum vsum Romanum.*
- De iudicio finali. De maledictionibus quibus feriuntur impij. 80. a. Maledicti qui declinant. 81. a. Hoc opprobrium.
- Super illud, Leuate capita vestra. 132. Quia iudicia, 165. a. versu. 4. per totum. De pœna damnatorum. 142. a. Confunduntur etiam. 335. b. Hoc est aliud. 353. b. Aliter intelligi.
- Quomodo in Deo sit iustitia, & quid efficiat. 385. b. 386. a. Iustus es Domine.
- Vult Deus vt in præsentem nosmetipsos iudicemus, vt suum euitemus iudicium. 419. a. Obserua. per totum versum.
- De maledictione illa. Discedite a me &c. 421. b. Longè.
- Super illud. Quod apparebit tunc signum filij hominis. 456. a. Est enim ciux.

Quo-

## Tabula Sermonum.

- Quomodo hunc aduentum desiderent iusti. 468. a. Est ergo Christus. 468. b. De Christo.
- Dominica Tertia.*
- Super illud. Arundinem vento agitatam. 124. b. Sed non præter eundem. 289. b. Septimum quod. 299. a. vers. 2. per totum.
- Dominica Quarta Aduentus, Secundum fratres Prædicatores.*
- Super illud. Dirigite viam Domini. 29. b. & seq. Sed vt ad moralia. 35. a. Itaque propheta.
- IN die Natalis Domini. 82. b. & seq. Ego tamen, & pro Euangelio. In principio erat verbum. 275. a. Potest vltimo.
- IN illud. Erat lux vera, & lux hominum. 312. a. Vel lucerna. 314. a. Obserua.
- Super illud. Sine ipso factum est nihil. 335. b. & sequen. Sed quoniam. 334. a. & seq. Non desunt tamen.
- Super illud. In principio erat verbum. 429. b. Non desunt.
- Quomodo Christus natus homo dicatur manus Dei. 468. a. At verò.
- In Circumcisione.*
- Quod à primordijs alluere debemus diuinis. 44. a. b. Sectundò.
- Quod sit magnum testimonium amoris Dei erga nos sanguine fundere. 59. b. 60. a. Diuus tamè.
- Quomodo circumcisio fuit signum Christi. 286. a. Secundò ex eodem.
- In Epiphania & in Octaua Epiphaniæ.*
- De Baptismo. 46. b. Tertius sentus. Quomodo columbar debemus fieri in Baptismo. ibid. Sed aduerte. Quo tempore Christus nobis apparere debuit. 354. a. Non desunt. Quomodo stella statim orto Christo illuminauit Magos, sicut vix orto sole illuminat terra. 365. b. & seq. Vltimò.

b 2 Do-

## Tabula Sermonum.

- Dominica infra Octauas Epiphania.*  
 Quomodo quærendus Deus. 14. b, Et pauld ante.  
 Super illud. Erat subditus illis. 44. a, & seq.  
 Tribus diebus quæsierunt illum, id est, perseueranter. 11. b, Secundò. 30. b, Dicitur Augustinus.  
*Dominica Prima post Octauas Epiphaniæ.*  
 Quomodo cum Deo & sanctis consilium sumendum est, & eos ad nostra opera inuitandos. 86. a, & seq. Augustinus, & quia eorum consilium est optimum. 154. b, Et exercebor.  
 Super illud. Quæcunque imperauerit facite. 391. a, Dicit ergo vir iustus.  
*Dominica Secunda post Octauas Epiphaniæ.*  
 Super illud. Ego homo sum, habens sub me milites. Quomodo anima non caro dominari debeat. 130. a, & sequen. Sed Dicitur Augustinus. Et in illud. Vis mundari? volo. Quomodo iusti ad bonum vtantur libero arbitrio. 318. b, Sed secundò.  
*Dominica Quinta post Octauas Epiphaniæ secundum fratres Predicatores.*  
 Est euangelium de eo qui superfeminatitizaniam in medio tritici.  
 Quomodo constet Ecclesia ex bonis & malis. 23. a, Altera.  
 Quomodo iusti inter malos luceant. 247. b, Intelligit.  
 Cur Deus patiat iniquos florere, vt zizania inter triticum. 203. b, & seq. & in hoc octonario. 409. b, & sequen. Obserua.  
*Dominica in Septuagesima.*  
 Spes premij operarios solatur. 138. b, Quia sperauit. 80. a, Aliqui. 158. b, & sequen. Hæc, scilicet, Sp. s. Operarij leuant manus ad opus, ad quid eleuandæ manus. 154. a, Demum. Per illos qui vltima hora veniunt. signantur il-

li,

## Tabula Sermonum.

- li, qui in senectute conuertuntur ad Deum. 402. a, & seq. Etenim senum.  
**D O M I N I C A** in Sexagesima. 49. b, & seq. Dixerat. 98. b, Verbum autem Dei.  
 Verbum Dei quomodo accipiendum vt profit. 208. a, b, Sed obserua. Quomodo verbum Dei animam mandat. 248. b, Sed vltimo.  
 Quomodo verbum Dei quoddam est semen sit lux animæ. 313. a, Sed tamen. Super illud. Quia non habebat radices. Quomodo debet esse radice ratum verbū Dei in corde. 314. a, vers. 2. per totum. Quomodo bona opera dicantur fructus 313. a, Sed tamen.  
 Et super illud. Qui habet aures, &c 326. a, vers. 1. per totum.  
 Quomodo verbum Dei custodiat cor & defendat. 328. a, Ecce primum. Et velut placet, Aues sunt noxiæ cogitationes quas abigere debes, ne comedant semen. 330. a, Demones quippe. 331. a, Dicitur Ambrosius alia via. 336. b, 337. a, Quia iniusta est.  
 In lapidea terra arefcit verbum Dei, id est in corde duro & tæmido. 363. b, & seq. Quare etiam. Circa illud. Quod fallaciæ diuitiarum suffocant verbum. 371. b, & seq. Quo supposito. Cur verbum Dei dicitur, semen quod cecidit in terram bonam, quam purum est & defæcatum absque aliqua mixtione mali, non sicut quod cecidit inter spinas. 391. a, & seq. Hoc est. De grano quod cecidit inter spinas, id est, inter curas rerum temporalium, alienas ab homine Christiano. 397. b, Obserua. De virtute verbū Dei. 431. a, vers. 1. ferè per totum.  
*Dominica in Quinquagesima.*  
 De cæco illuminato. 70. a, & seq. Nulli dubiū est. Quomodo sit cæcitas mentis & donum intelle-

b 3 Etus

## Tabula Sermonum.

- Etus lux. 112. a, b, Multotiens.  
 Super illud. Dixit illi. Respice, ad quid debemus  
 leuare oculos 153. a, Sed aduertendum.  
 In illud. Fili David, miserere mei. 348. b, vers. 3.  
 per totum.
- Feria Quarta Cinerum.*
- De hypocritis. 18. b, Sed obserua, Hypocrita, id est,  
 representante, de ijs qui imitatur sanctitatē, &  
 nō assequuntur eā. 108. b, Nō vt hypocrita ope  
 rerur Christianus, sed propter Deū. 150. b, 151.  
 Verum est. Item contra hypocritas. 315. b,  
 Quod si de humilitate. Super illud. Vt videantur  
 ab hominibus. 125. a, Vel aliter. Super illud. Fa-  
 ciem tuam laua. 93. & seq. Confessus sum.  
 Quomodo lachrymis cordis & oculorum est la-  
 uanda facies. 390. b, vers. 8. per totum. Lixiuū  
 quod fit ex aqua calida & cinere ad lauandas  
 animas. Secundum est. 248. b,  
 In illud. Memento quia cinis es. 263. a, b, Assi-  
 dua ergo.  
 Pro exhortatione ad ieiunium, quia sunt haretici  
 modo, qui illud damnant, nunc & tempus fa-  
 ciendi. 353. a, b, Bene ergo dicit Propheta. Et  
 quia hac die dicit inter vestibulum, & altare  
 plorabant sacerdotes, &c.  
 Quomodo ministri Christi flere debent aliena  
 peccata. 383. b, Sed aliqui.
- Feria Sexta post Cineres.*
- De dilectione inimicorum. 72. a, b, Vide alia. 96. b,  
 Vnde lacessitis.  
 Quomodo charitas magnanimos faciat homi-  
 nes, vt condonent iniuriam. 144. b, 145. a,  
 Et aduerte.  
 Quomodo vincendi sint inimici. 244. b, Hæc est  
 victoria. 200. b, Dupliciter.  
 Super illud. Diligite inimicos vestros. 299. a,  
 vers.

## Tabula Sermonum.

- vers. 2. per totum.  
 Quomodo in hoc appareat noua & mirabilis hæc  
 doctrina. 361. a, Irē moralia, & obserua. Sustine-  
 nere inimicos, maxima amoris probatio est.  
 390. b, Obserua.
- Dominica Prima in Quadragesima.*
- Quod per tentationes pergitur ad patriam. 3.  
 Secundo.  
 Quomodo nos permittat tentari Deus. 38. a, &  
 sequen. Etenim. 51. b, Sed sapientia abscondita.  
 Quomodo gerere nos debeamus in tentatio-  
 ne. 84. b, & seq. Tertio intelligitur.  
 Et super illud, Mitte te deorsum, Quantum ma-  
 lum est deijci ab statu virtutis. 104. b, Noli me  
 confundere. Super illud. Expulit illum spiritus  
 in desertum, vt dicit Marcus.  
 Quomodo Spiritus sanctus agiles faciat suos.  
 104. b, & seq. Sed aduertendum. Et in illud. Hæc  
 omnia tibi dabo, &c. 117. b, & seq. In tria vitia.  
 Quomodo per scripturæ verba respondit Chri-  
 stus. 137. b, hoc est. 139. a, b, Sed minimè. Exiit  
 in desertum ad meditandum. 148. b, Gratia.  
 Et in illo. Non in solo pane. 161. a, Quia eloquium,  
 Et in illud. Ieiunauit.  
 Quomodo ieiunium fit vtile, sed cum discretione.  
 207. a, & seq. Sed quoniam.  
 Post baptismum Christus tentatur. 214. a, Acsi di-  
 ceret. 215. a, Sed tamen.  
 Quomodo post tentationē consolatur nos Deus.  
 237. a, b, Sed obserua. Omnes quinque sensus  
 ieiunent. 249. b, Diuus Gregorius.  
 Quomodo iusti carnem affligunt. 259. a, b, De se-  
 cundo hoc est. Quomodo iustus Satanam cal-  
 cat. 261. a, Scit quidem.  
 Cur statim post baptismū tentatus. 315. a, Id est af-  
 flictus, famelicū cibo tetrauit demō, sic oēs suo  
 b. 4 pro.

## Tabula Sermonum.

proprio laqueo capit. 321.a, Obserua. Sed fuge in alta, & deserta loca. 451.b, Et merito. Quomodo fugit à malis in deserto, quoniam nocua est eorū conuersatio. 328. b, vers. 3. per totū. Quod affligenda sit caro per ieiunium, & alia. 339. a, vers. 8. per totum. Pro exhortatione ad ieiunium quando sunt heretici qui illud damnant, tunc est tempus faciendi. 353. a, b, Bene ergo dicit propheta.

Super illud. Hæc omnia tibi dabo, &c.

Quomodo diuitiæ sint laquei diaboli. 373. a, Laqueus etiam sunt & quædam sit caro: quia cum ea nos percutit diabolus. 373.b, Neque ex corporis salute.

Quomodo post tentationem accefferunt Angeli. 385. b, Vel post.

*Feria Secunda. post primam Dominicam in Quadragesima.*

Super Euangelium de Iudicio finali. Matthæi. 61. a, b, Operationes. 80. a, Maledicti. 81. a, Hoc opprobrium. 165. a, vers. 4. per totum.

De pœna damnatorum. 242. a, b, Confunduntur etiam.

Et super illud. Discedite à me, &c. 421. b, Longè. 425. a, Unde Rabbanus.

*Feria Tertia. Dominica prima.*

Super illud. Eiecit euentes &c. Zelo domus Dei, Quis zelus sit hic. 389. b, vers. 3. per totum.

*Feria Quarta.*

Per Ionam significatur aduersitas, & per Salomonem prosperitas, in utraque sit æquus oportet, ne venias in iudicium. 175. b, 176. a, Sed aduerte. Et super illud. Generatio adultera, quomodo peccator sit adulter: quia domus Dei abutitur, sicut adultera domus mariti, ut placeat alieno. 228. b, & seq. Diuus Augustinus.

*Feria*

## Tabula Sermonum.

*Feria Quinta secundum fratres Prædicatores.*  
Super illud. Si filij Abrahæ æstis, opera Abrahæ facite. Quomodo non in sola fide, quæ per Abraham significatur, fidendum est: sed etiam in operibus. 178. b, Præsumptio.

*Feria Sexta.*

Super illud. Hominem non habeo. 68. b, Sed præterea.

Quomodo statim perrexit ad templum ille qui factus fuerat. 376. b, Secundò.

Qui sint claudi in Ecclesia, & quomodo diligendi. 376. a, Hieremiæ 10. Quomodo piscina illa pœnitentium lachrymas significabat: nam per motionem Angeli turbabatur aqua, & cū aqua turbatur ab imo, ascendit limus vsque ad summū, & per Spiritus sancti opus cōmouetur cor, ut desinat peccata sua. 390. b, vers. 8. per totū. Ac cidiam significabat claudus iste. 433. b, Quarta.

*Dominica Secunda in Quadragesima secundum fratres Prædicatores.*

De Chananea. Super illud. Miserere mei fili Dauid, & vbi de misericordia fit sermo. 67. a, b, Cæterum. 422. b, vers. 4. per totū. Dicitur quod erat spiritus fornicationis, qui vexabat filiam eius, & ideo fugit ab ea Iesus. 122. a, & sequen. Ne videant vanitatem. 123. b, & 124. a, In via tua. 130. a, Sed Diuus Augustinus. 332. a, In terrio genere, 336. b, 337. a, Quia iniusta est.

Item super illud. Miserere mei. 136. b, Dicitur etiam. Et hic poteris tractare de vi orationis. 151. & seq. Vel secūdd. 366. & seq. Hoc est. Quomodo appropinquat, & intrat oratio ad Deum. 460. b, Secundum, In domo & in deserto secuta est Christum: quia in prosperis & aduersis æqualiter nos habere debemus. 175. b, 176. a, Sed aduerte.

*Super*



## Tabula Sermonum.

- Super illud. O mulier magna est fides tua. *Quo-*  
modo hæc mulier est ecclesia, cui est necessaria  
fides. 379. a.
- Hic petit. Et fides magna, quæ etiam ad opus fe  
extendit. 79. b, Sed quoniam.
- Et quæ in beatitudine cõpleatur. 380. a, Vel tertio.  
Perseuerantia huius mulieris. 401 a, Crebra hæc.  
Secundum vñm Romanũ est Euang. de Tranf-  
figuratione. vide in festo Transfigurationis.
- Quod erat spiritus fornicationis ille qui vexabat  
puellam, & ideo fugit ab ea Iesus. 426. b, Primus  
est caro. 427. b, Tertius Absalon.
- Feria Quarta eiusdem Dominica.*
- Contra superbiam. 78. a, b, 126. a, Quia ignitum.  
161. a, & seq. Quia ergo. Et quia meminit to-  
rien. passionis suæ, vt id Ecclesia faciat. 174. b,  
Conducit tertio.
- Quanto odio Deus profequatur superbiz vitium.  
240. b, vers. 6. per totum. Etiam fuit vitium am-  
bitionis. 331. b, Aliæ sunt ambitiosæ. In illud,  
Nescitis quid petatis, quoniam superbia stultos  
ac amentes homines facit. 432. b, Superbia.
- Quomodo post factam memoriam passionis filij  
Zebedæi petierũt sedes, quoniam importunum  
tempus est, ad petenda dona cum de passione  
fit sermo. 459. a, b, Vnde hoc capta.
- Feria Quinta de diuiti, & Lazaro.*
- Quomodo bonis malè, & malis benè contingat  
in hac vita. 103. a, Iudicia tua. 204. b, Hæc aut.
- Super illud. Quia recepisti bona, &c. 188 a, Erit  
etiam. 215. b, versu 6. per totum. De gula  
434. Sexta.
- Feria Sexta.*
- Super illud. Auferetur à vobis regnum Dei 302. b,  
hoc est. Super illud. Reddent ei fructus. Quomo-  
do bona opera dicatur fructus 313. a, Sed tamẽ.  
Quomo-

## Tabula Sermonum.

- Quomodo anima sit hæc vinea. 319. a, Tertio  
animam.
- S A B B A T O. de filio Prodigio: 45 b, 46. a, Ni-  
hilominus.
- Super illud. Reuersus in se. Quid fides in peccato-  
re operetur. 140. b, & seq. Certè hoc in illud. Vt  
pasceret porcos, equa punitio: quia ipse pauerat  
obscenas voluptates. 234. b, Hieronymus. 235. a  
vel in veritate tua humiliasti me. 302. b, Hoc  
est. 319. b, Sed aduertere. In illud. Abijt in regionẽ  
longinquam. 387. b, 388. a, Secundò dico. &  
409. a, Si fortè.
- Quomodo peccator dicatur elõgari à Deo. 420. b,  
vers. 3. per totum. & 460. a, Peccator.
- Quo fit ei reddita stolla prima, idest, gratia, & prio-  
ra opera meritoria, quæ in gratia fecerat, & quo  
fit sterilis peccatoris anima. 438. b, vsq; 439. a,  
Intellige etiã. 477. vsq; in finẽ. Prima parabola.  
*Dominica Tertia in Quadragesima.*
- In illud. Fiunt nouissima peiora, &c. De reciduo.  
103. b, Noli me cõfundere. Et super illud. Beatus  
veter qui te portauit. Fuit. n. laudis exclamatio.  
Quid conferat laudes Deo dicere. 242. b, per to-  
rum versum.
- Super illud. Alios septem spiritus, &c. 214. a, Ac-  
si diceret.
- Super illud. Ambulat per loca inaquosa &c. 289. b  
Obserua.
- Super illud. Cum fortis armatus, 399. b, Ciuias  
partia. 437. a, b, Sicut qui inuenit. Et super il-  
lud. Quod dæmonium erat mutum: quia homi-  
nes facit mutos, ne confiteantur peccata sua.  
473. a, vsque 475. a, Hæc si aliquando.
- Feria Tertia.*
- Super illud. Vbi duo vel tres, &c. 156. Certè per to-  
tũ ferè versum. Et super illud vsque septies, &c.  
Quid

## Tabula Sermonum.

Quid numerus septenarius. vers. 4. significet. 440. b. per totum.

**F E R I A Quarta.** 34. a. Cum ergo. 35. a. Itaque propheta.

Pro illo. De corde exeunt, &c.

Et super illud. Populus hic labijs me honora, &c. 57. a. In labijs meis. 94. b. 95. a. Sed observa. Super illud. Sinite illos; Quod sit scandalum Pharisæorum. 443. a. & seq. Verbum.

Super illud. Non quod intrat per os coinquinat hominem. Quomodo coinquinatur cor, & quomodo mundatur. 245. b. vers. 8. per totum. Et pro illo. De corde exeunt, &c.

De custodia cordis. 328. a. vel ut placet Hieronymo.

*Feria Quinta Quadragesima.*

Socrus Simonis sanata ministrabat Christo. 61. a. b. Operationes.

Quæ sit salus aut febris animæ. Vel tertio.

*Feria Sexta in Quadragesima.*

Super illud. Fiet in eo fons aquæ salientis.

Quomodo iusti ambulant in vitam æternã. 16. a. b. Qui ambulant.

Hæc aqua, significat spem. 155. a. & seq. Personam. 158. b. & seq. Hæc, scilicet, spes. 307. b. Super mel ori meo. & 324. b. Quare gravissime.

Et super illud. Voca virum tuum. Quomodo volebat eam attrahere, ad confitendum peccata sua, ut ipsa sui esset iudex. 188. a. Confessor. 343. b. observa.

Et super idem. Voluit ut ipse fateretur peccatum suum. Exigit enim Deus à nobis, ut in præsentibus nosmetipsos iudicemus, ut euadamus iudicium suum. 419. a. Observa per totum versum.

Super illud. Forsitan petijstes ab eo. 285. a. Sed secundo.

Super illud. Sedebat supra fontem, Quomodo omnibus

## Tabula Sermonum.

nibus factus est, fons misericordiæ. 424. b. Est etiam misericordia.

*Sabbato de muliere adultera.*

Quomodo peccatoribus debeamus cõpati. 171. a. Vel etiam. Peccatores sunt adulteri, quia bonis Dei abutuntur, sicut adultera donis mariti, ut placeat alieno. 228. b. & seq. Dicit Augustinus. Et super illud. Digito scribebat in terra. 392. b. Hæc lachrymæ peccata.

*Domini ca Quarta Quadragesima.*

Pro initio sermonis non sistendum in cortice miraculorum. 18. b. Sed observa.

Et in illud. Quia iussit illos supra fœnum sedere, idest, supra carnis delicias, ut cœlestia ædulia illis sapiant. 76. a. & seq. Sed observandum. 91. a. Dicit ergo.

Et super illud. Subleuatis oculis, nam eos humi depressos habebat. 255. b. Potest.

Et super illud. Cum subleuasset oculos Iesus. Quomodo ut seipsum aspiciat eleuat, nobisq; propter seipsum misereatur. 408. b. vers. 5. per totum.

*Feria Secunda.*

Quod eiecit ementes, & vendentes de templo zelo Dei accensus. Qui zelus sit hic. 389. b. versic. 3. per totum.

*Feria Quarta.*

Super illud. In iudicium veni, &c. ut qui videt cœci fiant. 48. a. b. Ecce orat. 70. a. & seq. Nulli dubium. Quam intrepidè confitebatur Christum. 147. a. vel Tertio.

Et in illud. Quis peccauit, hic aut parçtes eius, &c. 209. a. & seq.

In illud. Nec hic peccauit. Quibus de causis Deus mala hæc pœnæ velit. 218. b. versic. 7. per totum.

Quo lutum conuersum fuit in oculos, sic peccata in lucem per pœnitentiã. 249. a. Ut non cõfundat.

Respe-

## Tabula Sermonum.

Respexit Dominus cœcum illum & visum recepit, quid ex oculis Domini permanet boni. 370. a, Aspice.

*Feria Quinta.*

Vide Dominica 15. post Trinitatem.

*Feria Sexta.*

Erat quidam languens Lazarus. Infirmities quas incurrimus per peccatum inter quas est fomes. 88. b, & seq. Sed pro introductione.

Erat autem ligatus cum surrexit. Quoniam in iustificatis etiam remanet fomes: licet addatur gratia contra eum. Ibidem & 91. b, Sed aduertendum. & 97. a, Iustus. 99. a, Adhuc.

Et super illud. Ecce quem amas infirmatur. Quomodo bonis male, & malis bene contingat in hac vita. 103. a, Iudicia tua.

Et in illud. Domine si fuisses hic, &c. Quid presentia Dei conferat. 103. a, In primo.

Quomodo Magdalena statim, vt audiuit adesse Christum exiit. 104. b, Sed aduertendum.

Super illud. Soluite illum. Quomodo vincula sint peccata. 197. b, Sed quoniam.

Et super illud. Lazarus amicus noster, &c. Quomodo iustus omnium iustorum sit particeps & amicus. 195. a, versic. 7. Per totum.

Et in illud. Fleuit Iesus cum sororibus fletibus. 230. a, Hoc est.

Super illud. Quia Maria corruit ad pedes Iesu. De puro regalo de amor. 255. a, Et Regina Esther.

Super illud. Nonne duodecim horę sūt dici. 281. b, Sed nihilominus.

Super illud. Qui ambulat in die non offendit, i. in lege Dei. 297. a, Tota die meditatio. 313. a, Sed tamen. Quia verbū Dei est lux. 312. a, Vel lucerna.

Super illud. Erat quidam languens. Quomodo cogitationes, quę à principio languide apparent

inortu-

## Tabula Sermonum.

mortifera fiunt, nisi statim elidantur. 332. a, b, Albertus Magnus.

*Sabbato.*

In illud. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. 70. a, b, Nulli dubium est. Et 13. a, Sed tamen. 314. a, Obserua.

*Dominica in Passione.*

Pro exordio sermonis. 37. a, b, Et in illud. Si quis sermonem meum seruauerit, &c. 94. a, Doce me. Et super idē. Vbi debeat sermo Dei custodiri. 113. a, Et custodiam. 114. a, In corde ergo.

Quomodo in memoria & meditatione custodendus sit etiam. 285. a, Hunc versum.

Et super illud. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Quomodo aure cordis audienda sint verba Dei. 326. a, versic. 1. per totum.

Quomodo verbum Dei sit scutum. 328. a, Ecce primum, & vel vt placet.

In illud. Si quis sermonem meum seruauerit. Quomodo non sufficit scire nisi seruaueris. 350. a, Duplex est doctrina.

*Feria Secunda.*

Super illud. Qui credit in me sicut dicit Scriptura. Quomodo de promissis certiores facti sumus per Scripturam. 158. b, In quo mihi.

*Feria Tertia.*

Erat autem Pascha Iudeorum Scenophegia. 73 & sequen. Plura.

*Feria Quarta.*

Quomodo circumdederunt Christum Pharisæi, sic peccatores iustum. 191. a, b, Rursus ait.

Et super illud. Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. 305. a, Iudex etiā, & prælati.

Super illud. Nemo rapiet eas de manu mea. 20. a, Iustorum quidem animæ.

In

## Tabula Sermonum.

In illud. Oves meæ, vocem meam audiunt.  
 Quis qui sunt Christi, mansuetudinem ovium præferunt. 346.a, & seq. Sed adverte. 472.b, Primum.  
 In illud. Circumderunt eum. Quomodo sic circumdatus iustus. 399.a, Litera que.  
 Super illud. Multa bona opera, &c. 170.a, In Psalterio. Et quomodo gratis persecuti sint Pharisæi Christum. 435.a, Potest & hoc carmen.  
**F E R I A** Sexta. 83.b, Hunc versiculum.  
 Quomodo mali inane consilia contra bonos. 191.a, b, Rursum ait.  
 Cur mali odio prosequantur bonos. 214.b, Ipsi autem satellites.  
 Super illud. Quia hic homo multa signa facit.  
 De invidia malorum contra bonos. 231.a, E contra verò. 433.a, Tertia infirmitas.  
 Super illud. Expedi vobis ut vnus moriatur homo, &c. 294.a, Item vt supra.  
 Quomodo Christus dicatur vnus. 311.a, Litera autem.  
 Et super illud. Quid facimus: quia hic homo, &c.  
 Quomodo gratis principes persecuti sint Christum. 435.a, Potest, & hoc carmen. 455.a, In fabulis est.

### *Dominica in Ramis.*

Vide Dominica prima Aduentus.

De mandato. 285.b, Pascha primum. 295.a, At charitas. 222.a, De secunda.  
 Et super illud. Cum diabolus iam misisset in cor.  
 Quando mundus plus sauebat contra Christum, & ferebat mel in ore leonis inuentum est. Hoc est corpus meum. 345.a, Ecce in ore. 354.b, Et ideo in plenilunio.  
 Pedibus Iudæ iacuit. 394.b, Hic autem præ omnibus.  
 Quomodo finem tunc imposuit legalibus ceremonijs. 396.a, b, Et lex tua veritas.

*De*

## Tabula Sermonum.

### *De Passione.*

Pro illo verbo. Vt quid dereliquisti me. 37.b, 38.a, Pro exordio. Magnum testimonium amoris sanguinem fundere pro nobis. 59.b, Dicit tamen.  
 Super illud. Desiderio desideravi, &c. 77.a, Secundus. 83.b, Hunc versiculum.  
 Super illud verbum. Hodie mecum eris in paradiso. 179.a, Alij sunt.  
 Quomodo apud Herodem & stultus reputatus est. 258.a, Dixerat.  
 Super illud. Consummatum est. 291.b, In principio per totum versum.  
 In illud. Non hunc, sed Barrabam, & inclinatio capite, &c. 324.a, b, Inclinaui.  
 Quod Christus pertulit peccata nostra in corpore suo. 328.a, Vel vt Diuus Ambrosius.  
 In illud. Pater ignosce illis. 345.a, Pater ignosce illis. Et pro exordio. 347.b, & seq. Alia translatio. 394.b, Secundo intelligitur.  
 In illud. Domine memento mei. &c. Opportuno tempore petit. 459.a, b, Vnde hoc capta.

### *DE RESURRECTIONE.*

#### *Feria Secunda.*

Pro eo quod loquebantur in via de Deo discipuli illi. 2.a, b, Et quia persona. 411.b, Item est prope. Et quia induit formam peregrini Christus. & 465.b, D. Ambrosius. 65.b, Sed secundum. 73.a, & seq. Plura in principio.  
 In illud. Hæc dies quam fecit Dominus. 282.a, b, Tertio vt placet.  
 Super illud quod Christus differebat discipulis euntibus in Emaus scripturas. Quæ utilitas sit de scripturis loqui. 283.a, & seq. Considerans.  
 Super illud. Nonne sic oportuit pati Christum. Quomodo mors Christi mortem, & labores fecerit dulces. 305.b, vel. 7. per totum. 456.a, b,

*c* In

## Tabula Sermonum.

- In cruce. 455. a, Ar vero. & ibidē. In fabulis est.  
*Sabbato.*
- In illud. Currebant duo simul. 104. b, Sed ad-  
uertendum.
- Feria Quinta Resurrectionis.*
- Quando Christus apparuit Magdalenz.
- In illud. Si tu sustulisti eum, & c. 462. a, b, Hoc est.  
*Dominica in Albis.*
- Super illud quod Thomas in carne illa Deum in-  
rellexit latere. 312. a, Vel lucerna.
- Super illud. Pax vobis, quæ sit hæc pax. 444. b, vs-  
que in finem versus.
- In illud. Insufflauit in eis, & quomodo ceremoniæ  
Ecclesiæ sint à Christo, & Spiritu sancto. 448. a,  
& seq. Hoc est.
- Dominica Prima post Octauas Resurrectionis.*
- In illud. Ego sum pastor bonus. 311. b, Dicitur et.  
Quomodo tot officia pro nobis assumpsit. 425. b,  
Secundum iudicium tuum.
- Quomodo pastoribus suam Ecclesiam commisit.  
400. a, b, Circumspectus ergo.
- Dominica Tertia.*
- Super illud. Nunc autem conturbabimini. 175. b,  
Sed aduerte.
- Super illud. Tristitia vestra vertetur in gaudium.  
175. b, Sed aduerte. 235. b, Hoc est.
- Dominica Quarta.*
- Et in Letanijs. 147. a, Sed potest.
- IN Ascensione Domini. 151. a, Nam cum.
- In Die Pentecostes.*
- In illud. Si quis diligit me, Sermonem meum  
seruabit. Quomodo nullum aliud signum sit  
efficacius amoris erga Deum. 449. b, 450. a,  
Aduerte tamen.
- Quomodo sint prius repleti Spiritu sancto Apo-  
stoli quam loquerentur. 55. b, Vt tenacius.

Cur

## Tabula Sermonum.

- Cur in linguis igneis, & vento valido venit.  
313. b, Secundò.
- Quod orantibus Apostolis descendit. 367. a, Qua-  
re & de corporali.
- Quod debeat præcedere aduentum eius, & defi-  
derium, & humilitas, quæ fuit expectatio illa  
Apostolorum. 369. a, b, Potest & intelligi.
- Ideo ignitæ linguæ: quia prædicare debebant  
ignitum verbum, & cur sic dicatur. 391. a, vers.  
4. per totum.
- Et super illud. Sic Deus dilexit mundum, & c.  
Quomodo mittere filium suum fuit magnum  
testimonium sui erga nos amoris. 59. b, D. ta-  
men Augustinus.
- In Festo Sanctæ Trinitatis.*
- In illud. Oportet vos nasci dentò. 151. b, Ioan. 3.
- In illud. Venit ad Iesum nocte. 193. b, versic. 6.  
per totum.
- Super illud. Scimus quia à Deo venisti Magister.  
202. b, Iustificationes tuas.
- DE Sacramento. 37. a, b, Sed quia.
- Quòd sit memoriale: quia homo est obliuiosus.  
64. a, Inter alia.
- Quomodo in hoc sacramento impleuerit vasa  
vacua veteris legis. 100. a, Et de lege tua. 295. a,  
Tam forti amoris. 314. a, vers. 2. per totum,  
quod nos confirmet.
- Super illud. In qua nocte tradebatur, mel in ore  
leonis mortui. Quanto plus fœtebat mundus  
coram Deo, dicit, Hoc est corpus meum. 345. a,  
Ecce in ore. 361. a, Et ideo in plenilunio.
- Quomodo sit viaticum ad peragendum hoc iter,  
450. b, & seq. Adhuc autem.
- IN his Dominicis post Trinitatem aduerte, me  
sequi ordinem fratrum Prædicatorum, qui ali-  
quantulum in numero Dominicarum, distat à

c 2 Roma-

## Tabula Sermonum.

Romano, sed faciliter ad vsum tuum applicare potes.

*Dominica Prima post Trinitatem.*

Super illud. Vilam emi. &c. Quomodo diuitias impediunt. 371. b, & seq. Quo supposito.

*Dominica Secunda.*

Super illud. Murmurabant Pharisei. Vera iustitia compassionem habet. 171. a, Vel etiam. Erant appropinquantes ad Iesum peccatores, quia bonitate sua eos trahebat. 212. a, vers. 4. per totum. Maxime ibi obserua. Et quia cor iustorum vsque ad peccatores rarefit, quia mole est. 216. b, 217. a, Ceterum.

Erant appropinquantes. 328. a, Vel adiuuu. 476. a vsque in finem versus. Require ergo tu.

Quomodo sua dulcedine ad se trahebat peccatores. 346. a, & seq. Cum filij Prophetarum.

Erant appropinquantes. 411. b, Vel dicitur propinquus.

Quod infinita est Dei misericordia. 424. b, Est & infinita duracione. 460. a, Peccator.

*Dominica Quinta.*

In illud. Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. 53. b, & seq. Non sufficit. 122. a, Via quippe 301. b, Tanquam effert. 303. a, Sed tamen.

*Dominica Sexta.*

In illud. Misereor super turbam, & vbicunq; de misericordia sit sermo. 67. a, b, Ceterum. 199. a, vers. 8. per totum.

Quomodo sit molle cor iustorum, & ad alios rarefit. 216. b, Ceterum.

Item super illud. Misereor super turbam, an conferre Deum hæc bona temporalia, sit signum misericordiae diuinæ. 371. a, Et deinceps per totum vers.

*Dominica Septima.*

Super illud. Nunquid colligunt de spinis vvas.

16. a,

## Tabula Sermonum.

16. a, Ex Hieronymo.

In illud. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, &c. quod non sufficit solum credere. 97. a, b, Sed aduertendum.

Super illud. Attendite à falsis Prophetis. 329. b, Græci nonnulli.

*Dominica Octaua.*

De vilico. 187. b, Isaia. Super illud. Fodere non valeo. Quo in præfenti vita laborare debemus, in alia quiescere. 352. a, & seq. Defecerunt quidem.

*Dominica Nona.*

Videns ciuitatem fleuit super illam. Quomodo ministri Christi desistere debemus aliena peccata. 384. a, Sed aliqui.

Et super illud. Circundabunt te inimici tui vallo. Quomodo circunueniatur iustus. 399. a, b, Littera quæ.

*Dominica Decima de Pharisæo, & Publicano.*

In illud. Omnis qui se exaltat humiliabitur, &c. 32. b, Non sufficit. 34. a, Cum ergo. 36. a, b, In eo quod didici. 78. a, & seq. 126. a, & seq. Quia ignitum. 161. a, & seq. Quia ergo.

Quomodo Deus odio prosequatur superbiæ vitium. 240. b, vers. 6. per totum.

Quo non sufficit carere aliquibus vitijs, vt hic Pharisæus nisi caueas omnia 303. b, Hoc est, à via.

In illud. Ieiuno bis in sabbato, &c. Quo impius solum ea quæ habet bona cõsiderat, non quæ non habet. 317. a, Et iudicia tua doce me.

Item super illud. Qui se humiliat exaltabitur, & vbicunq; de humilitate fuerit sermo 415. a, Sed D. Ambrosius. Et deinceps per totum versum.

*Dominica Undecima.*

In illud. Eferat quod est ad aperire. 326. vers. primo. per totum.

Et super illud. Bene omnia fecit. Quomodo crea-

c 3 turæ

## Tabula Sermonum.

turæ testimonium reddant bonitatis Dei. 359.  
b, & seq. Dicit ergo.

*Dominica Duodecima.*

Super illud. Samaritanus autem, &c. 411. b, Propè  
est etiam.

Quam parua est hominis misericordia. 425. a,  
E contra autem.

*Dominica Decimatercia.*

De decem leprosis qui leuauerunt vocem. 61. a, b,  
Quia ergo. Quod lepra significet luxuriam.  
434. b, Septimus.

*Dominica Decimaquarta.*

Super illud. Nemo potest duobus Dominis serui-  
re. 378. b, Alij de prælatis.

Super illud. Primum quærite regnum Dei. 58. a,  
& seq. Similitudo hæc. Et in illud. Et de vestimẽ  
to, quid solliciti estis. 99. b, Alia litera.

Item super illud. Primum quærite regnum Dei.  
180. b, Persona.

Quomodo mane debemus ad hoc negotium con-  
surgere. 407. a, vers. 4. per totum.

Super illud. Considerate lilia agri, &c. Quomodo  
omnia Dei verbo obediãt. 271. a, vers. 1. per totum.  
Et super illud. Nolite solliciti esse, &c. 317. a, b, Po-  
nere animam.

In illud. Non potestis Deo seruire, & mammonæ.  
331. a, In hoc Augustinus. 337. b, Præuarican-  
tes. Et quod diuitiæ impediãt Dei amorem ac  
cultum. 371. b, & seq. Quo supposito.

*Dominica Decimaquinta.*

De filio viduæ suscitato. 68. b, Sed præterea.

Et super illud. Noli flere, quomodo Christus lu-  
gentes consoletur. 436. b, Per ea verba.

*Dominica Decima sexta.*

De hydropico, qui significat auarum. 117. b, & se-  
quen. In tria vitia, Significat etiam superbum

ob

## Tabula Sermonum.

ob tumorem. 161. a, & seq. Quia ergo.  
In illo. Recumbe in nouissimo loco. 315. a, Quod  
si de humilitate. Et quia significat auarum.  
434. a, Quinta.

*Dominica Decima septima.*

Super illud. Diliges Dominum Deum tuum, &c.  
6. b, 7. a, Id autem. Cur Deum potius quam hæc  
terrena amare debemus. 15. a, b, Beati immacu-  
lati. 19. a, b, In toto corde. 25. a, & seq. Et quia so-  
li Deo subest volũtas nostra, solus diligendus est.  
116. a, Pro quo notandũ. 151. a, Nam præcepta.

Item super illud. Diliges Dominum Deum tuum,  
hoc est ordinare animum in amore. 439. b, vers.  
3. per totum. De dilectione proximi. 409. a, b, Si  
fortè. 466. b, Quia omnia mandata.

*Dominica Decimoctaua de Paralytico, quem cura-  
uit Iesus.*

Super illud. Vt vidit cogitationes eorum. Quo-  
modo cautè ambulandum coram Deo, qui omnia  
videt, & ideo omnia ei referre debemus. 451. b,  
vers. 8. per totum.

*Dominica Decimanona.*

In illud. Quoscuq; inteneris debiles aut claudos  
introduc huc. Quomodo boni, & mali sint in  
Ecclesia. 23. b, Verum est. 338. a, Vel dic quod.

*Dominica Vigesima.*

Erat quidam Regulus.

In illud Nisi signa & prodigia videritis. 62. b, 63. a,  
Notandum.

Quomodo afflicti etiam si Rex sit venit ad Chri-  
stum. Dei sapientia est, per infirmitates, & per  
flagella ad se trahere homines. 211. a, b.

Qui fructus ex Dei flagellis consequantur. 471. a,  
Primò.

Sed quid ex hac afflictione. 219. a, Nam mali. 431. a,  
In hoc vigesimo.

## Tabula Sermonum.

### *Dominica Vigesima prima.*

Super illud. Dimissi illi omne debitum, &c. Quomodo Deus tribuat plusquam à Deo speramus, vel petimus. 232.a, Quia in verba tua.

In illud. Simile est regnum celorum homini Regi. Quomodo etiam si Deus dicatur Rex quod per se ferr potestatem, dicitur etiam homo quod per se ferr mansuetudinem: quia misericordia, & iustitia simul committantur in Deo. 425.b, 426.a, Secundum iudicium tuum. 412.a, Quamuis enim.

### *Dominica Vigesima secunda.*

In illud. Reddite quae sunt Caesari Caesari, &c. Quomodo sit misericordia iusta, & iniusta. 187.a, Aduertendum. 203.a, Vel si vis.

Quam iustus, & aequus in iudicijs suis est Deus. 234.b, Hieronymus.

Super illud. Cuius est imago haec. Quo homo sit factus ad imaginem Dei. 221.b, vers. 1. per totum.

### *Dominica Vigesima quarta.*

In illud. Vae nutrientibus, id est, qui noxias nutriunt cogitationes. 332.a, In tertio genere. 336.b, Quia iniusta est. 337.a,

Quomodo hic nos monet, vt caueamus à Pseudo Christis, & Pseudo Apostolis. 329. b, Graeci nonnulli.

## IN FESTIS Sanctorum.

### *In Festo Sancti Andrea.*

Super illud. Relictis rebus, & patre. &c. Quomodo omnia confortia malorum relinquenda, & bonorum sequenda. 56.b, Sed aduertendum. 245.a, Aliter.

Quomodo sequatur Christus imitatione. 377.a, Vel tertio sic.

SAN-

## Tabula Sermonum.

SANCTI Stephani 84.a, Intelligitur.

SANCTI. Ioannis Euangelizæ. 6. b, 7. a, Id autem.

Super illud. Sequere me. 110.b, Sed notandum. Quomodo se debet extendere homo ad sequendum Christum. Vnum autem. 215. b, Sed tamen.

Quomodo sequendus Christus imitatione. 377. a, Vel tertio sic.

DE Innocentibus De ira Herodis. 433.a, Secunda. IN Conuersione Sancti Pauli. 71. b, Petit etiam. Et in illud. Domine quid me vis facere. 109.a, Legem pone. 116.a, Pro quo notandum.

### *In Purificatione.*

In illud. Erat homo in Hierusalem. 68.a, b, Sed praeterea.

Super illud. Salutare tuum. 135.b, & seq. Litera verò. Quod voluit Christus subiici legi, vt alijs praebere exemplum. 219.b, Praestat omnibus.

De satisfactione Christi qui in vlnis portabatur. 233.b, & seq. Sed si persistimus.

Super illud. Suscepimus Deus misericordiam tuam. 423. a, Obserua.

Super illud. Nunc dimittis, &c. Et salutare tuum. 469.b, vers. 6. per totum.

IN Annuntiatione B. Mariae. 82. b, 83. a, Ego tamen. 334.a, & seq. Non desunt tamen.

### *Petri Martyris.*

In illud. Qui vult venire, &c. 149. b, Et meditabar. Caetera vide in communi vnius Martyris.

### *In Inuentione Sanctae Crucis.*

Pro exordio sermonis. 37. a, b, 128. a, & sequen. Pro quo. 4.

Super illud. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c. 344. b, & sequen. Dixit non tradas. Vide etiam quamplurima. 453. b, versicu. 1. per totum.

Phi-



## Tabula Sermonum.

*Philippi & Iacobi.*

- Super illud. Ego sum via. 10. a, b, Contra viam.  
 Super illud. Non turberet cor vestrum. **Quo-**  
 modo etiam si iusti corpore affligantur: tamen  
 non conturbantur. 107. b, **Diuus Gregorius.**  
 190. a, b, Non turbetur.  
 Super illud. Ego sum via. 113. b, Sed obserua. 114. b,  
 Hoc secundum Augustinum.  
 Super illud. Philipe qui videt me, &c. **Quomodo**  
 per Christum, quasi per faciem agnoscatur  
 Deus. 181. b, & seq. Sed licet.

*S. Catherina Senensis.*

- In illud. Simile est regnum cœlorum grano syna-  
 pis. **Quomodo** huic comparetur fides. 350. b,  
 vers. 5. per totum.  
**Quomodo** comparatur grano, id est, semini: quia  
 caput, & principiu est ædificij Christiani fides,  
 & ideò magnopere seruanda. 413. b, 414. a,  
 Persona.  
**Quomodo** fides est arbor illa quæ vidit Nabucho-  
 donosor. 140. b, Certè hoc.

*Sancti Ioannis Baptista.*

Nomina ac prærogatiua eius. 6. b, **Quod** autem.

*Sanctorum Petri & Pauli.*

Super illud. Porta inferi non præualebunt, &c.  
 279. a, Circa quod notandum, & deinceps vsq;  
 in finem versus.

*In uisitatione Beate Maria.*

Ostende mihi faciem tuam, id est, Christus qui est  
 facies Dei. 181. b, Sed licet.

*Sanctæ Mariæ Magdalene.*

Super illud. Quod audiebat verbum ad pedes Ie-  
 su. 57. b, Licet ego per euasum.

Super illud. Ut cognouit, &c. **Quid** fides in pecca-  
 tore operetur. 140. b, & seq. Certè hoc & pro la-  
 chrymis. 187. b, **Itaque.** 188. b, Vel secundo.

**Quo-**

## Tabula Sermonum.

**Quomodo** peccata lachrymis abluta dealbentur.  
 188. b, **Ut** non confundat.

**Quales** fuerunt eius lachrymæ. 390. b, vers. 8. per  
 totum.

Murmurabat soror eius. 257. a, Non desunt.

**Quomodo** Deus suscipiat peccatores. 328. a, **Vel**  
 adiuuat.

Vocatur, mulier peccatrix ad designandam vilita-  
 tem peccati: quia nihil vilius muliere prostitu-  
 ta. 336. a, Sed quoniam ferè. 338. a, **Vel** dic.

Per totam vitam pœnitens fuit. 339. a, vers. 8.  
 per totum.

Sua mansuetudine ad se trahebat peccatores Chri-  
 stus. 346. a, & seq. Cum filij Prophetarum.

**Quomodo** fleuit peccatum ut ouis, quæ erraue-  
 rat. 472. b, & seq. Ferè vsque in finem versus.

*In Transfiguratione.*

In illud. Resplenduit facies eius ut sol. 186. b,  
 Hanc faciem.

In illud. Vestimenta eius sicut nix. 259. a, **Re-**  
 ctè ergo.

In illud. Nubes lucida, &c. 313. b, **Obserua.** 362. a,  
 Christus Dominus.

Super illud. Nemini dixeritis visionem. **Quomodo**  
 occultanda bona ne à maligno subripiantur.  
 428. a, Videtur.

In assumptione Beatæ Virginis. 20. a, Sed nequa-  
 quam. 253. b, Martha ministrabat. 61. a, b, **Op-**  
 erationes.

Super illud. Sedens secus pedes Domini. 124. b,  
 Sed non prætereundum.

**DE** excellentia vitæ contemplatiuæ, & de morte  
 Beatæ Virginis. 253. a, vsque in finem versus.

*In Decollatione sancti Ioannis Baptista.*

Super illud. Saltauit Herodias. 130. a, & seq. Sed  
**Diuus Augustinus.**

*In*

## Tabula Sermonum.

- In Exaltatione Sanctæ Crucis.*  
 Pro exordio sermonis. 37. a, b,  
 Super illud. Ego si exaltatus fuero, &c. 92. b, Ter-  
 tio. 128. a, & seq. Pro quo. 151. a, Nā cum. 346. b,  
 Serpens ferit.  
 Super illud. Nunc iudicium est mundi, &c. 293. a,  
 Vel tertio. 294. a,  
*Michnelis Archangeli.*  
 Super illud. Si oculus tuus scādalizat te: 120. b, 121. a  
 Secundum. 151. a, Nam de malis.  
*S. Matthæi.*  
 Qui reliquit theloneum, relinquenda consortia  
 malorum, & sequenda bonorum. 245. a, Atirer.  
*In Feslo omnium Sanctorum.*  
 In quo beatitudo eorum celebratur, quam omnes  
 appetunt. 14. a, Beati immaculati.  
 Quomodo cœperunt hic esse beati, in quo, & qui-  
 bus difficultatibus. 15. a, & seq. Sed notandum.  
 Super illud. Gaudete, &c. Quid sperant iusti, & quo-  
 modo in spe gaudent. 138. b, Quia sperant.  
 In illud. Quia merces vestra, &c. El premio al ojo.  
 150. a, Alqui legunt.  
 Pro illo aperiens os suum, &c. 220. a, Lex oris tui.  
 In illud. Beati qui nunc stertis, quia ridebitis, hic ste-  
 tus, illic risus. 231. b, Sed aduertendum.  
 Super illud. Merces vestra copiosa, &c. Id est maior  
 quam intelligere poterimus. 232. a, Quia in ver-  
 ba tua. 235. b, 236. a, Hoc est.  
 Et de vita beata qua fruuntur sancti. 237. b, ver-  
 sic. 5. per totum.  
 De die æternitatis. 282. a, Tertio vt placet.  
 Super illud. Aperiens os suum. Ibi explicatur quo-  
 modo aperiat nobis scripturas, que sunt os Dei.  
 358. a, Nam per apertum.  
*In Præsentatio Beatæ Virginis.*  
 Quomodo statim à principio debemus conuerti  
 ad

## Tabula Sermonum.

- ad Dominum. 44. a, b, Secundò. 403. a, b, Vel  
 sic statim.  
 ALIAS festiuitates potes requirere in Cõmuni-  
 bus Sanctorum puæcipuè de beato Matthia, in  
 cuius festiuitate canitur Euangelium, vbi dicit  
 Iesus. Iugum meum suauè est, &c. Et de beato  
 Thoma Apostolo. Require. Dominica in albis.  
 De beato Thoma de Aquino. De beato Domini-  
 co. Et de alijs doctoribus. In communi docto-  
 rum. Et sic de alijs.  
 IN Communibus Sanctorum. In communi Apo-  
 stolorum, & Euangelistarum.  
 Primo super illud. Iugum meum suauè est, & Tol-  
 lite illud super vos. 27. a, in medio. 10. a, & seq.  
 Basilio. 25. a,  
 Quomodo lex Christi est amoris. 57. b, & seq. Ex  
 plaribus.  
 Quomodo dicitur suauè: quia gratiam cõfert. 100. a  
 & seq. Et de lege tua. 109. b, Sed vt insinueret.  
 Super illud. Tollite iugum, Quod voluntariè, & ex  
 amore lex adimplenda est. 296. a, b, in hoc octo-  
 nario.  
 Quomodo diligenda lex Christi: quia suauis. 298.  
 a, b, Obserua.  
 Et super illud. Venite ad me omnes qui laboratis.  
 &c. 305. b, vers. 7. per totum.  
 In illud. Discite à me, quia mitis sum &c. 346. a,  
 & seq. Sed aduerte.  
 Super illud. Ego sum vitis vera omnem palmitem,  
 &c. 49. a, b, Diuus Ambrosius.  
 In illud. Sicut palmes non potest ferre fructum, ni-  
 si manserit in vite &c. 132. a, b, Tractatis.  
 In Euangelio, Hæc mando vobis &c. Dicitur, Si de  
 mundo fuissetis, mundus quod suum erat di-  
 ligeret. 395. b, Diuus Augustinus.  
 In illud. Vt diligatis inuicem. 409. a, b, Si fortè.  
 Super

## Tabula Sermouum.

- Sùper illud. Intrauit in eis cògitatio, quis eorùm videretur esse maior. 33 1. b, Alia sùt ambitiosa.  
*In communi vnius martyris.*
- Super illud. Qui me erubuerit coram hominibus. 3 1. b, 3 2. a, Pro quo. 1 18. a, & seq. In latitudine.
- Super illud. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, &c. 70. a, & seq. Nulli dubium. & 72. b, Hoc & ideo. 2 13. a, Sed tamen. 3 14. a, Obserua. 3 22. b, Sed quoniam.
- Super illud Si quis vult post me venire, &c.
- Quomodo voluntati sequendus est Christus. 102. a Licet etiam. 1 49. b, Et meditabar. 205. a, Diuus Augustinus. 296. a, b, In hoc octonario.
- Super illud. Nisi granum frumenti mortuum fuerit, &c.
- Quomodo vt stultus & mortuus appareat iustus hic. 258. a, Dixerat supra.
- Quomodo iam mors sit dulcis. 305. vers. 7. per totum.  
*In communi plurimorum martyrum.*
- Quomodo gratis illos persecuti sunt tyranni. 436. a, Diuus Augustinus.
- Quomodo iam mors sit dulcis. 306. a, versicu. 7. per totum.
- Super illud. Timete eum, qui habet potestatem mittere in gehennam. 126. a, & sequentibus. quia ignitum.
- Super illud. Nolite timere & qui occidunt corpus, &c. 268. a, persecutio hæc. 270. b, D. Augustinus.
- In illud. Aperiens os suum. 220 Lex oris tui.
- In illud. Quod canitur in communi Martyrum. Qui recipit Prophetam in nomine propheta, &c.
- Quomodo iustissime vnicuique retribuatur Deus vt gessit. 343 a, b, Igitur cum supra.
- In Euangelio. Lucæ 6. Dicitur: Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.
- Quomodo propria virtute faciebat miracula, quæ erat signum ipsum esse Deum. 363. a, b, Vel aliter.

in

## Tabula Sermouum:

### *In communi Doctorum.*

- In illud. Vos estis sal terræ. 4. a, Sed minimè. 17. b, per totum. 55. b, 56. a, vt tenactus.
- In illud. Qui custodient vnum de mandatis, &c. 94. a, Doce me.
- Et super illud. Non veni solue de legem, sed adimplere. 100. a, & seq. Et de lege tua, nempe vt adimpleret vasa vacua legis veteris. 113. b, & 114. a, Sed obserua.
- Super illud. Quod si sal euauerit, &c. 257. b, Vel tertio.
- Super illud. Qui fecerit, & docuerit, &c. 308. b, versicu. 8. per totum.
- Quomodo prædicator debet etiam esse operator. 134. a, b, In hoc sexto. 142. a, Vel aliter. 143. a, Multa. Non prædicet inania verba. 265. a, b, Diuus Augustinus.
- Quomodo de scripturis prædicandum. 468. b, De Christo.
- Quomodo scire, & facere debet Doctor. 350. a, Duplex est doctrina.
- In illud. Vos estis lux mundi, &c. Quo pacto redere debent hanc lucem. 354. b, vers. 7. per totum.
- Et quia sum lux mundi debere maximè æstimari ab hominibus, nec deridendi sunt. 464. Quæuis.
- Super illud. Vt videant opera vestra bona, & glorificent. 463. a, Vel tertio.
- Commune Confessorum.*
- Pro introductione sermonis alicuius sancti illustris. 95. b, 96. a, Sed Diuus Augustinus.
- In Euangelio. Ecce nos relinquimus omnia, antea dixerat Christus inueni illi. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, &c. 94. b, Quæ antea.
- Et super illud. Ecce nos relinquimus omnia. 33. a, b, Et ibi promittitur vita æterna, quæ promissio est in noua lege. 157. b, 158. a, Lyranus.

Item

## Tabula Sermonum.

Item super illud. Ecce nos reliquimus oīa. 286. b.  
 Pro Euāgelio de decē talētis. 61. a, b, Operationes.  
 Super illud. Metis ubi non seminas, &c. 315. b, &  
 316. a, In viro perfecto.  
 Super illud. *Negotiamini dum venio*, &c. 352. a, &  
 seq. Defecerunt quidem.  
 Et in illud. Si oculus tuus fuerit simplex. 342. b,  
 Sed vt hoc.  
 In illud. Sint lumbi vestri præcincti, &c. 447. b,  
 Spes quidem.  
 In illud. *Qua hora nō putatis*, &c. *Quō vigiliis*, &  
*custodias agere debeamus*. 407. b, Interim tñ.  
*In communi Virginum.*  
 Super illud. Simile est regnum cęlorum. 197. a, Ex-  
 tenditur.  
 In illud. Simile est thesauro, &c. 50. b, & seq. Dixe-  
 rat. 220. b, Mira res.  
 In illud. Inuenta vna pretiosa margarita. 33. a, b,  
 Cęterum ergo.  
 Et pro introduct. on e huius Euangelij. 147. b, In  
 latitudine.  
 Item simile est thesauro. 220. b, Mira res.  
 Simile est homini negotiatori. 269. a, b, Crebro.  
 In illud. Quia lampades nostrę extinguntur. 97.  
 a, b, Sed aduertendum.  
 Super totum Euangelium. 258. a, Dixerat supra.  
 PRO Defunctis. 238. a, Veniāt ergo mihi. De bre-  
 uitate huius vitę. 261. b, 262. a, Obserua. 276. b,  
 277. a, Quatuor. 281. a, Tempus.  
 De miserijs huius vitę. 396. b, Ideo quia. Item de  
 fragilitate huius vitę. 277. a, Et Isaia.

F I N I S.

## INDEX LOCORVM Sacrę Scripturę,

*Quę in hoc opere continentur.*

Testimonia quę ex professo explican-  
 tur: hac nota \* cognosces.

*Ex Genesi.*



- Apite 1. In principio creauit  
 Deus cęlum & terram. 430. a,  
 Spiritus Domini ferebatur su-  
 per aquas. 274. b,  
 Factum quę est vespere, & mane  
 dies vnus. 176. a, \*  
 2. In quacunque die comederis  
 ex eo, morte morieris. 239. b,  
 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis il-  
 lius. 130. a,  
 Quicūq; occiderit Cain, septuplū punietur. 167. b,  
 6. Noe vir iustus in generationibus suis, ambula-  
 uit cum Deo. 452. b,  
 21. Perrexit quę Abraham vadens, & vltra progre-  
 diens ad meridiem. 16. b,  
 25. Suscipe cęlum, & numera stellas si potes, &c.  
 157. b, \*  
 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. 137. a,  
 31. Testimonium erit nobis locus iste. 10. a,  
 32. Vidi Dominum facie ad faciem. 184. a,  
 47. Dies peregrinationis vitę meę centum trigin-  
 ta annorum sunt, parui & mali. 63. b,  
 49. Catu-

## Index locorum

49. Catulus leonis Iuda ad prædam filii mi ascen-  
disti. 454. b,  
Salutare tuum expectabo Domine. 136. a,  
*Ex Exodo.*  
Cap. 13. Ut lex Domini semper sit in ore vestro. 5. b,  
§ 3. Posteriora mea videbis, faciem autem meam  
videre non poteris. 201. b,\*  
*Ex Numeris.*  
Cap. 5. Bestia que tetigerit mōtē lapidabitur. 20. b,  
15. Anima quæ per superbiam aliquid commisse-  
rit, peribit de populo suo. 162. a,  
*Ex Deuteronomio.*  
Cap. 15. Si venditus fuerit frater tuus Hebræus, sex  
annis seruetur tibi. 64. a,  
27. Maledictus homo qui non permanserit in uni-  
uersis sermonibus legis huius. 32. b,  
33. In dextera eius ignea lex. 10. b,  
*Ex Iosue.*  
Cap. 8. Leua clypeum qui in manu tua est contra  
urbem Hai. 154. a,  
*Ex lib. Iudicum.*  
Cap. 14. De comedenti exiuit cibus & de forti  
egressa est dulcedo. 456. b,  
*Ex Ruth.*  
Cap. 3. Extende pallium tuum super me quia pro-  
pinquus es, &c. 411. b,  
*Ex 1. Regum.*  
Cap. 5. Et percussī sūt in secretiori parte natiū. 81. b,  
6. Non declinabant ad dexteram neque ad sini-  
stram. 29. b,  
16. Elegit quinq; limpidissimos lapides, &c. 52. a,  
*Ex 2. Regum.*  
Cap. 7. Propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt  
oraret te. 52. b,  
14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur.  
239. b,

Ex

## Sacræ Scripturæ.

- Ex 3. Regum.*  
Cap. 4. Dedit quoq; Deus sapientiā Salomoni, &c.  
sicut arena quæ est in litore maris. 145. a,  
16. Demettam posteriora vestra. 82. a,  
19. Surge comede, grandis enim tibi restat via. 3. b,  
*Ex 4. Regum.*  
Cap. 2. Ascende calue, ascende calue. 92. b,  
5. Sic & sic loquuta est puella de terra Israel.  
141. b,\*  
*Ex 2. Paralipomenon.*  
Cap. 2. Domū quā edificare cupio magna ē. 106. b,  
24. Occiderunt eum in lectulo suo. 457. a,  
*Ex 3. Esdra.*  
Cap. 4. Videbam tamen Apemen concubinam Re-  
gis sedentem iuxta regem & auferentem diade-  
ma de capite eius 131. a,\*  
*Ex 4. Esdra.*  
Cap. 4. Vade pondera mihi ignis pondus aut men-  
sura mihi flatum venti. 324. b,  
*Ex Tobia.*  
Cap. 13. Ex lapide cādido, & mūdo oēs plateę eius  
sternent & per vicos eius Alleluia cātabit. 175. a,  
*Ex Iob.*  
Cap. 1. Nisi in faciem benedixerit tibi. 183. b,  
5. Vilitans speciem tuam non peccabis. 171. a,  
6. Vnam appenderentur peccata mea quibus  
iram merui, &c. 234. a,  
Sagittæ Domini in me sunt quarum indignatio  
ehibit spiritum meum. 235. a,  
7. Sicut ceruus desiderat vmbra, & sicut merce-  
narius præstolatur finem operis sui. 160. a,  
9. Cuius messem famelicus comedet. 56. a,  
Transferunt quasi naues portantes poma. 75. a,  
10. Etsi celes in corde tuo scio quod vniuersorum  
memineris. 423. a,  
12. Abundant tabernacula prædonum. 66. a,\*

d 2 13 Ani-

## Index locorum

13. Animam meā porto in manibus meis. 3 19. b, \*
15. Operuit crassitudo vultum eius. 24 1. a,
18. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam. 3 2 1. a,
19. Scitote quoniam non æquo iudicio mecum contenderit Deus. 2 10. b, \*
20. Gaudium hypocritæ instar puncti. 106. b
21. Interroga quemlibet de viatoribus. 6. a,
23. Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum. 13 3. a,
- Quis mihi det vt agnoscam, & inueniam illum & veniamusque ad solium eius. 450. b,
27. Glebæ illius aurum. 4. a,
28. Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia. 356. a,
34. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. 49. b,
- Neque vltra in hominis potestate est vt veniat ad iudicium. 4 19. a,
35. Qui dat carmina in nocte. 176. a,
40. Nervi testiculorum eius perplexi. 13. b,
- Absorbebit fluuium & habebit fiduciam, quod influat Iordanis in os eius. 290. a,
- Sub vmbra dormit in secreto calami, &c. ibid. \*
- Si habes brachiū sicut Deus, & simili voce tonas, circumda tibi decorem, &c. 475. b, \*
42. Suicepit Dominus faciem Iob. 333. b,
- Ex Psalmis.*
- Psal. 1. In cathedra pestilentie non sedit. 16 1. b,
2. Reges eos in virga ferrea. 10. b,
4. In tribulatione dilatasti mihi. 107. b,
- Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. 70. b,
5. Verba mea auribus percipe Domine intellige clamorem meum. 94. a,
7. Consumetur nequitia peccatorum. 293. b,
16. Adipem

## Sacræ Scripturæ.

15. Adipem suum concluserunt. 2 17. b,
- Oculos suos statuerit declinare in terram. 15 1. b,
- Custodi nos Domine, vt pupilam oculi. 90. b,
18. Lex Domini immaculata &c. Iustitiæ Domini rectæ. 13. a, 29. b,
20. Acquitatem vidit vultus eius. 183. b,
22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. 235. b, 294.
29. Ad vesperum demorabitur fletus. 39 1. b,
30. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium inimicis meis valde. 50. a, \*
31. Dixi cōfitebor aduersam me iustitiam meam Domino, &c. 420. a,
34. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. 85. b,
36. Et educet quasi lumen iustitiam tuam. 93. a,
38. In imagine pertransit homo. 108. b,
- In meditatione mea exardescet ignis. 149. b,
- Et nunc quæ est substantia mea, nonne Dominus? 156. b,
- Advena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. 73. a,
41. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. 176. b,
- In die mandauit Dominus misericordiam suam, &c. 194. a,
44. Omnis gloria eius abintus in fimbrijs aureis. 33. b, \*
- Eructauit cor meum verbum bonum. 56. a,
48. Mors depascet eos. 188. b,
50. Asperges me Domine hyssopo & mundabor. 16. a, \*
- Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. 423. a,
54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. 149. b,

## Index locorum

61. Diuitiæ si affluat nolite cor apponere. 373. b,  
 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima  
 mea, &c. 55. b, 18. b, \*  
 72. Deiecisti eos dum alleuarentur. 163. a, 273. a,  
 Mihi autem adhærere Deo bonum est. 103. a, \*  
 Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. 216. a,  
 76. Memor fui Dei & delectatus sũ, &c. 22. b, 19. b,  
 77. Percussit eos in posteriora opprobrium sempiternum dedit illis. 81. b, \*  
 Tradidit in captiuitatem virtutes eorũ, &c. 428. b,  
 80. Inimici Domini mentiti sunt ei. 166. b,  
 89. Qm̄ mille anni ante oculos tuos, &c. 262. b, \*  
 90. Cadent à latere tuo mille, &c. 372. b,  
 93. Si dicebam mortis est pes meus, &c. 408. b,  
 110. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. 428. b,  
 Qui propitiatur omnibus infirmitatibus tuis.  
 432. b,  
 102. Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur. 200. b, \*  
 108. Induatur sicut diploide cõfusione sua. 243. a,  
 Expugnauerunt me gratis, ego autem orabam. 85. b,  
 110. Peccator videbit & irascetur. 166. b,  
 120. Initium sapientiæ timor Domini. 127. a,  
 121. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c.  
 Stantes erant pedes nostri. 127. a,  
 136. Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. 142. a,  
 138. Nox sicut dies illuminabitur &c. 176. b,  
 Ex Proverbis.  
 Cap. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. 461. b,  
 2. Si quæsieris eam quasi pecuniam, &c. 355. b, \*  
 3. Via eius via pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. 31. a,

Fili

## Sacræ Scripturæ.

- Filii mei ne obliuiscaris legis meæ, &c. 58. b,  
 4. Omni custodia serua cor tuum. 34. a,  
 Iustorum semita quasi lux splendens, &c. 17. a,  
 270. a,  
 5. Iniquitates suæ capiunt impium & funibus, &c. 192. b, \*  
 6. Precium scorti vix est vnus panis, &c. 122. b, \*  
 8. Ludeas coram eo ludeus in orbem terrarum.  
 224. a,  
 9. Vocauit ancillas suas ad arcem. 33. a,  
 Aquæ furtiue dulciores sunt. 66. b,  
 Sicut pisces capiuntur hamo sic capiuntur homines &c. 475. a,  
 10. Vniuersa delicta operit charitas. 291. a,  
 16. Pondus & statera iudicia Domini sunt, &c.  
 Lapides sacculi. 235. a,  
 Domini est dirigere gressus. 376. a,  
 14. Vita carniū sanitas cordis, putredo ossium intidia. 433. b,  
 21. Sicut diuisiones aquarum ita cor regis in manu Domini. 117. a, \*  
 22. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. 110. b,  
 24. Septies in die cader iustus & resurget. 441. b,  
 27. Si contuderis stultũ in pila quasi pisanas, &c.  
 212. a,  
 30. Tria sunt difficillima mihi, & quartum penitus ignoro, &c. 45. a, \*  
 Verba congregantis filij vomentis. 56. a,  
 Ex Ecclesiaste.  
 Capite 1. Vanitas vanitatum, &c. 122. a,  
 3. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem. 166. a,  
 4. Funiculus triplex difficilè rumpitur. 191. a,  
 9. Ciuitas parua, & pauci viri in ea venit contra eam rex magnus, &c. Intentus est in ea vir pauper, &c. 399. b,

d 4 Omnia

## Index locorum

- Omni tempore vestimēta tua sūt candida. 259. a,  
 10. Muscæ morientes perdunt suauitatem yn-  
 guenti. 330. a,  
 Pecunie obediunt omnia. 59. a,  
 Cor sapientis in dextra eius, & cor stulti in sini-  
 stra illius. 325. b,  
 12. Memento Creatoris tui in tempore iuuentu-  
 ris tuæ, &c. 403. b. \*

### Ex Canticis.

- Capite 1. Oseuletur me osculo oris sui. 462. b,  
 Ecce tu pulcher dilecte mi. Ecce tu pulchra es  
 amica mea. 5. b,  
 Fasciculus Myrrhæ. 52. b,  
 Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas ar-  
 gento. 326. b, 364. b. \*  
 Quia amore langueo. 26. b,  
 Nigra sum sed formosa. 23. b, Nardus mea dedit  
 odorem suum. 417. a,  
 2. En ipse stat post parietem nostrum. 39. b,  
 Leua eius sub capite meo, &c. 74. b, 320. a,  
 Sub vmbra illius quem desideraueram sedi. 159.  
 b, 308. a,  
 Fulcite me floribus stipate me malis. 254. b. \*  
 Ordinavit in me charitatem. 440. a,  
 3. Ex aromatibus Myrrhæ, & thuris. 22. b,  
 4. Sicut vitta coccinea labia tua. 174. b,  
 Mel, & lac sub lingua tua. 265. a. \*  
 5. Manus illius tornatiles, aureæ plenæ hyacin-  
 tis. 150. b. \*  
 Laui pedes meos, quō inquinabo illos. 247. b,  
 6. Ferculum fecit Rex Salomon, &c. 295. a,  
 Terribilis vt castorum acies ordinata. 445. b,  
 7. Quis mihi det te fratrem meum suggētem vbe-  
 ra matris meæ, &c. 83. a,  
 Oculi tui sicut pitinæ in herbis, quæ sunt in por-  
 tæ filiarum multitudinis, 185. a. \*

Nasus

## Sacræ Scripturæ.

- Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit con-  
 tra Damascum. 185. b,  
 Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis  
 filia principis. 376. b. \*  
 8. Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitijs af-  
 fluens, &c. 16. a,  
 Lampades eius lampades ignis. 35. b,  
 Pone me vt signaculum supra cor tuum. 351. b,  
 Apprehendam te, & ducam in domum matris  
 meæ. 453. a,

### Ex libro Sapientia.

1. Sentite de Domino in bonitate. 213. a,  
 2. Dixernit impij apud se non recte cogitantes,  
 &c. 191. b,  
 Grauis est nobis etiam ad videndum. 231. a. \*  
 Venite fruamur bonis, quæ sunt. 161. b,  
 4. Aetas senectutis vita immaculata. 143. b,  
 5. Induet pro thorace iustitiam, &c. 169. a,  
 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum il-  
 la. 59. a,  
 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. 89. b,  
 10. Er dedit illi scientiam sanctorum. 55. a,  
 Iusti tulerunt spolia impiorum. 438. a,  
 12. Virtus tua iustitiæ initium est, &c. 386. b. \*  
 Ipsum quoque qui non debet puniri condem-  
 nas. 387. b,

### Ex Ecclesiastico.

6. Amico fideli nulla est comparatio, &c. 457. b,  
 7. Melior est finis orationis, quàm principium. 471. b,  
 9. Ne des mulieri potestatem animæ tuæ, &c.  
 426. b,  
 10. Initium omnis peccati est superbia. 162. a. \*  
 11. Da partes septem nec non & octo, &c. 440. b,  
 Breuis in volatilibus est apis 306. b,  
 14. Beatus vir qui in sapientia morabitur, &c. &  
 qui respicit per fenestras illius. 366. a,

Beatus



- Beatus vir qui in sapientia morabitur, & in sensu cogitabit circumspeditionem Dei. 43. 1. a,  
 20. Si spiritus potestatem habentis super te ascendent locum tuum ne dimiseris, &c. 8. 5. a,  
 Homo acharis quasi fabula vana. 264. a,  
 19. Vintuni & mulieres apostatare faciunt sapientes. 337. b,  
 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. 164. a,  
 28. Sæpi aures tuas spinis, & linguam nequam non li audire. 465. b, \*  
 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, &c. 37. a,  
 30. Non est caput nequius super caput colubri. 164. a,  
 32. Adolefcens si interrogatus fueris habeat caput responsum tuum. 429. b, \*  
 36. Ut Prophetæ tui fideles inueniantur. 184. b,  
*Ex Isaia.*  
 1. Argentum tuum versum est in scoriam. 365. a,  
 Decoquam ad purum scoriam tuam, &c. 338. b,  
 Quiescite agere peruersi, discite benefacere. 61. b,  
 Lauamini, mundi stote, &c. Si fuerint peccata vestra vt coccinû, quasi nix dealbabuntur. 392. b,  
 5. Nubibus meis madabo ne pluât super eos. 53. a,  
 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. 191. a,  
 9. Lætabuntur coram te sicut qui lætantur in mæse, &c. 438. b,  
 16. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. 472. b,  
 10. Væ qui condunt leges iniquas, &c. 11. a,  
 24. Eric sicut populus sic sacerdos. 19. a,  
 25. Præcipitavit mortem in sempiternum. 238. b,  
 30. Erunt oculi tui videtes Doctore tuum. 34. b, \*  
 31. Cuius ignis est in Sion, & caminus ignis in Ierusalem. 19. b, 248. b,

38. Iudicio adulterarum contendam tecum. 66. b,  
 40. Mutabunt fortitudinem assument pennas vt aquile, &c. 105. a, \*  
 Loquimini ad cor Ierusalem. 306. a,  
 43. Cum ambulaueris super ignem non comburearis, &c. 96. b,  
 46. Ego feci, ego feram. 48. b,  
 50. Quis est iste liber repudij quem ego dedi matri tuæ. 100. a,  
 54. Lauda sterilis, quæ non parit, &c. 158. a,  
 Ecce ego creauit fabrum insufflantem in igne prunas, &c. 410. b,  
 57. Creauit fructum labiorum pacem. 316. a,  
 53. Et ascendet sicut virgultum coram eo. 394. b, \*  
 58. Sternam per ordinem lapides tuos. 95. b,  
 57. Dabo eis pacem super pacem; secundum septuaginta interpretes. 445. a,  
 60. Qui sunt hi, qui vt nubes volant, &c. 105. b,  
 64. Aquæ arderent igni vt notum fieret nomen tuum, &c. 47. b,  
 A facie tua montes defluerent. 417. a,  
 63. In brachio suo congregabit agnos. 478. a,  
*Ex Ieremia.*  
 Cap. 2. Quam vilis facta est nimis iterans vias tuas. 104. a,  
 Duo mala fecit populus meus &c. 324. b,  
 Quid tibi vis in vijs Aegypti, vt bibas aquam turbidam? 365. a,  
 Onager assuetus in solitudine, &c. Attraxit ventrum amoris sui. 369. b,  
 Quid vis vt iudicio contendam tecum. 420. a,  
 5. Aequi amatores & emillarij facti sunt in sceminas. 133. a,  
 8. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? 137. a,  
 9. Quis dabit capiti meo aquam? 392. a,

## Index locorum

10. Scio Dñe quia non est hominis via eius. 376.a,  
 11. Oliuã vberem, speciosam & fructiferã, &c. 38.a  
 12. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. 375.b,  
 17. Maledictus vir qui confidit in homine, &c. 35. b,  
 32. Dedi eis argentum & aurum, & ipsi fabricati sunt Baal 229.a,  
 35. Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab. 28. b,  
 46. Fortis impexit in fortem, & ambo corruerunt. 455. a,

### Ex Threnis.

1. Expandit Sion manus suas, &c. 359.a,  
 2. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem. 391.a,  
 3. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, &c. 44.b,\*  
 Oculus meus depreçdatus est animã meam. 66. a,\*  
 Diuisiones aquarũ deduxit oculus meus. 390. b,\*  
 4. Filij Sion in clyti amicti auro primo. 104.a,  
 Candidiores Nazarej eius niue, &c. 246. b,

### Ex Baruc.

- Cap. 3. Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, &c. 463. a,\*

### Ex Ezechiele.

- Cap. 1. Animalia quæ vidit Ezechiel habentia pennas & manus hominum sub pennis eorũ. 21. b,  
 3. Et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula, &c. 53. a,  
 9. Signa Tau super frontes virorum gementium, &c. 5. a,  
 12. Ecce ego eiciam gladium meum de vagina sua. 169. a,  
 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, iustitiæ eius in obliuione erunt. 438. b,

20. Dedi

## Sacra Scripturæ.

20. Dedi eis præcepta quæ faciens homo viuet in eis 109. b,  
 31. Affur pulcher in ramis, &c. 135. a,  
*Ex Daniele.*  
 Cap. 4. Videbam & ecce arborem in medio terræ, & altitudo eius nimia. 140. b,  
 9. Non in iustificationibus nostris profsternimus preces ante faciem tuam, &c. 408. b,

### Ex Osea.

- Cap. 2. Et hæc nescierunt quia ego dedi eis frumentum, & vinum, & oleum, &c. 241. b,\*  
 4. Quia tu scientiam repulisti repellam te ne facer docto fungaris mihi. 49. b,  
 Peccata populi mei comedent sacerdotes. 54. a,  
 Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. 246. a,\*  
 10. Ephraim vitula docta diligere trituram. 150. a,  
 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. 316. b,  
*Ex Toel.*  
 Cap. 2. Reddam vobis annos quos comedit locusta, &c. 439. a,\*  
 Gens ascendit super terram meam fortis & innumerabilis. 449. b,\*

### Ex Amos.

- Cap. 5. Quomodo si fugiat vir à facie leonis & occurrat ei virsus, &c. 304. a,\*  
 9. Percute cardinem & commouebuntur superliminaria. 142. a,

### Ex Michæa.

- Cap. 6. Humiliatio tua in medio tui. 416. a,  
 Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. 426. b,

### Ex Nabum.

- Cap. 3. Omnis qui viderit te resiliet à te. 189. a,  
*Ex Abacuc.*  
 Cap. 3. Cornua in manibus eius, &c. 455. b,

Ex

## Index locorum

*Ex Sophonia.*

Capit. 1. Querite Dominum si quo modo inueni-  
tis eum. 287. a,

*Ex Zacharia.*

Cap. 1. Extenderetur super Hierusalem perpendi-  
culum. 30. a, \*

9. Ecce rex tuus venit tibi 388. a,

*Ex Malachia.*

Cap. 1. Maledictus dolosus &c. Et qui immolat de-  
bilem Domino. 403. b,

2. Lex veritatis fuit in ore eius. 5. b,

3. Sedebit confians & emundans argentum. 365. a,

4. Non derelinquet eis radicē neque germē. 142. a,

*Ex Matthæo.*

Cap. 5. Esto cōsentiens aduersario tuo, &c. 242. b, \*

6. Lucerna corporis tui est oculus tuus. 207. a,

7. Nolite sanctum dare canibus. 53. a,

11. Tollite iugum meum super vos. 27. a,

13. Simile est regnum cælorum thesauro, &c. 51. a,

19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. 43. b,

Sunt qui se castrauerunt propter regnum cælo-  
rum. 121. a,

21. Osanna filio Dauid. 136. b,

22. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde  
tuo, &c. 228. b,

24. Ve pręnantibus &c. 121. b,

25. Ite maledicti in ignem æternum. 62. a,

27. Deus Deus meus, vt qd dereliquisti me? 38. b, \*

*Ex Marco.*

Capit. 1. Expulit illum spiritus in desertum. 103. b,

2. Nemo ponit vinũ nouũ in vres veteres. 260. b,

9. Credo Domine adiuua incredulitatē meã. 105. a,

*Ex Luca.*

Cap. 2. Nunc dimittis seruũ tuũ Domine &c. 91. b,

8. Aliud cecidit secus viã & conculcatũ est, &c. 51. a,

Qui habet aures audiendi audiat, &c. 326. b,

10. Ieiuno

## Sacrę Scripturę.

10. Ieiuno bis in Sabbato &c. 34. a,

15. Aut q̄ mulier habēs dragmas decē, &c. 477. a, \*

20. Zachęus ascendit super arborē ficomoriũ. 91. a,

21. Respicite & leuate capita vestra, &c. 74. b,

*Ex Ioanne.*

Cap. 1. Quod factum est in ipso vita erat. 426. a,

Vox clamātis in deserto dirigite viã Domino. 29. b,

Quem scripsit Moyses & prophete &c. Item veni  
& vide. 397. b,

3. Oportet vos nasci denuo. 151. b,

4. Vade voca virum tuum. 188. a,

Tu forsitan petisses ab eo & daret tibi aquam vi-  
uam. 285. a,

6. Colligite q̄ superauerũt fragmēta ne pereāt. 55. b

Pręcepit turbę vt discumberet super fenũ. 91. a,

8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem  
meum. &c. 158. a,

Inclinans se digito scribebat in terra. 392. b,

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam la-  
pidem mittat. 85. b,

15. Ego sum vitis vera & vos palmites. 50. a,

16. Mulier cum parit tristitiam habet, &c. 397. a,

19. Coniumentum est. 292. a, \*

*Ex Actis Apostolicis.*

Capit. 1. Cępit Iesus facere & docere. 20. b,

9. Et ceciderũt ab oculis eius tanquã squamę. 72. a,

4. Fide purificans corda eorum. 36. a,

*Ex Epist. ad Romanos.*

Cap. 1. Iustitia enim Dei in eo reuelatur. 279. a,

2. Et qui in lege peccauerunt per legem iudica-  
buntur. 10. b,

3. Naturaliter ea quę legis sunt faciunt. 150. a,

4. Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad  
iustitiam. 54. b,

Signum accepit circũcisionis signaculum iustitię  
fidei. 286. a,

5. Scientes

## Index locorum

5. Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur. &c. 143. a,
  6. Nō regnēt peccatū ī vestro mortali corpore. 131. b
  7. Infelix ergo homo, quis me liberabit, &c. 444. b,
  8. Hoc scientes quoniam vetus homo, &c. 124. a,
  - Vanitati creatura subiecta est, &c. 124. b, 169. b,
  - Non sūt cōdignę passiones huius t̄pis, &c. 232. b, \*
  9. Verbum consumans & abbrevians in æquitatem. 14. b, \*
  10. Finis legis Christus est. 5. a,
  11. Tu autem cum oleaster esses, &c. 233. b,
  12. Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, &c. 207. b,
  - Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. 130. a,
  16. Dominus cōterat Satanā sub pedibus &c. 261. b
- Ex epist. ad Corinth. 1.*
- Cap. 1. Iphis autem vocatis Iudæis atque Græcis, &c. 128. b,
- Factus est pro nobis iustitia, sanctificatio & redemptio. 122. a,
3. Omnia vestra sunt, &c. 59. b,
  4. Super omnia charitatem habete. 27. a,
  6. Elca ventri & venter elcis. &c. 121. b,
  9. Sic currite, ut comprehendatis. 105. a,
  10. Maior autem horum est charitas. 7. a,
  13. Charitas patiens est benigna est. &c. 6. a,
- Ex epist. ad Corinth. 2.*
- Capit. 1. Fide statis. 35. b,
4. Non ambulantes in astutia, &c. 18. a, \*
  - Quoniam Deus, qui dixit de tenebris, &c. 379. b,
  5. Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit. 54. a,
  2. Non poterant intendere filij Israel &c. 71. b,
  11. Cum infirmor tunc fortior sum. 85. a,
  - Timeo ne sicut serpens Euā seduxit astutia sua. 88. a
  12. Datus est mihi stimulus carnis meæ. 130. b,
- Ex

## Sacræ Scripturæ.

*Ex epist. ad Galatas.*

- Cap. 2. Vivo ego iam non ego. &c. 70. a,
3. Lex pedagogus noster fuit in Christo. 115. b,
  - Conclusit scriptura omnia sub peccato. 364. a,
  5. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, &c. 124. b,
  - Caro concupiscit aduersus spiritum. 426. b, \*

*Ex epist. ad Ephesios.*

- Cap. 1. Ut Deus Domini nostri Iesu Christi. &c. 71. a
2. Eratis illo in tempore sine Christo, &c. 74. a,
  3. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi. 51. b,
  4. Ex quo totum corpus compactum & connexum, &c. 197. b, \*
  5. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam, &c. 15. b,
  - Omnis fornicator aut immundus aut auarus. &c. 117. b, \*

*Ex epist. ad Philippenses.*

- Cap. 1. Coarctor nimis è duobus desiderium habens dissolui & esse cum Christo. 30. b,
3. Ea autē quæ retro sunt obliuiscens: &c. 145. b, \*

*Ex epist. ad Colossenses.*

- Cap. 1. Sive quæ in cælis sive quæ in terris sunt. 455. b,
3. Quæ sursum sunt querite vbi Christus est in dextera Dei sedens. 124. b,

*Ex epist. ad Thessalonicenses prima.*

- Cap. 2. Cū accepissetis verbū auditus Dei. &c. 56. b
4. Ut sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione. 130. b,

*Ex epist. ad Timotheum prima.*

- Cap. 5. Testificor coram Deo qui viuificat omnia, &c. 10. a,
6. Radix omnium malorum cupiditas. 120. a,

*Ex epist. ad Titum.*

- Capit. 2. Expectantes beatam spem. &c. 139. a,

e Ex

## Index locorum Sacræ Scripturæ.

*Ex epist. ad Hebræos.*

- Cap. 3. Donec hodie nominatur inter vos. 262. a,  
 5. De quo nobis grandis sermo, &c. 5. a,  
 6. Quæ sicut anchora habemus aîe nostræ &c. 13. 8.  
 11. Aspicientes in authorem fidei & consummatorum Iesum. 5. b,  
 Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, &c. 73. b,  
 Fidei est sperandarum substantia rerum. 140. b,  
 12. Nondū. n. vsq; ad sanguinē restitistis &c. 60. b,  
 13. Non habemus hic manentē ciuitatē, &c. 65. b,

*Ex epist. Iacobi.*

- Cap. 1. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. 69. a,  
 2. Quicumq; enim totā legem seruauerit &c. 32. b,  
 Estote factores uerbi & nō auditores tūi &c. 34. b,  
 4. Deus superbis resistit, &c. 162. b,

*Ex epist. 2. Petri.*

- Cap. 2. Obsecro vos fratres tāquā aduenas &c. 86. a  
 Regenerauit nos in spem uitam, &c. 156. b,

*Ex epist. 1. Petri.*

- Cap. 3. Laret enim eos hoc uolentes quod celi erāt prius & terra de aqua & per aquam consistens Dei uerbo. 278. a,

*Ex epist. 1. Ioannis.*

- Cap. 2. Omne quod est in mundo &c. 117. b,

*Ex epistola Iuda.*

- Cap. 1. Nubes sine aqua quæ à vento circumferuntur. 135. a,

*Ex Apocalypsi.*

- Cap. 3. Tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. 49. b,  
 Uinum frigidus aut calidus esses, sed quia tepidus es incenam te et omere. 62. a, 97. b,\*  
 6. Vidi sub altare Dei animas interfectoꝝ. 251. a,  
 10. Accipe librum & deuora illum. 308. a,

F I N I S.

## I N D E X

## PRÆCIPVARVM

huius operis Sententiarum.

*In quo numerus designat Folium.*

A



Brahæ facta fuit secūda repromissio futuri seminis. 157.

Actiones humanæ intelliguntur in Scriptura Sacra per uias. 29.

Actiones humanæ post primū peccatum tortuose sunt imitari. n. serpētis semitā. ibid.

Actiones humanæ regulandæ sunt per normam diuinorum præceptorum. ibid.

Actiones humanæ per charitatem ueluti per perpendicularum mensurandæ sunt. 30.

Actiones suas homines mundani amore proprio dirigunt. 31.

Adolescentes ut plurimum agunt partes corporis, & quare. 43.

Adolescentes maioris audaciæ, & spei sunt. ibid.

Adolescentum naturæ ferocitas frēnanda est obedientia legis Dei. ibid. & 44.

Adolescētibus maximè utilis obediētia. 44. & seq.

Adolescentum inobedientium exempla. 44.

Adolescens contemptus, Christum Redemptorem significat in scriptura. 394.

Aduocati, scribæ, & procuratores comparantur medicis sanitatem protelantibus. 13.

Agens secundarium nihil potest nisi uirtute primi agentis. 17.

## Index Rerum.

**Alph** significat doctrinam. 9.  
**Alphaberi** Hebraici literæ habent suas peculiare  
 significationes. ibidem.  
**Ambitio** est simia charitatis, sed dissimili mo-  
 do. 331.  
**Amor** diuinus & si ignis sit non comburit sed illu-  
 minat. 20.  
**Amor** Dei super omnia se superposuit. 26.  
**Amore** diuino non proprio omnia facienda. 31.  
**Amor** diuinus delectabiles facit nostras operatio-  
 nes. 58.  
**Amor** facit, vt ipsa mors sit amanti delectabilis, vt  
 patet in martyribus. 58. & 305.  
**Amoris** maximum signum est pati quemquam in  
 seipso propter amicum. 60.  
**Amor** in Scripturis sacris per ignem multoties si-  
 gnificatur. 115.  
**Amor** meretricius, quomodo antiquitus depi-  
 ctus. 123.  
**Angeli** voluntatē Dei infallibiliter adimplent. 274.  
**Angeli** nomine celi in telliguntur. ibid.  
**Anima** nostra tunc est directa, quando Deum re-  
 cto itinere attingit. 35.  
**Anima** id sit cuius speculum constituitur. 125.  
**Animæ** vita consistit suo modo in debita propor-  
 tione virtutum. 133.  
**Anima** habet suas ætates sicut corpus. 143.  
**Anima** quare leuanda in Deum. 153.  
**Animæ** dignitas pluribus argumentis amplifica-  
 tur. 226.  
**Animę** pulchritudo in cordis mūditiā sita est. 246.  
**Animæ** splendor amittitur cum rebus inferiori-  
 bus immiscetur. ibidem.  
**Anima** comparatur speculo. ibidem.  
**Animam** celi aspectus pulchram, terræ dedecora-  
 tam reddit. ibid.

Animæ

## Index Rerum.

**Animæ** purgatorij participes sunt orationum  
 Sanctorum. 196.  
**Animalia** ruminantia munda in lege. 149.  
**Animus** hominis ab impijs tangi non potest. 268.  
**Appetitus** vincitur fugiendo. 125.  
**Arca** in qua erat verus testamentum quare ex li-  
 gnis incorruptibilibus. 113.  
**Auaritia** præcipuum impedimentum mandato-  
 rum Dei. 117.  
**Auaritia** reliqua vitia includit. ibidem.  
**Auaritia** maxima abnegandi fidem causa. 118.  
**Auaritia** potētissima ad trahendos animos homi-  
 nū in quodcunq; vitium est idololatriam. ibid.  
**Auaritia** quomodo dicatur idolorū seruitus. 119.  
**Auaritiæ** nomine intelligi potest quodcunq; tem-  
 poralium desiderium. 120.  
**Auaritia** quomodo initium omnium vitiōrum. ibid.  
**Auari** idololatræ quare. 117.  
**Auarus** nequior videtur Iuda. 119.  
**Auarus** animam venalem habet. ibidem.  
**Auatus** exiit pietatem. ibidem.  
**Auaro** nihil scelestius. ibidem.  
**Auarus** magis amat diuitias, vt putrescant quam  
 alteri vsui sint. 120.  
**Auarus** (contra ordinem naturæ) non conatur va-  
 cum in proximo adimplere. ibidem.  
**Auarus** nulli bonus esse potest. ibid.  
**Auarus** oculis concupiscit rem alienam. 121.  
**Auarus** appetit pecuniam sine mensura. 118.

B

**B**aptismus est ianua per quam ingredimur ad  
 Ecclesiam. 15.  
 per Baptismum renouatur homo in nouum ho-  
 minem. 46. 47.  
 per Baptismū cōformamur Deo artifice nostro. 47  
 de Bapismo vide plura. 46. & seq.

e 3 Beati-

## Index Rerum.

- Beatitudinis consideratio maximè refert ad nostras actiones dirigendas. 14.  
 Beatitudo scopus nostrarum actionum. 14.  
 Beatitudinis desiderium omnib. ingenitum est. 14. 15.  
 Beatitudinem quærunt peccatores sed non ubi quærenda est. 14.  
 Beatitudo duplex altera in spe altera in re. 15.  
 Beatitudo sanctorum in patria explicatur in sacris literis nose quietis, status vero viæ p motum. 16.  
 versus Beatitudinem pergere debemus in hac vita sicut Sol versus meridiem. 16.  
 Beatitudo denotatur per perfectum diem qui non cognoscit vesperum. 17.  
 cum Beatitudine magnam similitudinem habeat pecunia. 58. 59.  
 Beatitudinis cum pecunia egregia comparatio. 59.  
 Beatitudo sola replet desiderium hominis. 238. 239.  
 Beatitudinis misericordia omnes misericordiarum effectus eminenter includit. 238.  
 Beatitudinis vita simpliciter & siue addito vita dicitur. 238. & seq.  
 in Beatitudine nec mors nec quæ ad illam disponunt locum habent. ibidem.  
 Beatus qui voluerit esse, sit immaculatus. 15.  
 Beatus dicitur, qui in hac vita legem Dei seruat non in re, sed in spe. 15.  
 Beatorum orationes nobis proficiunt. 196.  
 Beatorum atque electorum in hac vita degentium mirabilis contra positio atque figura. 196.  
 Beatorum felicitas non perfecta si essent aliquid amissuri. 240.  
 Beneficia Dei erga hominem. 60.  
 Beth littera Hebræa, quid significet. 42.
- C
- C**ain interficienti septupulum reddendum esse in vindicta, quomodo intelligatur. 167.

Canis

## Index Rerum.

- Canis in Scriptura significat peccatorem immundum. 329.  
 Canis in scriptura aliquando predicatorem significat. 329.  
 Carnis venereæ delectationes per funes quandoque significantur. 192.  
 Carnis maceratio sanctis omnibus in usu fuit. 206.  
 ex Carne nostra in qua nascimur oritur timor labendi. 88.  
 Carnis & spiritus diversissima natura ex qua provenit dissensio inter illa. 88. 89.  
 Carnis rebellionis in causa est fomes. 89.  
 Carnis & spiritus dissensio figurata in Iacob, & Esau. 89.  
 Carnis defectus, quare vocentur vetus homo. 124.  
 Caro absque rationis consensu multoties motus exeret. 130.  
 Catholici in rebus fidei Ecclesiæ sanctorumque intelligentiam sequuntur. 264. 265.  
 Cælum est emporium unde necessaria vehuntur. 153.  
 Cælum verbum Dei observat. 273.  
 Caritas inter ceteras virtutes maximè appropinquat Deo. 26.  
 Caritas debet esse regula viarum nostrarum. 30.  
 Sine Charitate nullus actus est meritorius. 33.  
 Caritas delectabiles facit labores, & ipsam mortem. 58. 305.  
 Caritas in æternum manet eadem summo decore perficitur postea. 144.  
 Charitati tribuuntur omnium virtutum effectus. 145.  
 Caritas generat magnanimitatem. 145.  
 Caritas actiones nostra super terrena elevat. 150. 151.  
 Caritas oritur ex spe. 156.  
 Caritas per columnam ignis significatur. 114.  
 Caritas dicitur via Dei. 126.  
 Caritas dicitur æquitas. 133.

c f

Cha-

## Index Rerum.

Charitas virtutes omnes facit gratas Deo merito-  
 que sanctorum mensurat. 196. 206.  
 Charitas est finis perfectionis. 207.  
 Charitas iustos omnes membra eiusdem corporis  
 constituit meritoque communia reddit. 195.  
 Charitatem quare appellet mandatum latum  
 nimis. 291.  
 Charitas operit delicta tã propria quã aliena. *ibid.*  
 Charitatis encomia proponuntur. 291.  
 Charitas viam cœli (quæ arcta est) latam red-  
 dit. *ibidem.*  
 Charitatis præceptum in hac vita impleri non po-  
 rest in rota sua latitudine. *ibidem.*  
 Charitas finis omnium præceptorum. 292.  
 Charitas in Scriptura significatur per viscera. 296.  
 Charitas in Scriptura per ignem intelligitur. 296.  
 Charitatis præceptum ad inimicos se extendere  
 efficaciter probatur. 299.  
 Charitas omnem iniquitatem facit odiosam. 308.  
 Charitas gressus hominis facit pulchros. 376.  
 De charitate respectu ad alias virtutes, vide mul-  
 ta. 33. 34.  
 Christiani mali ob sua demerita relinquuntur à  
 Deo. 50.  
 Christianorũ peccata grauiora quia scãdalosa. 50.  
 Christianus malus hospiti comparatur. 74.  
 Christus Dominus dicitur via. 15.  
 In Christo quõ sumus sancti & immaculati. 15.  
 Christus Dominus fidei iussor noster fuit. 37.  
 Christus iuge sacrificium corporis sui ad quid re-  
 liquit. *ibidem.*  
 Christi viscera per sua vulnera nobis patent. 38.  
 Christum quomodo Deus dereliquit in cruce. 39.  
 Iustitiam Dei in Christo, quid vocet Paulus. 54.  
 Christi meritum, quando nobis communicatur  
 efficiamur iustitia Dei in illo. 54.

Christi

## Index Rerum.

Christi meritum non communicatur nobis nisi  
 per fidem charitate formatam. 54.  
 Christus est via testimoniorum Dei. 59.  
 Christi passio maximam fidem sui erga nos amo-  
 ris fecit. *ibid.*  
 Christus lumen est. 71.  
 Christus finis legis iustitiarũ, & testimoniorũ. 113.  
 Christus vt verus sacerdos quicquid in lege con-  
 tinebatur ostendit. 71. 114.  
 Christus ex via semitam fecit. 115.  
 Christus quanto legem arctiorem tanto facilio-  
 rem fecit. *ibidem.*  
 Christi mors gentibus stultitia videbatur. 128.  
 Christi mors potentia, & sapientia. 129.  
 Christus æquitas Dei & nostra. 132. 133.  
 Christus iustitia Dei & nostra. *ibidem.*  
 Christus dicitur ipse vel ille. 135.  
 Christus salutare Dei. 136. & 137.  
 Christus Dei misericordia. 137.  
 Chrs nos docuit operationes leuare in Deũ. 150.  
 Christi manus quare tornatiles. 151.  
 Christus ad hoc venit, vt animos ab his infimis di-  
 ueleret. 151.  
 Christo vt homini cogitationes nostræ manifeste  
 sunt. 182.  
 Christus quare facies Dei dicatur. 181. & seq.  
 Christus solus omnes sensus spirituales, idest, do-  
 na gratiarum habuit. 186.  
 Christus pasqua electorum. 311.  
 Christus secundum diuinitatem lumen, secundũ  
 humanitatem lucerna dicitur. 312.  
 Christus quare lumen vitæ. 314.  
 Christus altare Dei. 251.  
 Christus dicitur dies. 281.  
 Christus omniũ virtutũ ac præceptorũ finis. 292.  
 Christus quare ois cõsumationis finis. 292. & seq.  
 Vsq̃



## Index Rerum.

Vsq̄ue ad Christi mortem nullus potuit dicere peccati consummatū est, sed consummandū. 292.  
In morte Christi imperium dæmonis finem habuit. 292. 293.  
In Christi morte hominum malitia consummata est. 293.  
Christus quare leoni comparetur. 294.  
In Christo, & eius cruce omnes virtutes ostenduntur. 294. & sequentibus.  
Christus quare virga. 294.  
Amor Ionathæ ad David amoris Christi erga nos typum gessit. 295.  
Christus quare vnus. 311.  
Christus omnibus est lux. 311. & sequentibus.  
Christus vnitati assimilatur. 311.  
Clamor est actus orantis. 399.  
Clamor cordis exprimit magnum petentis affectum. 401.  
Cogitationes prauæ cum incipiunt facilius vincuntur. 332.  
Communio Sanctorum quid. 195.  
Conciōtum sanctorum in deuoti carpuntur. 76.  
Concupiscere si solitarie sumatur est in malam partem. ibid.  
Concupiscentia radix nostrorum operum. 115.  
Confessio in scriptura sumitur pro gratiarum actione. 34.  
Confessio duplex, & laudis, & criminis. 35.  
Conscientia mala cruciatus impiorum. 167.  
Consilium sacerdotum contra Christum in domo Caiphæ 83.  
Consilia nostra in Deo permanere debent. 87.  
Consilia impiorum infatuat Deus. 87.  
Consulere debemus in omnibus negotijs nostris Deum. 87.  
Consuetudo quare difficilè repellatur. 44.

Con-

## Index Rerum.

Contemplatio maioris perfectionis, quam vita actiua. 253.  
Contemplatio est mors quædam. 254.  
Contemplationi dediti stolidi ad res humanas gerendas habentur. 258.  
Contemplatio facit animam non detineri officijs corporeis. 255.  
Contemplatiuis vita præsens tædium. 263.  
Cor h humanum secundum se totum reddere Deo impossibile est in hac via. 19.  
Cor nostrum quanta cura seruandum. 34.  
Cor aliquando pro tota anima accipitur. 36.  
Cor semper debemus habere sursum. ibid.  
Cor nostrum sanctis considerationibus detineri debemus. 52.  
Cordis purificatio in coniunctione ad cœlestia. 247. 248.  
Cordis puritas in hac vita non perfecta. ibidem.  
Cor actibus virtutum mundatur. 248.  
Cor debet habere octo, vt Deo seruiat. 279.  
Cor hominis arca legis Dei. 113.  
Corpus nostrum quare pauimentum. 91.  
Creaturæ possunt diligi sic, vt Dei dilectionem non impediant. 19.  
Creatura alteri creaturæ se communicat. 119.  
Creaturæ spectant perfectionem à quo habuerūt originem. 227.  
Credere mandatis quid sit. 208.  
Cruz Christi oliua fuit. 38.  
In cruce Christi concupiscentia peccati damnata est & crucifixa. 123.  
Cruz Christi commendat amicitiam Dei. 129.  
In cruce perfectio totius legis, & ars bene viuendi. 129.  
Cruzis meditatio efficacissimum remedium contra tentationes. 124.

Cruz

## Index Rerum.

- C**ru<sup>x</sup> Christi perfectissima ratio gloriandi. 130.  
 Cru<sup>x</sup> signum populi Israël. 454.  
 Cru<sup>x</sup> Christi for<sup>n</sup>ax ferrea. ibidem.  
 Cru<sup>x</sup> Christi arbor vitæ. 455.  
 Quid Crucis longitudo, latitudo, ac profundum  
 significent. 456.  
 In Cruce Christi explicatum fuit ænigma Sanso-  
 nis. 456.  
 Cru<sup>x</sup> lectulus Salomonis, ara & insigne victoriæ  
 nostræ. 457. & sequen.
- D**
- D**am<sup>n</sup>ati quare omnibus creaturis etiam vilif-  
 simis con<sup>u</sup>emptui erunt. 81.  
 Damnatorum pœna figurata in Bethsamis. 82.  
 David grauius punitur propter superbiam, quam  
 ob adulterium & homicidium. 243.  
 David Regem Saulem beneficijs deuicit. 244.  
 David benefaciendo ex inimicis insigne trophæum  
 lucrabatur. ibidem.  
 Declinare, à malo non fatis est nisi feceris bo-  
 num. 61. 62.  
 Delectatio venerea nimium vanitatis habet. 122.  
 Deuotio effectus est lætitiæ. 59.  
 Deus quomodo se subtrahat suis. 39. 40.  
 Deus dicitur in scriptura; aliqua facere quæ solum  
 permittit fieri. 48.  
 Deus quomodo dicatur in scriptura excæcare,  
 indurare, &c. 48.  
 Deus quomodo auxilium suum aliquibus dene-  
 get explicatur exemplo. 49.  
 Cum Deo oia bona possidentur. 59.  
 Dei consideratio delectationem parit. 60.  
 Dei beneficia erga hominem. ibidem.  
 Deus se reuelat ei à quo diligitur. 75.  
 Deus solus vniuersale bonum est. 117.  
 Deus cor hominis huc illucq; ferre potest. ibidem.

Deo

## Index Rerum.

- D**e<sup>o</sup> duplex honor debetur. 117.  
 Deo adhærens immobilis fit. 125.  
 Deus taliter causa q̄ nullo modo effectus est. 152.  
 Deo de suis effectibus maior cura est, quam cæte-  
 ris causis ibidem.  
 Deus quomodo dicatur obliuisci & pœnitere. 157.  
 Tempus Dei dicitur quando iudicium impiorum  
 exequetur. 99. 100.  
 Deus nobis naturam fragilem, ac facilem qua-  
 re permittit. 171.  
 Deus & si omni laude nostra maior sit summas ei  
 laudes cantare debemus. 174.  
 Non solum noctes, sed & dies in Dei laudibus ex-  
 pendi debent. 175.  
 Omni cura animum in Dei laudibus retinere  
 debemus. 174.  
 In aduersis memores Dei esse debemus. 176. & se-  
 quentibus.  
 Quædam operatur Deus potius, vt misericordiam  
 ostendat quam vt omnibus communicanda  
 existimentur. 179. & sequentibus.  
 Respectus gratiæ & Dei maiestas & clara Dei visio  
 facies Dei in scriptura, quare dicantur. 183.  
 & sequentibus.  
 Deus plus largitur, quam ab eo petatur. 232.  
 Dei omnipotentia per manus in scriptura ex-  
 primitur. 222.  
 Deo cur potius misericordiam inter cæteras vir-  
 tutes attribuimus. 200.  
 Deum summè bonum esse omni genere bonita-  
 tis comprobatur. 212.  
 Deus iustos in hac vita affligi misericorditer per-  
 mittit. 201.  
 Dei misericordia cælum etiam implet. 202.  
 Deus siue pœnas inferat, siue beneficia largiatur  
 semper in omnibus se æquum exhibet. 235.

Deus,

## Index Rerum.

Deus, quando hominem creauit maximè sibi cõ-  
placuit. 227.  
Deum non nisi per effectus cognoscere vale-  
mus. 203. 213.  
Deo omnia sunt præsentia, & præterita & futura  
ratione æternitatis. 282.  
Quòd omnia seruiant Deo solùm verificabitur,  
quando Christus tradiderit regnum Patri. 282.  
Deus non nostra sed nos quærit. 287.  
Quanto maior cura Deo sit de prædestinatis quàm  
de reprobis. 289. 290.  
Deus nos expectat, vt saluet, diabolus vt perdat. ibi.  
Deus operationes nostras spontaneas probat po-  
tiusquam coactas. 297.  
Deus contraria via homines ad se allicere nititur,  
atque mundus. 306.  
Mysterium magnum contentum in nomine Dei  
Iehoua declaratur. 312.  
Deus sicut finem inclinationem tribuit. 155.  
A Deo omnia pendent. 269.  
Deus aspicit quosdam vt saluet alios, verò vt dam-  
net. 370.  
Deus non prius est vltor quàm homo peccator. 353.  
Derelictio Dei duplex altera electorum altera re-  
proborum. 38. 39.  
Desperare nullus debet de Dei misericordia. 167.  
Diaboli suggestiones quomodo vincendæ. 84. 85.  
Diabolus quomodo nos quærat perdere. 290.  
Dies præsentem vitam designat, nox vero futu-  
ram. 353.  
Dies aliquando æternitatem aliquando fidem spe  
& charitate concomitantem significat. 282.  
Dies iudicij quare dicatur tempus omnium crea-  
turarum. 169.  
Dilectionis Dei præceptum quomodo sit intelli-  
gendum. 19. & 25. & 26.

Per

## Index Rerum.

Per dilectionis Dei præceptum intelligimus quid  
sit scopus diuini amoris. ibidem.  
Dilectionis Dei præceptum in patria ex toto im-  
plebitur. ibid.  
Diligimus Deum super omnia si ea in Deum re-  
feramus. ibidem.  
Diligendus est Deus infinitè. ibidem.  
Dilectio creaturæ ad Deum exilis est. 26.  
Dilectio erga Deum & proximum est veluti cen-  
trum quod emittit lineas ad extrema. 30.  
Diligere alia præter Deum est retorquere. cor. 48.  
Diligendos inimicos docet Christus. 72.  
Discipulus, quid habere debeat. 57. 58.  
Dispositiones humanæ non sufficiunt nisi præsto  
sit diuinum auxilium. 53.  
Diuites non largientes eleemosynas carpun-  
tur. 30. 31.  
Diuitias quærentes quare prædones dicuntur. 66.  
Diuitiæ vel omnino auferunt, vel repescere saltem  
faciunt diuinorum amorem. 372.  
Diuitiæ pedes animæ quasi cõpedibus ligant. 373.  
Diuitiarum abundantia iræ Dei signum esse solet. 373.  
Diuitijs affluere ac honoribus, & cæteris huius  
mundi bonis, numinis irati signum esse cre-  
dendum est. 375. 376.  
Doctores falsi non tam sobolem spiritus quam  
propria commoda quærunt. 18.  
Doctrina sacra sobrietatem docet. 17.  
Doctrina speculatiua sine practica nihil proficit  
ad salutem quinimo culpam auget. 350.

E

Ecclesia militans permixtim habet bonos &  
malos. 23.  
Ecclesia aliquando denominati à digniori parte. ibi.  
Ecclesia quomodo dicatur tota pulchra cum eniã  
sancti non careant venialibus. 23.

Ecclesie

## Index Rerum.

Ecclesiæ labia vitæ coccineæ quare assimilent. 174.  
 Ecclesia ieiunij & austeritate vitæ fundata est. 259.  
 Ecclesia simplicissimo vititur sermone. 265.  
 In ecclesia nunquam deficient iusti. 268. & 269.  
 Ecclesia polis cæli & arcæ Noe comparatur. 280.  
 Ecclesia vitæque idem constituit regnum vnde & me-  
 rita communia sunt. 197.  
 Ecclesiæ vtriusque conuenientia & discrimen. 197.  
 Effectus suas respiciunt causas vt id accipiant quo  
 indigent. 152.  
 Eloquiorum Dei dulcedine omnis amaritudo no-  
 strorum criminum mitigatur. 307.  
 Ephimerum animal vnum diem artificialem pro  
 termino vitæ habet. 262.  
 Essentia diuina mirabiles ex se efflat amores. 20.

F

**F**aciem Deum nobis ostendere & absconde-  
 re quid? 113.  
 Fœminæ visus quid in anima faciat. 390.  
 Fides cum charitate est lucerna ardens. 18.  
 Fides superat omnes rationes naturales. ibid.  
 Fides dirigit intellectum nostrum. 35.  
 In fide rationes quærere an minuat meritum. 63.  
 Fides fundamentum totius ædificij Christia-  
 ni. 140. & 141. & 208.  
 Fides in peccatore celestes excitat instinctus. 147.  
 Fides in peccatore figuratur per puellam capti-  
 uam in domum Naaman. 141.  
 Fides in formata charitate totâ animâ occupat. 247.  
 Fides in exercitata cito languescit. 268.  
 Fides per triplicem funiculum à Salomone descri-  
 bitur. 191.  
 Filium Dei ante incarnationem assumpsisse corpo-  
 ris humani figuram æream si verum est quo-  
 modo intelligatur. 224. & 225.  
 Filius Dei verbum quare dicatur. 275.

Finis

## Index Rerum.

Finis sine modo diligitur. 18.  
 Finis Deus præstituendus. ibid.  
 Fomes quare dicitur peccatum. 89.  
 Absq; fomite nullus dum viuere est Christo & eius  
 matre demptis. 89. 90.  
 Fornicem non tollit gratia Dei. 90. 91.  
 Fornicationis vitium tollitur fugiendo occasio-  
 nes. 123.  
 Fortè aduerbium quando dicit in certitudinem  
 dicit incertitudinem antecedentis non conse-  
 quentis. 284.  
 Beatus pater Franciscus hoc solum orabat Deus  
 meus & omnia mea. 59.  
 Fuit in diuinis literis dimensionum sortes, pecca-  
 ra, & fides designari solet. 191.

G

**G**entilicum populum designat filius Prodi-  
 gus. 45. 46.  
 Gentiles & Pagani lignis quò comparentur. 50.  
 Gimel interpretatur retributio siue plenitudo. 65.  
 Gimel à quibusdam Hebræis interpretatur mer-  
 cedem soluere. 69.  
 Gloria beatorum, præsentis vitæ ærumnas valde  
 superat. 233.  
 Gratia homo generatur. 156.  
 Gratiam non præcedunt merita. 199.  
 Gratia quare pruina dicatur. 259.  
 Gratia solus Deus pater. 270.  
 Gratia respectu aliquorum dicitur lumen respe-  
 ctu vero aliorum lucerna. 313.  
 Gratus erga accepta beneficia maiora meretur  
 accipere. 55.  
 Grati debemus esse diuinis beneficijs. 64. & 65.

H

**H**æretici & hypocritæ studijs suis conantur  
 victores videri. 18.

f

Hære-

## Index Rerum.

- Hæreticis auferitur verbum veritatis vsquequaque. 142.  
 Hæretici non communicant meritis sanctorum. 199.  
 Hæretici mendacijs inuitantur & proprium sequuntur sensum. 264.  
 Hæretici figuris & coloribus sua dogmata scribunt. 265.  
 Homo duplex interior & exterior & inter eos civile bellum. 43. 88.  
 Hominis exterioris partes quare vt plurimum agant adolescentes & iuuenes. 43.  
 Hominis interioris & exterioris lites lex Dei componit. 45.  
 Homo quia obliuiosus est vocatur Hebraicè Enos. 64.  
 Homo Dei imago ceteræ creaturæ vestigia. 70.  
 Hominis interioris & exterioris diuersus appetitus depingitur. 89.  
 Hominem animal chimericum quare appellabat Plato. 88.  
 Homo de memoria sua aliquid boni promere debet vt meditetur. 174.  
 Homo debe esse sollicitus ad inquirendum bonum quod à Deo sperat. 181.  
 Homo post recogitationem peccatorum & fletum confiteri debet. 187.  
 Gratia Dei hominem promptum reddit ad eius mandata exequenda. 189.  
 Homo propter Deum cetera propter hominem factus. 228.  
 Homo solus per manus Dei creatus dicitur. 222.  
 Homo cur erecto capite creatur. 225. 226.  
 Hominis formatio maximè manifestauit virtutem Dei. 221.  
 Homo quomodo ad imaginem Dei factus intelligatur. 223.

Solus

## Index Rerum.

- Solus homo inter visibiles creaturas Dei mandatis contrahere præsumit. 283.  
 Homo secundum naturam habet quo tendat. 226.  
 Homo per gratiam finem & inclinationem habet. ibidem.  
 Homo pude fit si videatur accedere ad vxorem quare. 271.  
 Quam pauci sint homines qui possint Deo dicere, tuus sum ego, eleganter declaratur ex doctrina Ambr. 287. & seq.  
 Homo qui aduersitatibus resistit quam firmum habeat fundamentum. 290.  
 Homo amore potius quam vi trahitur. 291.  
 Extimantes se nihil quod gerant habere dum secularia negotia non habent reprehenduntur. 297.  
 Homo qui declinat ab vno peccato & in aliud relabitur cui assimilatur. 304.  
 Quod non possit homo dici in gratia persistere nisi sustentetur à Deo. 304.  
 Desideria hominis facillè ad altiora ascendunt si ex alto nascantur. 333.  
 Humana natura post peccatum contemptibilis valde. 82.  
 Humanum corpus est præ cæteris perfectissimum. 225.  
 Humiles auditores illuminantur de sermonibus Dei. 365.  
 Humilitas est locus iustorum. 36.  
 Humilitas testimonijs scripturæ laudatur. 79. 80.  
 Humilitas quæque sumitur pro peccatis peccatis. 209.  
 Humilitas & mansuetudo sapientia mysteriorum Dei impetrant. 363.  
 Humilitas mater omnium virtutum præcipuè obedientiæ. 164.  
 Humilitatis Christi, & superbiæ diaboli pulchra contra positio ex D. Augustino. 164.

f 2 Hu-

## Index Rerum.

- H**umilitas sola liberat ab omnibus laqueis diaboli. 165.  
 Humilitas facit orationem exaudibilem. 281.  
 Humilitas quam sæpius in scripturis significat affectionem. 283. & 315. 4. 4.  
 Hypocritæ calamo comparantur. 290.  
 Hypocritæ solo corpore humiliant. 315.
- I
- I**mpiorum tormēta in inferno quare immēsa. 168.  
 Impij non poterunt auertere mentem nec in instanti à suis tormentis. 167.  
 Impij desiderabunt mortem in inferno & non veniet eis. ibid.  
 Impij quare desperabunt in futuro. 166.  
 Impij sine fructu gemebunt in æternum. 167.  
 Impij in futuro fremebunt cōtra se insurgētes. 166.  
 Impij in hoc sæculo non se vident in futuro autem se videbunt. ibid.  
 Impij heruæ assimilantur. 263.  
 Impiorum stipendium mors æterna. 166.  
 Impiorum tempus quod sit. ibid.  
 Impij quomodo merentur Deo. ibid.  
 Impij quare in hac vita non puniantur. 387.  
 Incarnationis verbi mysterium quod eleuauerit nostram naturam. 82. & 83.  
 In incarnatione Christi omnes misericordiæ continentur. 137.  
 post Incarnationem habemus quid inimico infantanti respondeamus. 137.  
 Incipiētium, proficiētium & perfectorum status. 22.  
 Inferni pēna erga damnatos. 80. 81.  
 Quare in inferno dicatur esse vmbra mortis. 168.  
 Quare in inferno impij dicantur depasci à morte. ibidem.  
 Iniqui odio habentur est sermo formalis. 327.  
 Iniquorum labia dolosa iustos perturbant. 378.
- Intel-

## Index Rerum.

- I**n intellectum sequatur affectus. 77.  
 Interdictis & ecclesiasticis censuris non obediētes reprehenduntur. 27.  
 Iob tres filiarum virtutes theologicas significant. 282.  
 ad Iustificationem quid requiratur. 53. & seq.  
 Iudæi exprobrant Christianis, quod hominem crucifixum v. Deum colant. 128.  
 Iudæi longa expectatione Messie incuruari quare dicantur. 251. & seq.  
 Iudex quæ ut rectè iudicet obseruare debeat. 305.  
 Iudex attendere debet quod loco Dei sit constitutus. 305.  
 Iudicia iustitiæ Dei dicuntur flagella quæ immittit Deus, ut corrigamur. 314.  
 Iudicia Dei iustis iucunda. 132. & seq.  
 Iudicia Dei maximum solatiū afferunt iustis. 165.  
 Iudicia Dei spem roborant. ibid.  
 Iudicium Dei & impijs omnia prosperè cedere, bonis verò omnia sinistrè. ibid.  
 Iudiciorum Dei memoria facit stare æquales animos iustorum tam in aduersis quàm in prosperis. ibid.  
 Iustitia in omnibus Dei operibus inuenitur. 386.  
 Deus nulli creaturæ debet aliquid ex iustitia, sed sibi soli. ibid.  
 Iustitia in scripturis aliquando accipitur pro mysterijs Christi quibus iustificamur. 37.  
 Iustitia duplex altera secundum Deum alia secundum homines. 53. & 54.  
 Sola iustitia Dei iustificat. 54.  
 Iustitia Dei in Christo est meritum eius satisfactorium. ibidem.  
 Iustitiæ duæ partes. 61. & 62.  
 Iustitiæ Dei gladius in hac vita in vagina misericordiæ nobis continet. In iudicio autem euaginabit. 169.  
 Iustitiæ Dei memoriam semper debet consequi misericordia Dei. 203.

## Index Rerum.

Iustorum motus quare vocetur ascensus. 36. 37.  
 Iusti quare dicantur recti. 48.  
 Iustus omnia possidet quia Deum possidet. 59.  
 Iusti in hac vita seruiunt necessitatibus carnis, sed  
 in resurrectione liberabuntur à tali seruitute. 64.  
 Iustorum gaudium in hac vita occultum. 86.  
 Iusti & impij necessariò aliquando habebunt mu-  
 rare sortem, & illud diceretur tempus iustorum  
 hoc verò impiorum. 165.  
 Iustorum lachrymæ sunt pluuiz tempestiuæ. 167.  
 Iustorum tempus quod sit. 168.  
 Iusti arboribus comparantur. ibid.  
 Iustos afficit tædio quòd peccatores videant Deum  
 floccipendere. 170.  
 Iusti considerantes naturæ flexibilitatem timere  
 debent. 171.  
 Tribulationes accidunt iustis eo quòd legem Dei  
 custodiant. 178.  
 Iustos quare tribulari permittat Deus. ibid.  
 Iustorum cor non turbatur etiam si corpus qui-  
 buscunque affligatur tormentis. 190.  
 Iustorum lætitia erigitur iustificationum Dei me-  
 moria. 171.  
 Iusti quàm peculiari ratione Dei esse dicuntur. 288.  
 Iusti qua ratione holocausta medulata dicantur  
 offerre Deo. 290.  
 Iustis dies mortis quomodo sit natalis. 292.  
 Iustus qui lege Christi gubernatur sapientior est  
 multis doctoribus. 303.  
 Iusti iudicia Dei desiderant. 305.  
 Iusto quò eloquia Dei dicant esse dulcia. 305. 306.  
 Fauus melis à Samsonè in ore leonis repertus si-  
 gnificat dulcedinem quam iusti in Dei præce-  
 ptorum executione inueniunt. 306.  
 Iusti solummodo percipiunt dulcedinem in labo-  
 ribus & cruce repertam. 307.

Iusto-

## Index Rerum.

Iustorum lætitia in hac vita est veluti prælibatio  
 quædam æternæ lætitiz. 308.  
 Iustorum lætitia ex meditatione sermonum Dei  
 causatur. 308.  
 Iusti tribulationibus in virtute solidantur. 215. & 221.  
 Iustorum corda in bonum proximi semper sunt  
 inclinata. 216.  
 Iusti ad bona conueniunt sicut ad mala opera pec-  
 catores. 218.  
 Iusti gaudent de aliorum benefactis. 196. 210. & 230.  
 Iusti, omnes delectationes in futurum referunt. 232.  
 Iusti vita impiorum condemnatio. 191.  
 Iustus omni tempore est paratus ad laudes Dei. 195.  
 Iustorum afflictorum quandoque egit Christus  
 personam. 192.  
 Iustus hêt quatuor præcipuos inimicos. 192. & 214.  
 Iustus vt damna eminentia animaduertat debet  
 esse plenus oculis. 192.  
 Iustos meritis aliorum participare multipliciter  
 intelligitur. 195.  
 Iustorum multa bona opera in thesauris ecclesiz  
 referuntur. 196.  
 Iustorum opera & citibus celestibus & animabus  
 purgatorij communia esse quomodo intelligen-  
 tur. 196. & 197.  
 Iustorum cibus sunt sacramenta. 196.  
 Iusti sunt membra Christi, quæ per charitatem au-  
 gentur. 198.  
 Iusti propter varias rationes in hac vita affligun-  
 tur. 201. & seq.  
 Iustus amore non timore debet Deo seruire. 205.  
 Iusti desideria nunquam faciantur. 206.  
 Iusti non solùm audiunt, sed & discunt à Deo. 206.  
 Iusti à tribus exprobrantur. 139.  
 Iustus omnia huius mundi calcet. 144. & seq.  
 Iustus in publico fatetur virtutis opera. 147.

f 4 Iusti

## Index Rerum.

Iusti inuitò se iuuant. 245.  
 Iusto incongruè iungitur peccator. ibidem.  
 Iustorum conuictus consentaneus. ibid.  
 Iustus puritati animæ debet intendere. 247. & seq.  
 Iustus appetit iudicium impiorum. 250. & seq.  
 Iusti aduentum Christi secundum expectantes incuruati incedunt. 251.  
 Iusti corpus ieiunij & laborib. exponit. 260. & seq.  
 Iusti cõterunt Satanã sub pedibus suis. 261. & seq.  
 Iustus autem suam quomodo perforare dicatur ut loquatur quid Deus sibi loquatur. 272.  
 Iustus perpetuo Christi seruitio mancipatur. ibid.  
 Iustus cœlum dicitur. 275.  
 Iustus Deo soli debet placere. 275.  
 Iusti securitas nuntium solutionis futuræ. 146.  
 Iustus signum crucis sigillat in fronte. 272.  
 Iustus ex amore Deo obsequiũ præstat. ibid. & seq.

L

Lachrymæ dulces illæ quæ ex deuotione & affectu animæ effunduntur. 392.  
 Lachrymæ amaræ quæ. 113.  
 Lachrymæ veræ, inuisibiles. 392.  
 Lachrymas penitentis sequitur lætitia. 385.  
 Lectio, vide Scriptura.  
 Legis diuinæ, varia nomina. 10.  
 Lex duo debet habere. 11.  
 Legis diuinæ naturalis, & positivæ differentia. 11.  
 Lex diuina & naturalis indispensabilis, positivæ minime. 11. & 12.  
 Leges humanæ sunt veluti telæ aranearum. 11.  
 Lex Dei testimonium quare. 10.  
 Lex est sceptrum & liber quo iudicabit Deus. 10.  
 Lex humana quandoque mutanda. 12.  
 Lex humana, debet esse sicut regula lesbia. 12.  
 Legem iustitia ficit pulchram. 12.  
 Lex decalogi breuissima. ibidem.

Leges

## Index Rerum.

Leges humanæ quare non sufficiant ad vitia arguenda. 12.  
 Legis diuinæ conditiones explicantur & ampliantur. 12. 13.  
 Lex diuina, lumẽ vultus Dei signatũ supernos. 13.  
 Legis robur in claritate à Deo. 13.  
 Lex Domini, illuminat corda. 13.  
 Legis decalogi, prima tabula quæ præcepta continent, & quæ secunda. 13.  
 Lex decalogi, quantum ad omnia præcepta arbori scientiæ boni & mali comparatur. 14.  
 Lex Dei via quare. 15.  
 Legem Domini quærentes beati in spe & immaculati in re. 17.  
 Legem Domini, aliqui requirunt, ut videantur docti. 17.  
 Legis Dei scrutatores qui laudati? 17.  
 Lex Dñi quot ceremonijs promulgata in Sina. 24.  
 Lex Dei Adẽ & nobis diuersimodè seruanda proponitur. 25.  
 Lex Dei infinite obseruanda quomodo. 25.  
 Leges humanæ iniustæ nisi diuinis cedant. 27. & sequen.  
 Lex Dei animæ speculum. 34.  
 Lex Dei omnes alias in promissis excellit. 71.  
 Legis veteris figuræ quasi sub velamine continebant Christum. 71.  
 Lex Dei, dicitur via iustitiarũ & via mandatorũ. 113.  
 Lex spiritalis spiritaliter intelligenda. 113.  
 Sine lege non peruenitur ad Christum. 114.  
 Lex vetus coopertorium nouæ. 114.  
 Lex Dei in toto corde custodienda. 114.  
 Lex Dei in intellectu, in concupiscibili inrafcibili seruanda. 114.  
 Lex vetus non per se placebat, sed in ordine ad nouam. 115.

f 5 Lex



## Index Rerum.

- Lex iustitiam quam promittebat dare non poterat. 115.  
 Lex Christi finis intentus à vereri. 267.  
 In lege Dei omnia veritas. 267.  
 Lex euangelica ceteris præminet. 220.  
 Legis Dei observatio summum iustorum desiderium. 219.  
 Legis diuinæ custodia, vnde oritur. 117.  
 Lex diuina omnibus anteponenda. 181.  
 Lex vetus in scriptura iustificationes Dei quare. 286.  
 Lex quō diligatur eū voluntati aduerserit. 297.  
 Lex tumen præstat. 297.  
 Lex euangelica, ignea quare. 297.  
 Lex diuina quō omni tempore meditanda. 297.  
 Legis diuinæ intelligentia, cui fini ordināda. 298.  
 Lex Dei psalterio de chacordo assimilatur. 301.  
 Lex vetus figura nouæ. 302.  
 Lex vetus ac noua vocis Ezechielis comparatur. 302.  
 Lex vetus lucernæ noua luci comparatur. 314.  
 Lex gratiæ eminet, scripturæ & naturali. 364.

### M

- M**agnanimus non velox sed tardus. 145.  
 ex Magnanimitate oritur fiducia. 146.  
 Mandata Dei in gradu superlatiuo obseruāda. 25.  
 in Mandatis Dei quasi in speculo nos prospicere debemus. 34.  
 Mandata Dei sine eius assistentia seruari non possunt. 38.  
 Mandati & iustificationis discrimen. 64.  
 Mandatorum Dei verus præceptor solus Deus est. 203.  
 Mandata Dei tripliciter diligenda. 149.  
 Mandata Dei propter præmium amabilia. 150.  
 Mandata, vide lex & præcepta.

Maria

## Index Rerum.

- Maria virgo contemplationibus carne debilitata interijt. 254.  
 Mariæ Virginis, animam rapuit vis diuini amoris. 254.  
 Maledicta omnia Dei contra peccatores, includuntur in illa ite maledicti. &c. 80.  
 Manus ob tria beuandæ in Deum. 153.  
 Martyres non erubescerant Christi nomen. 32.  
 Martyribus cur sua vis mors. 58.  
 Martyres coram Imperatoribus constanter sunt locuti. 147. & 148.  
 Meditatio antecedit dilectionem. 148. & 149.  
 ex Meditatione diuinorum inardescit amor. 149.  
 Meditatio, vide contemplatio.  
 Membra Christi, vide Iusti.  
 Membrorum abscissio, in scriptura quid. 121.  
 Mendaciū apud Hebræos, instabile significat. 280.  
 Misericordia fundamentum operum Dei, & ipsius iustitiæ. 67. & 68.  
 Misericordia alia iusta alia iniusta. 187.  
 Misericordia Dei, tam iustis, quam peccatoribus patet. 199.  
 Misericordiam suam patefaciendi olim Deus auarissimus fuit. 200.  
 Misericordia Dei, vide Deus.  
 Misericordiæ Dei effectus præcipuus afflictos consolari. 235.  
 Misericordiæ effectus, omnes nomine miserationum intelliguntur. 238.  
 Moyfi manus graues quare. 191.  
 Motus lapidis sursū, violētus, deorsū naturalis. 116.  
 Mors omnes humanas cogitationes vno ictu succidit. 239.  
 in Morte hominis tria concurrunt. 267.  
 Musica, & carmina ad quid ab hominibus adinuenta fuerint. 172.

f 6 Musica

## Index Rerum.

Musica non solum sensui sed rationi proportionatur. 172.

Musica aias hominum diuersimodè disponit. 173.

Musica ecclesiastica sic attendendum, vt à diuinis animus non diuertat. ibid.

N

Imis aduerbij variae acceptiones. 24. 25.

media Nox ad spiritualia aptissima. 193.

Nox dupliciter sumitur. 193.

O

Obedientia maximè utilis. 43. & 44.

Obedientia maximè Deo coniungit. 271.

in Obedientia vita & bonum animæ. 271.

Oblivisci non debemus Dei. 64. & 65.

Oculi sunt, radices animæ. 151.

Oculi ad tria leuandi. 153.

Oculus corporis deficit, cum hæc inferiora designatur videre. 256.

Oculo interiori Deus videtur. 256.

Oculus exterior & mentis, vnus oculus quando sunt. ibid.

Oculi interioris & exterioris concordia Deo grata. ibidem.

Opera nostra quid requirunt vt sint meritoria. 53. & 54.

Opera practica in exequendis mandatis Dei, dicitur scientia sanctorum. 55.

Operationem perficit delectatio. 58.

Opera delectabiliter facienda. ibid.

Operari ex habitu, est per modum naturæ operari. 61.

Operarium bonorum exercitium vtilissimum. ibid.

Operum spiritualium exercitium, comparatur exercitio virtutum. 62. & 63.

Opera bona vide, Virtus & Iusti.

Opera exteriora instrumenta potiusquam finis perfectionis. 207.

Opera

## Index Rerum.

Opera nostra ex se nihil valent, nisi inixa meritis Christi. 232. & 233.

Opera nostra & vota præuenit Deus. 76.

Operantes per amorem solum possunt perseuerare. 205.

Opprobria pro Christo in summo honore habenda. 75.

Opprobrij timor claudit appetitum vanæ gloriæ. 128.

Oratio, vt sit deuota, requirit cor in diuinis occupatum. 53.

Orationem laus præcedere debet. 55.

Oratio in scriptura per eleuationem manuum significatur. 152.

Oratio, pura deuota & quieta. ibid.

Oratio quasi vector de celo omnia quæ desunt nobis adducit. 153.

Oratio est scala illa quam vidit Iacob. ibid.

Oratio est quasi rota maior, in horologio. 367.

in Oratione ardet charitas sicut calor naturalis in humido radicali. 368.

Oratio ecclè designatur per oleum, in scriptura. ibi.

Oratio, omnes conuocat virtutes. ibid.

P

Patientia est causa probationis. 143.

Panis iustorum vide, Iusti.

Patria celestis vide, Gloria. & beatus Paulus in cruce Christi, se magnum reputabat. 129.

Pauli epistolæ ad Romanos argumentum. 54.

Pix quid sit, & quæ sint eius effectus. 444. & seq.

Paupertas diuitijs, melior. ibid.

Peccata venialia non tollunt pulchritudinem aîg. 24.

Peccata venialia vitanda. 31.

Peccati mortalis ratio in quo consistat. 33.

Peccati nomine vocatur aliquando hostia pro peccato. 54.

Pecca-

## Index Rerum.

Peccatum est opprobrium hominis. 129. & seq.  
Peccata carnis opprobrium maximum. 131. 132.  
A peccato vitii & præcipue carnis dedecus. 130.  
Peccati corpus, quomodo destruendum dicat. 124.  
Peccato utraq; animę pulchritudo maculatur. 246.  
Ex peccato oritur vermis conscientię. 242.  
Peccatum integrum non est dum ratio non as-  
sentitur. 188.  
Peccata & peccatores per funes signantur. 209.  
Peccatum: Adæ cæteraque peccata inferunt labo-  
res quos patimur. 209.  
Peccatum solum animæ miseria dici potest. 371.  
Peccatum in Scriptura nihil. 336.  
Peccans in vno quomodo fiat omnium reus. 32.  
Peccator à philosophis vitia mors dicitur. 68.  
Peccator aliquando desiderat velle nō peccare. 76.  
Peccator mortuus dicitur & quare. 68.  
Peccatores consiliū accipiunt quomodo iustos  
perdant; iusti contra. 86.  
Peccatorum cor induratum in proximo è contra  
iustorum. 216.  
Peccatores prosperitate superbiunt, & deteriores  
fiunt. 216 & 222.  
Peccatores aliqui flagellis Dei ad pœnitentiam  
non excitantur. 211.  
Peccatores ciues in terra. 74.  
Peccatores maledicuntur. 209.  
Peccatores comparantur latronibus. 218.  
Peccatores, omnia iustorum in malum tribuūt. 219.  
Peccatores desiderant mortē iustorum. 194. 215. & 231.  
Peccator semper gaudet de malo facto. 230.  
Peccatores infesti sunt iustis. 192. & 214.  
Peccatorem funibus esse ligatum dupliciter intel-  
ligitur. 192.  
Peccator ab his funibus sine speciali Dei auxilio  
solui non potest. 193.

Peccatori-

## Index Rerum.

Peccatoribus sacramenta sunt in mortem. 196.  
Peccator non est particeps bonorum op̄erum iu-  
storum. 199.  
Peccator semper inuidet iusto. 231.  
Peccatoribus quomodo omnia affluent. 204.  
Peccatores licetia peccadi deteriores fiūt. 216. & 219.  
Peccatores sunt Deo ingratiissimi. 228.  
Peccator semper deteriorē consiliatorē querit. 229.  
Peccatores quasi utriusque parti aduocati litigan-  
tium, Deo & mundo placere conantur. 338.  
Peccatores comparantur lacertis. 349.  
Peccatores truculenti, hericijs comparantur. 347.  
Peccatori cōsideratio periculi in quo est utilis. 189.  
Peccator conatur similes sibi facere. 161.  
Peccatores peccata confessi reiterantes, reprehē-  
duntur. 188.  
Peccatores, conferuntur filijs Agar. 301.  
Peccatores iudicia Dei declinare desiderant. 305.  
Peccatores in tenebris ambulant. 313.  
Peccasse maxima pœna peccantium. 313. 314.  
Ad peccandum inducere exprobratio. 137.  
Pecunia omnium vitiorum nutritrix. 120.  
Pecunia rapit affectum. 58.  
Pœnitens desperaret peccatorum grauitate, nisi  
Dei promissa pœnitentibus inrueretur. 283.  
Pœnitentia peccata mutata condecorant ani-  
mam. 249.  
Peregrini vide, Desideria 66.  
Peregrini sumus in hac vita. 65.  
Peregrini conditiones. 66.  
Peregrinationis nostrę figura. 66. & 67.  
Pharisæi putabant Messiam esse venturum, vt le-  
gem carnalem obseruaret. 114.  
Pharisæorum error circa obseruantiam legis. ibid.  
Pharisæi amplitudinem ex lege Dei fecerant. 115.  
Pontifex, aliquando thesauros, ecclesię aperit. 196.  
Prædica-

## Index Rerum.

- Prædicator, alijs & non sibi comparati regulæ & statutz salis. 56.
- Prædicator debet tacere vbi viderit veritatem officere. 51.
- Prædicator prius se debet disponere, quam alijs prædicare. 5. & 56.
- Prædicator vitæ uitam ob temporalia fingens reprehenditur. 298.
- Prædicator audientibus verba pronuntiat Deus autem mentes illuminat. 56.
- Prædicator, consolatoria interdum prædicare debet. 30.
- Prædicator quare piscatori comparatur. 56. 57.
- Prædicatores labia cordi debent consonare. 57.
- Prædicator prius opere deinde doceat. 134. & 143.
- Prædicator vtilior qui loquitur, & operatur. 134.
- In prædicatoribus veris est quid videamus & quid audiamus. 134.
- Verus prædicator stellis quæ mouentur qui solum docet fixis comparatione. 135.
- Prædicator, composito sermone sonans solet, in superbiam eleuari. 135.
- Prædicatori in peccatis manenti prohibetur à Domino prædicatio. 142.
- Prædicatores quando deficiunt verbis & operibus. 257.
- Prædicatores quare phaleratis loquuntur sermonibus. 266.
- Prædicator vanus dulcia potiusquam vtilia prædicat. 266.
- In prædicatore moderata eloquentia laudanda. 266.
- Præcepta affirmatiua, intelliguntur per mandata, negatiua vera per testimonia.
- Præcepta Dei, obseruanda sunt, nõ solum quoad substantiam sed & prompte delectabiliter. 28.

Præcepta

## Index Rerum.

- Præcepta omnia collectiue poterat homo adimplere in statu naturæ integræ non ita in statu naturæ lapsæ. 24. & seq.
- Præcepta diuina, omnia seruanda. 32.
- Præcepta diuina vt voluntati tenacius inhæreant opus est, ea ore proloqui. 56.
- Præcepta legis obseruata vt sint alicuius valoris quid requirant. 53.
- Præcepta Dei & si non semper opere saltim voluntate adimplenda. 77.
- Præcepta decem debet esse cõsiliarij iusti. 86. & 87.
- Præceptum dilectionis ac amoris, citharæ comparatur. 300.
- Intelligentia præceptorum Dei sola potius peccatum quàm meritum inducit. 300.
- Præceptorum Dei obseruatione ad veram sapientiam præueniri debet. 309. & 310.
- Præcepta quare à propheta vocentur iudicia iustitiæ Dei. 314.
- In prælato tria debent lucere. 257.
- Prosopopeya quando. 256.
- Prosperitas, affert plurima offendicula. 372.
- Prospera cuncta accidere argumentum indignationis Dei. 372. & seq.
- Prudentia est necessariissima virtus. 20.
- Psalm. iste beati immac. comparatur fluuio. 10.
- Psalmus iste fuit reuelatus Diuo August. sub figura arboris fixæ in medio paradisi. 10.
- Psalmum istum quare à beatitudine exordiatur Dauid. 14.

R

- Regis officium est amicos ex inimicis beneficijs constituere. 244.
- Religiosorum est oculos humidefixos habere. 256.
- Religiones antiquæ ieiunij & austeritate vitæ fundatæ sunt. 259.

Repro-

## Index Rerum.

Reprobos quomodo Deus destruat. 42.  
 Repelli à Deo, quid. 48.  
 Repelli à facie Dei nulla miserabilior fors, quod  
 patet exemplis. 81. 82.  
 Retribuere in scriptura aliquando significat so-  
 lum tribuere. 67.  
 Retributionum quattuor genera. 67.

S

Sacerdotes comedunt peccata populi. 384.  
 Sacramentum, corporis & sanguinis sui cur  
 instituerit Christus 37.  
 In sacramentis veteris legis Christi passio opera-  
 batur per modum causæ finalis in nostris per  
 modum efficientis. 286.  
 Sacerdotibus fors & pars Deus. 181. 182.  
 Sancti etiam maximi, non carent venialibus Chri-  
 sto & eius matre exceptis. 24.  
 Sanctorum status in patria quomodo in scriptu-  
 ra explicetur. 27.  
 Sancti omnes mediam noctem ad spiritualia eli-  
 gebant. 194.  
 Sancti omnes carnem, inedia affixere. 259.  
 Sanitas sine mensura appetitus. 118.  
 Sapientia lauro non arescenti comparatur. 365.  
 Senectutis labores & defectus egregie describun-  
 tur. 404.  
 Seruitus Dei honorifica. 272. & 273.  
 Seruus Christi perfectior quanto magis imagine  
 Christi sigillatus. 351.  
 Scriptura non solum quærenda sed scrutanda  
 ad modum scrutiniij. 18.  
 In Scriptura sacra est imago Dei. 18.  
 Scriptura non superficie tenus legenda. 18.  
 Scripturam Pharisæi in litera tantum intelli-  
 gunt. 19.  
 Scripturæ intelligentia literalis & spiritualis per  
 Moy-

## Index Rerum.

Moysem in fiscella designatur. 19.  
 Scripturæ sensus mystici ab aliquibus nostri tem-  
 poris non penetrantur. 9.  
 Scriptura phrasi Hebræa pretiosa vocat abscon-  
 dita. 51.  
 Scripturæ verbis debemus respondere diabolo, vt  
 Christus fecit. 52.  
 Scriptura hostiam pro peccato vocat peccatū. 54.  
 Scripturæ cortex velat veritatem spiritus. 71.  
 Scripturæ mos est rerum irrationabilium obe-  
 dientia nostram proteruiam condemnare. 271.  
 Scriptura similitudinē rei, rē ipsam appellat. 274.  
 Scriptura repetit eandem vocem cum decore &  
 efficacia. 77. & 122.  
 Scripturæ lectio, non otiosa, sed laboriosa occu-  
 patio. 257.  
 In Scripturæ lectione summa consolatio est. 257.  
 Et quanta bona ex illa sequantur. 283. & sequen-  
 ostenditur.  
 In scriptura temporum & modorum mutatio  
 frequens. 240.  
 Scripturæ sacræ intelligentia cui fini ordina-  
 da. 298.  
 Scientia animum bene morigeratū requirit. 208.  
 Similitudo aliquando non adæquat rem compa-  
 ratam. 58.  
 Spes animas erigit. 35. & 159.  
 Spes nostra ad cumulum Dei beneficiorum spe-  
 ctat. 151.  
 Spes fortissimum solatiū in tribulationibus. 159.  
 Spes comparatur anchoræ & aquis viuis salienti-  
 bus in vitam æternam. 155. 156. & 159.  
 Spes post fidem generatur. 155.  
 Spei subiectum voluntas. 156.  
 Spes vera quænam sit. 155. & 159.  
 Spes causa Deus & effectus qui. 159.

Spes

## Index Rerum.

Spes amplificatur, encomio Augustini. 160.  
 Spes nostrā occulta. 138. 139.  
 Spes ad plura erigenda quam ad ea quæ cogitatione assequi possumus. 232.  
 Spes christiana spiritus dilatione lætitiā efficit. 173.  
 Spes, executioni præceptorū Dei inniti debet. 179.  
 Spei quomodo opponatur præsumptio. 179.  
 Sperantes exemplo latronis se sola misericordia saluandos fore reprehenduntur. 179.  
 Superbia figurata in filiis Enac. 78.  
 Superbia inter alia vitia Deum immediate respicit. 78.  
 Superbia maximū peccatorū quadrupliciter. 162.  
 Superbia in lege non habet sacrificium pro-expiatione. 162.  
 Superbia vniuersalissimum vitium. 162.  
 Superbia persuadet homini mandata Dei contemnere. ibidem.  
 Superbia & cupiditas vnum sine altero, nunquam subsistit. 162.  
 Superbia radix hæresum, & schismatum. 162.  
 Superbia est sedes & origo, omnis peccati. 163.  
 Superbia quomodo impediatur gratiam. 163.  
 Superbia conseruat vitia, 163.  
 Superbia describitur. 163.  
 Superbos Deus tanquam sibi propriè infestos ad certamen lacessit. 162.  
 Superbus quia suus vult esse perdit, quod est, è contra humilis conseruatur. 287.  
 Superbia Deo maximè displicet. 243.  
 Superborum pœna propria confusio. 241.  
 Superbus aduersus Deum se extollit. 241.  
 Superbus cœcus est. 241.  
 Superbus confunditur in hoc seculo, & in futuro. 241. & 242.  
 Sol duplicem habet motum. 273.

Tenta-

## Index Rerum.

T

Tentationes diaboli, quomodo vincendæ. 84. & 85.  
 in Tentationibus nemo desperare debet. 40.  
 Tempus iustorum & iniustorum quod sit. 166.  
 Tempus quid. 281.  
 Tempus appellatione hodie designatur. 281.  
 Tepidi & remissii via Dei maximè timendi. 62.  
 Terra præcepto Dei in æternum stat. 278.  
 Terra hospitium hominum. 278.  
 Testimonia Dei multiplicia, & mirabilia, quæ sunt. 388.  
 Testimonia Dei mirabilia sex titulis dicuntur. 361.  
 Timor Domini, radici arboris comparatur. 266.  
 Timor duplex. 127.  
 Timor seruilis quomodo ad legem veterem pertinebat. 341.  
 Topazion quid. 355.  
 Tribulatio occasionaliter operatur patientiam. 143.  
 Tribulatio cœlo quare mittenda. 237.  
 in Tribulatione petendum auxilium. 237.  
 in Tribulationibus, quomodo Deus suos deseruat. 37. & sequen.  
 Tumorem mentis impedimentum est veritatis. 363.  
 Thau Crucem figurabat. 454.

V

Vanis adherens, mutabilitati subiectus. 125.  
 Vanagloria solet auocare homines non solum ab obseruantia legis, sed etiam à fide. 128.  
 Verecundia, vel erubescencia non est propriè virtus. 51.  
 Verecundiam amittere signum est extremæ perditionis. 31.  
 Verba Dei in penetralibus cordis nostri seruare debemus. 50. 51.

Verba

## Index Rerum.

- Verba Dei aliqui ore prædicant non autem corde  
seruant. 50. 51.  
Verba Dei ore tenus proferentes comparantur la-  
cunis. ibid.  
Verba Dei sunt arma ad feriendum inimicum.  
52. 139.  
Verba Dei vt fasciculum Myrrhæ inter ybera gere-  
re debemus. 52.  
Verbum Dei, vide Prædicator.  
Verbum Dei qua ratione fauo ac melli compa-  
rantur. 306. 308.  
Verbum Dei aliquando pro Dei filio, aliquando  
pro locis sacræ Scripturæ sumitur. 312.  
Verbum Euangelij est nobis lumen. 313.  
Verbum Dei est vita interioris hominis. 160.  
Verba debent consonare cordi. 57.  
Verba nostra licet secreta, & inuisitanter prolata,  
audiuntur à Deo. 327.  
Verbi Dei adulteri qui. 18.  
in Via Dei non progredi est regredi. 16.  
Viam Domini ambulantes nec ad dexteram nec  
ad sinistram debent declinare. 29.  
Viarum Dei vestigia quæri possunt. 63.  
Virtutes morales, habet inter sese connexionē. 33.  
nulla Virtus sine alijs, potest esse in gradu perfe-  
cto. ibidem.  
Virtutes omnes charitate connectuntur. ibidem.  
Virtus, non habet meritum sine charitate. ibid.  
Virtutis cursus est similis morui naturali. 402.  
Virtutis exercitium, quasi connaturalem illam fa-  
cit. 154.  
Virtutum opera qua ratione consummationes ap-  
pellentur. 291.  
finis Virtutum est charitas. 292.  
Virgo Hebraicè dicitur: A alma. 51.  
Voluntas & intellectus supra seipsum reflectunt. 76.

Volun-

## Index Rerum.

- Voluntas immediarè Deo subiectatur, & quoad  
esse, & quoad moueri. 116.  
Voluntas à solo Deo efficienter & directè moue-  
tur. ibidem.  
Voluntas ab intellectu, quoad specificationem ef-  
ficienter, à seipsa quoad exercitiū mouetur. ibid.  
Voluntas habet ordinem ad vniuersale bonū. 117.  
Voluntas Dei, per verbum in scriptura significa-  
tur. 273.  
Vox ob tria leuanda in Deum. 153.  
Visus nomine omnes alij sensus intelliguntur. 121.  
Vita in æqualitate humorum consistit. 133.  
Vita præsens non annis, sed diebus computatur.  
261.  
Vita præsens vnus dies. ibid. & 176.  
Vita præsens vno instanti clauditur. ibid.  
Vita præsens, veluti scintilla per aerem tenebro-  
sum ascendens. ibid. & alia multa de breuitate  
eius in sequentibus. 277.  
Vitæ breuitatis meditatio plurimum prodest. 262  
& 263.  
Vita præsens, ad nihil desiderari debet, nisi vt Deo  
seruiamus. 69. 70.  
in præsentī Vita Deus protegit suos manu leua, in  
alia vero dextera. 74.  
Vita præsens, via est ad futuram. 15.  
Vitam præsentem immaculatō cale transire ma-  
gna res est. 16.  
Vita præsens hyems est. 168.  
Vita præsentī aduersitas præcedit prosperitatem.  
176.  
Vita sanctorum in statu vitæ in Sacris literis expli-  
catur nomine motus.  
in hac Vita posse obtineri terminum error est hæ-  
reticorum. 16. & 17.  
de Vita actiua, & contemplatiua agitur. 20. & seq.

Vita


## Index Rerum.

Vita contemplatiua non omnibus facilis. 21.  
Reprehenduntur, qui ad vitæ contemplatiuæ fa-  
stidium adhuc carnales ascendere volunt. 21.  
Vitam longiorem cur Deus homini tribuerit. 69.  
per Unionem hypostaticam facta fuit communi-  
catio idiomatum. 83.  
Vter triplici de causa aeri exponitur. 258.

## Z

Zelus est vehementis amoris effectus. 389.  
Zelus duplex. 390.  
Inordinatus amor rerum temporalium parit in-  
uidiæ zelum. ibidem.

## F I N I S.



## P R A E F A T I O I N P S A L M V M B. Immaculati.



**P**SALMVS iste inter omnes Dauidicos (iuxta grauissimorum Doctorum sententiam) singularem sibi vendicat excellentiam: habet enim specialia quadam, quæ in nullo alio Psalmo reperies, videlicet, quod apud Hebræos Elegiaco carmine, exámetro scilicet, suis syllabis ac mensuris compositus est, & si credimus Iosepho, (vt refert hic Hieronymus) solus hic Psalmus, & Canticum Moysi, & Psal 104. tali mensura metri inueniuntur descripti, licet Hieronymus in Prologo super Iob, id etiam tribuat parti libri Iob. Secundò, prolixior ceteris est in versibus: continet enim centum septuaginta sex versus. Tertiò, ordine alphabetico procedit, & hoc singulari modo: non enim in quolibet versu suus character est, vt in alijs Psalmis apud Hebræos reperies, quem ordinem apud Threnos Ieremiæ videmus: sed specialiter, quælibet litera alphabeti Hebraici continet octo versus: Ita vt quilibet eorum à tali litera incipiat. Primi scilicet octo versus à litera Aleph: secundi octo versus à litera Beth: & sic de alijs. Vnde cum viginti duo characteres sint apud Hebræos, viginti duos octonarios continet iste Psalmus, quibus numerus su-

A pradi-





primum portæ templi gradū accessissent, primum Psalmum ex illis quindecim, qui huic nostro succedunt, maxima reuerentia decantabant, cuilibet gradui proprium Psalmum applicantes, donec in gradus consummatione, summa animi alacritate in Psalmum illum prorumpabant: Ecce nunc benedicere Dominum &c. Quibus terminatis, hostia & sacrificia quibus placidus erat Deus offerebāt. Verum est quod olim sancti quibus diuine contingebant reuelationes, carminibus eas scripto dabāt. Vnde D. Thomas & alij interpretes sic intelligunt illud Iob. 35. Quidat carmina in nocte, id est, qui nocte reuelat arcana sua, quæ carminibus scribi solent. Quare & ipse Iob carmine magnam partem sui libri scriptam dedit, & hac ratione Psalmus iste metro ritmoque corrente canitur.

Ecce quomodo iste Psalmus viatoris proprius est, qua ratione arbitror Ecclesiam hunc Psalmum instituisse ad horas Deo dicatas singulis diebus decantandum: nam cum simus viatores & exules, opus fuit vt his canticis in molesto itinere delectaremur, & sic ad nostram cælestem Ierusalem recto tramite dulcissimis refecti versibus pergeremus.

*Quare sit prolixior.* Secundum quod in versibus prolixior cæteris Psalmis est, docet, quomodo nos homines pluribus actionibus & motibus nostram assequimur beatitudinem. Circa quod notandum ex Arist. 2. de cælo, & ex Diuo Thom. 1. par. quæstio. 77. artic. 2. sic esse dispositas vniuersi naturas ac conditiones à prima omnium causa, quod ea quæ sunt in terris infima, non possunt consequi perfectam beatitudinem, sed aliquam imperfectam, paucis motibus & actionibus: vt animalia rationis expertia, plantæ, lapides &c. superiora verò his qualis est homo, potest quidem consequi perfectam beatitudinem, licet pluribus actionibus,

*D. Tho.*

& mo-

& motibus. Adhuc tamen superiora homini quales sunt angeli perfectam adipiscuntur felicitatem, eamque paucissimis motibus, & actionibus: suprema verò omnium perfectio in Deo ipso est, immo & omnium creaturarum beatitudo integra, ipse autem vna simplicissima actione qua seipsum cognoscit, (quæ actio sua substantia est) felicissimus est, summe beatus est, in quo discretio naturarum describitur: nam sicut in sanitate minimus est qui modicam sanitatem paucis motibus acquirit, melior autem qui perfectam etiam si multis exercitijs & medicamentis adipiscitur: adhuc perfectior qui hanc perfectam salutem, paucis remedijs consequitur, perfectissimus verò qui nullo adhibito remedio perfecta fruatur valetudine: sic res quæ sunt infra hominem, quædam particularia bona consequuntur, non autem perfectam beatitudinem, & ideo per paucas & determinatas operationes, & virtutes habent: homo autem capax est perfectæ & consummatæ beatitudinis: sed quia in infimo gradu est eorum qui perfectam felicitatem capessunt, multis & diuersis operationibus indiget. Vnde plures potentias & organa fortitur, quibus tanquam instrumentis tot operationes, tot motus exerceat. Angelus quia paucis operationibus beatus est, quàm paucissimas potentias & virtutes habet: in Deo autem qui seipso beatus est, nulla est potentia, vel actio præter eius essentiam.

Ad rem ergo. Cum in hoc Psalmo introducatur persona iusti viatoris, suis operationibus tendentis ad beatitudinem, & hæc opera sunt multiplicia, ad assignandam multitudinem motuum, multos versus continet Psalmus: pergimus enim per motum fidei & per motum spei, per charitatem & amorem, per patientiam, per misericordiam opera, per

*Caietan-  
nus.*

tentationum procellas: deniq; per tot discrimina,  
& acurè Dominus. Caietanus tria dicit in hoc Psal-  
mò intromitti à Propheta, scilicet, gratiam diui-  
nam, legem diuinam, & motus humanos. Itaque  
intentio Prophetæ est horum trium connexio-  
nem texere, secundum diuersos motus humani  
animi ad Deum tendentis, quapropter tot perso-  
nas induit, quot genera motuum, quatenus for-  
mari seu formandi diuina gratia & lege: & Gratia  
quidem diuina significatur diuersis actibus, puta  
dirigere, docere, viuificare, saluare, confirmare:  
Lex verò significatur mandato, præcepto, testimo-  
nio, verbo: Actus autem humani designantur, de-  
siderio, oratione, lectione. Itaque materia hu-  
ius Psalmi est homo tendens ad Deum, forma-  
tus seu formandus diuina gratia & lege. Vnde  
nunc sperat, nunc trepidat, nunc denotio fiduciam  
induit, nunc supplex auxilium implorat, nunc  
hostium immanitatem queritur, nunc iustorum  
gloriam, nunc impiorum miseriam meditatur:  
tot motibus ergo homines ad felicitatem nostram  
properamus, in cuius signum, cum Dominus fi-  
lios Israel ad terram promissam & fluentem lac-  
& mel deduceret, per longissimos viæ circuitus,  
per tot mansiones, bella, triumphos, tandem  
adduxit & introduxit: & Aneclis dixit ad Eliam  
properantem ad montem Dei: Surge, comede,  
grandis tibi restat via, prolixissima via, quæ tot tra-  
mites habet, scilicet quæ tot operationes & motus  
in iusto excitat. Hęc igitur sit moralis & myste-  
riosa ratio numerositatis versuum huius proli-  
xissimi Psalmi.

*Ratio  
quare p-  
cedat p  
ordinem  
alphabe-  
ticum.*

Circa tertium vero, scilicet, quòd singulari mo-  
do per ordinem literarum alphabeti Hebraici pro-  
cedit, ita quòd in singulis octo versib. sint singuli  
chara-

characteres, plura & abditiora dicenda sunt: præ-  
fertim si literales rationes requiramus, duas in  
promptu accipimus à Doctoribus. Lyrantus nullã  
aliam meditatur, nisi quã tunc erat in vsu hic mo-  
dus metrificandi per ordinem alphabeticum: cuius  
rei duo exẽpla adduci possunt, alterum in hymno  
Natiuitatis Domini, quæ canitur ad Laudes, ubi sin-  
guli metri incipiunt à literis alphabeti Latini vsq;  
ad G. A. solis ortus Cardine, Beatus autem sæculi,  
Castæ parentis viscera, Domus pudici pectoris, Eni-  
xa est puerpera, Feno iacere peritulis, Gaudet cho-  
rus cælestium. Alterum ex Aug. qui 18. de ciuit.  
Dei cap. 23. affirmat se vidisse versus Sibyllarum,  
quorum literæ capitales erant per ordinem alpha-  
beti, quolibet versu incipienti ab vna litera, quæ  
omnes dicebant Iesus Christus Dei filius Salua-  
tor. Hęc est ergo literalis ratio. Secunda, vt pul-  
chrior appareat, & nonnullum adiumentum esset  
ad memoriam: solemus enim ea quæ reminisci cu-  
pimus, aliquibus characteribus insignire, vt per ta-  
lium literarum ordinem promptius memoriæ oc-  
currant. Hanc rationem refert quidam neotheri-  
cus Herruscus, quia lingua Italica vulgari super  
hunc Psalmum commentaria scripsit. Sed mini-  
mè credenda sunt hęc à mysterijs expertia: in sa-  
cra Scriptura enim ioræ ipsæ, & apices mysteria  
redolent: sicut enim in auri vena etiam ipse glebæ,  
quæ terra videntur esse, aurum in se continent: sic  
in sacra Scriptura, quæ vena aurea est, etiam ipsæ  
minutæ literæ diuina in se mysteria claudere cre-  
duntur. Iob. 27. Glebæ illius aurum. Vnde D. Hieron. Iob. 27.  
ad Algasia. q. 10. ait, Cætesimus decimus octauus  
Psalmus, & omnes alij, qui literis prenotantur,  
per æthica nos ducunt ad Theologica, & ab ele-  
mentis occidentis literæ quæ destruitur, transire  
faciunt ad spiritum viuificantem. Continet er-

*Lyrantus.*

*August.*

*1. Ratio.*

*Simile.*

*Iob. 27.*

*Hieron.*

go psalmus iste viginti duas literas hebræas in viginti duobus octonarijs, in quo veteris & noui testamenti mysteria claudit: nam viginti duo ad verus testamentum pertinent, cum sit numerus hebraicarum literarum, similiter & librorum veteris legis, quos Diuus Hieronymus in Prologo Galeato numerat, octonarius vero numerus nouum præferet testamentum, in quo veritas resurrectionis afruitur, quæ octauo die completur, & in octo beatitudinibus consecratur. Secundò quia iste Psalmus, vt placet Cassiodoro, est veluti alphabetum vel tabella abecedaria hominis Christiani, in quo eum in primis rudimentis infantuli in Christo primò instruendi sunt. Continet enim plura quæ ad legis Dei excellentiam, & eius amorem excitandum præstant. Doctrina autem à facilibus exordiri debet, teste Philosopho: lex autem Dei facilis & suauis est, vt potè principia legis naturæ continens. Vnde consulunt Doctores, vt ad catechizandum infidelem prius à lege diuina exordiamur, quæ maximam familiaritatem cum ratione & voluntate hominis habet. Deinde sic affecto maiora mysteria prædicanda sunt: nam per amorem legis præfecta erit iam voluntas ad supernaturalium fidem suscipiendam. Psalmus ergo iste prima Christianæ Philosophiæ elementa docet, eritque veluti alphabetum tirunculi. Quare tali ordine digestus est: quæ ratio potissima fuit ad mouendum animum meum, vt lucubrationes has super hunc Psalmum meditarer: nam licet mysteria magna in se contineat, vt sancti omnes fatentur, nihilominus quia de lege Dei vbicunque loquitur, veluti exordia, & prima rudimenta totius Christianissimi continet, his autem temporibus fideles imbecilles facti sunt, ad maiora scrutanda mysteria,

*D. Hieronymus.  
Cassiodorus.*

*Ratio  
quare au-  
tor hunc  
Psalm. ex-  
posuerit.*

ria, adeo enim terrenis dediti sunt, vt ad cœlestia & diuina minus apti videantur. Quare faciliora eis inculcanda sunt, ne maioribus obruti, vel cæcutiant, vel minus vtilitatis capiant, id enim quod Paulus Hebræ. c. 5. scribit, eis poterit absque iniuria adaptari; De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum; etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis, vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei, quibus lacte opus est, non solido cibo. Sit ergo tibi Psalmus iste, ò Christiane, veluti tabella abecedaria, in qua prima elementa totius Christianæ vitæ addiscas. Octonarius autem quilibet vna litera completur, in quo innuit (vt quidam in-nominatus doctor dicit) quod vnaquæque pars perfecta est, & sufficit, vt si quis eam seruet in vita septem dierum, perueniat ad octauam resurrectionis.

Aduertendum est præterea, quod vltima litera est, Thau, quæ est in vltimo octonario, hæc autem litera est signum crucis Christi, quod præcepit Dominus Ezechieli vt signaret super frontes electorum, ad insinuandum, quod finis omnium mandatorum legis Christus crucifixus est: imo scopus ad quem aspiciebat lex, secundum illud Pauli, Finis enim legis Christus. Roman. 10. Vnde in illum aspicere debemus tanquam in remunerationem fidei nostræ, & obseruantiam mandatorum eius, vt docet Paulus ad Hebr. c. 11. & 12. Aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Christum Iesum. Ille enim inchoat in nobis fidem per gratiam, & finit per præmium, ille etiam in nobis operatur ad obseruantiam mandatorum eius, & est terminus, ad quem per bona opera tendere debemus, est enim principium & finis, Alpha & omega, à quo omnis nostra bona operatio sem-

*Ad Hebræ. c. 5.*

*Literam  
Thau in  
abeceda-  
rio He-  
bræo si-  
gnū cru-  
cis Chri-  
sti.  
Exec. 9.  
Rom. 10  
Ad Hebræ. 11.  
& 12.*

per

per incipit, & per quem cœpta consumatur, ut ipse qui incepit, ipsemet perficiat.

Quarta verò excellētia huius Psalmi, nimirum quod in quolibet versu sit mentio de lege Dei, hæc præ se fert significacionem: insinuat enim hæc crebra repetitio legis vehementiam affectus viri iusti, ea enim quæ operosius amamus, frequentius & corde & ore nominamus, qui affectus maximè in sacris literis exprimuntur, crebrius in Canticis. *Cant. 1.* Ecce tu pulcher dilecte mi, ecce tu pulcher & decorus. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, qualis est dilectus tuus ex dilecto. Hæc conduplicatio nominum magnitudinè affectus indicat erga legem Dei, de quo dicit Malach. 2. Lex veritatis fuit in ore eius. & Dominus Exod. 13. id præcipit, ut lex Domini semper sit in ore nostro. Vel secundò, ut insinuet necessitatem auxilij diuini, non solum ad singula præcepta seruanda, sed ad singulas actiones, quibus lex Domini adimpletur. Totiensque loquens cum Deo repetit legem, ut eius auxilium ad singulas actiones imploret, ac si diceret cum Augustino: Domine, da quod iubes, & iube quod vis. Vel tertio si vis, insinuat in hac crebra repetitione desiderium non aberrandi à via: nam cum in hoc Psalmo, ut sæpe diximus, introducatur vir iustus tendens ad beatitudinem, postquam intelligit quòd via qua debet pergere, sunt mandata & præcepta legis, interrogat frequenter de his, ne vel vnguem quidem transuersum deuiet, sicut qui ad patriam magno desiderio pergit, quolibet fere temporis momento, omnes viatores interrogat recta ne incedat via, an non sic in hoc Psalmo iustus frequentissimè poscit dirigi in mandatis, nõ declinare ab eis, ne oculos a lientium vertat, ne perdat viam, quasi interrogans, an recta incedat, ut sic  
vidca-

*Malach. 2.*  
*Exo. 13.*

*Similitudo optima.*

videatur consilium illud non prætermisisse, Interroga quemlibet de viatoribus, Iob. 21. exemplo amantissimæ sponsæ, quæ quos obuiam habebat omnes interrogabat, an vidisset dilectum quòd isset, ut eum quæreret. *Cant. 3.*

Quòd autè pluribus ac diuersis nominibus lex Domini hic nominatur, præter alias rationes quas infra insinuabimus, id etiam docemur, nempe excellētiā, ac magnitudinem legis diuinæ, quæ vno vocabulo nec comprehendi, nec explicari potest: nam ut ex D. Tho. didicimus 1. par. quæst. 13. ea quæ æquidistantem quandam præferunt, ac supra nostrum caput eleuantur, pluribus vocabulis nominamus, quia non vnità sicut in se est res, sed diuisim sicut est in nobis, cognoscimus ea. Vnde Deum pluribus nomenclaturis nominamus, secū dum quòd diuersos effectus eius in nobis experimur: quare & apud Hebræos decem ad minus nomina Dei inuenimus, & Spiritus sanctus multipliciter apud sapientem nominatur. cap. 7. Sapientiæ cū dicitur: Sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, discretus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus qui nihil verat bene facere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, & D. Paulus 1. Cor. 13. Plurima nomina, egregia stemmata exprimentia, charitati imponit, quam vocat excellētiorem viam, & dicit: Caritas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, & congaudet veritati, omnia suffert, omnia sperat, &c. Ea enim quæ diuisim in alijs continentur virtutibus, vnità in charitate reperies inclusa. Quare quoniā hæc omnia in virtute est, vniversa hæc vocabula ei continentur. Aloysius Lypomanus in vita Ioannis Baptistæ refert orationem quādam sancti Andreæ Ierosolymitani Archiepiscopi, de amputatione capitis Ioannis Baptistæ per Simeonem metaphrastem

*Iob. 21.*

*Cant. 3.*  
*Alia ratio quare lex Dei pluribus nominibus nominetur ex D. Tho.*

*Sap. 7.*

*1. Cor. 13*

*Aloysius Lypomanus.*

*Ioannes Baptistam* stem translata, in qua hoc idem insinuat, docet quod quia Ioannes Baptista fuit magnus, & illustris inter sanctos, totque in eo privilegia, & mirabilia splenderunt: non vno solo, sed pluribus est appellatus nominibus, quæ omnia ad viginti sex ibi rediunt: quas appellationes in gratiam eorum, qui eius sunt addicti denotant; referre libet. Puer, magnus, Ioannes, homo, Propheta, Helias, magister, preparator, præco, vox, Baptista, confessor, testis, subscriptor, iustus & sanctus, Apostolus, Evangelista, sponsus, amicus, lucerna, reprehensor, Martyr, sacerdos, Angelus, præcursor. Idem in oratione Theodori de natali Ioannis Baptistæ. Ad propositum ergo quoniam tot sunt legis diuinæ excellentiæ & dignitates, quæ vno nequeunt comprehendere vocabulo, hinc fit, quod diuersis eam nomenclaturis appelleret, vt statim videbimus.

Id autem quod ultimo loco posuimus, videlicet, quod semper in hoc Psalmo loquitur propheta cum Deo in secunda persona, dulcissimis scaturit affectibus: est enim signum magnæ dilectionis erga Deum: proprium enim privilegium diuinæ amoris (quem charitatem appellant Theologi) est, Deum in seipso querere, in se ipso diligere, in Deum ipsum secundum quod in se est, tendere: virtutes enim morales non habent Deum pro obiecto immediato, nec se ipsis attingunt illum: inter Theologos autem, fides Deum attingit, non tamè prout est in se, sed quatenus à nobis cognoscitur: Spes quatenus bonum nostrum, vnde sperat eum sibi, quod amoris concupiscentiæ proprius quàm amicitia est: Charitas verò Deum in se ipso attingit, eum diligit prout est in se, & propter se ipsum, etsi bonum nostrum non esset, etiam diligeret propter bonitatem quam in se habet: quare inter cæteras comparatur aquilæ, quæ solem ipsum in se ip-

so

so in suis splendoribus micantem, irreuerberatis intueatur oculis: sic charitas iubat ipsum inconiunctibus obtutibus respicit. Vnde hæc est sedibus Dei afflicta, famula, quæ nunquam à conspectu eius abest, nec aliud quàm ipsum Deum in se ipsum, & propter se ipsum amat: est. n.ouis illa dilecta, quæ in sinu eius dormit: & in domo regis comoratur, electa ad conuivendum cum Deo, & ministrandum ei, vt altera Abisac Sunamitis. Vnde de ea Apostolus. 1. Cor. 10. dicit. Maior autem horum est charitas. Loqui ergo cum ipso Deo immediate, vt in hoc Psalmo fit, signum magnæ charitatis est: sunt enim hæc quidam audaces amoris impulsus (licentias y atreui mentos de amor) vt ita dicamus. Amor enim fecit hominem audacem, & confirmatæ spei, & nescio quas sibi intrepidè facultates assumit, quas nisi amaret, trepidaret accipere. Videmus enim illum Dei amicum atque electum patrem Abraham, patrem inquam omnium credentium, quod cum vidisset benevolentiam Dei erga ipsum, reuelando ea quæ facturus erat Sodomitis, & quasi consilium cum eo capiendo, dicens: Num celare poterò Abraham quæ facturus sum? fiduciam magnam sibi assumpsit, quæ nisi amor concessisset intolerabilis, videretur imò & temeraria nimis, & superba audacia contra maiestatem Dei. Sexies enim ausus fuit interrogare eum an propter quinquaginta, quadragintaquinque, quadraginta, triginta, viginti, vel decem iustos vniuersæ multitudinè peccatorum parceret: ad quæ omnia ei beneuolè respondit Dominus, quoniam non ex tumido spiritu, sed ex humili & diligentissimo corde procedebat talis interrogatio. Et ille singulari privilegio electus & dilectus Christi discipulus, Ioannè dico euangelistam, qui privilegio amoris à Christo virgo fuit electus, ac inter cæteros magis dilectus, cum Dominus in cæna dixisset,

*Laudes charitatis.*

*1. Cor.*

*Signum magnum charitatis Abraham.*

*Io. 1. 12. Et dicitur et eius caritatis affectus.*

xisset,

risset, quod vnus ex recumbentibus eum erat traditurus, cæteris discipulis trepidantibus, solus Ioannes ausus fuit eum interrogare de proditore. Quis te præ cæteris audaciorem fecit, o dilecte discipule, præsertim cum iunior alijs te modestiorem esse decuisset? En qui id dicitis, respondet, Athor, qui amantium condiciones inæqualitates que adæquat.

*Præcipuus amor facit equales.*

*Exemplum aliud Petri Apostoli.*

Alter Apostolorum princeps, Petrus scilicet, vel petra illa super quam erecta ecclesia contra portas inferi in æternum victura præualebit, cum iterum atque iterum à Christo interrogaretur, an se plus cæteris diligeret, vt eum pastore Ecclesie sue Christus constitueret, ausus statim fuit, de condiscipulo suo Ioanne ipsum interrogare, quid nam de illo decreuisset facere: sic nimirum anima amans, quia prius hec oculos ad celum leuare audebat, amoris consuetudine subleuata, iam cum ipsomet Deo miscerè colloquia, confabulari, delitari, queri, omnia sua commoda & incommoda illi referre, imò & se totam effundere & reserare coram Deo audet, & dicere cum Dauide Psal. 141. Effundo coram eo orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronitio. Vnde sponsa in Cantico, prius veluti oppressa timore, in tertia persona loquitur ad Deum dicens: Osculetur me osculo oris sui: sed statim amoris confidemia eleuata, in secunda persona alloquitur dicens: Quia meliora sunt vbera tua vino. Cum ergo huiusmodi transitus à tertia ad secundam personam indicia & amoris facultates sint, semper in secunda persona, os ad os loqui cum Deo, vt alter Moyses, & in tali colloquio incessanter permanere, vt in hoc psalmo fit, vehementioris dilectionis signum, & ardentissimæ charitatis argumentum erit.

*Psal. 141*

*Cant. 1.*

HÆC ergo ad commendationem singularis excellentiæ

excellentiæ huius Psalmi dicta sufficiant.

Nunc ergo ad ea quæ propius ad rem accedunt properemus.

TITVLVS huius Psalmi apud Hebræos est. *Titulus psalmi al* Alleluiah, id est laudate Deum, nõ enim est dictio *leluia, i.* simplex, sed composita, ex verbo Allelu, quo significat laudate, & yah, quod significat nomen ineffabile Dei per syncopam. Nomen enim Ieouah est. *Deum.* nomen Dei, quatenus inuisibilis fons essendi; Iah, *Explicatio dictio* autem est idem nomen cum syncopa, constans ex *nis Alle-* prima litera & duabus vltimis. Hic autem titulus *luia.* præmittitur primum in Psal. 104. & hæc dictio maxime venerabilis est, vt ait Cassianus, eo quod nulla lingua aut natio ausa fuit eam in suo idiomate transferre, sed in primitiuo dimisit, veluti hæc dictio, Amen, quæ significat, fiat, vel firmiter, quia Christus frequenter ea vsus est, & familiarem habuit, ob tantæ vocis reuerentiam, nunquam in alio idiomate translata est, sed in proprio relicta.

Verum est, quod Diuus Hieronymus in epist. ad Marcellam rom. 3. dicit, ideo hæc nomina relicta, siue à septuaginta, siue ab Apostolis, vt, quoniã prima Ecclesia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium scandalum innouarent, sed ita vt à principio imbiberant traderent. Postea vero quam in vniuersas gentes euangelicus sparsus est sermo, non potuisse semel suscepta mutare. Licet Origenes dicat proter vernaculum linguæ cuiusque Idioma non posse ita apud alios sonare, vt apud suos dicta sunt, & multo melius esse non interpretata ponere, quam vni eorum interpretatione tenere.

Coninet ergo psalmus iste Dei laudes & confessiones, quas vir iustus refert ei, qui & talia mandata dedit, & mentem qua secundum beneplacitum eius obseruari possent. D. Hierony. in prolog. super psal. expositione dicit, titulum esse veluti clauem

*D. Hieronymus.*

ad intelligendum psalmum: sicut enim sine clauē non patet ingressus ad domum, ita sine intelligentia tituli non est additus ad psalmi internum intellectum. Licet alij non tantum deferant titulis, præcipue cum in multis titulis sint dictiones, quæ significant instrumentum musicum, ad cuius sonitū talis psalmus cantabatur, vt neginoth, githich, micham, nugiloth, &c. quæ non multum videntur referre ad psalmi intelligentiam sed quia

*D. Aug.* ferè omnes sancti, inter quos Magnus pater Augustinus, plurima mysteria in titulis inuenerunt, nulli dubium est, quin plurimum conferant ad intelligentiam psalmi. Materiam ergo huius psalmi ex tanto titulo venientes reperimus esse virum iustum, qui totus festius & gaudens, amore beatitudinis accensus, ingreditur viam mandatorū Dei,

*Ambros.* per quam se beatum fore sperat: & quia D. Ambrosius super hunc psalmum dicit, quod omnis generis & conditionis personæ in eo loquuntur, coniugati, clerici, monachi, iuuenes (omnium enim est idem desiderium beatitudinis, & eadem via, scilicet observatio mandatorum Dei, quæ quilibet in suo statu obseruare cupit) ideo visum est mihi psalmum istum diuinæ cuiusdem scenæ variarum personarum interloquentium differentiam continentis speciem, & imaginem gerere. Verum ne pluribus interloquentibus psalmi intelligentia offusceretur, & delitescat, erit tibi materia huius cantici vir iustus & viator, qui se peregrinum & hospitem confitetur, appetit beatitudinis flagrans, in lege mandatorum Dei affectus, qui tamen in quolibet octonario aliam & aliam personam induit, nunc innocentis pueri, nunc peregrini & hospitis, nunc prædicatoris verbi Dei, nunc alterius aliter vel aliter affecti, vt in prosecutione eius Deo dante videbimus: in qua mirabili

*Materia huius ps. vir iustus & viator est.*

rabili dispositione sapientissimo viro & in referendis sacrarum literarū sensibus peritissimo Thomæ de Vio Caietano, sanctæ Romanæ Ecclesiæ meritissimo Cardinali adhibebimus: an autem author huius psalmi fuerit Dauid, vel aliquis alius ex his qui in titulis commemorantur, nō est modo mei instituti definire: nā licet B. Pater Augustinus, Cassiodorus, & alij indubitater asserant, oēs psalmos compositos fuisse à Dauide, multi viri docti cōtrariū opinantur, nec sine magna probabilitate. Vnusquisq; ergo in suo sensu abundet, dum tñ omnes à Spiritu sancto inspiratos certissimè & indubitanter teneamus.

*Caieta.*

*Caieta. Cassiodorus.*

PSALMVM IGITVR  
exoritur Propheta. Alleluja.

*Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.* 1. Aleph

*Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.* 2. Aleph

*Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.* 3. Aleph

*Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.* 4. Aleph  
*Vtinam dirigantur via mea: ad custodiendas iustificationes tuas.* 5. Aleph

*Tunc non confundar: cum prospexero in omnibus mandatis tuis.* 6. Aleph

*Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.* 7. Aleph

*Iustificationes tuas custodiam: non me decedent linguas vsquequaque.* 8. Aleph

B INCI.



# INCIPIT TRACTATUS Primus.



D. Hieronymi ad Paulam Urbicam.

Ecce hic prima persona in modum peregrini desiderantis beatitudinem. Sed quia octonarius iste est veluti totius Psalmi argumētum, nonnulla prælibanda in eo sunt, quædam quæ ad literalem spectant intelligentiam, quædam diligentissimè exequendam promittimus, quædam ad moralem doctrinam necessaria, de qua plura dicenda polliciti sumus, agimus enim in hoc Psalmo & personam interpretis literalis, & concionatoris moralis, totus enim hic Psalmus morali doctrina referus est. Quare licet in superficie appareat planus & lenis, profunda tamen quædam & abdita continet mysteria, quæ non mediocri indagine

Ic primus octonarius est veluti Proœmium totius Psalmi, ut interpretes volunt, in quo ponitur litera Aleph. Circa quod adnotandum ex D. Hieronymo ad Paulam Urbicam de interpretatione Alphabeti

Hebraici, & secundum Origenem & Iosephum, quod literæ alphabeti Hebraici hoc habent peculiare inter literas aliorum idiomatum, quod præter hoc quod sunt initiatiuæ dictionum, habent suas peculiâres significationes: nam B, & C, & aliæ literæ, tam Latinæ quàm Græcæ nihil significant per se sumptæ. Hebraicæ autem sic. Aleph significat doctrinam. In hoc autem octonario tanquam in Proœmio doctrina huius Psalmi continetur, in quo & desiderium ultimæ felicitatis, quæ est finis, & obseruandi mandata Dei, quæ sunt media, exprimitur. Vnde hic introducitur noster peregrinus, & viator induens personam desiderantis beatitudinem, & anhelantis in via mandatorum Dei.

Sed quia octonarius iste est veluti totius Psalmi argumētum, nonnulla prælibanda in eo sunt, quædam quæ ad literalem spectant intelligentiam, quædam diligentissimè exequendam promittimus, quædam ad moralem doctrinam necessaria, de qua plura dicenda polliciti sumus, agimus enim in hoc Psalmo & personam interpretis literalis, & concionatoris moralis, totus enim hic Psalmus morali doctrina referus est. Quare licet in superficie appareat planus & lenis, profunda tamen quædam & abdita continet mysteria, quæ non mediocri indagine

gunt

ginè indigent, ut ait August. est enim (ait Cassiodorus) veluti fluuius magnus, qui leniter videretur currere; tamen profundus & intransigibilis est, suasque voragine, & periculosos continet puteos. Sic Psalmus iste, quia de morali doctrina tractat, lenis & planus, facilis & lucidus in superficie se ostendit, abdita tamen & difficilia vada in visceribus suis abscondita celat. Ergo quia legem diuersis nomenclaturis appellat, notandum breuiter ex Basilio magno in hoc loco, quod lex Domini vocatur lex, testimonia, iustificationes, iudicia, & mandata. Legem vocat quæ à Deo data est per Moysen; mandata & præcepta eandem intelligit, tanquam regia autoritate mandata & præcepta: iustificationem tanquam eum qui rectè seruat iustificare valeat; iudicia, ut quæ sententias Dei & meritas retributiones cum eorum qui legitime, tum eorum, qui præuaricatè viuunt, ostendat: Testimonia, ut quæ contestetur, & ostendat, quibus præuaricatores supplicij sunt subijcendi. Beatos itaque hoc loco eos dicite qui testimonia Dei scrutantur, & Deum toto corde exquirunt. Hæc sunt verba Diui Basilij. Et Cassiodorus ait, quod testimonium est euidentis & præfinita conditio, cuius statuto communiti, res præteritas non possumus obliuisci, ut Genes. 41. Laban ait, Testimonium erit nobis locus iste. & Iosue 4. duodecim lapides iubentur efferri de medio Iordanis, ut essent in testimonium filiis Israel: sic nobis præcepta diuina testimonia sunt; quod iustificat omnia, & Iesu Christo, ut hæc custodias. Dominus Caicranus dicit, quod dicuntur testimonia, quia testimonia perhibent de Deo ut legitur. Iosue 5. Iosue ait, Testificor coram Deo qui iustificat omnia, & Iesu Christo, ut hæc custodias. Iosue 5. Iosue ait, Testificor coram Deo qui iustificat omnia, & Iesu Christo, ut hæc custodias. Iosue 5. Iosue ait, Testificor coram Deo qui iustificat omnia, & Iesu Christo, ut hæc custodias.

Basilij.

Beatos

appellat

qui te-

stimoniam

Dei ser-

tantur.

Gen. 31.

Iosue 4.

Præ-

cepta di-

uina

testimo-

nia sunt.

1. ad Ti-

moth. 5.

Di. Ca-

icranus.

B 2 filij

*Alcuin.*  
*D. Hieronym.*  
*Rom. 2.*  
*Lex Dei liber apertus & in strumentum legale.*  
*Deut. 33.*  
*Psal. 2.*

filij Dei sumus . Sed non prætereundum, quod Alcuinus & Hieronymus dicunt, legem Dei testimonium dici, vt intelligant homines, cum peccauerint, se coram testibus deliquisse. Lex enim Dei testimonium perhibebit aduersus præuaricatores, & condemnabit eos teste D. Paulo rom. 2. & qui in legem peccauerunt per legem iudicabuntur . Erit enim lex liber apertus, & instrumentum legale, per quod causa hominũ iudicanda & definienda est: & Moyses Deut. 33. describens Deum venientẽ ad iudicium cum sanctis millibus suis ait; In dextera eius lex ignea, quasi per illã tanq̃ per sceptrũ regale, iudicaturus esset mundum. Vnde Psal. 2. dicit, Reges eos in virga ferrea: lex enim Dei est sceptrum & virga regalis, qua punit impios eiusdẽ legis præuaricatores. Hæc quo ad sensum literalem.

*Sensus moralis.*

Sed quoniam sensum moralem auidiori animo hauriri cupio, animaduertendũ est, quod etsi hæc diuersa vocabula, quibus lex Domini in hoc Psalmo nominatur, sint ad tollendum fastidiũ, quod maximẽ generaret eadem vox totiens repetita: tamen vt in Prologo adnotauimus, hæc crebra repetitio à primo versũ vsque ad vltimum vehementioris affectus ad legem Dei est indicium. Quoniam lex Dei plurima habet cõmoda bona, iucunditates quibus exiretur voluntas ad eius dilectionem, est enim lex Dei pulcherrima, suauissima, omni scientia & iucunditate referta. Quare non incongrue Psalmus iste, qui legem Dei in quolibet versũ continet, comparatur arbori illi, quæ erat in medio paradisi (sub cuius similitudine fertur hunc Psalmum reuelatũ fuisse D. Augustino.) Etenim sicut lignum illud dicebatur scientiæ boni & mali, fructum ferebat gustui suauissimum aspectu pulcherrimum & dei etabilem, ita & canticum hoc legem Dei referens, qui fructus dulcissimus

mus est rectẽ affectu voluntati, & suauis ad vescendum, animo diuinam voluntatem esuriendi, non immerito lignũ, scientiæ boni & mali appellatur, eo q̃ lege Dei proposita quasi amusi quadã & infallibili mensura, quid sequendum, quid ve fugiendum, in via mandatorum Dei innotescit. Fria enim debet habere lex secundum rectam Philosophiam moralem, ad hoc quod tali nomine iustẽ gaudeat, & subditos obliget ab suam obseruationem. Primum, quod sit iusta: lex enim iniusta non est lex, sicut homo irrationalis nõ est homo, adeo intimum legi est quod sit iusta, sicut homini quod sit rationalis. Vnde contra condẽtes leges iniquas inuehitur Deus Isa. 10. dicens, Vx qui condit leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserũt. Secundum debet habere lex quod sit breuis, ne multitudine mandatorum obruat subditorum vires, ne possint tot onera portare. Tertio, quod sit clara, quam omnes capere possint, rectẽ ordinata, ne cõfusione sua tenebras animis offundat. Quæ omnia tanta excellentia reperiuntur in lege diuina, vt nihil iustius, nihil breuius, nihil elarius, & manifestius excogitari liceat: est enim ita iusta, vt sit totius iustitiæ regula, & cuiuslibet virtutis norma & perpendiculum. Quinimo hæc est differentia inter legem naturalem & diuinam, & illam quæ ex hominũ beneplacito hominibus imponitur, q̃ illa quæ lege diuina prohibentur, tam intrinsecam habent turpitudinem, vt etiam si non prohiberentur adhuc mala extirpessent, vt adulterium, furtum, & homicidium: quæ verò præcipiuntur ita intimã fortiũtur rectitudinem, vt etiam si non præciperentur, adhuc recta permanerent, vnde Psalm. 18. Iudicia Domini vera iustificata in semetipla: iusta sunt, & intrinsecam, ac natura quadam iustam habent iustitiam,

*Tria debet habere lex secundũ refectionẽ Philosophiæ moralis, q̃ sit iusta. Isa. 10. Secundã breuis. Tertio clara.*

*Differentia inter legem diuinã & humanã.*

*Psal. 18.*

quæ verò pendent ex lege humana, ex ea pendent quantum ad malitiam vel bonitatem, qua de causa dicuntur à Theologis mala quia prohibita, vel bona quia præcepta. Vnde illa censentur indispensabilia, quia pro qualibet temporis & loci differentia, bonitatem vel malitiam præ se ferunt: hæc verò, quia iuxta temporis & loci, & aliarum rerum circumstantium varietatem, variari & mutari possunt, multoties veniunt dispensanda. Cuius causa est celsitudo sapientiæ diuinæ, quæ in immensum humanam excedit, nunquam enim humana omnis industria ipsum iustum in æquilibrio attingere potest, ut id quod præcipit vel vetat, semper sit iustum facere vel non facere, imo semper erit aliqua distantia à iusto in quo iniustum erit obseruare. Lex autem diuina punctum ipsum iustitiæ attingit adeo indispensibiliter, ut quidquid ab illa deuiet, etsi minimum sit, iniustum & iniustum sit; est enim veluti lingua in bilanci, quæ quocumque inclinaret & si minimum sit, inæqualitatem in pondere facit.

Secundò est iusta, quia absque acceptione personarum omnes cuiuscunque status conditionisque fuerint obligat. Leges quippe humanæ, ut quidam Philosophus dicit, sunt veluti aranearum telæ, quæ minima animalia, qualia sunt muscæ, tantum ligant: magna vero, potius eas rumpunt & diruunt. Sic humanæ leges pauperes & imbecilles dumtaxat obligant, diuites verò & opulenti quasi à iugo carum liberi, quicquid volunt faciunt & prævalent: sunt etiam veluti arundines longæ, quibus capiuntur pisces, quæ solum paruos pisces apprehendunt: nã magni eas in orbem versant & incluant, imo aliquando frangunt. Virga iustitiæ humanæ magnatibus cedit & inclinatur, quæ solum pro paruulis est erecta: non

sic

sic autem lex diuina, sed erga omnes recta & integra perseuerat, est enim virga ferrea, quæ nulli ponderi cedit: Reges eos in virga ferrea. Psal. 2. imò vero necessarium est aliquando quod lex humana pro fragilitate hominum & conditione temporum vel inclinaret & cedat, vel mutetur, aut nonnunquam in totum abrogetur: debet enim (ait Philosophus) esse sicuti regula Lesbia: nã in insula Lesbia erant lapides adeo duri, ut nulli instrumento etiam ferreo cederent. Quare utebantur latomi vel lapidum expolitores regula plumbea, ut quando lapidem, propter eius duritiã, non poterant ad æqualitatem regulæ cadere, ipsa regula retorqueretur, & inclinaret ad æqualitatem lapidis: sic lex humana debet aliquando conuiuere fragilitati & conditioni hominum, non enim debet cum tanto eorum detrimento obligare: nam qui vehementer emigrit (ait S. piens) elicit sanguinem, Prouer. 30. incuruetur ergo aliquando ut cedat, ne homines liberos in seruitutem durissimã redigat. Sic rex Assuerus, ut legitur in libro Hester. c. 4. & 5. virgam aureã inclinabat aliquando ei, in quem nolebat, ut legis seueritas animaduerteret: nimirum quia lex humana non semper in eodẽ tenore debet perseuerare, sed aliquando cedere, incurari, vel omnino abrogari debet, ut homines sufferre queant: lex autem Diuina cum sit ipsamet hominum ratio & natura, adeo æquabilis eorũ humoris est, ut absque naturæ eorum detrimento, semper seruari possit, nec necesse sit aliquando declinari vel incuruari in aliquẽ. Vnde indispensabilis est, & non solum iusta, sed ipsa regula & norma iustitiæ, qua cæteræ leges iudicare debent, in tantum enim iustæ erũt, in quantum huic cõformes sunt: nam si ab ea deuient, in iniustitiam statim retorquent; rectum enim iudex est sui & obliqui. Vn-

Psal. 2.

Lesbia  
regula.

Aliquã  
lex hu-  
mana nõ  
d. bet cũ  
magno  
detrime-  
to obliga-  
re.

Prou. 30  
Hester. 4  
& 5.

Lex diuina  
indispensabilis.

Similitudo.

*Pfal. 18.* de de lege diuina alibi dicit Propheta *Pfal. 18.* Lex Domini immaculata, & iustitiæ Domini rectæ. Iustitia ergo facit hanc legem pulchram; pulcherrima enim virtus est iustitia, nam nec hesperus est sicut illa, ait Philosophus, & iustitia æqualitatem facit, pulchritudo autem in proportionali æqualitate partium consistit, vt patet ad sensum.

Secundum etiam habet lex decalogi, breuissima enim est, decem tantum verba continet, in quibus omnes actus studiosi præcepti, & omnes mali prohibiti sunt: ita quod nullus actus virtutis est, qui ibi non sit præceptus: nec ullus actus vitiosus est, qui ibi non sit prohibitus. Vnde de lege Dei dicitur

*Rom. 9.* Verbum consummatis & abbreviatis in æquitate. Habet enim lex diuina, veluti in summa quadam & compendio decem verborum omnem æquitate, in quo itidem super excellentia sapientiæ diuinæ supra humanam relucet: decem millia legum, decem milia librorum volumina super leges humanas scriptas videmus, & nunquam finiuntur lites, nec absoluitur vna causa. Habet lex diuina decem verba, & quicquid ad æquitatem pertinet, ibi videbis. Nam sapiens breuiori sermone plures sententias comprehendit, quas stultus nec infinitis verbis dicere posset. Verum est tamen quod est alia causa

*Causa quare leges humane non sufficiant ad vitia hominum arguenda.* lex ex parte hominum, quare leges humane non sufficiant ad eorum vitia arguenda. Sunt enim homines nouorum demoniorum adiuuatores, tot monstrua vitiorum quotidie inter eos procreantur, tot adiuuantes & nouitates peccatorum, vt quotidie opus sit nouas leges condere, noua remedia adhibere, recentibus malis recentes applicare medicinas, & adhuc non sufficerent pro eis, excedit enim longe multitudo vitiorum multitudinem legum, & constitutionum humanarum, adeo vt verissime posset in eos retorqueri illud Propheti-

ticum

ticum proloquium Hierem. 30. Insanabilis plaga tua, id est, nescio tibi mederi, ad tot facinora medicamina desunt: erit & causa huiusmodi prolixitatis litium, auaritia scribarum, procuratorum, aduocatorum, lites in immensum protelantium, veluti medicus medicinas vel curas, vt longior sit questus, & maiores proventus eorum. Ecce quomodo lex Dei sit breuissima, & quia breuis, suavis est & facilis ad hauriendum.

Tertia clarissima etiam apparet, & lucida, imò est ipsamet lux & sol animarum lex diuina: est enim lumen illud signatum vel sigillatum super nos, de quo *Pfal. 4.* Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Eleuauit manum suam ille optimus & primus artifex rerum, & impressit in animas nostras lumen sui vultus, id est, suæ veritatis, vt quæ agenda, quæ vitanda erant, ipsa natura magistra addisceremus. Quare præcepta decalogi veluti principia sunt ipsius legis naturæ in hoc principio inclusa, Quod tibi non vis, alteri non facias: quod tam vniuersale est in practicis sicut in speculatiuis, quodlibet est vel non est: & de hac lege mentibus nostris impressa Propheta dicit, Lex Domini immaculata conuertens animas, præceptum Domini lucidum illuminans corda, *Pfal. 18.* Eo quod immaculata est lex diuina, animas mundificat, & ad Deum, qui ipsa mundicies est, conuertit: sed quia præceptum eius lucidum est, corda, id est voluntates illuminat, vt sciant quid amandum, quid odio habendum sit. Quare cum Diabolus omnino aduersetur Christo & Deo, sicut Deus robur mandatorum suorum in claritate collocat, è contra Diabolus in obscuritate & perplexitate omnem suam virtutem statuit: de quo *Iob 40.* Nerui testiculorum eius perplexi. In testiculis

*Hierony.*

*Pfal. 4.*

*Pfal. 18.*

*Iob 40.*

lis est vis ad generationem: robor ergo & fortitudo aduersarii nostri in perplexitate est: in tenebris ambulat qui cum sequitur, perplexas & inquietas conscientias, plenas illecebris laqueisque inextricabilibus portant, vt vix etiam doctissimi in examinandis animorum morbis peritissimi, non audeant quotundam hominum corda, & conscientiarum latibula ob scelerum perplexitatem inuestigare, & perfectè intelligere. At qui ambulat in via Domini, quam lucidam conscientiam habet, tanta claritate fulgent, vt quilibet sacerdos quantumuis ignarus possit eius abdita summa perspicuitate callere: præceptum enim Domini lucidum & illuminans corda est.

*Ordo legis diuinae.* De ordine legis diuinæ parum dicendum existimo, cum pateat ad oculum in prima tabula poni præcepta, quæ ad Deum attinent, vt eum diligere, nomen eius non deierare, sabbatha sanctificare. Statim ea quæ ad proximum, in quibus post Deum primum occurrunt parentes, qui principium nostri esse post primam causam sunt, ac proinde postea eis debemus honorem: statim bona propria cuiusque, intimior est vita, statim vxor, postea res: deinde honor, & hoc ordine ponuntur præcepta, licet duo vltima actus interiores verant earum rerum, ad quæ magis cupiditas exardescit, scilicet, ad res & ad mulieres, & ideo harum maximè cupiditas prohibetur. Ecce arborem scientiæ boni & mali, in qua præcepta affirmatiua & negatiua ponuntur, quæ & præcipiunt bona, & prohibent mala. Fructum eius carpe pulcherrimum ad videndum propter iustitiam, suauem ad edendum propter breuitatem & claritatem. Hæc aliquanto profixius prosequuti sumus, quia ad principium doctrinæ moralis, qualia sunt diuina præcepta attinebant: de qua doctrina in toto hoc Psalmo agere debemus.

mus. Iam cetera maiori compendio & faciliori tractatu Deo dante exequemur.

Beati immaculati in via. Arist. facilè Philosophorum princeps, doctrinam moralem quam in ethicis scripsit, à beatitudine exorsus est, cuius consideratio, vt ipse refert in Prologo, ad dirigendas nostras actiones maximè refert. Vltimus enim finis & scopus est ad quem omnes nostræ actiones diriguntur. Sicut ergo sagittarius, non potest recte iacere sagittas, nisi in signum dirigat aciem: sic nos nō possumus rectè ponere nostras actiones, nisi ad vltimum finem aciem mentis dirigamus. Agit ergo in ethicis de virtutibus & actionibus quibus ad beatitudinem peruenimus: sic noster Propheta in hoc Psalmo, qui totus hanc diuinam ethicam continet, à beatitudine exorditur, ad quam per opera moralia, scilicet per obseruationem legis & madorum Dei, tanquam per media accommodata properamus, desiderium autem beatitudinis omnibus ingenitum est. Vnde refert D. Aug. lib. 13. de Trin. de quodam mi-

Aristot.

*D. Augusti. 13. de Trin. refert factum cuiusdam parasiti.*

mo vel parasito, qui in emporio quodam congregauit omnes qui ibi erant, dicens se velle eis dicere quid omnes in mente gererent, cumque intenti & quasi admirantes attenderent, dixit eis hoc est quod in mente habetis: omnes vultis carius vendere, & vilius emere. Quæ taxans D. Augustus ait, melius & verius dixisset, scio id quod in mente geritis, quod omnes vultis esse beati, hæc enim cupiditas in omnibus intima & connaturalis est, adeoque, intracta homini, vt nisi eius destruaturs natura, talis appetitus ab eo diuelli nō possit, taliter illi impressit illum autor nature: & sicut Phidas ille artifex, figuræ Veneris taliter suam ipsius imaginem inclusit, vt nisi destructa ipsa tabula & pictura nō posset ipsius imago diuelli: sic nature nostre artifex sic inclusum hunc beatitudinis appetitum in nobis sculpsit, vt nisi destructa

destruſta natura obliterari nequeat. Quo circa, vt idem Aug. docet in hoc Pſalmo, ipſi peccatores in ſuis vitijs quærunt hanc beatitudinē, & voluptuoſus hoc quærūt in ſuis delitijs, & ſe miſerū putat, ſi cupitis non fruatur, & beatum ſe prædicat cūm adeprus fuerit. Et auarus ad hoc congregat diuitias, vt beatus ſit: nam beatus eſt qui id habet quod deſiderat, omnia autem quę deſiderantur, per pecuniam adipiſcuntur, quia pecunię obediſit omnia, vt dicitur Eccleſ. 10. Id etiam quærūt iracundus in viſ dicta, ambitioſus in imperio, vt aliquam ſimilitudinem ſaltem habeant illius qui ſummè beatus eſt. Voluptuoſus ei vult aſſimilari in vita illa beata, delitijs & gaudijs plena. Auarus in ſummis illis diuitijs, quas Deus in ſeipſo poſſidet. Iracundus in poteſtate puniendi, quam Deus habet. Ambitioſus in ſummo omnium imperio quod regit. Itaq; in omnibus ſimilitudinem ſaltem beatitudinis diuinę quærunt. Aded intimè hoc deſiderium ineſt, vt nec in malis ipſis abſit. Errant tamen in quærendo, non enim quærunt vbi debent quærere. Vnde idem pater Aug. multoties in Pſalmis, & 4. confeſ. cap. 1. dicit: Quære quod quærīs, ſed non vbi quærīs: id eſt, quære beatitudinem, quære delicias, quære diuitias: non ab hoc impediēris à Deo, qui te ad diuitias maximas & ampliffimos honores creauit: ſed quod à te perit Deus tuus eſt, vt non quærās vbi quærīs, quia ibi non ſunt hæc bona, non quærās in his caducis, terrenis, propediem præterituris: ſed in cælo vbi eſt illa ſacietas plena, gaudium ſempiternum, vbi vera bona & æterna ſita ſunt. Ac ſi tibi ſitienti, & ex riuulo lutulento bibere velēt ego dicerem, nō bibas ex hoc luto, ex hac aqua turbida & immunditijs plena: veni & bibe ex ipſo fonte, vbi aqua ſplendet vt chriſtallam, limpidiſſima, dulciſſima, & omni carens ſpurcicia, nunquid

*Simile .  
D. Aug.  
dicit q  
peccato-  
res e ſuis  
vitijs q-  
runt bea-  
titudinē.  
Eccle. 10.*

*Explicatio  
dicit  
D. Aug.*

nunquid iniuriam tibi facerem? nunquid poterās mihi dicere, dimitte me & bibam? Ego non te impedio, quod bibas, imò volo quod ſitim extinguas: ſed non ex riuulo lutuoſo, ſed in fonte ipſo clariſſimo. Latere homo, afflue delitijs, & quicquid deſideras hauri: ſed non ex creatis iſtis rebus, quę ſunt riuuli, mixti, lutuoſi, immunditijs pleni; ſed ex ipſo fonte limpidiſſimo omni carens ſpurcicia, qui Deus eſt. Vnde ait idem pater Aug. confeſ. c. 12. *Auguſt.* Quęris beatam vitam, quærīs in regione mortis, nō eſt illic: quomodo enim beata vita vbi nec vita? ait ergo Pſalmiſta. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, ac ſi diceret, ſcio quid velis, beatitudinem quærīs, ſi ergo viſ eſſe beatus, eſto immaculatus. Hoc medio talis obtineretur finis. Hęc eſt interpretatio D. Auguſt. quam ferè omnes interpretes amplectuntur.

Sed notandum eſt, quod eſt duplex beatitudo, altera in ſpe, altera in re, quam habent illi qui iam conſequuti ſunt beatitudinem: & prima eſt veluti incohatio ſecundæ. Modo autem vocat beatos in ſpe eos, qui ambulant in vijs Dñi. Nam ſicut vidētes puerum bonę indolis & ingenioſum, dicimus illum ſtudioſum ſapientē: non quia iam ſit in re, ſed quia habet ſufficientiam & principia, vt ſuo tēpore ſit; ſic qui in hac vita legem Dei cūſtodit, beatus dicitur, non quia iam ſit in re, ſed quia in ſe habet quod ſufficit, ad hoc qd ſit beatus. Qui enim mādāta Dei vſque ad finē vitę ſeruauerit, abſque dubio beatus erit. Beati ergo immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: quia ad beatitudinem recto tramite proficiſcuntur.

(In via id eſt, in hac vita, quę via eſt ad alterā, vt *Via qua  
vult magnus Baſilius. In via hac qua ambulabā, ab  
dicatur  
ſcōderunt ſuperbi laqueū mihi, Pſal. 14. hoc eſt in  
ſecundum  
hac vita. Vel viā vocat legē Dei, quę eſt via ad bea-  
Baſil.  
titudinem,*

*Simile.*

titudinem, vt infra in hoc Psalmo. Viam mandatorum tuorum cucurri, & Christus Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: Quasi observatio mandatorum, sit via ad vitam æternam. Vel si vis, vt Cassiod. & Hierony. per viam intellige Christum, qui de se ipso dicit, Ego sum via, Ioan. 14. sumus ergo immaculati in illo & per illum, vt Paulus Ephel. 1. dicit, Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius. Ecce quomodo elegit nos in ipso, vt essemus etiam in ipso sancti & immaculati, secundum illud Ps. 17. Et ero immaculatus cum eo, in nobis enim ipsis omnes iustitiæ nostræ, tanquam pannus menstruatae. Ceterum in ipso immaculati sumus, mandati & loti, in sanguine suo, lauantes stolas nostras, & candidas eas facientes in sanguine agni mundi & immaculati. Vnde idem Pau. c. 5. eiusdem epistolæ ait. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam suam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam: non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. In Baptismo ergo lauamur & mundamur, & immaculati efficitur. Vnde Cant. 4. Videt Spiritus sanctus fideles filios sponsæ, tanquam greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: toto dertunt enim & deposuerunt veterem pellem, veterem Adam cum actibus suis, & in lauacro aquæ per verbum vitæ, (nam accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, vt ait Augustinum,) mundantur, & ascendunt sic ad montem Sion, id est, Ecclesiam. Nam Baptismus est ianua per quam

quam ingredimur ad Ecclesiam. Hoc hyssopo aspergi desiderabat Propheta, quando Psal. 50. dicebat. Asperges me Domine hyssopo, & munda- bor, lauabis me & super niuem dealbabor, id est, asperges me sacramento quod Christi sanguine tingitur. Dicuntur ergo immaculati in via fideles, qui in Christo, qui via & vita est, iustificantur. Sed ad- uerte quod Hiero. in Epistola ad Principiam de laudibus Marcellæ ait, quod hic Propheta magni facit immaculatos in via hac: grande quippe opus facit, qui viam spurcitijs plenam immaculato cal- le pertranfit; sicut est sol, qui cum per sterquilinia transeat, non coinquinatur ab eis, non enim pati- tur peregrinas impressiones. Vnde in Canticis dicitur. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitijs affluens. mirabile valde est, quod de deserto huius seculi in quo spinæ & tribuli geminantur, ascen- dat anima delitijs & floribus fragrans, & de terra sterili tot fructus ferat. Beatos ergo optimo iure eos appellat ac predicat Propheta, qui in via im- maculati sunt.

(Qui ambulant in lege Domini.) Obserua my- sterium notatu dignissimum. In sanctis literis quo- tienscunque fit mentio de statu sanctorum in termi- no, qui consistit in apprehensione visionis diuine, explicatur per terminos significantes quietem; vt est illud Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchri- tudine pacis, & Matt. 20. Sedebitis vos super sedes duodecim, tribus Israel iudicantes. & Paulus vo- cat sanctos nomine dormitionis, quæ significat quietem. Non preuenimus eos qui dormierunt. In pace in idipsum dormiam & requiescā, Psal. 4. Cæterum, quando loquitur de statu sanctorum in via, qui consistit in progressu virtutum, & meri- torum, explicat per nomina significantia motum, Sic currite, vt comprehendatis, ad Ephel. 3. quæ re-

Psal. 50.

Hierony.

Canti. 8

Isa. 32,

Mat. 20

1. Thes. 4

Psal. 4.

Ephel. 3.

tro sunt obliuiscens, ad ea verò que sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis. & Psal. 63. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo faciet, in valle lachrymarum. & Canti. 4. laudans sanctitatē fidelium in via, comparat eos gregibus ouium ascendentium de lauacro: & hoc est quod dixit Dominus Samaritanę Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam; gratia enim Spiritus sancti est in iusto viatore, hic impulsus internus quo salit, & pergit in vitam eternam; desiderium scilicet proficiendi, currendi per virtutum opera ad vitam: nam in hac vita non quietatur cor nostrum, nec iustus extimat se cōprehendisse, vt Paulus dixit ad Philip. 3. Fratres ego non arbitror me comprehendisse, & ideo semper ambulat, semper proficiunt de virtute in virtutem. Falluntur perfidi hæretici asserentes quod in hac via possit obtineri terminus perfectionis, vltra quam iam non sit progrediendum; ponunt enim terminū in via, quod est maxima implicatio. Paulus non arbitratur se comprehendisse nec vllus viatorum id dicere potest, sed semper restat nobis grandis via, vsque dū perueniamus ad montē Dei. Animalia illa sancta, quæ vidit Ezechiel, ibant & non reuertebantur. Vnumquodque coram facie sua gradiebatur, semper vltra progredientes, sicut de iusto Abraham dicitur Gen. 12. Perrexitq; Abraham vadens & vltra progrediens ad meridiem: confitebatur se hospiti & peregrinum super terram, & ideo semper pergebat vltra, versus meridiē, id est versus beatitudinē, vbi lux beatorum erit in vltimo, ad quod peruenire debet; sicut lux solis in meridie est in vltimo, quod splendores eius lucere possunt. Hanc meridiem desiderabat sponsa quando dicebat Canti. 1.

*Indica*

Indica mihi vbi pascas, vbi habes in meridie. Vnde Proter. 4. Iustorum semita quasi lux splendens, procedit & crescit vsq; ad perfectū diem, hic perfectus dies erit in patria; dies, inquam, illa quæ non cognoscit vesperum, nec occasum: diem dico æternitatis, vbi non est dies procedens & fluens per momenta & horas, & tādē deficiens, quem occupet nox, aut occasus: sed vbi semper lux erit, in eodem puro & tenore perseuerans. Beatitudo ergo sanctorum, in hac vita nō in quiete sed in motu consistit. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege Dñi, ad eō vltra non progredi, sit reuertī, vt dicit D. Bernar. Non progredi in via Dei, regredi est: nā qui existimat, iam se comprehēdisse, nec esse locū in via Dei quem ipse non pertingerit, fastigiū iam ac culmen virtutum ascendisse: eo ipso peccat, ac retrocedit. Sancti ergo in hac via ambulāt, qui semper proficiunt meritis in fide & dilectione Dei. in lege Domini. Nec hoc mysterio vacare vult Cassiodorus, nam est alia lex quam Paulus Rom. 7. inueniebat in membris suis, quæ eum captiuabat in lege peccati: non ergo ille beatus qui in tali lege ambulat, imō miser: sed qui ambulat in lege Domini, quæ destruit legem peccati.

VERSVS SECVNDVS.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde suo exquirunt eum.

**H**ic versus (vt placet D. Aug.) quasi interpretatio præcedentis est. Illi nimirum immaculati in via Dei sunt, & in lege Dei ambulant, qui requirētes eum, in toto corde suo scrutantur testimonia

*Prou. 4.*

*Beatitudo sancto rium hac vita non in quiete sed in motu consistit.*

*D. Bern. Cassiodorus.*

*Rom. 7.*

*August.*



simonia eius: & verè sic est, q̄ qui ex recta voluntate erga Deum eius mandata scrutantur, & exquirunt, verè beati in spe, & immaculati in re sunt. Sed obserua, q̄ multi scrutantur testimonia eius, non tamen ex recto corde & voluntate erga Deum, sed erga se ipsos, vt coram hominibus appareant docti, mirabiles scrutatores & doctores sermonum Dei. Sic enim Pharisei mandata eius exquirebant, vt vocarentur ab hominibus Rabbi, & etiam quæstus gratia, vt maiores proventus acquirerent, existimantes quæstum esse pietatem. Atque ò vitiatum his temporibus non etiam hæc Pharisæica calamitas serpsit, sacraq̄ disciplina honoris ac quæstus gratia à maiori parte non addiscitur; & quia hæc intentione addiscitur, inflato animo, ad temporalia erecto & attento, quamuis ipsa animum doceat rectè morigeratum esse erga omnes, terrena despicere, ad cœlestia anhelare, peritura contemnere, permanens amplexari, non alta sapere, sed humilibus consentire: Non hoc addiscunt, sed superbiere, alios antecellere, in honoribus & prouentibus primos esse; contra quos Paul. 1. Tim. 6. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemias, suspensiones malæ, consiliatationes hominum mente corruptorum, & qui charitate priuari sunt, existimantes quæstum esse pietatem, hi non acquiescunt ei quæ secundum pietatem est doctrinæ. Sacra quippe doctrina hæc sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, quibus nihil est in vita vtilius, vt dicitur Sapient. 8. Et hæc sunt quæ ædificant animum addiscentis: hi autem non eam addiscunt, vt scientiã quæ docet pietatē, quæ

rationis

ratione vocatur Prouer. 30. scientia sanctorum, sed veluti student alijs scientijs quæ ad ostentationem & quæstum diriguntur, de quibus dicitur q̄ tales scientia inflans. 1. Cor. 8. Tales igitur non hic prædicantur à Propheta beati, sed qui corde puro mandata Dei scrutantur. Vnde Psal. 1. cui iste Psalmus maximè concinns est, post primum versum in quo dicit, Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum, statim versu secundo subdit: Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabimur die ac nocte: quia in lege Domini fuit voluntas eius directæ, scilicet ad Deum, & pura, ideo die ac nocte eius scrutatur mandata. Vnde Prouer. 20. dicitur, Cor iniqui inquirit mala: cor autem iusti inquirit scientiam, nimirum hanc scientiam sanctorum, quæ edificat: nã primi non recto corde acquirunt scientiam, sed adulterino, ad commodum proprium erecto; contra quos Paul. 2. Cor. 9. Nõ ambulantes in astutia, nec adulterantes verbum Dei, licet in Græco sit nõ cauponantes vel miscentes, vt caupones miscerent vina quæstus gratia, sed purè & sincerè annuntiantes, non adulterantes. Adulter enim nõ intendit prolem, quæ est finis intentus ex matrimonio, sed propriam delectationem: sic isti falsi doctores nõ tantum sobolem & fructum spiritus querunt in huiusmodi scientijs diuinis addiscendis & perscrutandis, quæ propria comoda, proventus, honores, & populi beneplacitum, literatorum applausum, & cetera quæ ad rem non pertinent, quare optimè de talibus dixit Ierem. c. 23. In Prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium & iter mendacij: si milantur enim adulteris nõ querentibus prolem, sed propriam delectationem, quod est iter ad docendum mendacium, vt patet in Pharisæis, & hereticis. Vnde D. Gregor. sic dicit. Non enim hæretici aut hypocritæ inquisitionibus suis veritatē conantur assequi, sed vi-

C 2 flores

Stores videri, cum q̄ se foris ostendi sapientes appe-  
runt, intus per stultitiam elationis suæ vinculis al-  
ligantur. Vnde fit vt contentionum certamina in-  
quirant, & de Deo, qui est pax nostra, loqui pacifi-  
cè nesciant, & ex pacis negotio, rixæ inuentores  
fiant. Ergo sunt beati qui recto corde quærentes  
Deum, testimonia eius inquirunt.

Sed observa quòd dicit, nō qui quærit, sed qui  
**LUCAS** scrutantur, id est, non segniter (vt vult D. Hieron.)  
discere, sed summa diligentia ad similitudinē scri-  
pturæ, quod summa cura fit: vt mulier illa Euan-  
gelica, quæ perdidit drachmā, in qua erat imago Cæ-  
saris, & accendit lucernam, & euertit domum om-  
nem, nullum non lapidem mouit, vt inueniret. In  
scriptura sacra est imago & notitia Dei; summa er-  
go cum diligentia querenda est cum lucerna Chri-  
sti accensa, id est, cum fide & dilectione Dei: lucer-  
na ardens est fides cū charitate, euertendo domū,  
omnes leges ac rationes naturales inuertēdo, quas  
omnes superat fides: hoc etiā in illa in quibus Scri-  
ptura sacra, & doctrina reuelata videtur aduersari-  
rationi & legibus naturæ, omittendo, imo submit-  
tendo fidei, secundum D. Paul. 2. Corin. 10. In ca-  
ptiuitatem redigentes intellectum in obsequium  
Christi. Vel secundò vt scrutari, fit, non superficie  
tenus legere diuinam Scripturam in cortice & in  
litera: sed intus vsque ad ima spiritus scrutari. In  
scrutinio etiam minutissimas res exquisimus, ita  
& tu nec apicem nec iota vnum prætereas, sed om-  
nia redundare mysterijs existimes. Pharisæi nō scru-  
tabantur Scripturas intus in nucleo, in spiritu, sed  
in superficie & in cortice, & ideo allucinabantur.

Vnde rectè dixit eis Dñs, Scrutamini scripturas,  
quia ipse testimoniū perhibent de me, Ioan. 5. Nō  
in litera sistatis, sed penetrate interiora legis, quia  
ibi inuenietis me: Litera enim occidit, ait Paul. 2.

**Ioan. 5.**  
**2. Cor. 3.**

Cor. 3.

Cor. 3. spiritus aūt viuificat. In fiscella viminibus  
scirpis cōtexta erat clauus Moyses: aperi fiscellas  
& scirpos, & ibi eū inuenies. Pharisæe cæce aperi li-  
terā, tolle corticem: inuenies Christū, de quo Moy-  
ses tor protulit testimonia. Proh dolor, quā multi  
ex orthodoxis doctoribus, qui publicè se profitentur  
sacrarū literarū interpretes, nō intima nec spiritū  
penetrant, sed in scirpo & in cortice manent, sum-  
mū studiū existimantes. si grammaticā & constru-  
ctionē sacræ Scripturæ doceant, nullū aliud referā-  
tes mysteriū, imo nec ipsum thesaurū scripturarū  
absconditū, qui est Christus Dñs inuenientes. De  
quibus Isa. 24. Et erit sicut populus sic sacerdos. Si-  
cut. n. populus nō ingrediebatur in interiora tem-  
pli, sed extra velum manebat, intra autē solus sacer-  
dos in vice sua introibat; sic isti non ingrediuntur  
in interiora velaminis, sed sicut populus rudis abs-  
que spiritu & scientia, extra velū manent, picturas  
& colores veli considerantes, non autē quid intus  
lateat penetrantes: quia nō recto corde exquirūt,  
nō humiliter procidunt ante faciē illius, qui habet  
clauē David, qui aperit & nemo claudit, claudit &  
nemo aperit; orantes & deprecātes vt illis aperiat  
sensum ad intelligendū Scripturas sacras intus &  
non in cortice, in spiritu & non in litera, in litera,  
inquam, quæ occidit, sed in spiritu qui viuificat, vt  
ait Paulus &c. & dicat eū nostro Propheta, Reuela  
oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua.

(In toto corde exquirunt eum) Hoc debet intel-  
ligi negatiuè, vt præceptū de dilectione Dei: nō au-  
tem quod nullā partem cordis, id est, voluntatis ap-  
plicent creaturis, hoc. n. impossibile est in hac vi-  
ta, debet enim diligi proprium corpus, vxor, filij, &  
alia multa: sed tamen nō taliter, quod impedimen-  
tum præsent diuinæ dilectioni, quæ est in præce-  
pto: id est quod non ob amorem alicuius creaturæ

*Figura*  
*Exod. 2.*

*Isa. 24.*

*Apo. 3.*

*Psalm. 123.*

C 3 præter-

præmittatur aliquod præceptum diuinum. **C**ertum quod totū cor ita Deo præbeat in integrū q̄ nulla alia res præter eum ametur, hoc impossibile est in hac vita, vnde Paul. 1. Corinth. 7. loquens de nuptis dicit quod diuisi sunt, quia mulier iam nupta cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, vt sit sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, & idem dicit de viro subdens: & diuisus est. Hæc autem diuisio cordis quoniam non est contra Deum, non est damnabilis, nec omitti potest ab omnibus dum sumus in corpore. Quare præceptum illud de dilectione Dei super omnia, secundum Aug. in sermone Domini in monte, non potest in hac vita in tota sua perfectione adimpleri, cum corporales necessitates aliqui nos reuocent & rapiant cor in diuersa, quæ tunc diligere & cogitare, est necesse. Sed appositum est tale præceptum cum tanto rigore vt intelligamus, quis sit scopus amoris diuini, ad quem tendere debemus: instantes quantum in hac vita possibile est, cor mundare, & à quibus fas fuerit negotijs expedire, vt ad talem scopum propius accedamus, & hæc est omnis cura, omne negotium, omnis cogitatio perfectorum in hac vita, ab omnibus quibus possibile est, se abstinere, vt expeditum cor soli Deo quantum potuerit inhæreat, in patria autem quando Deus erit omnia in omnibus, vbi vt dicit August. vacabimus, & videbimus, & gaudebimus, quando non ex parte, sed ex toto cognoscemus, ex toto etiam amabimus. Hæc est ibi sanctorum omnium vita, Deū super omnia diligere. Vnde Isai. 3. 1. Cuius ignis est in Sion & caminus ignis in Hierusalem. Ignis amorem significat, cum in pluribus eius similitudinem gerat, in Sion, id est, in hac vita militante amor est. Sunt enim in ea vizi

*Præceptum de dilectione Dei quomodo non potest in vita in tota sua perfectione adimpleri.*  
*August.*  
*Isai. 3. 1.*

perfecti in charitate: Sed caminus ignis sphaera amoris, vbi nihil aliud est quam amor Dei in illa summa ciuitate Hierusalem erit, vbi ignis nunquam extinguitur, sed semper æder. Vbi nunquam ab actione actuali amoris diuini cessatur. **Dan. 7.** Vidit thronū eius igneum, & quod fluius ignis rapidus egrediebatur à facie eius. Essentia diuina mirabiles ex se efflat amores, qui tanquam fluius rapidus rapiunt necessariò corda videntium Deū, cunctosque in eius amore incendit, ac tanquam fluius raptos submersosque atq; in eius amore semper attentos tenet, sed quia fluius amoris est, omnes lætificat, non comburit, sed illuminat, lætos placidosq; facit iuxta illud Psal. 45. Fluminis impetus ciuitatem Dei lætificat. Quod si in hac vita etiam cetera quæ amamus, in diuinū amorē referamus, in quantum fas est Deum in omnibus & super omnia diligimus: quod si aliquid amamus, quod non propter Deum amamus, iam non toto corde Deum diligimus super omnia. Nā (vt in suis meditationibus ait B. pater Aug.) minus te amat, qui tecum aliquid amat quod non propter te amat, isti enim diuisum habent cor, nec integrum Deo seruant, contra quos dicitur Osee. 1. 1. Diuisum est cor eorum, modo interibunt.

*Dan. 7.*  
*Psal. 45.*  
*August.*  
*Ose. 1. 1.*

Sed nequaquam hic prætereundum est (quod ad morale doctrinam, quam hic vt præcipuam intendimus, maximè conducit) non inquam intermittendum est, quod plerique ex huius Psalmi expositioribus adnotarunt, inter quos Innocentius, Cassiodorus, imo & Lyranus, videlicet q̄ in his duobus primis versibus agitur de vita actiua, ac contemplatiua, in priori de actiua, in secundo de contemplatiua, quoniam prius debet quis ambulare in lege Domini, scilicet, prius in exercitijs vitæ actiue, in virtutum moralium actio-

*Cassiod.*  
*Lyr.*  
*Vita actiua & contemplatiua.*

ne, quam ad contemplationis culmen erigatur, nam vita bona debet præcedere studium & doctrinam. Sic de Christo dicitur Actuum. i. Cœpit Iesus facere & docere, non enim potest mens liberè eleuari ad contemplationis studium, nisi prius passiones appetitus sensitiui per exercitium moralium virtutum fuerint moderatæ: quod Diuus Gregorius sanctissimè, vt cætera omnia, lib. 6. moral. cap. 17. his verbis docet. Prius ergo mens ab appetitu gloriæ temporalis, atque ab omni carnalis concupiscentiæ delectatione tergenda est, & tunc ad aciem contemplationis est erigenda. Vnde & cum lex Exod. 18. accipitur, populus à monte prohibetur; vt videlicet, qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, considerare sublimia non præsumant. Vnde & rectè dicitur Num. 5. Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Bestia enim montem tangit, cum mens irrationabilibus desiderijs subdita ad contemplationis alta se erigit, sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens ipsius superni ponderis ictibus necabitur. Qui ergo contemplationis aciem tenere desiderant prius se in campo operis per exercitium probent, vt solliciti sciant, si nulla iam mala proximis irrogant, si irrogata à proximis æquanimiter portant, si obiectis bonis temporalibus nequaquam mens lætitia soluitur, si substractis etiam nimio mœrore fauciat, ac deinde perpendant cum ad se ipsos introitus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum temporalium umbras trahant, ac fortassis tractas manu discretionis abigunt si incircumscriptum humen videre cupientes, cunctas circumscriptionis suæ imagines deprimunt, & in eo quod super se est contingere appetunt, vincant quod sunt. Hæc Diuus

Græ.

Gregorius. Quæ consulto tam ad longum recensuimus vt sciant nonnulli, non adeò facilem & scitam esse viam ad cōtemplationis fastigiū, sicut ipsi faciunt, qui homines perditissimos illecebris, & cæteris mundi, carnisque spurcitijs, & diaboli dolis & inquietudinibus deditos, per exercitium octo aut quindecim dierum, ad contemplationis culmen eos iā aduolasse autumant. Vixq; pedem à mundo auertunt, & iam vltimum apicem perfectionis attingisse affirmant, similes Angelis qui ab vno ad aliud extremum subito transeunt, imo velotiores illis, angeli quippe ab vno ad aliud extremum per media pergunt, saltim quando moventur motu continuo; isti autem statim ab vno extremo in aliud absq; medio peruolant, & simul sunt in termino à quo, & in termino ad quem, contra omnem rectam Philosophiam. Ex cōsensu omnium sanctorū per illas duas vxores Iacob, Liam scilicet, & Rachelem vita actiua & contemplatiua designantur; prius appetijt Rachelē Iacob, cæterū posteriùs eā accepit, & Lia quæ prior natū erat ei prius fuit supposita. Dixitq; ei socer suus, nō est consuetudinis in loco nostro, vt iuniores antea tradamus ad nuptias, vt legitur Gen. 29. etiā si pulcherrimæ Rachelis amore captaris, prius tamē tibi ducenda est Lia, quæ prior est natū, et si lippis oculis. Quoniam & si vitam cōtemplatiuam desideres, quæ pulchrior est; tamē prius te in vita actiua exercere debes, quæ quantum ad hoc prior natū est, quia prius in eā exercendus est animus, et si lippis oculis sit, id est, si non adeò quiete & clarè possēt maiora speculari, sed lippis oculis lachrymis & singultibus ad pulcherrimæ Rachelis castissimos amplexus peruenire debes: q̄. si inuerso ordine processeris, nos talem consuetudinem non habemus, sed nec Ecclesia Dei (vt paulinjs verbis

vtar)

Abo. i.

D. Greg.

lib. 6. mo

ral. c. 17.

Et super

Ezec. ho-

mil. 14.

Exo. 18.

Num. 5.

Simile.

Figura.

Gen. 29

vtar) quia hanc viam omnes sancti docuerunt; & hac via ipsi ad contemplationis culmen perueniunt: si ergo in loco nostro non est huiusmodi consuetudo, quis nam nouarum rerum cupidus contra fas audeat introducere? Animalia illa sancta, quæ vidit Ezech. cap. 1. habebant manus hominis sub pennis eorum, pennata erant, sed manus hominis sub pennis eorum, per pennas vitam contemplatiuam, per manus hominum actiuam intelligimus: manus ergo erant veluti fundamentum pennarum: nam vita contemplatiua super opera actiuæ fundatur, prius quod animale, deinde quod spirituale; ait Pau. r. Cor. 15. Vita actiua respectu contemplatiuæ est veluti vita animalis, eo quod circa opera exteriora & actiones circa corpora proximorum, vt plurimum versatur, licet etiam ad vitam actiuam pertineant consilia, prædicatio, & alia bona spiritalia, sed quia erga exterius actiones versatur, & præcipue quæ ad corpus attinet, dicitur animalis respectu vitæ contemplatiuæ, quæ tota circa spiritalia versatur: prius ergo vita actiua deinde contemplatiua. In Jacob inhabitata, & in Israel hereditate, & in electis meis mitte radices, Eccles. 24. Jacob luctator dicitur, Israel fortis & videns Deum. Prius ergo Jacob, deinde Israel, prius in vita actiua luctator fortis, contra carnis illecebras, contra ferocissimi demonis insidias, contra maxima & affridua pericula, quæ passim occurrunt: deinde hereditaberis in Israel, accipies velut premium actionum vitæ actiuæ tanquam hereditatem, summi Dei contemplationem: nam certè vita contemplatiua velut premium solet esse actiuæ, sicut nuptia Rachel fuerunt veluti premium laborum quos perpeffus est Jacob seruiens Labam, estu & gelu vrgebatur, & somnus fugiebat ab oculis eius. Hereditaberis ergo in Israel inter eos qui quasi fortes vicerunt mundum,

mundum, & ad Dei visionem qualis in hoc mundo haberi potest, perueniunt. Et in electis meis mitte radices, id est inter eos qui optimam elegerunt partem cum Maria, qualis est vita contemplatiua, vbi maxime anima in Dei amore radicatur. Ad thronum Salomonis per gradus ascendebaris, & in eis ex vna parte erant leunculi, ex alia autem manus hominis sculptæ: nam si vis ascendere ad thronum veri Salomonis, id est, ad fastigium perfectionis, quæ in vita contemplatiua consistit, per gradus debes ascendere, in quibus & leunculi & manus hominis sunt, opera scilicet actiua, quibus contra monstra tentationum, & leones pugnare debes: leunculos vocat non leones: nam omnia quæ caro & dæmon contra animam moluntur, nihil sunt, cum sint temporalia: licet appareant magna ad nostram imaginationem, non tamen in rei veritate sunt, quod specie tenus præferunt. Leunculi ergo non leones, quia facile contra eos præualebimus, si in Deo confisi eius auxiliū imploremus, nihilominus & monstra victorum debellare, & virtutum actiones apprehendere debes, priusquam ad contemplationis arcem ascendas. Vnde in animalibus, quæ vidit Ioannes, vel in animali vno quod vidit Ezech. habens quatuor facies, prius erant facies vituli, hominis, & leonis, & deinde facies aquilæ: prius enim te exercere debes in hominis exterioris operibus, deuincere monstra victorum, carnem tuam mactare, vt vitulum, quam aquilam imiteris, in contemplationis volatu. Quare in templo Dei, prius erat altare in quo mactabantur carnes animalium immolatorum, quam altare in quo adolebatur incensum: prius enim mortificare, mactare, & defecare debes carnem tuam, ieiunij, vigilijs & alijs carnis macerationibus quam venias ad altare incensum, id est, ad contemplationis sacrificium.

Vbi

Vbi anima recto tramite dirigitur ad Deum, sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ, & thuris, ut dicitur Cant. 3. prius mirra quæ est amara, deinde thus dulcissime contemplationis. Hæc igitur doctrina sanctorum est quam confirmat D. Tho. 2. 2. quærit. 180. artic. 2.

*Cōtemplatio Philosophorum in solo intellectu sistebat, nec erat transitus aut deriuatio ad voluntatem, sed in hac contemplatione perfectorum fit maxima communicatio ad voluntatem, quæ de speculatione summi Dei delectatur, incenditur, & in eius desiderio vehementer inflammatur. Vnde Propheta*

*Psal. 76. Memor fui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum atq; exercitabar, & sepebam spiritum meum, cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Ex contemplatione summi Dei deriuabatur ad voluntatem maximus affectus erga Deum, ad præparandum ei mundum cor, & ad dirigendum spiritum purum.*

VERSUS FERTIVS.

Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.

*Diuersæ interpretationes circa istud. 3. v. 13. D. Hier. Felix. Caieta.*

**V**ersus iste duo habet, quæ aliquantulum negotij nobis facessunt. Alterum ex diuersa translatione ex interpretibus Hebræis à nostra vulgata. Hieronymus nobiscum transfert: Felix vero, & alij aliter: sic scilicet: Nec enim operatur iniquitatem, qui in vijs eius ambulat. Vbi Dominus Caieta, qui huic consentit translationi, meditat. q. in primo versu loquutus est Dauid de perfectis, quos

quos ideo vocat beatos: in secundo autem de proficientibus, quos ideo beatos dicit: sed in hoc tertio agit de incipientibus, s. de illis qui abstinere ceperunt à peccatis, nō tamen ad maiora adhuc ascēderunt: & ideo eos non dicit esse beatos, nec tanto nomine eos adhuc esse dignos existimat, satis ducens eos collocare in numero eorū, qui in vijs Dei ambulant, qui non operantur iniquitatē. Sed meo certe iudicio, ferè in idem recidit vtriusq; translationis sensus: Nostra vult dicere, q. qui operantur iniquitatem, non ambulant in vijs Dei: aliorum, quod qui in vijs Dei ambulant, non operantur iniquitatem, quod idem ferè est: nam ex vno sequitur aliud: si enim hi, qui in vijs Dei ambulant, nō operantur iniquitatem, bene sequitur, q. qui operantur iniquitatem, non ambulant in vijs Dei, ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis, quod bonum est argumentum in topicis. D. Basiliius, in hoc versu dicit, quod est similitudine primo Psalmo, quod & nos supra diximus: ibi enim dicitur: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorū, sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Subdit: Non sic impij, id est, non eadem via procedunt, qua iusti. Sic in hoc Psalmo postquam eos dixit beatos, qui immaculati in lege Domini ambulant, & qui scrutantur testimonia eius & in toto corde exquirunt eum, subdit modò quod impij diuersa incedunt via: nam tales non ambulant in via, qua incedunt immaculati, quos supra dixit beatos.

*Iudicij & expostio antbo ris.*

*Basiliius.*

*Dubium ex D. August. circa intellectū istius versi. 3. 1. Ioan. 1.*

Altera difficultas est, quam hic mouet D. August. quomodo intelligatur, quod qui operantur iniquitatem, non ambulant in vij. Dei, cum in hac vita omnes simus peccatores, & verum sit illud verbum, 1. Ioan. 1. Si dixerimus quod peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis

nobis non est. Et videtur primò dicere quòd forte hic vocantur immaculati, in spe, sicut & beati: diximus enim supra quod vocantur beati in hac vita, non in re, sed in spe, dicitur enim: Beati pauperes spiritu, quare beati? nò quia pauperes, sed quia ipsorum est regnum cœlorum; tale promissum expectant. Similiter; Beati qui nunc fletis, non quia fletis, sed quia habetis spem, quod ridebitis: sic beati immaculati, non quia in re immaculati in hac vita, cum sine peccato non sitis; sed quia speratis fore immaculatos in alia. Verum est quòd aliter soluit hanc difficultatem, vt statim videbimus, & pro explicatione eius adnotanda est regula, ex eodem D. August. 3. lib. de doctrina Christiana capit. 2. quòd Ecclesia hæc, quæ est corpus Christi, permixtam habet mixtionem malorum cum bonis, & ita dicit Ecclesia de se ipsa Cant. 1. Nigra sũ sed formosa. Nigra propter fœditatem peccatorum, formosa propter sanctitatem iustorum.

*Matt. 5.  
Luca 6.*

*Regula  
notanda  
ex Diuo  
August.  
Canti. 1.*

*Secundũ  
documen  
tum.*

*Cant. 4.*

*Concilium  
Milevitanum.*

Sed secundò notandum est, quòd aliquandò Ecclesia denominatur à digniori & excellentiori parte, sicut ciuitas denominatur à nobiliori parte: nam quando senatores & nobiles aliquid determinant, dicitur quòd ciuitas decreuit, vbi à nobiliori parte denominatur ciuitas; nobilior autè pars, & excellentior huius ciuitatis Dei, quæ est Ecclesia, iusti & sancti sunt: quare aliquando vocatur Ecclesia tota pulchra à digniori parte, scilicet à ratione iustorũ, vt in Cant. 4. Tota pulchra es amica mea: sed tunc se ingerit difficultas præfens, nam secundum doctrinam Catholicam Concilij Mileuitani. tom. 5. concil. capit. 5. can. 6. & 7. etiam sancti viri non carent venialibus peccatis; solus Christus Dominus, & immaculata mater eius excepti sunt à peccatis venialibus, cæteri cõprehenduntur in illa communi sententia supra citata.

citata. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. sancti ergo habent aliquot peccata venialia, & ita non solum ex humilitate, sed et veritate dicunt quòd in oratione Dominica: dimitte nobis debita nostra. Sed solutio est, quòd quia peccata venialia non ponunt maculam auferentem pulchritudinem animæ, quia nò demoliuntur gratiam, nec contrariantur charitati, sed solum eius feruori, nec tollunt sanctitatem ab Ecclesia. Itaque immaculati dicuntur, qui carent mortalibus criminibus: ita tenet Diuus Hieronymus, super primum versum huius Psalmi his verbis. Dicit, immaculati, quia sine minutis peccatis homo esse nò potest, sicut sanctus Ioannes dixit: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, & propheta dicit Psal. 14. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, sine macula, hoc est sine mortalibus criminibus. Sed tamen discretionem facit inter maculam & maculam, id est, quia sine minutis esse non possumus, tamen in maiora incidere non debemus. Hæc Hieronymus. Vnde illud Ephes. 5. quod supra citauimus: Christus dilexit Ecclesiam suam, vt eam exhiberet sibi sine macula & ruga, aliqui satis probabiliter explicant de Ecclesia secundum statum præsentem ratione iustorum, qui tantum habent peccata venialia, quæ maculam non ingerunt auferentem nitorem & pulchritudinem gratiæ & charitatis. Vnde cum ipsis stat decor hic & pulchritudo animæ.

*1. Ioan. 1.*

*Solutio.*

*Psal. 14.*

*Ephes. 5.*



## VERSUS QUARTVS.

*Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.*

**I**D est, quid mirum, quod in vjs tuis ambulemus, testimonia scrutemur, & in toto corde exquiramus, cum tu preceperis mandata tua custodiri nimis: Supra dixit testimonia, hic mandata; quia mandata dicuntur in iubendo, testimonia in prohibendo; vt ait glossa. Itaque per mandata, precepta affirmatiua, per testimonia, negatiua intelligit: pro maiori huius versus explicatione nota, quod potest iungi illa particula, nimis, vel cum verbo mandasti, vel cum verbo custodiri; si primo modo iungatur, sensus erit: Tu nimium & cum maximo rigore mandasti, vt custodiantur mandata tua: Si secundò modo hunc facit sensum: Tu mandasti, vt nimis custodiantur mandata tua: & licet secundus hic sensus magis consonet, primus tamen non est abijciendus: Ipse enim Deus nimio rigore, & summa diligentia sua nobis proponit mandata seruanda: & precipue ea quæ dicuntur decalogi (nam præter hoc quod ea impressit in hominis intellectu, tanquam radium quendam sui veri luminis) quando ea dedit populo Israelitico, solennissime pronunciauit. Sanctificatus est prius populus, descendit Dominus in Sinai in flamma & fumo, & sonitu buccinæ, fulgurante monte, & vsque in cælum flammis vomente, ipse suo ore vel angelico vice sui oris, audiente vniuerso populo, hæc decem protulit verba, & in tabulis lapideis suo digito scripsit; nã cætera soli Moyfi in silentio montis intimata sunt: nimio ergo rigore, summa solennitate, grandi cura, atque diligentia hæc nobis

bis precepta mandauit. Quem sensum videtur amplecti Diuus Ambrosius super hunc locum: ait enim quod in paradiso mandauit quidem Dominus homini, vt custodiret mandata sua, sed forrè non nimis, & ideo flexus ad preces mulieris præterijt mandatum, non multum pensans, quod aberraret à via Dei; sed quoniam inimicus extra viam eum inuenit, expoliauit & cæcidit; postea seuerius & vrgentiùs Deus præcepit mandata sua seruari, per seipsum in monte, per prophetas, per Apostolos, per Pontifices, sequitur minis, maioribus præmijs, & auctioribus promissis. Nimio ergo rigore mandasti, vt custodirentur mandata tua.

Verum secunda constructio, magis consona videtur, vt sit sensus, Deum præcepisse, vt mandata sua nimis custodirentur. Vbi notandum, quæ hæc dictio (nimis) significat aliquando grandem excessum, id est, plusquam oportet, vt. 1. Reg. 25. Cor Nabal iucundum erat, erat enim ebrius nimis, hoc est biberat plusquam oportebat, significat etiã valde. 1. Reg. 18. dicitur de Dauide, celebre factum esse eius nomẽ nimis, id est valde: aliqñ significat excessum infinitum, vt Psal. 96. Nimis exaltatus es super omnes Deos: id est, infinitè, & Psal. 91. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes itur, id est, infinitè. Stando autem in sua primitiua significatione, id est quod à nulla re nimius; sic Cassiodorus, hoc est homo constans & perseverans, & ob nullam rem dubitans assequi quod intendit: quomodo cunque sumatur potest in proposito verificari. In hac vltima significatione perspicuum est, quoniã ob nullam rem creatam prætermitti debet nec minimum quidem mandatorum Dei, iuxta illud Pauli, 1. Corint. 13. Nec mors nec vita, nec Angeli, nec creatura alia poterit nos separare à charitate.

D Dei,

D. Amb.

Nimis  
quò acci  
piatur.

1. Reg. 25

1. Reg. 18

Psal. 96.

Psal. 91.

Cassiod.

1. Cor. 13



Dei, quæ est in Christo Iesu. Sumendo autem prævalde, clarus est etiam sensus & evidens, quod mandata Dei valde seruanda sunt, hoc est in gradu superlatiuo, multum per omnem modum, super alia scilicet, seruanda sunt mandata Dei. Ita intelligit Augustinus, nimis, id est valde. Voluntas ergo tenax constans & in nulla re dubia debet permanere in obseruatiua mandatorum Dei super omnia.

August.

*Dubium a-  
liud quo  
mandata  
Dei infi-  
nitè ser-  
uanda  
sunt.*

Rom. 13

Bernar.

Ecccl. 43.

*Doctri-  
na phi-  
losofiorum  
da et si  
commu-  
nis.*

Sed de secunda significacione, scilicet infinitè, posset esse dubium, quomodo mandata Dei infinitè obseruanda sunt, sed cessabit dubitatio, si animo attenderis, quod plenitudo legis Dei est dilectio, ut ait Paulus. Ita quod omnia hoc verbo instaurantur: Diliges proximum tuum, & hoc præceptum fundatur in illo, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & ideo lex tota hoc verbo comprehenditur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. Quomodo ergo infinitè? primo ex parte diligibilis, quia Deus infinita dilectione dignus est, quia ipse infinitus est, in cuius signum Deus ipse cuius actio est infinita, se ipsum infinitè diligit. Secundo ex parte diligentis, ut diligit infinitè, scilicet sine mensura & modo: nam modus charitatis, ait Bernardus est sine modo diligere, propter excessum infinitum ipsius Dei, qui diligitur. Exaltate eum quantum poteritis, superualebunt adhuc. Vbi obseruanda est doctrina Philosophi communis, quod appetitus finis est infinitus, appetitus mediorum non, sed ad mensuram finis: desideras sanitatem, nunquid cum mensura & termino tot gradus sanitatis volo & non amplius? minimè gentium, sed sine modo tantam vis quantum tibi possibile fuerit euenire. Medicinam verò, quia medium est ad sanitatem, non desideras absque mensura, sed eam solum quæ necessaria est, non enim omne reu-

barbum,

barbum, quod habent Pharmacopolæ vis sumere in portione, sed id præcise, quod ad expellendam choleram sufficiens est. Deus ergo finis est omnium rerum, à quo tanquam à principio effluxerunt, & ad quem tanquam ad finem pergunt. Cætera omnia media sunt, nec vlla alia res vltimus finis simpliciter est, nisi ipse solus, qui de se dicit; ego sum alpha & omega, principium & finis: Diligendus est ergo sine modo: diligere quantum potes, non superabis, imò nec pertinges ad metam. Cætera omnia cum modo diligenda sunt, quia media sunt non finis. Vnde in forma ipsius præcepti hoc insinuat: Deus iubetur diligi ex toto corde, ex tota mente, ex totis viribus, nullus apponitur modus: sed in dilectione proximi dicitur, sicut te ipsum; ecce modum, non infinitè, sed cum modo & mensura sicut te. Officit nimis amor aliarum rerum, tam ex parte diligibilis, quam ex parte diligentis; ex parte diligibilis, si amas equum sicut filium tuum; quid stultius? quid peius? non tanta dilectione dignus est equus. Ex parte diligentis, si tanto amore cibi capiaris; ut esset tibi vel in interitum, vel in aduersam valetudinem. Amor autem Dei etiam nimis non obest, imò prodest ex parte diligibilis, quia dignus est amari super patrem, super uxorem, super filios, super te ipsum, quia melior est tibi Deus centum liberis: si id potuit dicere Heleana Anne uxori suæ. 4. Reg. 1. quanto magis Deus? ideo dicitur Matthæi 22. Qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, centum pro vno accipiet, quia loco illorum accipiet Deum, qui præstat centum patribus & liberis. Sed nec ex parte diligentis obesse poterit Dei amor, imò prodest maxime, quoniam summa perfectio creatu-

4. Reg. 1.  
Mat. 22.

ra est, suo appropinquare creatori, sicut cuiuslibet rei maior perfectio, in maiori appropinquatione ad suum principium consistit, veluti calidum illud in tali genere perfectius erit, quod propinquius ad ignem, qui est principium caloris, accesserit. Deus autem primum principium omnium rerum est, in maiori ergo approximatione ad Deum tota hominis perfectio consistit. Charitas autem inter ceteras virtutes hanc propinquitatem facit: proprius enim effectus amoris est unio, cum ergo charitas sit amor diuinus, non erit expertis talis effectus, imò maximè Deo nos vnit, secundum illud. 1. Corinth. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet. Quapropter Paulus ad Colos. 3. charitatem appellat vinculum perfectionis; nam tali vinculo nostro principio iungimur, in quo tota nostra perfectio consistit. Deus ergo infinitè diligendus est. Vnde omnis amor quantumvis magnus, què creatura potest prestare, exiguus est & deficiens maximè, nec æquiualens tantæ maiestatis: quod cernens & humiliter agnoscens sponsa dicebat Cant. 1. Nūtiat dilecto meo, quia amore langueo, hoc est (quedo muy flata y muy corta en el amor que le deuo). Languidus enim & exilis sui creatoris, qui amore infinito dignus est. Si autem in alia significatione sumatur hoc aduerbium, nimis, vt significet plusquam oportet, nō videtur posse adaptari diuino amoris, in quo nusquam est, plusquam oportet, imò semper, plus ultra, nisi aliquantulum duriuscule velimus sic interpretari, vt intelligamus Deum plusquam oportet diligere ceteras creaturas, alias quippe non debemus diligere nimis, Deum autem sic: in alijs seruanda est sententia sapientium, ne quid nimis, ceterum in Dei amore nihil redundat, nihil est nimis, imò quicquid Deo presteris, erit minus: dili-

1. Cor. 4.  
Colof. 4.

Cant. 1.  
Languidus è amor creatura respectu Creatoris.  
Nimis è alia significatione

ge

ge ergo Deum plusquam oportet diligere ceteras creaturas, quas debes diligere cum modo, Deum autem sine modo, sine mensura, deniq; plusquam oportet cetera diligere, id est, super omnia: nam amor Dei super omnia se superposuit, ideo comparatur oleo, quod super omnes alios liquores eleuatur. Super omnia charitatem habet. 1. Corin. 4. Mandauit ergo Deus mandata sua custodiri nimis: hoc est plusquam oportet seruare omnia alia mandata, id est, super omnia alia mandata: quod Dñs insinuauit dicens Matth. 11. Tollite iugum meum super vos: super vos, ait, id est super capita vestra, super oculos vestros, super omnes alias leges, mandata, & traditiones hominum. Lex Dei super omnes alias leges obseruari debet. Leges Iustiniani iniuste iudicabuntur, nisi legi diuinæ cedant, & ei se submittant: mandata Dei super omnia mandata hominum: quicquid præcepit princeps contra Dei mandata, non est faciendum, sed tunc dicendum, quod Apostoli responderunt principibus sacerdotum & Pontificibus, qui præceperant illis ne prædicarent Iesum: Obedire oportet magis Deo quam hominibus, Act. 5. nec tunc arbitrari debes te contraire mandato principis, imò tunc maximè seruas. Vt cum pro consul, vel dux inferior aliquid præceperit militi, contra mandatum imperatoris, si non obedit ei tunc maximè obediens est: nam disciplina militaris est, vt sub imperatoris mandato ceteris obtemperetur: hoc poscit doctrina Christiana, vt sub mandatis summi Dei, mandatis principum obsequamur, etiã si à principis gratia & amicitia decidat, & te bonis tuis priuet, & de te tanquam de ingrato seruo querelas publicet, & si in damnum temporalem vtriusque redundet. Quod & asina Balaam nos docuit Numer. 22, nam cum vidisset

In dilectione creaturæ raritatis: in amore, nō hū est nō

1. Cor. 4.  
Mat. 11

Act. 5.

Numer. 22

D 3 Angelum

Angelum Dei stantem contra eum euaginato gladio, etiam si Dominus ei infidens percutiebat eam, nolebat iter peragere, quasi nolens contra Dei voluntatē pergere, imò & attriuit sedentis pedem, & concidit ad pedes eius: nam seruus contra Dei voluntatem non debet obedire Domino, sed verbera & damna potius perpeti, etiam si Domino noceat, etiam si mori necesse sit, & concidere ad pedes eius. Super vos ergo tollite iugum meum, nimis custodite mandata mea, id est, super omnia alia hominum mandata: sed heu miseri prorsus mortales, inuerso proceditis ordine, pluris præcepta mortalium, quam Dei viuentis facitis: si ad eorum voluntatem explendam opus est Dei voluntati contrariè, centies vel milies nihil pensi haberis. Principum mandata, qui tantummodo occidunt corpus, & non habent amplius quid faciant, super capita collocatis, legem Dei viuentis qui postquam occiderit corpus, habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam, sub pedibus conculcatis. Præcipit iudici ecclesie, vt dimittat clericum, vel immunitatem seruet ecclesie, excommunicationis iaculo eum ferit, pulsantur Campanæ, extinguuntur candelæ, interduntur ecclesie, diuine obmutescunt laudes, crucis nigro velo cooperiuntur, & nihil pensi habet, irridet, irascitur, contumax in sua inobedientia perseuerat: sed venit regale mandatum à consiliariis Regis, vt obediat ecclesie, restituat quem viduxerit, se à causa inhæbeat, accipit literas deoscularur eas, super caput imponit, & cedit statim: miser incredulus & infidelis, Deo & eius ecclesie obedire contumaciter repugnasti, calcasti literas eorum, & hominum præcepto statim acquieuisisti? nõ tollis iugum Domini super te, sed sub te, onera vero hominum imponis super te; quod Dominus

apud

apud Hieremiam nobis tam rebellibus & ingratis obijcit: nam dicit ad Hieremiã, vt vocaret Rechabitas, id est, filios Ionadab filij Recab, & daret eis vinum ad bibendum, ipsi autem noluerunt bibere, sed responderunt quod pater suus præceperat eis ne biberent vinum, nec plantarent vineas, nec sementem sererent, nec in ciuitatibus, aut populis habitarent, sed in tabernaculis extra oppida, & ita fecerunt vsque in diem illum, & cum hæc mandata aspera viderentur, obsequentes tamen fuerunt filij Ionadab patri suo. Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus. Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis suis, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque in diem hanc, quia obediunt præcepto patris sui. Ego autem loquutus sum ad vos, de mane con surgens & loquens, & non obedistis mihi, &c. Leges mundi iniustissimæ difficillimæq; maximè sunt: quoniam vt eas seruet homo aliquando domum, filios, vxorem, rem omnem, imò corpus & animam perdit, & tamen hæc omnia suffert vt seruet; & legem Dei suauissimum iugum, onus leue, cuius observatio vitam parit æternam, contemnit; opus istud extremæ dementiæ est. Hæc & his similia, tu qui concionem habes ad populum tuis verbis poteris ampliare, exemplaria enim quædam tibi in hoc opere ob oculos ponemus, ad quorum similitudinem, tu familia addiscas proponere & effari: nam nisi tale esset propositum nostrum, etiam incipientes & notitios exercere, pro prouectioribus suffecisset tan gere & eos ponere in via.

Sed tamè minimè prætereundum censeo, quod hic Burgenſis adnotauit, quia & ad literalem & moralem intelligentiam huius versus attinget, nimirum quod hæc dictio, nimis, veluti modum im

D 4 ponit

Iere. 35.

Leges  
mundi ini-  
iustissi-  
ma & a-  
carrima.Burgenſis  
circa, ni-  
mis, docu-  
merum.

ponit præcepto de dilectione Dei: nõ intelligo per modum, mensuram, sed intelligo per modum, promptitudinem, & deuotionem, qua præcepta Dei custodiri debent: hoc est non solum vult Deus, vt præcepta eius custodiamus quantum ad substantiam & materiam, sed vt in modo prompte & delectabiliter adimpleamus. Maledictus. n. est homo apud prophetam, qui opus Dei facit negligenter; id Philosophus in suis ethicis docet, ait enim; operari iusta non est difficile, sed operari vt iustus operatur, hoc difficillimũ est, scilicet prompte, deuote, delectabiliter quasi ex habitu; deuotio. u. q̄ est promptitudo quædam ad diuina obsequia, & est effectus charitatis, & est veluti causa conseruans eam & augets, cõparatur pinguedini corporis, quæ & calore naturali gignitur, & eũ conseruat, nã est cibus eius; sic deuotio à calore diuini amoris gignitur, & est veluti pinguedo quæ eũ pascit, auget, & cõseruat. Quod et noster Propheta Psal. 72. petebat dicens: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meũ, id est, proptere & delectabiliter operabor, q̄ ad laudes Dei pertinẽt, si pinguedine deuotionis saginata fuerit anima mea. Quæ doctrina est D. Tho. 2. 2. q. 82.

VERSVS QVINTVS.

*Vtinam dirigantur via mee: ad custodiendas iustificationes tuas.*

**C**um accepisset propheta à Deo, quod eius mandata debent nimis custodiri, in huiusmodi desiderio exaruit dicens; Vtinam sic ego faciam Domine Deus, vt nimis custodiam mandata tua; præcepisti

cepisti quidem, vtinam quod præcepisti fiat mihi. Vbi ait Augustinus; vbi audis, vtinam, vocem optantis agnosce: & agnita voce optantis deponere superbiã præsumentis. Quis enim se dicat optare quod sic habet in arbitrij potestate, vt nullo indigens adiumento id possit efficere; ergo si optat homo quod præcepit Deus, vt det ipse quod præcepit, rogandus est Deus: à quo enim optandum est, nisi ab illo patre luminum, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum (sancta scriptura teste) descendit? Hæc August. imò addit, quod propter aliquos malè affirmãtes, nos solum indigere auxilio Dei, ad hoc quod præcepta Dei nobis innouescant, deinde nos sine vlla Dei gratia, solis nostræ voluntatis viribus impleamus; ideo propheta petit & optat dirigi vias suas ad custodienda Dei mandata, postquam iam versu præcedente, acceperat notitiã illorum, ac si dicat. Te magistro didici quod necesse sit seruare mandata tua: modo te adiutore posco, vt ea opere implere possim, tu enim das & velle & perficere pro bona voluntate tua.

De hoc consule D. Tho. 1. 2. q. 109. art. 4. vbi differit quid possit homo sine gratia in statu naturæ integræ, & in statu naturæ corruptæ, quoniam in vtroque indiget speciali Dei auxilio, ad hoc quod meritorie & in ordine ad vitam æternam præcepta Dei adimpleat; licet in statu naturæ integræ quantum ad substantiam possit adimplere omnia præcepta simul vel collectiue etiam sine speciali auxilio, quod non potest in statu naturæ lapsæ, sed aliqua tantum & non omnia collectiue. Cum ergo hæc ita se habeant, rectè, & diuino afflatu, noster propheta petit à Deo, vt dirigat vias ad custodienda præcepta diuina: tanquam qui sine eius speciali auxilio adimplere non possit.

Sed

*Moralis* Sed vt ad moralia transeamus per vias suas in-  
*expositio* telligit propheta suas actiones humanas. Quæ se-  
*Cassiod.* cundum Cassiodorum post lapsum primi parentis  
 tortuosa sunt, & procliues, imitantur enim serpen-  
 tis semitam, qui nūquam recto tramite pergit, sed  
 tortuosam nimis, & varijs circulis curuam semitā  
 derelinquit. Hæc ergo viæ dirigendæ sunt per regu-  
 lam & normam mandatorum Dei: hoc vociferaba-  
 tur vox illa clamantis in deserto, Ioannem dico  
 Baptistam: Dirigite viā Domini, sicut dixit Isaias  
 propheta: dirigendæ ergo sunt viæ nostræ per semi-  
 tam mandatorum Dei: nam hæc est via quæ ducit  
 in Bethsames, quæ dicitur ciuitas solis, hæc est via  
 quæ nos ducit ad ciuitatem lucis, vbi iustitiæ sal-  
*Figura* Christus Deus noster splendet. Hac via recta inec-  
*1. Reg. 6.* debant vaccæ illæ, quæ portabant arcam testamen-  
 ti: ibant in directum vaccæ per viam quæ ducit ad  
 Bethsames, & itinere vno gradiebantur, & non de-  
 clinabant nec ad dexteram nec ad sinistram, sic &  
 nos qui arcam testamenti in qua erat lex, id est le-  
 gem Dei nostri portamus in humeris nostris, re-  
 cto calle pergere debemus, non declinantes ad dex-  
 teram aut ad sinistram, sed dirigentes vias nostras  
 ad Bethsames per normam legis diuinæ, quæ re-  
*Psal. 18.* cta est: nam iustitiæ Domini rectæ, Psal. 18. rectum  
 autem iudex est sui & obliqui, vt supra diximus:  
*Lex Dei* sed quia lex Dei consistit in charitate, ideo norma  
*constitit in* & regula qua viæ nostræ dirigendæ sunt, charitas  
*charita-* debet esse. Rectum secundum Philosophos perspe-  
*te.* ctius est, cuius medium non exit ab extremis: me-  
 dium enim subsiliens ab extremis, curuitatem &  
 gibbositatem efficit in re, vt patet ad sensum: me-  
 diū ergo in nostris vijs est charitas, extrema sunt  
 Deus & proximus, qui diligendi sunt ex charitate:  
 eleuatius extremū est Deus, demissius proximus,  
 medietas ergo talis seruanda est inter hæc duo ex-  
 trema,

tréma, vt nec Deus minus iusto diligitur, nec pro-  
 ximus plus æquo ametur: nā si vel minus Deus vel  
 proximus plus iusto diligitur, iam mediū exit ab  
 extremis, gibbum & curuitatē facit, non est recta  
 via. Est enim charitas veluti cētrum, quod emittit  
 lineas ad extrema secundum eorum distantiam, il-  
 li quod longius distat longiorem etiam lineam  
 emittit, propinquiori minorem, longissimè eleua-  
 tur Deus super nos: altissimam ergo lineam petit  
 maximam & infinitam dilectionem, modo possi-  
 bili creaturæ: vnde sine modo diligitur Deus: pro-  
 ximus propinquior est, minorem exigit lineam, mi-  
 norem, scilicet amorem, cum mensura & modo, vt  
 supra diximus. Cum ergo sic fuerit directā chari-  
 tas, tunc iam poterit esse norma ad dirigendas no-  
 stras vias. Zach. 1. legimus. Extendetur super Ieru-  
 salem perpendiculum. Licet ad litteram locus iste  
 intelligatur de reedificatione Ierusalem, quam  
 prophetauit Zacharias, vt legitur 1. Esdræ 5. tamē  
 perpendiculum dicitur funiculus ille, cui suspen-  
 ditur pondus plumbeum (quod Hispanæ vocatur  
 plomada) quo proiecto mensurantur lapides, si  
 æquali proportione in ædificio sunt positæ, an ve-  
 rō aliæ alijs plus æquo subsilientes appareāt: dum  
 ergo charitas est in medietate dicta, erit perpendi-  
 culū ædificij spiritualis, tam Ecclesiæ, quam actio-  
 num singulorum hominum: actiones enim no-  
 stre lapides sunt, quibus fabricamus hoc spiritua-  
 le ædificium, vt ergo recte sint compositæ, & pul-  
 chrum ædificium, non deformè faciant, mensurā-  
 de sunt charitate, veluti perpendiculo & regula. v.g.  
 venit in mentem tibi solitariam vitam agere, om-  
 nem hominum conuentum declinare, te solū salu-  
 tum facere, ceteri sibi consulant, soli Deo & saluti  
 animæ tuæ vacare: extende perpendiculum, & vi-  
 de si aliud exigit: si enim homo frugi es, alijs que  
 pro-

Zach. 1.

1. Esdræ 5

Actiones  
 nostra la-  
 pides sūt  
 quibus  
 ædifica-  
 mus hoc  
 ædificiū  
 spiritua-  
 le.

Similitudo

prodesse potes, nec abundant alij qui id faciunt, iam charitas tunc petit, vt non abscondaris, sed excas: lapis iste non tantum demittatur intus, sed foras educatur: alioquin sedum & tortuosum ædificium constituet: sic beatus Martinus: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non reculo laborem, id est, si charitas exigit, vt ego seruiam fratribus meis, non rentuo, sed id ego volo. Et ille doctor gentium hoc dicebat ad Philippen. 1. Coarctor nimis è duobus, desiderium habens dissolui, & esse eum Christo multo magis melius: permanere autem in carne magis necessarium propter vos. ac si diceret, illud quidem mihi vtilius, abscondi à conuictu hominum cum Christo, in quo abscondita est vita mea in gloria, sed quoniam aliud exigit charitas, vt appaream inter vos, & doceam, subdit & hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum & gaudium fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me per meum aduentum iterum ad vos. Item aliquis habet filios aut filias, vult eis providere vt pater, decernit apud semetipsum thesaurizare pro eis, sumptibus parcere, nec plura elargiri: extendat perpendicularum, videat quid tunc possit charitas, quæ est suarum actionum mensura: nam si tunc instant graues necessitates, abundant egeni & pauperes, præcipit charitas, vt tunc eis largiatur: nec tunc tempus erit thesaurizandi, cum esuriendum multitudo pulsat ianuas tuas, exeat pecunia ad eos, aliàs curarum facies ædificium & gibbosum. Signanter diuites qui sunt veluti lapides angulares, qui debent in ædificio eminare, non se abscondere, vt non videant eos pauperes, sed se ipsos prodere, se in publicum dare, vt obuijs subueniant egenis: tunc ergo erunt semita

Extremum B. Martini.

Ad Phil.

1.

Contra diuites.

mitæ tuæ rectæ & pulchræ, cum hoc perpendiculari dirigentur: & tunc diriges viam Domini, quæ est via recta hac mensura regulata, tuæ autem semitæ tortuosæ sunt, Ezech. 18. Et dixisti non est æqua via Domini: audite ergo domus Israel, nunquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? & Osee 14. Rectæ viæ Domini, & iusti ambulant in eis. Et Proverb. 3. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ: quia directæ & regulatæ amore, qui est autor pacis, pax autem est tranquillitas ordinis, ordo autem pulchritudinem parit. Sed vos ò mortales peruersi, ideo viæ vestræ tortuosæ sunt, quia non diriguntur amore diuino, sed proprio, hæc est regula & norma actionum vestrarum amor proprius. Si in commodum tuum aliquo modo cædit, obliuisceris iniuriæ, amicitiam conflabis, etiam cum illo cum quo nunquam habuisti: sin verò inde nihil lucri aut vtilitatis speras, nihil minus. Si detrimentum debes pati, vel minimum in tuis delictis vel in rebus tuis, non adiuuabis amicum, etiã minima iactura facienda sit, non patieris. Quando vel ex re tua fuerit, vel saltim nihil damni accipendum, tunc fortè facies: amore, sed proprio gubernaris, & ideo non ædificas ciuitatem Ierusalem, quæ Dei amore ædificatur, sed ciuitatem Babyloniam, quam amor proprius struit, vt ait Magnus August. in libris de Ciuit. Dei. Sic ergo optat propheta vt dirigantur viæ suæ.

Superest in calce huius versus explicare diuersas translationes: nam aliqui loco iustificationum vertunt, præcepta, vt D. Hierony. Felix vertit, statuta, quem sequitur Caieta. & alij: Cassiodorus dicit iustificationes vocari ea præcepta, quæ ad bonum regimen reipublicæ pertinebant, vt si seruus Hebræus se vendiderit tibi, sex annis seruiet,

Exec. 18.

Osee 14. Prou. 3.

D. Aug. Translationes diuersæ super hanc versic. D. Hier. Felix. Caiet. Cassiod.

feruier, septimo verò liberum dimittes abire. De colendis sacerdotibus & alijs; statuta (secundum Caiet.) sunt præcepta cæremonialia, in vtroque docemur quòd iustus etiam minima obseruat præcepta, & in minimis etiam vult placere Deo, nisi minima negligat paulatim defluat; nam vt ait Diuus Hieronymus in epistola ad Cælantiam; Satis prodesse ad cautionem dicimus etiam minima pro maximis cauere, tantò enim faciliùs abstinemus à quocunq; delicto, quãtò illud magis metumus, nec cito ad maiora progreditur, qui etiam parua formidat; & sanè nescio an possimus aliquod leue peccatum dicere, quod in Dei contemptum admittitur; estque prudentissimus, qui non tam considerat quod iustum sit, quàm illū qui iusserit, nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem, hoc vt caueamus à venialibus.

D. Hier.

VERSVS SEXTVS.

*Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.*

**I**D est, tunc non erubescam, cum in omnibus mandatis tuis, quasi in speculo me inspexero, vt omnia nullo excepto obseruem. Notandū, quòd verecundia vel erubescencia (secundum Arist. 4. Ethicor. & D. Tho. 2. 2. q. 144.) non est propriè virtus, sed quidam color vel apparentia virtutis, est enim timor ingloriationis, id est, cum aliquis timet peccare, vel fugit conspectus publicos, ne deprehendatur in vitio, & confundatur, & nomen & famam perdat, incidens in opprobrium hominum. Quare signum est nò amare turpitudinem super omnia; sed quod multotiens desinet homo

Arist.  
D. Tho.

homo peccare, ne deprehendatur vel verecundetur. Vnde est illud Terentij. Brubuit, salua res est: nam verecundia in iuvene fucus quidam virtutis est; abstinere enim aliquando à vitijs, ne iterum deprehendatur & erubescat, quo contra inuerecundia signum extreme perditionis est, quia procedit ex nimio amore turpitudinum, contra quos Dominus, Ierem. 3. Frons metetricis facta est tibi, erubescere noluisti, ergo verecundia timor turpitudinis est, nec est virtus propriè dicta, sed opus quoddam laudabile, nec cadit in perfectis viris, à quorum cordibus longè distant quicunq; turpitudinis actus, nec apprehendunt vt possibilem, vel propinquum. Quare dicit Philosophus, quòd verecundia est ex suppositione actus studiosi; sunt enim dispositi studiosi, vt si incidissent in aliquod turpe erubescerent. Qui ergo omnia Dei mandata respicit ad seruandum, cum omni actione turpi opponantur & eam excludant, tales non erubescunt, nec verecundantur, & hoc maximè cum Christicola per fidem apprehendat summam gloriam & honorem in confessione veræ fidei, & obseruatione mandatorum Dei consistere. Vnde nò erubescunt Christum coram hominibus, etiam si propter hoc in opprobrium hominū incidant, vt olim Martyres quando Christi nomē vituperabile & infamiae plenum habebatur apud homines. Quare Paulus Romanorum. 1. Non erubescō Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omnium credentium; scio enim per fidem, summam gloriam & honorem in opprobrio Christi consistere. Vnde non erubescō Euangelium, in quo Christus crucifixus predicatur; imo, mihi absit gloriari in alio quàm in eius cruce, Quare Petrus grauissimum perpetrauit scelus erubescendo Deum magistrum & Dominum, corā pueris & puellis Pontificis, nisi postea

Terent.

Verecundia qui-

dam fr-

cus virtutis est.

Jerem. 3.

Jerem. 3.

Rom. 1.

Rom. 1.

Mat. 26.

Luce 22.

Ioan. 18.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

postea amarissimis lachrymis tantum facinus ex-  
piasset. Quare cor iusti fiducia plenum & confi-  
dentia est, non timore alicuius turpitudinis aut  
confusionis abiectum. Charissimi, ait Diuus Ioan-  
nes, Si cor nostrum non reprehenderit nos: fidu-  
ciam habemus ad Deum. 1. Ioannes tertio. Non  
crubescet ergo iustus, qui in omnibus mandatis  
Dei respicit.

Non sufficit ad iustitiam quaedam Dei mandata  
obseruare, nisi omnia nullo dempto custodias.  
Deu. 27 Deuteronomij. 27. Maledictus homo qui non per-  
manserit in vniuersis sermonibus legis huius, in

vniuersis dicit, & Iacobus Apostol. capite 2. suæ  
Iaco. c. 2. Canonice. Quicumque enim totam legem serua-  
uerit, offenderit autem in vno, factus est omnium

reus. Ratio huius est, quia peccatum consistit in  
Rationē reddidit. auersione à Deo, & virtuali contemptu legislato-  
ris, qui videtur contemni, quando lex eius non ob-  
seruatur, sed idem est legislator omnium præcepto-  
rum: qui ergo vnum mandatorum transgreditur,  
iam auertitur in illa transgressione à legislatore,  
& eum contemnit, eius mandatum prætermitten-  
do. Hic est germanus sensus huius sententiæ, quæ  
ipsemet Apostolus explicat subinferens: qui enim  
dixit, non mœchaberis, dixit & non occides: quod  
si non mœchaberis, occides autem, factus es trans-  
gressor legis. Hoc est, si in illo peccato non trans-  
gressus es legem, in hoc alio prætermisisti. Licet

Beatus Fulgennus dicat, quod Apostolus hic con-  
B. Fulg. demnat errorem quendam, qui apud Phariseos cir-  
cunferabatur, scilicet, quod si quis seruaret maio-  
rem partem legis, licet in alia peccata laboretur,  
nō imputabat Deus illa delicta propter maiorem  
obseruantiam legis. cōtra quos militat quod mo-  
do citauimus ex cap. 27. Deuteron. & hæc senten-  
tia Iacobi. Verè ergo iustus dicit: Tunc non con-

fundar,

fundar, cum perspexero in omnibus mandatis  
tuis: nam si vel vnum præteriero confusus & con-  
uictus sum, me præuicatorem esse legis.

Cæterum pro maiore explicatione & doctrina  
aduertendum, quod secundum Philosophos, mo-  
rales virtutes omnes inter se habent connexio-  
nem: Ita quod in gradu perfecto non possit vna  
sine alia haberi, eo quod sine prudentia non pos-  
sit aliqua virtus moralis consistere; nam ea est  
virtus, quæ medium ponit in cæteris virtutibus,  
in medio autem consistit ratio virtutis. Sed pru-  
dentia requirit omnes virtutes morales, quia ha-  
bet ex officio, rectè iudicare, & præcipere de  
omnibus rebus agibilibus in vniuerso, quod non  
posset facere, si ei aliqua virtus deesset; quia  
prudentia sicut ex principijs, procedit ex fini-  
bus agibilium, ad quos aliqui rectè se habent  
per virtutes morales. Quare sicut scientia spe-  
culatiua non potest haberi sine intellectu princi-  
piorum, ita nec prudentia sine virtutibus mora-

libus. Hæc Philosophus moralis docet, Christia-  
nus autem aliter philosophatur; nam licet hæc  
ita se habeant, tamen fides catholica nos docet,  
omnes virtutes in Christiano viro connecti in  
vna charitate, ita quod sine illa nulla virtus est,  
quæ hoc nomine apud Theologos gaudeat, cum  
nullus actus virtutis absque charitate sit meri-  
torius vitæ æternæ: nam licet maneat sub-  
stantiæ & habitus fidei & spei sine charitate in  
Christiano existente in mortali, non tamen ma-  
nent in ratione virtutis; manent ergo virtu-  
tes omnes connexæ in suprema charitate; ipsa  
quippè est regina, & imperat actus omnium  
aliarum virtutum, in ordine ad finem superna-  
turalem; cæteræ virtutes ancillantur illi secun-  
dum illud Prouerbiorum 9. Vocauit ancillas

E suas

Virtutes  
inter se  
habent cō-  
nexionē.

Virtutes  
cū chari-  
tate con-  
nectuntur  
in Chri-  
stiano vī-  
ro.

Prou. 9.



suas ad arcem, id est, ordinabit actus earum ad beatitudinem, quæ est arx & fastigium superpremi, quo ascendere possumus. Est enim fibula aurea, quæ cæteræ connectuntur virtutes, secundum illud Psal. 44. Omnis gloria eius abiit in fimbrijs aureis circumamicta varietate. nam omnis decor animæ consistit in interiori charitate Dei & proximi, quæ est fibula aurea; nam sicut aurum præcellit inter metalla, sic charitas inter virtutes, secundum illud Pauli primæ Corinthiorum decimotertio. Maior autem horum est charitas, & est fibula qua varietas cæterarum virtutum, quæ circumdant animam, connectuntur. In cuius figura, *Figura*, corinæ quæ in ornatu tabernaculi erant, quibusdam fibulis iungebantur taliter quod una cortina alias cortinas trahebat: virtutes sunt ornamentum animæ, quæ est templum & tabernaculum Dei viventis, ut ait Paulus primæ Corinth. 3. & 2. Corinth. 6. Istæ ergo corinæ sunt connectæ hac fibula aurea, id est charitate, taliter quod ipsa omnes virtutes alias trahat, & ipsa properante ad Deum, ut finis est supernaturalis actus aliarum virtutum, ad idem trahat & ordinat: est quippè charitas veluti sponsa, cæteræ virtutes veluti iuuentulæ & adolescentulæ sodales sponsæ; & quia ipsa currit post sponsum, ad illum etiam aliæ virtutes tanquam sodales currunt. *Cantico*, Unde ipsa charitas veluti sponsa dicit ad sponsum in singulari: Trahe me post te, & subdit in plurali, Curremus in odorem unguentorum tuorum, id est, si ego post te curro, cæteræ virtutes quæ sunt in meo sodalicio, properabunt etiam post te, & ita omnes curremus post te, ipsæ enim que- runt dilectum cum ipsa, & charitas actus earum dirigit ad Deum.

Cum

Cum ergo virtutes omnes sint connectæ in charitate, charitas autem per transgressionem cuiuslibet præcepti pereat, hinc est, quod qui in vno offenderit factus sit omnium reus, id est, omnes alias virtutes amittit, quatenus virtutes Christianæ sunt (ut ita loquamur) id est, meritorie. Vnde confusus remanet tali accepto detrimento, nisi in omnibus mandatis Dei per observantiam perspexerit. Quapropter dicitur Ecclesiast. 4. Qui in vno offenderit, multa bona perdet. Et idem sapiens obnixè nos admonet Prouerbiorum, 4. dicens; *Ecclesiast. 4.* *Prou. 4.* Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. vbi D. Gregorius. 19. Moral. capit. 2. ponderat, quod omni custodia dixerit seruandum esse cor, id est omnibus præceptis seruatis, omnibus virtutibus munitum; atque circumdandum, ut nullibi pateat aditus hosti; nam sicut ciuitas ab inimicis obsessa se ipsam munit, omnes claudens portas, cuniculos omnes obturans, ne aditus pateat inimico; nam si vel vnum foramen apertum reliquerit, per illum se hostes intrò dabunt & ciuitatem capient, prædæque & sanguine perdent; sic nimirum si animam tuam quæ semper à prædonibus obsessa est, omni custodia non seruaueris, & vel minimum quidem aditum apertum dimiseris, ab hostibus illinc capieris, ac prædæ & internitioni parebis; sicut ille Phariseus Luca 10. Qui ieiunabat bis in Sabbatho, soluebat decimas, nec adulteria nec furta perpetrabat, munitus vndique videbatur; sed quia superbia intumuit, publicanumque despexit, per illum solum aditum caprus est, & descendit alter iustificatus ab illo: omni ergo custodia serua cor tuum, nullum prætermittas mandatum, nec in vnum quidem declines vitium. Ait ergo psalmus. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

E 2 Per-

*In cob. I.* Perspicere est perfectè inspicere, iterum atque iterum in mandatis Dei tanquã in speculo, se & omnia sua perspicere, vt ea secundum legem Dei componat, sicut Iacob. 1. c. Estote factores verbi, non auditores tantum, fallentes vosmetipsos: Quia si quis auditor est verbi & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Si accipis speculum, vt neuas vel maculas, quas in facie tua perspexeris, mû des, si postquam eas ad speculum vidisti, statim obliuiscaris, & nō abstergas, quid tibi prodest speculum? Lex Dei est animę speculum, in quo sua errata prospicit homo, vt abstergat: si hoc non facis, quid tibi contulit Euangelium, vel contio, vel sacra Scripturæ lectio? perspice ergo perfectè in legem Dei, vt eam opere adimpleas. Vnde subdit Apostolus. Qui autem perspexerit in legem perfectæ libertatis, & permanerit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Non ergo confundar, videlicet cum perspexero in omnibus mandatis tuis: ante enim in Adam confusus eram & nudus, & cooperui me folijs fici, quia confundebar & abscondi me à conspectu tuo, quia erubescēbam; cum autem perspexero in omnibus mandatis tuis, quasi securus venio in conspectu tuo.

## VERSUS SEPTIMVS.

*Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.*

*August.* **D**iuis Aug. ait in hoc loco confessionem sumi pro grauatum actione, vel pro laudum decantatione,

ratione, vt est illud Matt. 11. Confiteor tibi pater Domini cęli & terræ, id est, gratias refero tibi. Duplex enim est confessio & laudis & criminis; ista luget, illa gaudet, ista medico vulnus ostendit, illa medico de sanitate gratias agit: sed hæc debet fieri corde directo ad Deū, non incuruato ad temporalia. Vnde notandum est, q̄ supra Propheta petierat, vt viæ suæ dirigerentur ad custodienda mandata Dei, quorum notitiam ab ipso Deo acceperat, ab eo oculos mutans, vt perspiceret in omnibus mandatis eius. De utroque beneficio ergo in hoc versu gratias refert, cōsistendo q̄ tam directio cordis, quam notitia mandatorum eius esset ipsius Dei singulare beneficium (In eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ) A quo didicisti ð homo? ab ipso Deo, qui mihi magistros preparauit, q̄ docerēt primū, dilectum filium suum, quem voce de nube delapsa præcepit, vt audiremus, deinde Apostolos, deinde Ecclesiam, & ministros eius prædicatores, à quibus didici iudicia iustitiæ Dei, non ab hæreticis nec à prauo sensu suo, vt Cassiodorus insinuat hic. Itaq; Propheta in hoc versu humiliter cōfiteretur & agnoscit, quod Deus totam animam suã perfecerit, intellectu docendo & voluntatē dirigendo: nam hæ duæ potentia sunt principales partes animæ: memoria enim pars est intellectiua partis, vt docet Philosophus. 3. de anima. Dirigit ergo Deus intellectum per fidem, voluntatem vero per amorē, & spem. Tūc dicimus directè dirigi sagittā, cum recto tramite pergens attingit scopum. Scopus & finis animæ rationalis Deus est, tunc directa est anima cum eum recto itinere attingit, deprimitur autem intellectus, cum inferiora ab eo intelligit, per quæ non directè attingit ipsum Deum, nisi remotissimè, & per varios circuitus, per fidem autem ipsum Deū immediatè attingit.

Quare fides intellectum dirigit. Vnde Paul. 2. Co-  
 2. Cor. 1. Fide ſtatis, id eſt, fides vos erigit, vt directè  
 aſpiciatis in Deum; cognitio quippe Dei per crea-  
 turas, (præterquam quòd multis ſolet eſſe errori-  
 bus mixta, & à paucis attingitur, & per longum  
 tempus) minor eſt & contractior quàm ſit neceſ-  
 ſe, vt docet D. Thom. 1. par. quæſt. 1. artic. 1. cum  
 plurima alia doceat fides, ad quæ pertingere ratio  
 naturalis non poteſt. Iuxta illud Eccleſ. 3. Pluri-  
 ma ſuper ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Vo-  
 luntatem dirigit per ſpem & amorem, deprimitur  
 enim amando & ſperando inferiora ſe: erigitur  
 autem & eleuatur ſperando & amando ſuperiora  
 ſe. Vnde Ierem. 17. dicitur. Hæc dicit Dominus:  
 Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit  
 carnem brachium ſuum, & erit quaſi miricæ in de-  
 ſerto, mirica enim inter arbores demiſſior eſt, & ter-  
 ræ vicinior, & ſubdit. Benedictus vir qui confidit  
 in Domino: & erit Dominus fiducia eius, & erit  
 tanquam lignum quod plantatur ſuper aquas,  
 quod ad humorem mittit radices ſuas. talia ligna  
 proceriora ſolent eſſe, & cacumina vſque ad nu-  
 bes ſerè pertingentia videntur habere. Erigit er-  
 go animas ſpes Chriſtiana, & amor etiam deſide-  
 rium ſuper omnia creata eleuat. Nam Deum in  
 ſe ipſo diligit. Vnde lampades eius dicuntur ignis  
 atque flammæ, Canticorum 8. flamma quip-  
 pe recto itinere ad cælum dirigitur, & de anima  
 plena dilectione dicitur Canticorum 3. quod aſcē-  
 dit quaſi virgula fumi, quæ ex prunis ſuccenſis  
 aſcendit; ſic charitas, quæ igni comparatur, diri-  
 git animam recto tramite veluti virgulam fumi,  
 ad Deum: totam ergo animam ſuam faceret ho-  
 mo à Deo eſſe directam, cum dicit. Conſitebor  
 tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia  
 iuſtitie tuæ. Vbi cor pro tota anima accipitur, vt  
 Actuum

Actuum 4. Fide purificans corda eorum, id eſt, *Acto. 4.*  
 animam, cuius vita maximè per actus voluntatis  
 oſtenditur, ſicut & vita corporis per motum cor-  
 dis, ideo à corde denominatur tota anima; id eſt,  
 conſiteor quod totam animam meam ad te dire-  
 xisti, atque adeo gratias ago: in cuius ſignum ſa-  
 nauit Dominus mulierem erat, quæ inclinata, nec  
 omnino poterat ſurſum reſpicere, annis decem &  
 octo, cui cum impoſuiſſet manus erexit eam, *Luc. 18.*  
 Lucæ 18. & ideo Eccleſia quotidie nos admonet in  
 præſatione dicens, ſurſum corda, id eſt, animas  
 ad Deum dirigit.

(In eo quod didici iudicia iuſtitie tuæ) Dicun-  
 tur iudicia (ait quidam doctor innominatus) quia  
 per illa iudicantur tranſgreſſores: dicuntur iuſti-  
 tie, quia per illa iuſtificantur obſeruatores: vel  
 dic quod iudicia dicuntur, quaſi iure dicta. De-  
 riuatur enim iudicium à verbo iudicare, quod eſt  
 ius dicere: iudicia ergo dicuntur iura, quæ dicit &  
 promulgat iuſtitia Dei. Quæ ſunt hæc iura, niſi  
 ea quæ in lege Dei continentur? Iura etiam di-  
 cuntur peculiaria quarundam ciuium. Iura  
 Romanorum erant parcere ſubiectis & debellare  
 ſuperbos. Hoc etiam eſt ius Euangelicum. De-  
 poſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles, *Luc. 2.*  
 Qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exal-  
 tat humiliabitur, Lucæ 10. Deus Superbis reſi-  
 ſtit, humilibus autem dat gratiam, Iacob. 4. Qui  
 hæc didicit iura & obſeruat, dirigit cor & eleuat,  
 eleuare autem idem eſt quod aſcendere, quod au-  
 tem eleuatur & aſcendit ab imo eleuatur, locus  
 iuſtorum eſt humilitas, à quo loco eleuantur di-  
 riguntur & aſcendunt in cælum. Vnde in Scri-  
 ptura frequenter motus iuſtorum vocatur aſcen-  
 ſio: de Chriſto Domino multotiens dicitur, quòd  
 aſcendit Hieroſolymam, Et ad Iacob dicitur Ge-

*Gen. 15.* nesc. 15. Ascende in Bethel, & habita ibi. Et *Canticorum 3.* de anima iusti. Quæ est ista quæ ascendit de deserto. Et de iusto *Psalm. 83.* Ascensiones in corde suo disposuit. Semper ascendunt iusti, quia de imo loco humilitatis ad profectum virtutum eleuantur: qui ergo hæc iudicia didicerit, eleuabitur & dirigetur ad suprema. Et notandum quod alij legunt, confitebor tibi in directione cordis, cum didicero iudicia iustitiæ tuæ, quod in idem recidit. **N**am postquam didicit homo iudicia iustitiæ Dei, ea ipsum docet quomodo dirigere cor ad Deum, & pro omnibus ei gratias referre debeat.

## VERSUS OCTAVVS.

*Iustificaciones tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.*

**N**on immemor Propheta singularium munerū Dei sibi collatorū, quæ supra retulit, nimirū quæ eū docuit mandata sua & iustificaciones, quæ gratiā & lumen cōtulit, quibus dirigeretur in semitis mandatorū eius, quasi in tanti muneris remunerationem, firmo & constanti animo proponit, se indefinenter obseruaturum imperia & mandata eius. Sed quia tam pertinax propositum absque Dei auxilio se exequi non præsumit, supplex petit non omnino imo neque ad momentum derelinqui ab eo, cuius virtute omnia potest, & sine cuius auxilio statim deficiet. Vbi notandum est ex *Titelmanno*, super hunc versum & alios huius psalmi, quod hoc verbum, custodiam, est futuri indicatiui modi: non autem est sic accipiendum, quasi

*Titelmannus.*

vaticini-

vaticinium futuri, scilicet quod vir iustus sciat certe, se nunquam prætermitturum mandata Dei, & ita quasi rem certam propheteret: quis enim hominum scit, quid sibi supertentura pariat dies? Vnus Paulus hoc ex reuelatione didicit, se nunquam à charitate Dei se iungendum, quod privilegium nescio an alteri concessum fuerit: sed hoc sic intelligendum est, tanquam quod in proposito tunc gerebat iustus, id est, hoc modo mihi firmum propositum adhærescit, atque propono & pronuntio, me semper obseruaturum tuas iustificaciones: firmitudinem ergo nostræ voluntatis declaramus, quam adiuuante Dei gratia confidimus conseruari, & sic intellige istos versus huius Psalms, scilicet, In æternum non obliuiscar iustificaciones tuas, & custodiam legem tuam semper, &c.

Sed quoniam D. Ambrosius super hunc locum, non ab re per iustificaciones intelligit abditiora *Ambrosius* mysteria, scilicet, ea quæ ad Christi passionem attinent, quæ fuit nostra iustificatio, & quæ ad sacramenta, quæ à passione Christi mutuunt virtutem iustificandi, vt dixit Dominus Ioanni, quando petijt baptizari ab eo. Sic decet nos implere omnem iustitiam, *Matth. 3.* In hoc paulisper immorandum est. Proponit iustus in hoc versu secundum D. Ambrosium, se semper in armariolo suæ memoriæ custodire clauos, lanceam, flagella, spinas, crucem, opprobria, & contumelias, quas propter iustificacionem nostram Christus Dominus perpeffus est, vt vel sic consilium illud Sapientis obseruet, *Eccles. 29.* Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, posuit enim pro te animam suam. Christus Dominus fideiussor noster fuit: sed quia nos soluere non poteramus, ipse sanguine suo debita nostra soluit, & tulit de medio chyrographum peccati, quod aduersus nos erat, & deleuit

*Ambrosius*

*Matth. 3.*

*Ambrosius*

*Eccles. 29.*

*Ad Col. 2.* Ieuit ſanguine ſuo, & rupit, affigens illud cruci, vt dicit Paulus ad Coloffenſ. 2. Hanc tantam gratiam obliuiſci nefas eſſet, & intolerabilis ingrati- tudo, quod cernens ipſe Dominus Ieſus, iuge ſa- crificium corporis & ſanguinis ſui in memoriam tantæ beneficij nobis reliquit, vt ipſe inſinuauit dicens Lucæ 22. Hæc quotieſcunq; feceritis in mei memoriam facietis. vt quotidie tanti ope- ris commemoratiõ renouaretur: cuius typum etiã gerebant illi duo agni, qui quotidie immolaban- tur in templo, vnus mane & alter ad vesp̄erum, quod appellabatur iuge ſacrificium, vt omni tem- pore tanti ſacrificij reuiuſceret memoria: & quan- do tanti muneris memoria à fidelium mente abo- lita fuerit, fiet comminatio ſermo, quem Do- minus Daniel 2. dixit. Et auferetur, id eſt, defi- ciet iuge ſacrificium. O ingrata tempora talia ca- lamitoſa & mala, caliget oculis meus ne videat, obſecro Domine Ieſu, vilo tempore tanti muneris recordationem à fidelium cordibus diuulſam, oleum enim incenſiuum & conſeruatiuum lam- padis amoris, ſanguis Chriſti eſt. In cuius ſignum præcepit Dominus vt arderet ſemper ignis in tem- plo, neque vnquam extingueretur: & vt conſer- uaretur, apponerent ſacerdotes ligna oliuarum, quibus ignis ille nutrireſcit. Ignis diuini amoris nunquam ab Eccleſia, neque à noſtris animabus (quæ templum Dei ſunt, vt multoties docet Pau- lus) nunquam inquam debet deficere vel extin- gui, adquem nutriendum lignum oliuæ ſubmit- tendum eſt: hoc eſt memoria crucis Chriſti, quæ fuit lignum illud, quod in ſe pertulit oliuam vberem, ſcilicet Chriſtum Dominum. Qui in ea ve- luti in prælo expreſſus, talem ac tantum hq̄orem eliquauit nobis, oleum videlicet ſui ſanguinis, quo liuores hominis qui incidit in latrones lini- rentur,

rentur, & melius haberent: de qua oliua dicitur Ierem. 11. Oliuam vberem ſpecioſam & fructife- ram vocauit Dominus nomen tuum. beata crux, benediãta & fidelis arbor, vna nobilis, nulla ſylua talem profert fronde flore germine, dulce lignũ, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet, beata cuius brachijs talis oliua pependit, de qua oleum ſan- guinis profluuit, quod noſtra vulnera lauit. Vn- de beatus pater Auguſtinus, in libro qui vulgo circumfertur, & Manuale nuncupatur, cap. 22. ſic dicit, Cum me pulſaſſet aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Chriſti: cum me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei reſur- go: cum diabolus mihi parat inſidias, fugio ad viſcera miſericordiæ Domini mei, & recedit à me: ſi ardor libidinis mouet membra mea, recordatio- ne vulnerũ Domini noſtri Ieſu Chriſti extingui- tur: in omnibus aduerſis actibus non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Chriſti, in illis dormio ſecurus, & requieſco intrepidus. Chriſtus mortuus eſt pro nobis, nihil tam ad mortem, quod Chriſti morte non ſanetur. & cap. præcedenti. Pa- tent mihi viſcera per vulnera, quoniam miſeri- cordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ af- fluant: per foramina corporis patent mihi arca na cordis, patet magnum pietatis ſacramentum, pa- tent viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus vi- ſitauit nos oriens ex alto. Hæc breuiter perſtrin- ximus (prolixius enim verbum tam grandis ma- teria poſcebat) vt ſequeremur Diui Ambroſij in- terpretationem, quæ minimè viro Chriſtiano di- ſplicere debet.

(Nō me deſelinquas vſquequaque) Auguſtinus, vſque valde. Burgen. vſque nimis. Alij ex He- bræis, proſus. Lyranus in interpretatione vide- tur exponere, nec ad momentum: ait enim iu- ſtificationes

Iere. 11.  
Myſte-  
rium cru-  
cis.

Auguſt.

Ambroſ.

stificationes tuas custodiam, id est, opere adimplebo. Et quia ad hoc requiritur assistentia diuinæ gratiæ, quæ facit opus meritorium, ideo sic dicitur (Non me derelinquas vsquequaque) quasi dicat, si me ad momentum dimiseris, non poterō custodire.

Cæterum pro maiori explicatione aduertendum est, quod est duplex derelictio, altera electorum, altera reproborum, inter quas maxima est intercapedo. Electi enim derelinquuntur à Deo, sed non vsquequaque, non vsque valde, non vsque nimis, non prorsus, non in finem, sed ad momentum, vel ad tempus pro maiori profectu, vel utilitate eorum. Talis enim derelictio, de qua nunc facimus sermonem, nihil aliud est quam permissio tentationum, qua traditur diabolo & satellitibus eius potestas contra electos, ut eos varijs tribulationibus subdant, persequantur, affligant, ac tanta potestate in eos sequantur, ac si nullum haberent adiutorem. Tali modo loquendi, dicitur Deum dereliquisse filium suum in cruce, ac talem sensum faciunt illa verba, quæ Christus protulit in cruce dicens: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Hæc enim derelictio patris erga filium nihil aliud fuit, quam copia concessa inimicis aduersus eum: Iudæ ut eum traderet, ministris ut eum comprehenderent, quod ipsemet Dominus eis dixit, cum eum caperent in horreo, Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum, seruo ut eum colaphizaret, carnificibus ut flagellarent, militibus ut illuderent, Pilato ut condemnaret: nam & ei dixit Christus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Tandem ut eum cruci affigeret, ut clavis & lancea perforarent. Hæc ergo traditio, & non protectio à tantis doloribus, fuit hæc derelictio. Vnde

de elegantissimè, ut omnia, Sanctus Leo Papa sermone 17. de passione Domini nos admonet, ut non ad literam ut sonant, intelligamus hæc verba Christi, quasi pater, nec ad momentum dereliquisset filium quasi absens ab eo, nec filius patrem tali modo loquendi dereliquit. In tantam enim unitatem (ait) vtraque continet natura, ut nec passionibus potuerit dirimi, nec morte seungi: manente enim in suis proprietatibus vtraque natura, neque Deus reliquit sui corporis passionem, nec caro Deum fecit passibilem: quia diuinitas, quæ erat in dolente, non erat in dolore: non ergo aberat à patre filius, nec à filio pater, quia illa incommutabilis Deitas & inseparabilis Trinitas nihil sui à se potuit habere discretum. Nihil aliud ergo hæc derelictio fuit, nisi passioni tradere, & à dolore non protegere, nec immunem reddere carnem. Sic derelinquere electos & iustos aliquando, hoc, solum est tentationi permittere & tradere, non protegendo; quin patiantur, licet defendendo aliquando, ne vincantur. Sic tradidit Iob, copiam faciendo aduersario, ut in eum omnibus modis sciret, perdendo bona, occidendo filios, percutiendo eum lepra à planta pedis vsque ad verticem capitis, ita ut testa saniem raderet, commouendo aduersus eum, & amicos, & propriam uxorem, ut dolorem super dolorem adderent, non protegendo eum, quin talia pateretur, licet adiuuando, ne per talia laboretur. Sic Paulum tradidit angelo Sathanæ, ut eum colaphizaret, nec deprecantem exaudivit ut tolleretur, sed respondit, sufficit tibi gratia mea, quæ te protegat ne in impatientiam, vel in consensum labaris: nam virtus mea (ut aliqui interpretantur) in infirmitate perficitur: splendet enim virtus Dei adiuuans infirmiora nostra, ut possimus sustinere, & sublimitas sit virtutis Dei, & non

S. Leo.

Iob. 1.  
& 2.

ex nobis (vt diuersis vtar Paulinis verbis) tunc autem & si videatur abesse, quia dimittit eos tentari & affligi, non tamen absentat se maiestas à suis, quin inuisibiliter eos confortet, corroboretque, atque confirmet. Permissit Dominus Iesus beatum Antonium sarpesapius tradi in potestatem dæmonum, vt aperto Marte cum eo dimicarent, eumque concertationem cum eis habitam, de qua quanuis victor, affligens tñ valde atq; attritus cōstitisset, & vidisset Dominum Iesum corā se astātem, & ei dixisset quasi quæreretur, quod eum in tanto certamine reliquisset; O bone Iesu, vbi eras? respondisse fertur Dominum Iesum, Antoni hic eram, sed expectabam videre certamen tuum. Ecce quomodo non omnino derelinquit Dominus iustum in cōfictu cum hostibus, nec ab eius auxilio se absentat, sed veluti imperator expectans & submittens auxilia quāam fortiter, vel ignauius se quisque gerat cōspiciens, vtrisque secundū merita parat. Vnde & sponsa in Canticis cap. 2. dicit, En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Non omnino suam tollit præsentiam Dominus à suis, sed quasi agens zelotipū virum; per cancellos & rimulas quasi insidiatur animæ, vt videat quāam honestè se gerat, an carni blanditijs suis delinienti consentiat, an è contra viriliter repellat, castigetq; atq; seruum ferocientem subigat, cæterosq; procos pulchritudinis suæ abigat, atq; deturbet, vel potius admittat, præsentis simusq; semper & in angustijs suppetias fert, & in prosperis humilitatem confert.

Ipse ergomet Dominus Iesus, qui in tentationē te coniecit, ipsemet, licet secreto, ab ea te auxilijs ac copijs suis omnino defendit, sicut fecit cum Cananæa Matthæi. 15. Ipse ex vna parte repellat

*Exemplū  
D. Anto.*

*Cant. 2.*

*Matt. 5.  
Cananæa*

eam à se, durioribus verbis agens cum ea, interdum canem eam appellans, interdum terga contra eam vertendo, nec reddendo sermonem, veluti suam petitionem despiciendo: sed ipsemet intrinsecus sustentiam illam atque patientiam suggererat, administrabatque cōstantiam, ne detereretur atque deficeret. Veluti videmus quod mare ipsum in quo omnia confluunt flumina atque absorbuntur, ipsummet mare inquam, quod ex vna parte omnia flumina absorbere atque consumere videtur, ex alia parte per abditas & secretiores venas & poros terræ, eisdem fluminibus subministrat aquam, vt iterum fluant: sic diuina maiestas, quæ ex vna parte absorbere atque consumere animam in tentatione videtur, ex altera per abditas rimulas, eius interioribus illabitur, gratiam suam suggerendo, qua & per patientiam sustinens, & per perseuerantiam victrix, atque triumphans euadat. Quod Paulus 1. Corint. 10. docet his verbis, *1. Cor. 10.* Fidelis Deus qui nō permittit vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Et sicut pater aliquando filium tenerum infantulumque, quem in delitijs habet, quasi ludens cum eo accipiens in manibus videtur eum tradere, alteri, vt eum percutiat, & quando eum alter iam iam percutere videtur, sustollit, atque iterum ad se trahit, ipseque puellus pediculis suis quantum potest se infirmiter defendit, auxiliumq; paternum balbutiendo implorat: sic Dominus aliquando videtur dilectos & electos suos quasi tradere in manus hostium, vt perdant, sed quando iam iam eum perditum iri conspicit, ipse sustollit, licet iustus suis veluti infantibus viribus quantum potest etiam se defendit, quod in se est faciendo, diuinum implorando auxilium. Itaque qui ex vna parte videtur eum dimittere,

*Simile.*

*1. Cor. 10.*

*Similitudo.*

tere,

*Iob 2.* tere, ex altera seruat conseruatque ne pereat. Sic cum Iob ca. 2. videtur egisse. Ex vna parte tradidit eum Sathanæ ad perdendum, dans copiam non solum super bona & liberos, verum etiam super corpus & carnem suam; sed ex alia parte seruabat eum, cum dicit; veruntamen animam illius serua: non omnino eum tuæ potestati relinquo, sed quod optimum in illo est, mihi serua, ne tangas, nec perdas animam eius. Quare de iusto dicit alibi noster

*Psal. 36.* Psalmista Psalmo. 36. Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam, nimirum ne confringatur, vel ne cadat ad mortem, vel ut statim resurgat à peccato; quia Dominus supponit manum suam, vel quando iam iam ad casum properat, apprehendendo manum ne cadat, vel erigendo statim ut cæcidit, vnde Felix sic verit.

*Felix.* Cum coeperit cadere, non erit penitus proiectus, quia Dominus supponit manum suam. Legitur in Hebræo, quia Dominus sustinet; vel sustentat manum eius ne cadat. Hoc ergo petit noster Prophetæ. (Ne me derelinquas usquequaque;) id est, nec ad momentum, nec ad instans auertas auxilium tuum à me, id est, nunquam me derelinquas ut cadam, etiam si me dimittas ut tener.

Quare nullus debet despondere animum, cum se videt valde afflictum in tentatione, & apparere sibi, quod tardet auxilium diuinum; non enim tardat, sed tempore opportuno accedit; ideo dicitur adiutor in opportunitatibus, Psal. 9. Præcepit Samuel Sauli ut eum expectaret septem diebus, septimo autem die expectante Saule non veniebat Samuel, quare ipse Saul ausus est per se sacrificium offerre Deo, & cum comple-

*1. Reg. 13* ter sacrificium, ecce apparuit Samuel veniens. *D. Greg.* & iratus est contra Saul, ut legitur. 1. Regum. 13. *Reg. c. 3.* Vbi Diuus Gregorius lib. 5. super 1. lib. Reg. cap. 3.

ait

ait quod hoc accidit multis in tentatione oppressis, quia videtur sibi quod tardet diuinum auxilium, & deficiunt, quod si vel momento expectassent, iam aderat diuina manus; vnde Sapiens Eccles. 20. nos admonet dicens: Si spiritus potestatem habentis super te ascenderit, locum tecum cito ne dimiseris, & Abac. 2. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet & non tardabit, & Ecclesiast. 2. Vx illis qui perdidit sustinentiam. Derelinquere ergo electos Deum aliquando, nihil aliud est quam eos permittere prolabi in tentationem, non autem dimittere ut cadant; nonnunquam veto permittit ut cadant, sed statim erigit per penitentiam, ut fecit cum Petro, qui permissus est in tentationem prolabi, sed ad tertiam vocem galli, statim quasi expergefactus surrexit, & egressus foras fleuit amarè: & hoc petit Psal. Non me derelinquas usque valde, usque nimis, ne me derelinquas ut cadam, vel statim porrige manum, ut subleuet. Derelinqui enim usque valde, est dimitti prolabi in peccatum, sed plus valde & nimium est nunquam erigi à peccato. Vnde beatus Augustinus sic interpretatur dicens: Si, ne superbirem, & dicerem, in abundantia mea non mouebor in æternum, tentari me voluisti, non tamen me derelinquas usque valde; id est si me dereliquisti, ut sine adiutorio tuo infirmus appaream, noli usque valde, ne peream; intelligo quod ex voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, & quod si auertis à me faciem tuam, statim conturbabor, ne me derelinquas ut peream &c. His ergo modis dicitur Deum derelinquere iustos & electos &c.

Aliter verò dicitur derelinquere impios & reprobos, derelinquit enim eos usquequaque, usque nimis, usque valde, usque in finem, denique prorsus derelinquit impios.

F relin-

*Eccles. 20.*

*Abac. 2.*

*Eccles. 2.*

*Mat. 26*

*August.*

*Quo de reliquat impios.*



relinquit eos, non quod eis neget sufficiens auxilium, ut respiscant, quo si voluissent possent ad meliorem frugem conuerti; imò & offert eis auxilium superabundans, ut aliquando docuit Dignus Thomas, licet illi non acceptent tantum auxilium: sed verificatur in eis, quod dicit Iob 24. *Iob 24.* Dedit eis locum pœnitentiæ, ipsi autem abusi sunt eo in superbiam, & diuitias bonitatis patientiæ & longanimitatis eius contemnunt, ut dicitur *Rom. 2.* Romanorum 2. Quapropter in pœnam talis indurationis dimittit eos in desideria cordis eorum, ut vadant in adinventionibus suis, ut dicitur *Psal. 70.* 70. Sicut eos, quos medici, diffidentes suæ salutis, dimittunt ut comedant & faciant quicquid voluerint; sic isti qui à Paulo vocantur filij diffidentiae *Ephes. 2.* Ephesiorum 2. & 5. & *Colos. 3.* Colossenses 3. Qui desperantes semetip sos tradiderunt impudiciæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiâ, eos dimittit ut sequantur cœcitatem cordis sui. Sed notandum est ex Magistro Soto, primo de Natura & gratia, cap. 18. quod Deum subtrahere auxilium suæ gratiæ peccatoribus dupliciter considerari potest: primò quod Deus destituat hominem peccatorem suo fauore & studio, ita quod prolata sententia & firma statuerit amplius ei non subuenire; & in hoc sensu certissime tene nullum in hac vita à Deo derelictum. Alio modo subtrahit Deus auxilium suæ gratiæ permittendo quempiam agere liberè secundum desideria cordis sui, paratus tamen semper ei suppetias ferre, si per ipsum non steterit, quod fit cum reprobis; paratissimus est enim Dominus eis succurrere, sed ipsi nihil pensi habent, nihil minus curant, pepigerunt enim fœtus cum morte, *Isa. 27.* & dicunt Deo; recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus: *Iob 21.* Quapropter ipse recedit ab eis, dimittit

mittit eos, (Dales de mano, alca la mano dellos.) *Psal. 87.* Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius; & ipsi de manu tua repulsi sunt, vel excisi sunt, ut legit Hieronymus, tanquam membra putrida & seuncta à Deo. iustorum enim animæ in manu Dei sunt, & ideo non tangit eos tormentum malitiæ, ut dicitur *Sapient. 5.* & *Ioannes 10.* De electis omnibus dicit Christus: Et nemo rapiet eas de manu mea, nec de manu patris mei, hos autem repellit, & abscidit à manu sua, & ideo eos lupus deuorat. Hoc ergo petit Propheta, non me derelinquas prorsus, sicut reprobos repellis à manu tua, ne me derelinquas in finem ut peream. Væ enim illis, iterum væ, & in æternum væ erit illis, quos à manu tua repuleris; miseros, prorsus miseros, & in æternum miseros, quos à manu tua abscideris; sola enim manus tua potest saluare, & ideo illi in æternum peribunt,

Sed breuiter adnotandum puto, quod *Burgensis* legit, non me derelinquas vsque nimis, & sic interpretatur, quod sicut antea dixerat, tu mandasti mandata tua custodiri nimis, deuote, prompte, & perseueranter; sic modo petit non derelinqui quo vsque prompte, & cum perseuerantia vsque in finem mandata sua custodiat. Et hæc de primâ litera, primi octonarij, cum quo finit primus tractatus.

S E C V N D V S  
Octonarius.

In quo corrigit adolescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos.

2. Beth. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me à mandatis tuis.
3. Beth. In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.
4. Beth. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas.
5. Beth. In labijs meis, pronunciaui omnia iudicia oris tui.
6. Beth. In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs.
7. Beth. In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.
8. Beth. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

INCIPIT SECVNDVS  
Tractatus super Secundum  
octonarium.

*O*ctona-  
rius iste  
incipit à  
litera  
Beth. q̄  
significat  
domum.



**B**N primis prælibandum est, vt sequamur ordinem à principio insinuaturn, quod iste secundus octonarius apud Hebræos incipit à litera Beth, quæ significat Domum; nam domestica doctrina traditur in ea, per quam adolecetes, & domestici domus Dei, à malis arceantur, & in bonis assuescant, ne pessimis assueti, difficilius sit correctio. Licet Diuus Ambrosius aliter interpretetur hanc literam hic, scilicet, quod significet confusionem, confunditur enim hic adole-

*Ambros.*

scens de pessima via sua, ne in æternum confundatur; hæc enim confusio in præsentem peccatorum deuitat illam futuram damnatorum: induit autem hic Propheta aliam personam nempe adolescentis viri, volentis corrigere viam suam; sicut in primo egit personam viantis & peregrini desiderantis inuenire viam, qua ad patriam pergeret celestem. Plurima autem per hunc adolescentem intelligunt interpretes: vel hominem pronum ad peccandum, vel populum gentilem cum Iudaico, vel hominem renouatum per baptismum & gratiam: hæc ergo tria primum exequemur, nec prætermittemus alia si videbitur expedire.

*Induit personam adolescentis.*

Reuocanda in memoriam est diuina illa & artificiosa distinctio, quam Diuus Paulus Rom. 7. In vno & eodem homine finxit, faciens duos homines in vno homine, alterum interiorum, alterum exteriorum; & plusquam civile bellum quod inter istos duos homines versatur, vel inter hominem quatenus secundum animam concupiscit, & seipsum quatenus concupiscit corpus impellitur, vel interdum vehitur; adolescentiores autem vt plurimum partes corporis agunt, easque sequuntur, primum propter abundantiam sanguinis & caloris multiplicationesque spirituum, quæ eos faciunt voluptatum auidiores, audacioresque ad quodcumque facinus aggrediendum; viget enim ætas & calor, concitatque in inferiori parte vehementiores impetus; ac sicut concupiscibilis maior est, ita & irascibilis propter eandem rationem, audacior concitatorque ad quævis pericula subeunda. Secundo etiam propter defectum experientie, omnia eis tentanda videntur, nec experti damna, vllum timent, omnia quantumuis ardua facilia sibi & peruia apparent, vnde dicit Aristoteles. 2. Ethicorum quod pro-

*In vno duos ponit homines & Paul. ad Ro. 7.*

*Aristo. 2. Ethicor.*

*Iuuenes maioris spei & audacia.* pter has rationes iuuenes sunt maioris spei & audacia. Labilis etiam inconstansque natura, quæ nondum in eis confedit, sed mobilis semper ad perfectum eorum augmentum contendit, eos sic inquietos diuersarumque rerum cupidos efficit, quapropter prona magis ad libidinem in iuuenibus natura est, quæ Dominus Gen. 8. videtur expressisse, Noe, cū benedixisset iam ab arca egresso: nequaquam ultra (ait) maledicam terræ propter hominem, sensus enim & cogitatio hominis in malum prona sunt ab adolescentia sua, ad adolescentiam dicit, vel quia id quod nobis naturale est, ab incunabulis habere dicimur, vel certe quia pronitas in adolescentia magis apparet, ob relatas rationes; frenanda est ergo hæc ferocitas, nec aliud aptius frenum, quam observatio mandatorum Dei, ut hic nos docet magnus Basilius: quarè prima pars huius versus est interrogatio, secunda responsio, ac si diceret, in quo emendauit viam suam iuuenis? respondet custodiendo sermones Dei, quod clarius Diui Hieron. versio indicat, in quo corriget iuuenis semitam suam, cum custodierit verba tua, quod videtur Dominus indicasse iuueni illi, qui ab eo quaesuit, quid faceret ut vitam haberet eternam, dixitque illi. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. nam licet hæc sit regalis communisque omnibus illuc pergentibus via, tamen iuuenibus alijs rationibus prior, propter ferocios impetus, quos nisi freno legis Dei domare non possent. Inferiora enim, & infirmiora semper superioribus & fortioribus subdit natura. Videmus enim mundum hunc inferiorem subditum superiori, à quo & mouetur & sustinetur; vnde Aristoteles. 2. de celo, ait. Necessè esse mundum hunc inferiorem subditum & contiguum esse latioribus superiorum, ut virtus eius inde gubernetur.

*Natura iuuenilis imbecillis est.* netur. Iuuenilis ætas imbecillior est, & propter naturæ teneritudinem, & propter rerum inexperientiam; adhæreat ergo & subdita sit superioribus & fortioris, legi sancti Dei, & maiorum, ut virtus eius inde gubernetur, quod Dominus suo exemplo nos docuit, Lucæ 2. Nam puer duodecim annorum dicitur ibi, quod erat subditus suis parentibus, & in græco est dictio quædam quæ ad verbum expressa significat, quod erat subordinatus illis. Ac si in seipso exprimere voluisset hanc naturæ prouidentiam, qua minora in quolibet genere voluit esse subordinata maioribus. Sit etiam illis in exemplum & terrorem Roboam, qui derelicto seniorum consilio accepit quod dederunt iuuenes, qui cum eo erant nutriti; quapropter maiorem partem regni sui amisit. 3. Reg. 12. maioribus semper adhærescat minor; ne imbecillitate naturæ deficiat; & quia cum iuuenibus loquimur, gratiora eis adducamus exempla, insanum nempe Phaetontem, qui voluit per se currus solis regere, & ideo ipse præceps periit, & aridam magno calore confecit. Sic iuuenis qui seipsum vult regere, nec alteri subijci; præceps ruet; nec sibi soli, sed pluribus etiam alijs nocebit: ferocios quibuslibet equis indomitis sunt iuuenum motus, quos ut cicures & domesticos reddat, & in officio contineat, necessaria est ei obedientia legis, & mandatorum Dei & superiorum consilio ac dictis obtemperare; hæc enim frena sunt quibus sensualitatis motus sub ratione, quæ auriga est, contineatur; in hoc ergo corrigit adolescentior viam suam, in custodiendo sermones Dei.

Secundò, quia ut dicit Ambrosius in hoc loco, melius est præuenire iuuentutem correctione, quam post lapsum recordatione desistere, & diceret

Delicta iuuentutis meæ ne memineris, Psal. 22.  
*Psal. 23.* Hoc est debilitatis remedium illud robur salutis, hæc est res in periculo, quia graue est, consueti repellere, magnum enim in se consuetudo vinculum habet. Facilius est enim retrahi ab ingressu, quam ab incepto itinere prauæ consuetudinis reuocari. Vnde Trenor. 3. dicitur. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua; sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se: à primis annis est bonum legi Dei assuescere; ideo enim octauo die à Natiuitate infans circumcidebatur, vt ab ipsis incunabulis legis Dei rigorem assumeret, & si iugum Domini suaue est & leue, consuetudine leuius & suauius fit; si enim lex Domini naturæ nostræ consona est, consuetudo est etiam altera natura: hæc ergo suauius faciet eum solitariè sedere, & mundo & alijs tacere, sibi & soli Deo loqui, & sic solitarius meditari quomodo momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, vt dicitur. 2. *2. Cor. 4.* Corinth. 4. Ex quo alius effectus sequitur, quia leuabit se, hoc est altiori vita viuet quam sua, super se elenabitur, seipsum præcurret & anteibit; non enim iam viuet vita hominis sed vita Dei, vt est illud Pauli. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. & statim. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Et obseruantibus præcepta Dei dicitur Ezech. 20. Quæ faciens homo viuet in eis. Leuabit ergo se super se, quia altiori vita viuet non carnis sed spiritus, non hominis sed Angeli, imò non Angeli sed Dei; quoniam in operibus vitæ Deum ipsum imitabitur, Deum ipsum merebitur: Vel secundo ex consuetudine pristina ad legem Dei affectus, leuat se super se, hoc est iterum atque iterum super seipsum reflectitur, & mul-

& multotiens se circumspicit, & respicit ne quid scdum contra legem Dei appareat; nam quæ iterum atque iterum respicimus, emendatiora facimus: sicuti ea quæ sæpius relegimus, secundum illud Ouidij;

Ouidius

*Cum relego, scripssisset pudet, nam plurima cerno*

*Me quoque qui scripsi iudice digna lami.*

Vnde religio, quia eleuat se super se, id est, super seipsum, & in suas actiones reflectuntur, citius etiam à casu leuantur; quare de eis dicitur, cadunt rarij, surgunt velocius. Vel lenat se super se in lege Domini meditates, super se, & omnia creata eleuati, omnia tanquã inferiora à se despiciunt. Sic enim Paulus vsque ad tertium cælum euectus, omnia creata veluti stercorea reputabat: ea enim quæ à longè prospicimus minima apparèt; lex ergo Dei has plusquam ciuiles dissensiones cõponit, & docet hominem, quomodo & carni & spiritui prouideat, tribuendo unicuique quod suum est; quod penitus se ignorare ingenuè fatebatur sapiens dicens, Prou. 30. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam Aquilæ in cælo, viam colubri super terram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia, vbi alia litera nõ aspernenda habet, viam viri in adolescentula, quod & si multi non abs re imò proprijsimè ad mysterium Christi in vtero adolescentulæ virginis clausi referant, non erit extra rem ad nostrum nos transferre propositum. Vir enim in homine est anima, caro adolescentula, quæ contraria semper viro suo est; nam caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, caro ima petit, spiritus ad altiora subleuatur. Quis ergo has lites componet? per quam viam incendendum viro, vt & carnis necessitatibus adit, & animæ curam non derelinquat? quomodo nenias huius adolescentiæ ferat, & ad

Prou. 20

& ad seriora spiritus euehatur? quia via inter hæc tam aliena incedet? quid inter hæc tam opposita faciendum? Hæc molestia maximè afficiebat Paulum Rom. 7. quando dicebat. Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et iterum. Ego ipse mente seruius legi Dei, carne autem legi peccati. Vnde præ nimio dolore & molestia clamabat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? idest, quis has componet lites? quis hæc bella placabit? respondet ipse. Gratia Dei per Iesum Christum. Hæc docet viam viri in adolescentula, quomodo hæc tam se iuncta coniungantur, quomodo hæc tam diuersa, imò auersa contemiant: hæc autem gratia per Iesum Christum conceditur obseruanti mandata Dei: in hoc ergo corriget adolescentior viam suam in custodiendo mandata Dei.

*Cassiod.* Hæc dicta sunt sequendo Cassiodorum, qui per adolescentiorem istum, pronitatem & pondus nostræ naturæ ad peccandum intelligit, quæ pronitas & inclinatio in adolescentibus magis apparet & difficiliorem facit rem, vnde aliqui totum hunc versum legunt sub vna interrogatione, quasi cum admiratione arretantes difficillimum esse, iuuenes obseruare mandata Dei, & ideo oportet eos assuescere in obedientia mandatorum Dei, vt facilius possint proficere, secundum illud Eccl. 6. Fili à iuuentute tuâ excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam.

*August.* Nihilominus beatus pater Augustinus altiores alios duos sensus adintuenit, alter vt per hunc adolescentem intelligamus populum Gentilicum, qui designatus est Lucæ 15. per illum filium iuniorem; qui omnem substantiam suam obligauerit, & perdidit cum meretricibus & in commensationibus uiuendo

uendo luxuriose, sed tamen postea reuersus in se, & reuocans in memoriam abundantiam panis, quæ etiam pro mercenarijs erat in domo patris sui; ad patrem redijt, à quo beneuolè receptus est, *Filius prodigus* & indutus stola prima, & cum symphonia & choro vitulus ei saginatus mactatus est: nam populus Gentilicus egressus à veri Dei cultu & cognitione, omnem substantiam prodegerat, idest, bona naturalia, quæ à Deo acceperat, consumpserat in idolorum cultura, & commutauerat gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem hominis corruptibilis & quadrupedum & serpentum, vt Pau. ait *Rom. 1.* Propter quæ in alia maiora facinora venerat, quæ ibi Paulus ad longum commemorat, sed per prædicationem Apostolorum conuersus, ad veri Dei cognitionem redijt, à quo benigne susceptus, gratia ei tribuit & participem sacrificij Christi fecit, qui fuit vitulus saginatus pro eis & omnibus immolatus: alter filius qui senior erat, & semper domi manserat in obsequium patris, hoc egredere tulit, & de patre coram eo conquestus est, hic est populus Iudaicus, qui non poterat ferre populum Gentilium, sic adeo dilectum iri, suamq; pristinam obseruantiam legis opponebat, quod altissimè simul & luculentissimè Diuus Paulus in progressu Epistolæ ad Rom. tractat. Ea etiam erat murmuratione illa, qua aduersus patrem familiam insurrexerunt mercenarij illi, quibus in mercede æquati sunt illi, qui hora vndecima venerunt ad laborem vine, *Mat. 20.* & dicebant. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares nobis illos fecisti, qui portauimus pondus diei & estus. Sed obstruatur omne os, quoniam hoc gratia Dei est, quam nulli debet, & voluit hunc filium perditum reuocare, & tantam conferre gratiam vt seniorem antecelleret: gaudeat ille potius & æpuletur, quia hic frater eius mortuus

mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est : correxit enim hic adoleſcētiō filius uias ſuas, quia iam cuſtodit mandata Dei & ſermones, & iugo legis nouæ ſubmittit ceruices ſuas, & ad panem patris ſui, ideſt, doctrinam legem & ueritatem, eſuriens & cupidus uenit.

*Auguſt.* Tertius ſenſus quem Diuus Auguſtinus cæteris anteponit, ſic ſe habet: ut ſenior agnoſcatur uetus homo, & nouus iunior. Senior qui portas imaginem terreni, iunior qui cæleſtis, quia prius quod

*1. Cor. 5.* animale, deinde quod ſpirituale. *1. Corint. 5.* Sed ut melius intelligatur, obſerua, quod per baptiſmum regeneratur homo in nouum hominem.

Antea erat filius ueteris Adæ, ſed nunc iam eſt filius Chriſti: quem Paulus *Eph. 2.* uocat nouum hominem dicens. Ut duos condat in ſemetipſo

*Ad Eph. 2.* in vno nouo homine, nam in eo uetera & noua conuenerunt, & renouata ſunt in baptiſmo. Ergo deponit homo ueterem hominem cum actibus ſuis, & induit nouum qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis, ut dicitur

*Eph. 4.* oportet enim nos naſci denuo ex aqua & ſpiritu ſancto. In illo ergo ſacro fonte uetus homo iuuenefcit. Hinc enim ortum habuit fabula, quæ inter Chriſtianos circūfertur, quod

*Fabula.* qui in Iordanis flumio lauabantur, ad iuuenile ætatem redibant. In ſpiritualibus enim uerum eſt quod in baptiſmate quod in Iordane inſtitutum eſt, homo renouatur in ſpiritu, regeneratur, reuiuifcit, uetera in eo tranſeunt, & facta ſunt omnia noua, quia configuratur morti & ſepulturæ Chriſti, cum ſubmergitur: ſed quia etiam Chriſto reſurgenti aſſimilatur cum ab aqua exit, etiam quantum ad corpus uerificatur, quod tunc iuuenefcit homo, licet uſque ad reſurrectionem non appareat uiror ætatis iuuentutis, ibi tamen eam meretur,

*Simile.* pateat uiror ætatis iuuentutis, ibi tamen eam meretur,

retur, per Chriſtum abſque dubio conſequuturum, ſi in tali nouitate uſque in finem permanserit. Renouatur ergo homo in baptiſmo, & depoſita imagine terreni cæleſtem induit ſimilitudinem, ſicut ſi ferrum uetus & eruginofum ſi igni adhibetur, erugine conſumpta, mundum nouumque apparet: ſic in baptiſmate ubi baptizatur homo ſpiritu ſancto & igne, ut ait Baptiſta, erugine uetustatis conſumpta, noui cæleſtisque figuram refert. Maximum enim interſtitium eſt inter hominem ſic renouatum & alios, cæteri enim minimam habent ſimilitudinem cum Deo, eam nimirum ſolam quam habet domus cum artifice qui fabricauit illam, quæ minima quidem eſt, quoniam artifex eſt homo, domus, lapides & ligna, ſed ſolum ſimilatur ideæ & formæ, quam ipſe habuit in mente quando fabricabat eam: ſic illi qui non ſunt renouati in Chriſto, aſſimilantur quidem Deo, tanquam res artificiatæ artifice, cõueniunt enim cum idea, quam Deus cum rebus à ſe fabricatis in ſe habet: cæteri in alijs nulla ſimilitudo eſt, imò maxima diſparitas, cum Deus iuſtus, mundus, & ſanctus ſit, è cõtra ille iniuſtus, præuaricator & immundus: at uerò ſic renouatus aſſimilatur Deo: ſicut carbo, uel ferrum ignitum igni, qui cum in ſubſtantia ferrum ſit, in effectibus tamen & proprietatibus ipſiſſimus ignis apparet, comburit enim, illuminat, exſiccet, cæterosque effectus ignis efficit: ſic ablutus in Iordanis fonte, ubi ignis ſpiritus ſancti eſt, etiam ſi homo in ſubſtantia perſeueret, in effectibus tamen ipſum Deum refert, ipſique mirifice aſſimilatur: ardet enim amore ſicut Deus, reſplendet iuſtitia, munditiesque mentis eius illam mundiffimam ſubſtantiam omni carentem labe diuinitus adumbrare uidetur. Ignis enim in aquis illis ardēs talem confert aſſimilationē. Hoc deſiderio

*Effectus ignis.*

Isa. 64.

riò flagrabat Iſa. cum 64.c.dicebat. Vtinam aque arderent igni: vt inde renouatus homo, te qui ignis conſumēs es, tanquam vera imago redderet. Vnde qui nunquam vidiffet ferrum, quando videt illud à fornace exiens, certè exiſtimabit, ignè eſſe. aded enim ignis illi adheſcit, aded penetrat, & intrà viscera eius reconditus, & inuiſceratus eſt, vt nihil aliud quàm ignis appareat. Si animam vidiffemus alicuius baptizati, diuinà omnino crederemus potiùs imaginem, quàm hominis formam vel partem, ſi antea non agnouiffemus eā; aded enim deificata & penetrata ab ipſo Deo prodit, vt nihil aliud quàm Deus in ipſa appareat. Iſte ergo iunior eſt, qui cuſtodit ſermones Dei, quos in ſe inuiſceratos geſtat, hoc eſt verbū fidei quod prædicamus; & ipſa eſt fides, quæ per dilectionem operatur, ait Auguſtinus. Et ſubdit, Sed iſte iunior populus gratiæ filius, homo nouus, cantor noui cantici, hæres teſtamenti noui, iſte iunior non Cain, ſed Abel, non Iſmahel, ſed Iſaac, non Eſau, ſed Iſrael, non Manafſes, ſed Ephraim, non Eli, ſed Samuel, non Saul, ſed Dauid. Quid adiungat, attendite.

Auguſt.

Verſ. 2.

VERSVS SECVNDVS.

In toto corde meo exquiſiui te, nè repellas me à mandatis tuis.

Burgēſis.

**N**Otandum eſt pro contextu horum verſuum ex Burgenſi ſuper hunc Pſalmum, quòd hic deſcribitur iuſtus deſiderans cuſtodire nimis mandata Dei, hoc eſt deuotè & perfectè, quod maxime difficile eiſe iudicauit cum dixit Vtinam

Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodien- das iuſtificationes tuas. Sed ad hoc tam arduum opus exequendum diſponitur homo per opera vitæ actiue & contemplatiue, & primò per obſeruantiam mandatorum Dei. Vnde adoleſcentior, id eſt incipiens in via, nondum perfectus in ea, ſed deſiderio & opere tendens ad perfectionem, incipit hanc viam corrigendo ſe per obſeruantiam mandatorum Dei. Sed quia vt hoc perfectè fiat, requiritur rectitudo intencionis erga Deum, ideo in hoc verſu ſubdit. In toto corde meo exquiſiui te. Idem enim eſt quærere Deum in toto corde, & habere cor directum ad Deum: nam qui alia præter Deū amat, retorquet cor, & incuruat ad alia: vnde de peccatoribus dicitur, non habere rectū cor. Pſ. 77. Cor autem eorum non erat rectum cum eo. & è contra iuſti vocantur recti corde in pluribus locis. Pſal. 96. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætaria, ſed de hac rectitudine & integritate cordis plura in ſuperioribus à nobis dicta ſunt. ( Nè repellas me à mandatis tuis. ) Auguſt. Ecce orat vt adiuuetur ad cuſtodien- da verba Dei: in quo dixerat viam ſuam corrigere iunio- rem: nam vtique hoc eſt, nè repellas me à mandatis tuis. Quid eſt enim à Deo repelli, niſi non adiuuari. Mandatis quippe eius rectis atque arduis humana non contem- peratur infirmitas, niſi præueniens eius adiuuet charitas. Quos autem non adiuuat, hos meritò perhibetur repellere, & ranquam framea flammea prohibentur indigni, nè manum tendant ad arborem vitæ. Hæc Auguſt. Vult clarè dicere, quòd repellere Dei, eſt non adiuuare, ſed igneo gladio eos prohibere à vita. Quod clariùs explicat D. Hieron. translario dicens. Nè aberrare me facias à mandatis tuis. Dicitur enim in Scriptura ea facere Deus, quæ permittit vt ſiant: quale eſt illud, Iſa. 63. Qua-

Pſal. 77.

Pſal. 96.

Auguſt.

A Deo re-  
pelli eſt  
non adiu-  
uari.

D. Hiero.

Iſa. 63.

re errare nos fecisti Domine de vijs tuis ? indurasti cor nostrum, ne timeremus te: id est, permisisse errare. Et illud. Tradidit illos Deus in passionēs ignominiaē, vt faciant ea quæ non oportet: id est permisisse eos tradi.

Circa quod notandum est semel pro hac materia, quæ multotiens occurrer tractanda, quod multipliciter sancti explicant, quomodo Deus dicatur excæcare, indurare, tradere in errores &c. Primò non quod impertiatur malitiam, vel duritiã, vel errorem; sed quoniam nõ impertiatur gratiam qua homines illuminarentur; & emollirentur eorum corda: gratiam inquam, quam non debet eis, & ob sua demerita negat. Itaq; vt diximus, dicitur excæcare & indurare, quia id permittit, Sic D.

*D. Aug.  
Ambros.  
& Hiero-  
nymus.  
Origenes*

*Ad Ro-  
ma. 2.*

*Isa. 46.*

Aug. lib. ad Simpli. & Epist. 205. In quod etiam consentiunt Hierony. & Ambro. Rom. 1. sed Origenes. 3. lib. Periarchon. ca. de libero arbitrio, alio modo procedit, dicit enim, quòd Deus non aliter indurat peccatorem, quàm patienter tollerando, tali tropo & figura loquendi quali solet dicere pater, vel Dominus benignus in seruos, qui deteriores sunt licentia: ego vos perdidi, mea benignitas fuit causa tantæ insolentiaē. Vt Paulus Rom. 2. An ignoras inquit quòd benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam & impenitens cor, thesaurizas tibi iram &c. Quod etiam videtur insinuare Dominus Isa. 46. vbi commemorans quanta cura & amore populũ illum ingratum & insolentem educauerit, quasi in seipsum retorquens occasionem malitiaē corũ, quæ sunt sua benignitas, & ingens cura erga illos dicit: Ego feci, & ego fera: ac si diceret, si mea benignitate vos abusi estis, & me deseruistis seruientes Idõlis, portabo vsq; ad senectam, id est, modò tacebo, ac si mea lenitas erga vos esset in culpa. Hanc

rationem

rationem sequitur August. lib. De Pharaonis induratione. Tertium modum explicandi habet August. 3. lib. contra Iulii. cap. 3. q. Deus dicitur excæcare, primò non illuminando, deinde occasiones & offendicula administrando, quibus mens humana magis, ac magis excæcatur iusto Dei iudicio, sed suo malo vitio. Poterat ex illis occasionibus elicere coronam meriti, sed ob suam malitiã & proliuem ad malum voluntatem proficit in peius. Sed quartum modũ docet D. Hieron. Epist. ad Heluidiam. q. 10. dicit enim q. sicut idem calor solis liquefacit ceram, & indurat lutum: ita eadem Dei benignitas quendam emollit & mansuetum reddit, alium ferocem & induratum. Sed hoc in idem redit cum prima; quia boni benignitatem Dei in bonum conuertunt, reprobi abutuntur ea. Vltimò dicitur indurare, quoniam ad exequenda opera suã vindictę vitur ministris Sathanæ, qui excæcant mentes hominum, & ideo dicitur Deus excæcare, quoniam dicitur facere quod ministri eius sua autoritate faciunt. Sicut dicitur percussisse Iob vlcere pessimo, quia sua autoritate eum percussit Sathan. Chrysoströmus Homil. 3. super Epistolam ad Rom. dicit, quòd sicut contigit transfugis ad alienum regem transfugientibus, si rex ille eos affligat, exposcunt à primo rege auxilium, ipse iuste denegat, quia ad alienum regem transfugerunt: sic & Deus cum impijs aliquando facit, qui ad alienum fugerunt, licet sufficiens auxilium semper præbeat. Dicit ergo; Ne repellas me à mandatis tuis, id est, ne permittas me aberrare ab eis; sic enim & alij transferunt, ne sinas me aberrare à mandatis tuis.

Diuis Ambros. super hunc versum aliter procedit, intelligit enim illum de malis pastoribus & prælatis, quos ab officio docendi sua mandata,

*Augu. de  
Pharao-  
nis indu-  
ratione,  
En 3. lib.  
cõtra Iu-  
lian. c. 3.  
Hierony.*

*Chrysof.*

*Ambros.  
expositio*

G pro-



*Oſea 4.* propter eorum demerita ipſe Dominus repellit, ſecundum illud *Oſea 4.* Quia tu ſcientiam repu-  
*Ambroſ.* liſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Sed in hoc ait D. Ambroſ. potius respicit Dominus Ec-  
*Simile.* cleſiæ ſuæ, & membrorum ſuorum commodum. Nam ſi medicum, qui tibi medicamina plura ap-  
 plicat, nec melius habes, ego repellam, & addi-  
 cam alterum, qui tibi ſalutem comparat, nunquid non melius tibi conſulo? Si artificem qui conſum-  
 ptis lignis, lapidibus, & alijs quæ ad domum ædi-  
 ficandam requiruntur, adhuc opus inſirmum &  
 inſtabile facit, ego repello illum, & alium adſciſco,  
 qui perfectum conſtruat ædificium, nonne com-  
 modioſiorem rem feci, & meliorem? ſic Deus ſi repel-  
 lat malum ſacerdotē, qui potius officit, quàm me-  
 deatur animabus, & alium loco illius ſufficiat qui  
 eas ſanat, nonne melius ſuæ Eccleſiæ conſulitur? Si  
 peſſimum ædificatorem propellat, qui potius de-  
 ſtruat quàm ædificet, alium optimum trahat, qui  
 ut ſapiens architectus firmiſſimum fundamentum  
 iaciat, aurum quæ & lapides preciosos non paleas,  
 vel ſcœnum ſuperædificet, nonne maiorem vtilita-  
 tem capiet Eccleſia? Sic ergo Deus aliquos repellit  
 à ſuorum mandatorum ſchola, ut alios vtiliores  
 pro eis ſufficiat; id quæ petit Propheta, ne ob ſua  
 demerita repellatur à doctrina mandatorum ſuo-  
 rum. Quod etiã poſſumus ad omnes malos Chri-  
 ſtianos transferre, qui ob ſua demerita à Deo re-  
 pelluntur à cuſtodia mandatorum Dei, & alij eo-  
 rum loco ſtatuantur, ſecundum id, *Iob 34.* Conte-  
 ret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios p.  
*Apoc. 3.* eis. Et *Apoc. 3.* Tene quod habes, ut nemo accipiat  
 coronã tuam. Sunt enim ficus illa inutilis, quam  
*Luc. 13.* Dominus *Lucæ 13.* præcepit præſcindi, ne terram  
*Aug. ſup.* alterius fructuofæ arboris occupet. Ut quid enim  
*Pſal. 30.* terram occupat? vnde beatus pater Auguſt. ſuper  
 Pſal.

Pſal. 30. in illum verſum; Super omnes inimicos  
 meos factus ſum opprobrium vicinis meis valdè,  
 dicit quod mali Chriſtiani adhuc peiores & inuti-  
 liores ſunt quàm pagani. Comparantur enim pa-  
 gani, & infideles alijs lignis, ſcilicet vel quercubus  
 vel alijs, quæ ligna, eſt in fructifera ſunt, ex truncis  
 tamen eorum poteſt fabricari domus, vel ſculpi  
 imago: Chriſtiani verò comparantur ligno vitis  
*Joan. 15.* Ego ſum vitis vera, vos palmites. Palmi-  
 tes vitis dum ipſi viti adhærent, dulciſſimum pro-  
 ferunt fructum; ſi autem ab ea præſcendantur inu-  
 tiliſſimi ſunt, ſolum ad ignem ſunt apti: Sic paga-  
 ni etiam ſi ſine fructu fidei ſint, ad alia tamen viti  
 eſſe poſſunt: peſſimus verò Chriſticola, ſi ob pec-  
 catum morale non adhæret viti per charitatem,  
 & Chriſti fugat humorem, ad nihil vtilis eſt niſi  
 ad gehennam & tartareum ignem. Sic *Ezech. 15.*  
 Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omni-  
 bus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſylva-  
 rum, nunquid tolleretur de ea lignum, ut fiat opus,  
 aut fabricabitur de ea paxillus, ut pendeat ex eo  
 quodcunque vas? ecce igni datum eſt in eſcam,  
 vitam quæ partem eius conſumpſit ignis, & me-  
 dietas eius redacta eſt in ſauillam, nunquid vtile  
 erit ad opus? Et Dominus vbi ſuprà. Sicut palmes  
 non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite, ſic  
 nec vos niſi in me manſeritis, & 2. Petri 2, dicitur  
 de hijs; Facti ſunt illis poſteriora deteriora priori-  
 bus, melius enim erat illis non cognoscere viam  
 iuſtitie, quàm poſt cognitionem reſuſcitum con-  
 uerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto manda-  
 to. Contigit enim eis illud veri prouerbij. Canis  
 reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro  
 lutu. Deteriora quippe ſunt Chriſtianorum pecca-  
 ta, quia magis ſcandalofa. Vnde ſubditur. Factus  
 ſum opprobriũ vicinis meis valde, & timor notis

*Sollicitu-  
do malo-  
rũ Chri-  
ſtianorũ.*

*Joan. 15*

*Ezech. 15*

*2. Pet. 2.*

meis. Scandalizantur enim valde alij de peccatis Christianorum, existimantes, vel timentes, ne alij qui talem religionem profitentur, ita sint omnes. Paganus ergo sunt veluti alia ligna, quæ ab arbore abscissa, si dolentur, vsui esse possunt; sic illi si ab erroribus arceantur, & doctrina fidei expoliuntur, vtilissimi erunt, vt vidimus in plurimis ethnicis, qui ex gentilitate ad fidem venerunt. Tu autem scandalose Christiane es lignum vitis, qui præcisus à vitre nihil amplius vales, nisi ad ignem, & ad præbendam scandala, & offendicula alijs, & quod de te quaeratur Dominus Isa. 42. & Rom. 2. Et nomen meum iugiter blasphematur propter vos inter gentes. Exquire ergo Deum in toto corde tuo, ne expulsus à mandatis eius, in ignem æternum pereas. *Ambrosio.* Hæc quia moralia erant, bono animo à Diuo *Augustino.* Hæc quia moralia erant, bono animo à Diuo Ambrosio, & beato Augustino accepi.

VERSVS TERTIVS.

*In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*

**D**ixerat in præcedenti versu adolefcens, quod summa diligentia in toto corde suo exquisierat Deum, quapropter obnixè obsecratur, ne repulsam pateretur à mandatis suis; sed quia vanum est rem quærere diligenter, nisi eam in tuto collocaueris, ne furripatur, ideo subdit in hoc tertio versu. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Ac si diceret, non solum ingenti cura tua mandata quesiuisti, sed et grandi diligentia seruauisti in penetralibus, scilicet cordis mei; sic Burgensis connectit hos duos versus: sed D. Basilus sic explicat, quod quemadmodum ea quæ

ea quæ inter nos preciosissima sunt, in penetralibus & abditis domus nostræ recõdimus, ne pateat prædonibus, sic vir iustus qui verba Dei thesauros inæstimabiles reputat, in cordis sui penetralibus seruat, ne vel inani vento vanæ gloriæ exulentur, vel à prædatore Diabolo subripiantur. Sunt. n. qui verba Dei ore tenus seruant tamen, prædicant, scribunt, legunt, cum nihil remotius à corde habeant; contra quos Ierem. 12. Prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum, Isa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. In his semen, quod est verbum Dei, cadit secus viam, & concutitur à prætereuntibus, & aues cæli deuorat illud; non enim cecidit semen in locis vbi sulci erant aperti, & terra præparata, id est, in terra culta ad fructificandum. Terra verbi Dei anima est, non caro; cor, non lingua. Quid garrule Christiane, verba Dei ore tenus profers, cum animæ tuæ terra plena sit spinis & tribulis? similis cisternis, & paludibus, qui ripas habent plenas herbis virentibus & diuersi generis floribus, ipse autem referte serpentibus & immunditijs, & lutuosis & salissimis aquis: sic lingua tua lasciuit verbis omni decore rethorum virentibus, intus autem, cisterna plena sparcitijs. Et similis etiam fatuis virginibus, quæ solum in lampadibus sumpserunt oleum, non intus in vasis cordis, sed in exteriori duntaxat apparentia; non igitur in ore, sed in corde seruanda sunt verba Dei. Vnde Dominus Matth. 13. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Phrasîs Scripturæ est, imò idiotismus Hebræus, pretiosa vocare abscondita, ea similitudine qua ea quæ magni pretij sunt, in abditis abscondemus, quæ vero parui facimus, in proparulo dimittimus. Vnde proloquium græcum dimanauit; Hydrja in foribus, hydrjam quæ ex auro est, in triclinijs seratis & clausis

seruamus, Sed hydriam ex luto pro foribus dimit-  
timus, quia neque transeuntes rem tam vilem cō-  
cupiscent, nec si perierit tantum interest. Preciosa  
ergo abscondita dicuntur phrasi Hebræa, unde il-  
*Psal. 16.* lud *Psalmi. 16.* De absconditis tuis adimpletus est  
venter eorum, multi ex Hebræis transferunt de  
thesauris tuis. Chaldaica paraphrasis sic habet:  
Thesaurus tuus bonus adimpleuit te eas eorum,  
ubi thesaurum ponit, ibi septuaginta dicunt absco-  
ditis. Et puella, virgo & incognita virō vocatur  
apud Hebræos, A alma, hoc est abscondita, qua-  
si res maxime estimabilis, quæ in abditis obser-  
uatur. Dicitur ergo verbum Dei thesaurus ab-  
sconditus, id est, maximi pretij, maximè obserua-  
bilis, quod non in foribus, vt hydria, sed in inti-  
mis penetrabilibus cordis obseruari debet. Quare  
optimè dicit noster adolescens: In corde meo ab-  
scondi eloquia tua, id est, quasi thesaurum pretio-  
sum & inestimabilem in abditis viscerum meorū  
*Figura.* recondi, in cuius signum omnia vasa templi erāt  
suis fascijs & coopertotijs abscondita & obserua-  
ta, & aurum & byssus tabernaculi cooperta erant  
pellibus caprinis, quia omnia preciosa etiam  
animæ, obseruata & obseruata, cooperta & ab-  
scondita debent esse.

Vel per hoc significatur, quod verbum Dei erat  
fixum & radicatum in corde eius, non ceciderat  
super petrosā, vbi non poterat radices altas emi-  
tere, sed in terram bonam & optimam, vbi radi-  
ces multas habebat secundum illud Pauli, *Eph.*  
*Ephes. 3.* 3. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem  
Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis pater-  
nitas in cælo & in terra nominatur, vt det vobis  
secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corro-  
borari per spiritum eius in interiori homine, Chri-  
stum habitare per fidem in cordibus vestris, in  
cha-

charitate radicati & fundati, hoc est, habere Chri-  
stum in corde per fidem viuam, quæ per charita-  
tem operatur, quæ occupat non solum intellectū,  
verum etiam voluntatem, quæ significatur per  
cor, est esse in charitate radicatos & fundatos. Ibi  
ergo fixerat Propheta verba Dei, vt neque mors,  
nec vita, nec gladius, nec fames, nec altitudo, nec  
profundum possent diuellere illum à charitate  
Christi. Vnde *Iob. 23.* id faciebat dicens. A manda-  
tis labiorū eius non recessi, & in sinu meo abscon-  
di verba oris eius; sed sapientia abscondita & the-  
saurus inuisus quæ vtilitas in vtriusque ait sapiēs,  
*Eccles. 20.* *Eccles. 20.* Ideo subdit, vt non peccem tibi. Ideo  
mandata & verba tua intus in corde meo recon-  
dita gesto, vt cum opus fuerit ex tali thesauro pro-  
feram, quæ oportet contra peccatum. Hac potissi-  
mum de causa vir iustus in corde recondit verba  
Dei, vt habeat vnde respondeat diabolo, & propel-  
lat illum; sicut Christus Dominus tribus sacræ  
Scripturæ verbis respondit diabolo in deserto, &  
vicit illum, atque à se profligauit & dereruit,  
*Matth. 4.* *Matth. 4.* Sunt enim illi limpidissimi lapides, quos  
de torrente elegit Dauid, & misit in peram pasto-  
ralem, vt inde educens eos, cū illis percuteret Phi-  
listæum. *1. Reg. 16.* *1. Reg. 16.* Sunt enim Dei verba arma ad  
feriendum aduersarium. Nonne verba mea quasi  
ignis, & quasi malleus conterens petram? *Ierem. 23.* *Ierem. 22.*  
*Ierem. 23.* Elige ergo tibi de torrente Scripturarū aliquot  
sententias, & absconde in pera pastorali, hoc est  
in interioribus carnis tuæ, in corde scilicet, &  
anima; vt cum aduersarius aduersus te steterit,  
de corde exeras verba Dei, quibus eum ferias &  
eneces. Deberet enim orthodoxus quisque ex his  
quæ in contionibus audiuit, legit, vel meditatus  
est, aliquot verba in armarolo suæ memoriæ ser-  
uare, & quasi fasciculos ex eis facere, quibus cōtra rē-  
tiones,

*Cant. 1.  
Simile.*

*Quid sit  
inuenire  
cor.*

*2.Reg.7.*

*Interpre-  
tes alia  
viaproce-  
dunt.*

*Matt.7.*

tationes, & diabolicas suggestiones se defendat. Recurrat ad cor, & ibi inueniet quid aduersario respondeat. Vnde spōsa Can. 1. Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Solent mulierculæ odoriferos flores in fasciculos alligare, ac inter vbera ponere, vt ad eas accedentes fragrantia boni odoris afficiantur; sic anima deuota & veri Christi sponsa debet, vt diximus, ex Dei verbis fasciculos cōponere, ac inter viscera ponere, vt accedentes ad se aduersarios procul tali odore, veluti serpentes, depellat. Bene ergo dicit Propheta, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et hoc est habere præparatū cor ad Deum, vt semper inueniat in eo quid in oratione proferat, vel meditetur. 2. Reg. 7. dixit Dauid orans. Propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te. Nihil fugatius humano corde, nisi sanctis considerationibus retineatur; qui autem eis habet refertum cor, habet præparatum, & ideo facile inueniet illud ad orādum; habet enim cor domi in se ipso talibus fragrans meditationibus, non foris vagans: qui autem custodiuit inuenit, vt dicitur in prouerbio Hispano (quiem guardo, hallo) quia ergo isti custodiunt verba Dei in corde, cum opus est inueniunt eor, quod sanctis meditationibus in officio domi continetur, velur alter Iacob, & ideo surripit benedictionem, quia citius inuenitur coram Deo quam Esau vagans, & erga plurima distractus.

Ceterum quoniam omnes interpretes alia via procedūt, operepretiū existimauī, & eorum addere sententiam: dicunt enim, q̄ multotiens oportet abscondere verbum Dei nec illud exerere, vel proloqui, quando scilicet, non est admittendum vt verè verbum Dei, sed contēptui habēdum; quod Dominus docuit, Matt. 7. dicens, Nolite sanctū dare cani-

canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disfrumpant vos, quod Dominus Ezech. 3. cap. his verbis manifestauit. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est: hoc est, quia conculcant verba tua vt porci, insuper aduersum te vertuntur, & in vinculis ligant, ne loquaris eis verbum, nec vitia carpas, quia non sunt digni verbis meis, & linguam tuam adhærere faciam palato tuo, Quod etiam eis comminatur Isaia 5. Nubibus meis mandabo ne pluant super eos. nubes autem prædicatores sunt, vt ipsemet Propheta. cap. 60. eos vocat dicens, Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Et Amos 8. Mittam famem in terram, non famem panis nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Cum ergo sermonis Dei prædicatores viderint homines contemptores verbi Dei, quibus non solum proficit, verum officit veritas, deteriores que facit, memores sint illius sententiæ Prophetæ Amos cap. 4. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quoniam tempus malum est. Vide Diuum Gregorium 22. moral. cap. 6. & 3. part. pastor. admonitione. 15. &c. Abscondit ergo Propheta interdum eloquia Dei in corde, nec exerere lingua audeat, ne iniuriam afferat verbo Dei propter auditorum malitiam.



## VERSUS QUARTVS.

*Benedictus es Domine, doce me iustificaciones tuas.*

**N**on sufficit dispositio quā homo ex se facit, nisi praesto sit auxilium diuinū: cū ergo homo fecerit quod in se est corrigendo viam per declinationem à malo, & adherendo bono, inquirēdo, & seruando, seruando mādata Dei, adhuc desiderat Dei operam, quā in obseruatione eorum instruat, eo modo quo iustificetur, id est, doce me sic seruare mandata tua, vt iustitiam, quā ex Deo est, per eorum obseruationem cōsequar. Hanc ego ipse meditatus sum interpretationem, licet aliquo modo videatur hic eam insinuarē D. Aug. pro quo notandum est, q̄ vt colligitur ex doctrina D. Pauli in tota epistola ad Romanos, ad hoc quod homo iustificetur eā iustitia quā coram Deo iustitia est, id est, ea quē verē reddit animam iustam & acceptā Deo, non sufficiunt opera ipsius hominis, etiam si quo ad substantiam sint iusta & moraliter bona, sed requiritur quōd fiat in fide & charitate Christi, per auxilium supernaturale, & speciale Dei: itaq; etiā si quis seruet praecepta omnia legis, nisi modo supra dicto serauerit, non imputatur ei eorū obseruatio ad iustitiam coram Deo: & hoc est argumentum epistolae ad Romanos, in qua Diuus Paulus differit contra existimantes, quōd opera legis quatenus procedebāt à voluntate hominis absq; alia relatione ad supernaturalia, & absq; speciali auxilio Dei, ea iustificabant: & optimis argumentis probat hoc esse falsum, distinguens duplicem iustitiam, alteram secundum homines, alteram secundum

*August.  
Paulus.*

dum Deum. Qui ex viribus naturae absque supernaturali auxilio operatur bona moraliter, est iustus, non quidē coram Deo, sed coram hominibus, est enim imbutus habitu iustitiae, à quo potest denominari iustus, vt multi Philosophi: sicut qui est imbutus habitu scientiae, vocatur sciens: sed tamen talis non est simpliciter iustus, quia coram Deo iustificatus non est: est quidem iustus iustitia hominum, sed non iustitia Dei: quod Pau. Rom. 4. sicclare asseuerat dicens. Si ergo Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. & cap. 10. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Vbi hanc duplicem iustitiam vides, aliam Dei, aliam hominis. Sola autem Dei iustitia iustificat, iustitia autem Dei est iustitia Christi, quae nobis communicatur per fidem charitate formatam: sic Paulus 2. Cor. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso: id est, quōd Deus pater filium suū, qui nunquam experientia alicuius criminis peccatum nouit, pro nobis fecit peccatum, hoc est hostiam pro peccato. Scriptura enim sacra hostiam pro peccato vocat peccatum, iuxta illud Osee 4. Peccata populi mei comedent sacerdotes, hoc est hostias & oblationes quae offeruntur pro peccatis. Fecit ergo Deus Iesum hostiam pro peccatis diffiniendo & praecipiendo homini Christo, vt se in ara crucis offerret in sacrificium & hostiam pro peccatis, & etiam vtendo humana natura sibi vnita personaliter tanquam organo coniuncto (eo modo quo nos vtimur lingua, aut manu) vtendo inquam illa pro materia sacrificij ad reconciliandū nos Deo, & hoc ideo, vt nos efficeremur iustitia Dei in illo. Iustitia Dei in Christo, est ipsum meritum Christi sufficientissimum ad satisfaciendum

*Rom. 4.*

*Et c. 10.*

*Sola iustitia Dei iustificat*  
*2. Cor. 5.*

*Diuina scriptura hostiam pro peccato vocat peccatum.*  
*Osee 4.*

pro

pro peccatis nostris, & ad iustificandū nos: dicitur autem iustitia Dei, & quia est Dei personaliter, & quia apud diuinū tribunal est vera iustitia, ad differentiam nostrarum iusticiarum, quæ coram Deo sunt sicut pannus menstruata. Cum ergo cōmunicatur nobis Christi meritū, tunc efficitur iustitia Dei in Christo, quia efficitur iusti nō iustitia propria, hoc est ex proprijs viribus, sed Christi cōmunicata nobis. Nam si efficitur iusti coram Deo, est ex merito & recōciliatione Christi: hæc autē satisfactio, & hæc merita Christi non communicantur nobis nisi per fidem charitate formatam. De qua loquitur Paulus Rom. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hæc autē iustitia est, quæ verè coram Deo iustificat, & de iniusto iustum facit: de qua diffinit Paulus, q̄ nulla merita præcedentia hanc primam iustitiam efficiunt, sed merè gratis nobis conceditur per Christum, licet postea nos adepti iam ista iustitia & gratia Christi, per opera nostra bona mereamur eius incrementum. Sumus ergo iusti iustitia Christi, non quidem ea, quæ est in Christo formaliter & nō in nobis, sed ea iustitia quam efficit Christus in nobis efficienter, in hæret autem formaliter in nobis: sicut aer est lucidus per lumen solis, non per illud quod est in sole & non in aere, sed per lumen quod est formaliter in hærens aeri, licet sit efficienter cōmunicatum à sole; vt in Concil. Trid. Sessio. 6. c. 8. diffinitum est cōtra hos nouos hæreticos. His præmissis dico q̄ hanc iustitiam petit Propheta in hoc versu, aliquid enim eximium & singulare in eo petit, scire autē quomodo cūq; iustificationes Dei, non est quid magnum, præcipuè cū ipse iam dixerit supra q̄ didicerit omnia iudicia iustitiæ Dei: quid ergo modo poscit doceri, si antea didicerit: poscit ergo quid eximium & singulare, scilicet, scire,

& ex.

Rom. 4.

Concilio  
Triden.

& experiri Dei iustificationes eo modo quo iusti sciunt, hoc modo prædicto supernaturali in fide & dilectione Christi iustificatoris nostri, vnde prius blāditur Deo dicens. Benedictus es Domine, nam quando aliquid eximium volumus ab hominibus expolcere, prius eis blandimur & assentamur, vt cōcedant: volebat petere hanc grandem rem propheta à Deo, prius ei blanditur dicens. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, id est, instrue me seruare mandata tua, eo modo quo seruata iustificanc. Hæc est enim scientia sanctorum, de qua dicitur Sap. 10. Et dedit illi scientiam sanctorum, eam scilicet notitiam practicam exequutiua mandatorum Dei, quæ eos sanctos efficit. Hunc altiorē sensum huic versui accommodauimus, quia certè existimo id voluisse Prophetam intelligere petendo tam obnixè Deum vt suas iustificationes doceret: & quia hæc mysteria, quæ ad Christum Dominum atinent, in Psalmis maximè recondita sunt, quid mirum si vbicunq; huius thesauri venam reperimus, per considerationem in ea fodientes, quidquid inuenerimus pandamus? præcipuè cum beatus Augustinus hunc sensum videatur insinuare dicens, quoniam in Psal. 83. legitur. Benedictionem dabit qui legem dedit, cum dicit: etenim benedictionem dabit legislator, ideo benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, quia enim in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi: scilicet legem dedisti, da etiam benedictionem gratiæ, vt faciendo discam quod intima do iussisti, vbi insinuat August. Prophetam petere obseruationē mandatorum Dei, per gratiam Christi. Quæ obseruatio est, quæ iustificat. Burgenfis tamen clarius videtur hunc insinuare sensum: sed notandum est, quod dicit: benedictus es Dñe, & statim postulat, doce me iustificationes tuas: nam

qui

Sap. 10.

August.

August.

qui de acceptis beneficijs gratus extitit, maiora & plura meretur percipere, ſecundum quod in qua dā collecta dicit Eccleſia: vt de perceptis muneribus gratias referētes, beneficia potiora ſumamus;

VERSVS QVINTVS.

In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui .

**V**T tenacius præcepta Dei memoria & voluntati in hæreant, opus eſt ea proloqui & eſſari non ſolum in corde, verum etiam in ore verſare, quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Licet D. Ambroſ. & Caſſiod. & alij hūc verſum de prædicatoribus interpretentur, qui poſtquam imbuti fuerint diuinis præceptis & intelligentijs, ea exerere alijs non formident. Sed aduertendum hoc dixiſſe Prophetam, poſtquam ſaſſus fuerat ſe didiciſſe iudicia iuſtitia Dei, in toto corde exquiſiſſe, atq; viſceribus recondiſſe; itaque poſtquam impletos intellectum & voluntatem hac diuina ſcientia fatetur, tunc pronunſiaſſe ea dicit: quia nimirum verus Dei verbi prædicator, prius totam animam ſuam imbuere, & ſaginare debet diuinis inſtitutis, quam alios doceat, itaq; ea quæ ſuperabundant miniſtret alijs, exemplo Chriſti Domini, qui poſtquam ſaturatæ ſunt turbæ, præcepit colligi fragmenta, ne perirent, ſed pauperibus erogarentur, vt moris erat apud illum. Poſtquam ſatiatam habueris animam, ea quæ ſuperabundant miniſtra. Vnde Pſal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Hoc eſt ſaginetur prius anima mea, diuinis

Ambroſ.  
Caſſiod.

Ioan. 6.

Pſal. 62.

uinis conſolationibus repleatur, fiatq; ſicut adeps, qui ex ſuperabundantia pinguedinis liqueſcit, & diſſilatur. Deinde quod ex nimietate ceciderit, in aliorum uſum conuertat; id eſt dicere, verus verbi Dei concionator, prius ſit operum quæ docet factor, exemplo ſui magiſtri, qui prius cœpit face-re, deinde docere. Vnde D. Bernar. dicit quod non debet eſſe prædicator ſicut regula, quæ ſtatim vt recipit aquam, eam emittit; ſed ſicut olla, vel chœca, quæ prius ipſa repletur aqua, quam effundat; aliàs conringet illis quod de vxore Loth legitur, quæ verſa eſt in ſtatuum ſalis, Gen. 19. & animalia quæ præteribant lambientes ſalem reſiciebantur, ipſa ſtatua fixa permanebat: ſic prædicatores qui dicunt & non faciunt, ſi veritatem prædicant, ſal terræ ſunt, vt dicit Dominus Marth. 5. Sed tamen alij lambunt ſal, ipſi verò ſtatua perſeuerant, quia nihil eis ſed alijs proficit, ſimilitudinemq; tantum gerunt in dictis, non ipſam veritatem in factis, cū ſe ad operam non moueant, ſed immobiles in ſua repiditate perſiſtant. De quibus dicitur Iob. 9. Cuius meſſem famelicus comeder, vt bene ibidem adnotauit Gregorius, quod alij qui eſuriunt verbum Dei meſſem peſſimi prædicatoris comedunt, nam ex eorum labore proficiunt, ipſi ſine fructu permanentibus. Quare Diuus Gregorius 19. moral. c. 5. dicit; Lex quippe eſt ipſis prædicatoribus poſita, vt viuendo impleant quod loquendo ſuadere feſtinant, nam loquendi autoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur. Fingebant autem qui celeberrimum illum poetam Homerum, tanquam ebrium ab ore euomētē carmina, & alios poetas inde in ſuis vaſis colligentes. Sic ſic prædicatori contingat, ex vbertate nimia, qua repletus eſt diuinarum rerū, alij colligant, nam quod euominatur, ſuperabundat. Vnde Pſal. 44. Eructauit cor meum

Bernar.

Simile.

Figura.

Gen. 19.

Matt. 5.

Iob. 9.

Gregor.

Simile.

Pſal. 44.

*Prou. 30* meum verbū bonum, ructus enim ex superabundantia ciborū emittitur. Quare Salomō Prou. 30. Verba congregantis filij vomentis. prius congregat doctor, deinde cōgregata euomat. Et Prou. 5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui, & deinde deriuentur aqua tua foras, postquam biberis tu, & pecora tua, & tuam irrigaueris domū hoc cœlesti rore, tunc deriuetur aqua tua foras, & alios tuā feracitatis participes efficere poteris.

Sed aduertendum, est quod dicit, pronunciaui, non docui, quia prædicator verba exteriùs pronunciaré, sed audientis mentem docere non potest, vt docet Gregorius 19. moral. cap. 16. Quilibet prædicator verba auribus dare potest, corda verò aperire non potest, & nisi per internā gratiam solus omnipotens Deus prædicantium verbis ad corda audientium aditum præstet, in cassum prædicator aure audientis percipitur, quia peruenire ad intima à surdo corde prohibetur, &c. Quod notans Psalmista non ait, docui, sed pronunciaui. Vnde Acto. 16. dicitur quod credidit Lidia purpuraria, cuius Dominus aperuit cor. Prædicauerat quidem Paulus, sed non ipse corda ad credendum mouebat, sed Deus. Et ipse Paulus 1. Thessal. 2. ait; Cūm accepissetis verbum auditus Dei; accepistis illud non sicut verbum hominis, sed sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Ipsi Deo attribuit opus credendi, nam fides (vt alibi ait Paulus) est donum Dei. Quare cōparatur prædicator piscatori, qui retia quidem explicat in mari, ventus autem est qui pisces ad retia trahit; explicat prædicator retia Euangelij, non tamen ipse trahit credentes & operantes, sed flatus Spiritus sancti, qui à principio ferebatur super aquas. Vnde Paulus 1. Corinth. 3. Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit,

*Acto. 16.* dicitur quod credidit Lidia purpuraria, cuius Dominus aperuit cor. Prædicauerat quidem Paulus, sed non ipse corda ad credendum mouebat, sed Deus. Et ipse Paulus 1. Thessal. 2. ait; Cūm accepissetis verbum auditus Dei; accepistis illud non sicut verbum hominis, sed sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Ipsi Deo attribuit opus credendi, nam fides (vt alibi ait Paulus) est donum Dei. Quare cōparatur prædicator piscatori, qui retia quidem explicat in mari, ventus autem est qui pisces ad retia trahit; explicat prædicator retia Euangelij, non tamen ipse trahit credentes & operantes, sed flatus Spiritus sancti, qui à principio ferebatur super aquas. Vnde Paulus 1. Corinth. 3. Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit,

*1. Thess. 2.* ait; Cūm accepissetis verbum auditus Dei; accepistis illud non sicut verbum hominis, sed sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Ipsi Deo attribuit opus credendi, nam fides (vt alibi ait Paulus) est donum Dei. Quare cōparatur prædicator piscatori, qui retia quidem explicat in mari, ventus autem est qui pisces ad retia trahit; explicat prædicator retia Euangelij, non tamen ipse trahit credentes & operantes, sed flatus Spiritus sancti, qui à principio ferebatur super aquas. Vnde Paulus 1. Corinth. 3. Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit,

adit. Itaque nec qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

(In labijs meis.) Qui dixerat in corde suo eloquia Dei habere recondita, operæ premium erat vt labia exererent quod in corde absconditum habebat. Debent enim labia consonare cordi, & illi concinna esse, aliàs vel labia, vel cor mentirentur. Quod beatus pater Augustinus his verbis docet super Psalm. 39. Dicant labia quod habet cor, habeat cor quod dicunt labia, habeant labia quod credit cor, consentiant labia cordi tuo, quærens pacem à Deo, tibi ipsi esto pacatus, non sit inter os tuum, & cor tuum mala rixa. Vnde ibi Psalmista, Et legem tuam in medio cordis mei, labia mea non prohibebo Domine, tu scisti. Exterior quippè confessio fidei, tempore necessitatis in præcepto est; corde enim creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem, vt dicitur Romano-  
*Rom. 10.* rum 10. Sed Diuus Augustinus, & Diuus Ambrosius magnam hinc mouent difficultatē & longam, quomodo Psalmista ausus fuerit dicere pronunciaisse in labijs suis omnia iudicia oris Dei. Nunquid non iudicia Dei abyssus multa? *Psalm. 35.* Psalm. 35. nunquid non Paulus clamat Romano-  
*Rom. 11* rum. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Et Dominus Ioan. 16. ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quomodo ergo Dauid omnia iudicia Dei prorulit; comprehendit ne quod incomprehensibile est? Sed facile non dicit omnia iudicia Dei protulisse, sed iudicia oris sui, hoc est ea duntaxat quæ ipsemet Deus ore suo nobis reuelauit, & voluit palàm fieri,

*D. Aug.*

*Psalm. 39.*

*Rom. 10.*

*Questio*

*D. Aug.*

*et D. Am*

*brof.*

*Psalm. 35.*

*Rom. 11*

*Ioan. 16*

*Solutio*

*questio-*

*nis.*



xi, ea etiam labijs suis reserauit Propheta. Licet ergo per *emphasim* hæc dicta intelligam, cum dicat protulisse omnia iudicia oris Dei, ac si Propheta sic penderet ab ore Dei, vt verba omnia quæ ab illo cecidissent veluti gemmas & margaritas colligeret, & in cordis intimo reponderet, vt postea summo cum gaudio etiam alijs propalaret. Ipse enim propheta alibi dicit, Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Optimus discipulus, qui ab ore magistri pender, placidam quæ & attentissimam aurem eius verbis accommodat. Quod Fabius Quintilianus optimus oratorum magister in libro suarum institutionum his verbis docet. Pendeat, inquit, ex iudicio præceptoris discipulus, atque id rectè dixisse putet, quod ab eo prolabitur: vultum præceptoris intueatur cum audit, & cum aliquid ipse dicit, absit à timore discipulus, & à bona de seipso persuasione, ex magistri iudicio discat & dicat.

Psal. 84.

Quintilianus.

## VERSUS SEXTVS.

*In via testimoniorum tuorum delectatus sum,  
sicut in omnibus diuitijs.*

**E**X pluribus consimilibus actibus (aitunt Philosophi) generatur habitus, qui autem ex habitu operatur, promptè & delectabiliter operatur. Delectatio autem (ait Philosophus) perficit operationem, sicut decor iuuentutem. Qui ergo tot modis mandata Domini meditatatur, ea in corde recondit, opere adimplet, verbis effatur, quid mirum si ex tot consimilibus actibus habitum generet, qui promptè, & delectabiliter eum faciat operari, & dicat:

dicat: in via testimoniorum tuorum delectatus sum? Hoc est in executione mandatorum tuorum, quæ ex consuetudine versa est mihi in naturam. Operationes autem naturales delectabiles sunt. Nam vt Philosophus in moralibus docet, delectationes sunt propter operationes, vnde operationibus magis necessarijs maiores delectationes sagax natura apposuit, vt eas iucundius homines exequerentur, vt patet in sumptione cibi, qui ad conseruationem indiuidui pertinet; & in actu generationis, qui ad conseruationem speciei humanæ ordinatur. Hæc autem philosophia vera est sed infima, nec in ea sistere debet spiritualis homo, sed ad altiora auolare. Amor diuinus qui charitas dicitur, hic delectabiles facit operationes; ea enim quæ magis voluntariè operamur, iucundius & delectabilius operamur. Quid autem magis voluntarium, quam amor, qui est propensio voluntatis in rem amatam? Quia ergo iustus ex charitate operatur, hinc est quod delectabiliter & iucundissime operatur. Vnde in Canticis Salomonis, vbi isti diuini amores describuntur, omnia quæ ibi narrantur ad iucunditatem & delectationem pertinent, scilicet vnguenta, flores, horti, vineæ, ligna pomifera, fragrantés rosæ, vinum conditum, fauus mellis, lac, pulchritudo, & cætera omnia quæ ad delectationem & iucunditatem pertinent, ad insinuandum quod amor est parens omnium rerum delectabilium & iucunditatem afferentium. Vnde amor non omnino secum comparitur tristitiam, adeo quod ipsa mors amanti sit delectabilis, vt in martyribus videre est perspicuum. Imò inter ipsa dura tormenta iubila & mirabiles consolationes experiebantur. Dicat ergo iustus; Lætabor ego super eloquia tua, id est, amore exequor, & ideo affectus

Aristot.

Amor parens omnium rerum delectabilium.

fectus semper sum lætitia. Ideò quippè (ait Beatus Augustinus) quòd iugum nouæ legis sit suauē, quoniam lex noua est lex amoris, amor autem omnia suauia reddit. Vnde sancti lætissimam & iucundam vitam agebant. Sic Paulus

*2. Cor. 7.* 2. Corinthiorum 7. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio; & Actor. cap. 17. Implens lætitia corda eorum, quare nos admonuit. 2. Corinthiorum 9. vt læti & hylares operemur bona, quasi tunc ex amore & charitate fierent opera, quando cum lætitia & exultatione fiunt, non ex tristitia, aut necessitate, ait, hylarem enim datorem diligit Deus, & Ecclesiast. 35. Fili in omni dato hylarem fac vultum tuum. Sed qualis vel quanta est iucunditas tua, ò Propheta Dei? indica nobis si potes. Sicut in omnibus diuitijs. Similitudo hæc non adæquat rem comparatam, maiores quippè sūt delectationes spirituales quàm corporales, etiam quæ dicuntur naturales, vt dicunt philosophi; & multò pluris habenda delectatio supernaturalis, quam vir iustus ambulans in via Dei experitur. Aristoteles dicit quòd minimum de diuinis desiderabilius est, & maioris etiam æstimationis, quàm multum de rebus creatis. vnde Proverb. 3. Pretiosior est cunctis opibus, & omne desiderabile huic non valet comparari. Sed quoniam nos res sensibiles non transcendimus, ex eis venamur has similitudines, & certè inter omnia concupiscibilia sensus, pecunia maximè rapit affectum, vnde eam facit Paulus 1. Timotheum 6. radicem omnium malorum. Et ratio huius est, quoniam appetitus beatitudinis supremum locum occupat inter omnia appetibilia (vt à principio huius Psalmi ex Diuo Augustino retulimus) pecunia autem maximam similitudinem habet cum beatitudine, beatitudo

titudo autem status est omnium bonorum, in quo nihil quod concupiscitur deest beato: inter omnia verò sensibilia, pecunia est quæ omnia desiderabilia aucupat, est enim pretium omnium rerum; & sic intelligitur ad literam illud Ecclesiastic. 10. Pecuniæ obediunt omnia. quia omnia concupita sensibilia per pecuniam habentur. Quare cum hanc similitudinem habeat cum beatitudine, mutuatur etiam ab illa aliam proprietatem beatitudinis, quæ est rapere maximè & trahere ad se affectum, vnde inter sensibilia nihil tam concupitum, sicut pecuniæ. Altissima ergo est similitudo, quomodo sicut inter sensibilia qui possidet diuitias, omnia possidet, cum omnia obediunt pecuniæ; multò magis inter spirituales delectationes, qui Deum possidet omnia possidet, & verè beatus est hic in spe, & in futuro in re, quidquid enim desiderari potest, in Deo inueniet. Vnde Sapientiæ 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, infinitus enim thesaurus est hominibus. & capite 8. Si diuitiæ appetuntur in vita, quid sapientiæ locupletius, quæ operatur omnia? & si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes, sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, quibus vilius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita & de futuris estimat: signa & monstrat antequam fiant, & euentus temporum & seculorum, scit versutias sermonum & dissolutiones argumentorum. Habèbo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis: & multa alia quæ ibi dicit de sapientia diuina, quæ est ipse Deus. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuersus illius.

H 3 lius,

lius, sed lætitiā & gaudium. Omnia ergo bona possidentur cum Deo, quem possidet iustus qui seruat eius mandata, vnde Paulus iustis 1. Corinthiorum 3. omnia (ait) vestra sunt. Quod intelligens beatus pater Franciscus hoc solum in oratione proferbat per integram noctem, Deus meus & omnia mea, Deus meus & omnia mea. Et Paulus 1. Corinthiorum 1. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei nostri, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo & omni scientia, ita vt nihil vobis desit &c. Quod si legeris. D. Tho. 2. quæstione 8. 2. articulo vltimo, inuenies quod lætitia est effectus deuotionis per se, cõ quod oritur ex termino ad quem, hoc est ex Dei consideratione, qui est terminus ad quem tendit animus deuotione promptus & alacer. Dei autem consideratio delectationem patit secundum illud Psalmi 76. Memor fui Dei, & delectatus sum. quare ex tot rationibus diligens mandatorum Dei obseruatio delectationem & iucunditatem gignit; idcirco merito Propheta dicit; In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs.

*D. Aug. Altrior expositio* Diuus tamen Augustinus adhuc altius locum istum interpretatur, dicens; Viam testimoniorum Dei, nihil verius, nihil certius, nihil breuius, nihil grandius intelligimus quam Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, vt dicitur ad Colossenses 2. Inde iste ait se iucundatum in hac via, sicut in omnibus diuitijs. Testimonia quippè Dei sunt, quibus quantum nos diligit probare nobis dignatur, commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; Romanorum 5. Cum ergo

ergo ipse dicat, Ego sum via. Ioannis 14. & humilitas eius carnalis natiuitatis atque passionis, *Ioan. 14.* euidentia sint testimonia diuinæ erga nos dilectionis, pròculdubio via testimoniorum Dei, Christus est. Hæc Augustinus. Itaque vult dicere Diuus Augustinus, quod quæ Christus (qui via dicitur) in carne pro nobis perpeffus est, euidentia testimonia sunt quod nos diligit. Vnde crux eius, flagella, spinæ, clauis, lancea, acetum, sputa, alapæ, cæteraque tormenta, quæ pro nobis tulit, maximam fidem sui amoris nobis faciunt, imò & euidentiam; nam nullum fortius euidentiùve testimonium amoris est, quam damnum perpeti propter amicum, cætera enim, quæ te non tangunt, non tantam faciunt fidem tui erga me amoris, quam ea quæ tu ipse patieris. Vnde nihil fuit satis diabolo, vt crederet, quod Iob diligeret Deum, nisi in seipso, in sua carne aliquid pareretur. Perdiderat quidem omnem rem familiarem eius, oues, asinos, camelos, subuerterat domum, opprefferat filios, & nihilominus constans in tot aduersis nihil stultum protulit contra Deum: operæ prærium videbatur, vt iam diabolus eius innocentia contentus eam fareretur. Sed cum Dominus ei rursum dixisset; nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis super terram, simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo; & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Respondit adhuc pertinax & incredulus Satan; Pelle pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit pro anima sua; alioquin mitte manum tuam & tange os eius, & carnem, & videbis quod in faciem benedicat tibi. Pelle pro pelle, hoc est vitam suam ante

ponet homo vitæ vxoris & filiorum & omnium, quantumvis coniunctorum; potiusque patietur, vt pelles illorum pariantur quam sua, tanta vis est proprii amoris. Sed cum Dominus copiam Satan fecisset, vt id faceret, percussissetque Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem capitis, ita vt testa saniem raderet sedens in sterquilinio, eumque integrum constantemque gratias adhuc agentem Deo vidisset, confusus conuictusque tanta innocentia abiit. Nullum enim efficacius testimonium veræ amicitia est, quam aliquid perpeti propter amicum. Vnde Sapiens Proverbiorum 12. Qui negligit damnum propter amicum, hic iustus est; & Paulus Hebræorum 12. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis; id est, nondum manifesta inditia vestrae charitatis exhibuistis, cum adhuc nihil propter amicum passiestis. Ad propositum ergo, multa quidem & maxima beneficia à diuina bonitate acceperat homo, quæ testimonium certissimum dabant eius erga hominem benevolentia; ex nihilo enim condiderat eum, super omnia opera manuum eius constituerat, in paradiso voluptatis collocauerat, capacem sui fecerat, & compotem suimet & suarum actionum, aliaque innumera ei contulerat beneficia; sed hæc quidnam damni Deo afferebant? Quid impendit, aut laboris, vel doloris addiderant? Ipse dixerat, & facta sunt, præter verba nullos alios sumptus fecit: at postquam nostra indurus carne mortali, dolores & patibulum tulit, & à planta pedis vsque ad verticem capitis, velut alter Iob, percussus est; iam maiora testimonia accepit, homo tanti ac tam diuini amoris. Hæc ergo testimonia maximo gaudio iustum afficiunt, & idcirco dicit; In via testimoniorum tuorum dele-

*Nullum amicitia effica-  
cuis testi-  
monium quâ ali-  
quid per-  
peti pro  
amico.  
Prou. 12  
ad Heb.  
12.*

*Gen. 1.*

delectatus sum, hoc est in Christo, quia via est & testimonium euidentis tui erga hominem amoris. Per hæc enim testimonia ait Augustinus, quæ in illo videmus implera, etiam futura erga nos, quæ sempiterna promissa sunt, expectamus & speramus implenda: qui enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo & non cum illo omnia nobis donabit? Romanorum 8.

*D. Aug.*

VERSVS SEPTIMVS.

*In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.*

**O**perationes delectabiles frequentius operamur, quam alias iucunditatis expertes. Cum ergo iustus se maxima lætitia affici in Dei mandatis fastus fuerit: quid mirum si in re tam delectabili & sibi iucundissima frequentissime exerceat? Vnde dicit: (In mandatis tuis exercebor.) Præterea, qui ex habitu operatur, crebrius etiam operatur, rapimur enim ad solita, nec ita insolita frequentare gaudemus, præcipue quod qui ex habitu operatur, per modum naturæ operatur, quæ nūquam à suis operationibus conquiescit, semper enim ignis comburit & illuminat, & aqua infrigidat, & sol lucet, cælum mouetur: & quia habitus est sicut parens, operationes vt soboles, cum ergo generans sit præsens, quid mirum si soboles frequenter appareat?

Sed obserua, quod cum sint duæ iusticiæ partes, nempe declinare à malo & facere bonum, primum est discessio à termino à quo, secundum autem

*Dua iusticia partes, declinare à malo & facere bonum.*

autem accessio ad terminum ad quem. Itaque qui mouetur, prius discedit à termino à quo, deinde per motum acquirit terminum ad quem; vt in motu locali magis manifestum est: si enim ab hoc pariete ad illum moueri vis; prius discedis ab hoc pariete, deinde per motum localem accedis ad alium, itaque non satis esset discessio ab hoc pariete, si statim quiesceres & non mouereris versus alium. Similiter in motibus animæ prius est discedere à termino à quo, quod fit per declinationem à malo, per quam deseritur peccatum: sed neque hoc sufficit ad completam iustitiam, nisi per motum, nempe per exercitium mandatorum Dei & bonarum operationum moueatis versus terminum ad quem, qui est Deus. Vnde non satis est, vt saluus fias, quod non pecces, nisi etiam bona opera cum oportet & valeas, exerceas.

*Isaia i.* Quare dicitur *Isaia i.* Quiescite agere peruersi, discite benefacere. quasi vtrumque necessarium sit, & neminem lædere, & quibus oportuerit benefacere. Multos homines inuenies, qui nemini vnquam iniuriam fecere, neminem damno affecerunt, nec vitam, nec substantiam, nec uxorem, nec famam alicuius vsquam per iniuriam abstulerunt: tamen nec bonum alicui fecerunt vnquam, nec vsui sunt proximis, nec in temporalibus, nec in spiritualibus, & mundis perfectionis ignarum tales statim catalogo sanctorum ascribit, cum tamen dimidium facti teneant, potissimaque pars iustitiæ eis desit, quæ est facere bonum. Quapropter ego valde eos timo, imò plusquam alios. Nam qui male faciunt, eorum mala opera conscientiam eorum accusant, nec eos securos vivere patiuntur: isti vero, quia nemini nocent, nec aliquem lacessunt iniuria, securi viuunt, iamque metam perfectionis se existimant attingisse,

gisse, cum tamen solum discessum fecerint, nec accessum prosequantur. Contra quos Dominus, *Apoc. 3.* Vinam frigidis esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Aqua tepida aliquid habet caloris, licet minimum, & ideo non patitur eam stomachus, quia nec cum calore, nec cum frigiditate satis conuenit: sic isti partim habent admixtum iustitiæ, nempe declinare à malo dumtaxat, ceterum nec cum frigidis, nec cum calidis conueniunt, quia nec opera charitatis exercent, nec se tanquam peccatores agnoscunt: idcirco non eos patitur Deus sed euomit, quia nec tanquam iusti operantur bona, nec tanquam peccatores cognoscunt mala. In vltima retributione post fulminatam terribilem illam sententiam contra impios ab omnium iudice Christo, *Mat. 25* Ite maledicti in ignem æternum, nullam aliam rationem tam rigidæ sententiæ contra eos adducit iudex, nisi quia bona opera non fecerunt: non enim dicit, adulteri fuistis, homicidæ, blasphemæ, fures: sed esturi & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis bibere: hospes eram, & non collegistis me: infirmus & in carcere, & non visitastis me: quia quoties vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Ecce quam præcipua pars iustitiæ est facere bonum. Iusto ergo non satis est declinare à malo, nec dixisse, abscondisse in corde eloquia Dei, vt non peccaret, nisi simul adderet accessum ad terminum ad quem per exercitium virtutum & obseruationis mandatorum Dei, & diceret: In mandatis tuis exercebor. Exercitium in corporalibus, aiunt medici, & efficit & conseruat salutem, in debilibus enim excitat calorem emortuum, & per membra disperdit, vt viuificentur, in his qui recta valetudine gaudent, eam conseruat,

*Apoc. 3.**Mat. 25**Simile.*

seruat, nam malos humores consumit, & bonas vires suscitatur ut praeualeant, faecesque & alia melius egeruntur. In spiritualibus bonorum operum exercitium maxime confert, nam per ea imbecillibus deuotio penè extincta excitatur, atque per animae potentias dispersitur, ut viuificentur: perfectis augetur calor, scilicet charitas, quae per exercitium bonorum operum coalescit, secundum illud celeberrimum dictum Diui Augustini: Charitas meretur augeti, ut aucta mereatur & perfici: deinde faeces immunditiaeque melius egeruntur, nam per talia exercitia maxime declinatur à peccatis, & ea minora quae non possunt euitari, per talem feruorem charitatis & exercitium bonorum operum delentur. Denique expertos in hac re aduoco testes, quantum emolumenti per talia exercitia experiantur in dies in se ipsis. Dicat ergo iustus: In mandatis tuis exercebor. Mandata Dei amoris & pietatis sunt, qui ergo in executione mandatorum Dei exercentur, operibus pietatis vacant. Vnde Paulus 1. Timoth. 4. Exerce te ipsum ad pietatem, nam exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia, promissionem habens vitae quae nunc est, & futurae. Et Iacobi 3. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem haec est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Et Isaiæ 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Et alijs huiusmodi testimonijs referta est omnis scriptura.

*D. Aug.* Sed notandum, quod D. Augustinus legit: in mandatis tuis garram, vel de mandatis tuis loquar: cuius diuersitatis est in causa verbum Graecum quod hic

hic est adulescens, quod Latini nonnulli interpretantur garram, vel loquar, alij vero exercebor; sed in idem recidit loquar, vel exercebor; nam etiam saepe loquendo de mandatis Dei, exercebor in eis iustus, eo modo loquendi quo dicitur scientia exercitari in loquendo, in disputando. Sic Dei seruus debet se exercere in mandatis Dei disputando de illis, non dubitationis gratia, sed ad confutandos haereticos errores, secundum illud Paul. ad Titum 1. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Et 1. Petr. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est spe. Itaque oportet seruum Dei aliquando exerceri in disputationibus legis Dei, ut & possit de ea rationem reddere cum exquiritur, docere indoctos, rebelles & contradicentes reuincere. Diuus Thom. 2. 2. quaest. 2. artic. 10. quaerit, an exquirere rationes in fide minuat meritum fidei. Respondet, quod rationes praecedentes fidem, minuant eius meritum, subsequentes vero augent. Hoc est dicere, requirere rationes ut credas, infidelitatis indicium est, fides enim non innititur rationi demonstrantis, sed authoritati dicentis, secundum illud dictum Diui Gregorij homil. 16. Fides non habet meritum; cui humana ratio praebet experimentum: sed postquam firmiter authoritati diuinæ credidisti, inquirere rationem ut firmitus & delectabilius fidei inhæreas, & alios possis docere, vel reuincere, maximum meritum est. Et idem est dicendum de signis. Petere modò signa ut credas, incredulitatis signum est; postquam aurem credidisti, gaudere quod fiant signa, quae te confirmant, & infideles confundant, licitum imò meritum est.

Vnde

*Titum. 1.*

*1 Petr. 3.*

*D. Tho.*

*D. Greg.*

Vnde beata Lucia dicebat: Rogavi Dñm meum, vt ignis iste non dominetur mihi, & impetraui à Domino inducias martyrij mei, vt credentibus timorem auferam passionis, & non credentibus vocem insultationis. Ecce ad quid beata puella petebat fieri signa & miracula à Deo. Hæc propter diuersam translationem Diui Aug. dicta sufficiant.

(Et considerabo vias tuas) Inuestigabiles sunt viæ Dei, ait Paulus Rom. 11. & Isaïæ 55. Sicut separantur cæli à terra, sic separatae sunt viæ meæ à vijs vestris, sed nos solum vestigia quædam viarum Dei meditamur, intuentes quibus vijs, quibus semitis electos suos ad patriam perducatur, hinc per aduersa, illum per prospera, hunc in coniugali statu, illum in celibatu, quod & in die iudicij admittationem & extrahim in electorum animis faciet, videntes ex quibus periculis eruti sunt, per quas difficultates per Dei manum ad ripam salutis appulerunt. Quomodo nisi tali tempore Dominus ab eo eriperet salutem, vel substantiam, vel ea quæ sibi videbantur commoda, in perpetuum interijisset, illi fuit necessaria tentatio, huic subuentio: illi substantia; huic paupertas; vni salus, alteri infirmitas. Nunc talem admirationem efficiebant diuersi modi eundi per viam Dei in beato Augustino, qui talem diuersitatem ambulandi in via Dei mirabatur, in qua alius sic, alius sic ibat: tunc quædo clarius patebunt quid erit nisi dicere cum Iob cap. 26. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius, & cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitrum magnitudinis eius intueri?

Roma, 11.  
Isaïæ 55.

Iob 26.

VER-

VERSUS OCTAVVS.

In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

**I**Nter alia incommoda quæ ex originali peccato contraximus, vnum fuit obliuio, vt ait Cassiodorus. Ad obuiandum ergo huic malo Cassiodorus. Propheta dicit se meditari in mandatis Dei: ea enim quæ frequenter meditamur, fortius memoria inhaerent, nec ita facile obliuiscimur. Sed aduertendum, quod versus præcedenti dixit, In mandatis tuis exercebor, hic autem, In iustificationibus tuis meditabor, Diuus Ambrosius meditatur discrimen quoddam inter mandata & iustificationes, vt mandata sint, quæ simpliciter traduntur in decalogo, vt honorare parentes, non occidere, non mechari; & hæc exercenda sunt in opere, nec tanta indigent meditatione, quia de se sunt clara. Alia verò sunt mandata mystica & figurata, sicut quod Aaron & filij eius haberent feminalia quando ingrederentur templum Domini, & quod abstinerent ab vxoribus, ad significandum mundiciem & castitatem & honestatem, qua debent pollere sacerdotes. Similiter Deuter. 15. Si venditus fuerit frater tuus Hebraeus, sex annis seruiet tibi; & in septimo dimittes eum liberum: per quod figurabatur, quod electi in hoc mundo (qui per sex dies significatur, in quibus fuit conditus) oportet seruire carnis necessitatibus; sed in septima ætate, quæ erit resurrectionis, à tali seruitute erunt plene liberi; & hæc vocantur iustificationes quas oportet meditari, vt mysteria in eis recondita intelligamus. (Non obliuiscar sermones tuos.) Summum genus ingratitude est non recordari

Cassiodorus.

D. Ambrosius.

Deuter. 15.  
Figura.

cordari

Tractatus Secundus

cordari accepti beneficij, & tanquam si non fuisset acceptum obliuioni tradere. Homo autem inter cætera mala maximè obliuiosus est. Vnde apud Hebræos inter alia vocabula quibus homo nominatur, dicitur, Enos, quod significat hominè vilem & obliuiosum, à verbo, nascō, quod significat obliuisci. Et aiunt quòd in Psalmo 8. vbi nos legimus, Quid est homo, quòd memor es eius? apud Hebræos est, Enos, ad maiorem emphasini exprimendam, hoc est, quid est hoc quòd immemoris & obliuiosi memineris & recordaris? Sanctus ergo propheta huic malo mederi cupiens, proponit se nunquam obliuisciturum eius mandata, sequutus optimum D. Iacobi consiliū; Nō auditor obliuiosus factus, vt vel sic ipsi Deo rependamus vices, qui talem ac tantam nostri memoriam habeat, vt per Isaiam dicat, Nunquid potest mulier obliuisci infantis vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Alias quaeritur de nobis Deus, Osee 4. Oblita es legis Dei tui, contra quod propheta; Non obliuiscar sermones tuos. Sed aduerte, quòd aliqui ex Hebræo transferunt, In mandatis tuis delitiabor, sed idem est meditari & delitiari, cūm meditatio rei dilectæ delectationem pariat. Et hæc de secunda littera, Secundo octonario, Secundo tractatu.

Psal. 8.

Iacobi. 1.

Isaia 49

Osee.

T E R T I V S  
Octonarius.

1. gimel *Retribuere seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos.*

2. gimel *Reuelo oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.*

Incola

In Psal. B. Immaculati. 65

*Incola ego sum in terra: non abscondas à me 3. gimel mandata tua.*

*Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore. 4. gimel*

*Increpasti superbos, maledicti qui declinant à 5. gimel mandatis tuis.*

*Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia 6. gimel testimonia tua exquisiui.*

*Etenim sederunt principes & aduersum me 7. gimel loquebantur, seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.*

*Nam & testimonia meditatio mea est, & con- 8. gimel siliū meum iustificationes tue.*

INCIPIT TRACTATUS  
Tertius.

VERSVS PRIMVS.

*Retribuere seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos.*



N hoc tertio octonario ponitur tertia littera Alphabeti Hebræi, que dicitur, Gimel, siue Gimal, que interpretatur retributio, siue plenitudo; hic. n. Psal mista considerat multiplicè indigentiā humanam, vt est infirmitas carnis, ignorantia mentis, pronitas ad malum, exi-

I  
lium



ium à patria, hostium multiplicitas, & propter hæc incommoda gratiam Dei querit, quæ infirmitatē carnis, & vulnera naturæ sanat, & sine qua anima non vivit, vt per gratiam viuificata custodire possit omnia mandata; nam contra infirmitatem carnis postulat vitam gratiæ, quæ viuificando animam, & carnem etiam corroborat; contra ignorantiam mentis, petit vt illuminentur eius oculi, in versu secundo: aduersus pronitatem ad malum, vult concupiscere bona, versu quarto. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas &c. contra multiplicitem hostium, queritur versu septimo, dicens; Etenim sederunt principes &c.

*Induit personam peregrini.* Sed secundum aduertendum est, quod in hoc octonatio propheta induit personam peregrini & hospitis dicens versu tertio. Incola siue peregrinus, vt alij legunt ex Hebræo, ego sum in terra, vt

*Psal. 38.* supra Psalmo 38. dixerat; Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. & Hebræo. ultimo. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. & capit. 11. de sanctis illis patriarchis dicit, quod morabantur in terra aliena, in casulis habitando, consistentes quia peregrini & hospites sunt super terram; imò sic loquebantur ipsi, & hic erat modus loquendi apud eos, vt patet Genes. 47. quando Pharaoni interroganti Iacob, quot sunt dies annorum vitæ tuæ, respondit: Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt parui & mali, quādiu enim sumus in corpore (ait Paulus 2. Corinth. 5.) peregrinamur à Domino. illam petimus ciuitatem in qua Dominus est, quam expectabant isti verè peregrini, vt Paulus Hebr. 11. expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus; peregrinus (vt ait Diuus Bernardus sermone 7. de quadragesima)

*Gen. 47.* via

*2. Cor. 5.*

*Heb. 11.*

*D. Bernardus.*

via regia incedit, non declinat ad dexteram nec ad sinistram; si forte iurgantes viderit, non attendit; si nubentes, aut choros ducentes, aut quodlibet aliud facientes, nihilominus transit; quia peregrinus est; & non pertinet ad eum de talibus, ad patriam suspirat, tendit; vestitum & victum habes non vult alijs onerari, nihil curat de huiusmodi delictijs; qui taliter se peregrinum æstimat, ea quæ in patria sunt sperans, ad ea toto animo tendit;

Vnde 1. Petri 2. ait Apostolus; Obsecro vos fratres tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, tanquam nihil ad vos pertineant, qui maiora petistis, & ad altiora pergitis. Hæc enim desideria aliena sunt à vobis, non propria; nam quæ in peregrinatione contingunt, aliena sunt, quæ in patria propria; ideo in scriptura peccatores, qui huius mundi bona querunt, prædones & fures vocantur, vt Iudas qui fur erat,

Job 12. De peccatoribus dicit, Abundant tabernacula prædonum, & Threnorum 3. Oculus meus deprædatus est animam meam; hoc est eam fecit in alienis deliriari; In cuius signum Christus Dominus inter duos latrones crucifixus est, hoc est inter duo nequam, vt adimpleretur vaticinium Isaïæ 53. cum iniquis deputatus est. Vbi iniquos, vocat latrones, & Psalmo 16. vbi nos legimus, Propter verba labiorum thorum ego custodiui vias duras, dicit alia litera, vias latronis, id est, peccatoris; fuit enim cum peccatoribus deputatus & tanquam peccator punitus. Ecce vbi peccatores vocat latrones, surripiunt enim huiusmodi bona quæ aliena sunt ab eis, non propria. Hæc enim proprietates patria æterna est; quare vocatur hæreditas iustorum & merces eorum multoties in scriptura, ob quam etiam rationem vocantur adulteri. Iudicio adulterarum

*1. Pet. 2.*  
*Job 12.*  
*Thren. 3.*  
*Isa. 53.*  
*Psal. 16.*

*Isaie 38.* contendam tecum, *Isaia 38.* quoniam alienis ac extraneis fruuntur voluptatibus, quasi à pecudibus furentur eas, Vnde est illud dictum peccatorum *Prou. 9.* Proxerbiolorum 9. Aquæ furtiua dulciores sunt. furantur enim has voluptates à bestiis. Peregrini ergo, & hospites sumus, in cuius typum fortè instituta est solennitas Scenoplegia; hoc est tabernaculorum, in qua filij Israel per aliquot dies in tabernaculis habitabant, vt intelligerent se esse hospites & peregrinos, nec habere hic manentem ciuitatem; & quod Ionadab filius Recab præcepit filijs suis *Ieremja 17.* ne habitarent in oppidis, sed in desertis in tabernaculis, vt se peregrinos agnoscerent, quod & longissima illa peregrinatio filiorum Israel quadraginta annorū per desertum etiã videretur expressisse, induit igitur in hoc octonario noster Psalmista peregrini personã. Sed obseruandum cum Domino Caietano hic, quod hæc persona peregrini describitur dupliciter, primò relata ad bonum desideratum, secundo relata ad malum præsens quod patitur; ad triplex autem bonum desideratum refertur, primò ad præmium, etenim illud perit tanquam mercedem dicens: Retribue seruo tuo, vocatur enim corona iustitiæ. 2. *Tim. 4.* Primum enim concupitū à peregrino in terra est hæc retributio æternæ beatitudinis; sed secundum bonum, quod concupiscit est continuum meritū, continuè obsequi Deo, & ideo dicit: viuifica me & custodiam sermones tuos; Tertium concupitum est à peregrino exercitatio mentis in consideratione diuinorum, & ideo dicit: Reuela oculos meos &c. Sed referendo se ad malum quod patitur ait versu sexto, Aufer à me opprobrium & contemptum. Exercitatio ergo peregrini in hoc exilio, hæc est, æternum desiderare præmium, & consequenter meritum quo adipiscitur,

tur, exercere se in consideratione diuinorum, claris & apertis luminibus opprobria quæ pro Christo, vel pro peccatis suis patitur, vel patienter tollerare, vel non reputare, vt opprobria; dicit ergo propheta; Retribue seruo tuo, viuifica me & custodiam sermones tuos; hoc est, hoc mihi obsecro dona seruo tuo cupienti tibi seruire, vt gratiam conferas qua vitam, & præcepta tua obseruare valeam. Vbi aduertendum est ex *Titelm.* super hunc locum, & hoc verbum, retribue, hic non significat retributionem quasi ex vicissitudine reddendam pro aliquo prius exhibito seruitio, vel merito, sed simpliciter significat tribue, vel dona liberaliter; nã retribuire aliquando solū significat tribuere, sicut retributiones vocantur etiam ea beneficia quæ dantur liberaliter, non quasi mercedes, vel vicissitudines aliorū precedentium; quod patet *Psal. 113. vers. 3.* vbi dicitur. Quid retribuam Dño pro omnibus quæ retribuit mihi: nam licet priori loco retributio significet quasi debitū soluere, pro accepto beneficio vicissitudinem reddere; posteriori tamen loco hunc sensum facere non potest, cum dicit, pro omnibus quæ retribuit mihi; nam Deus nihil nobis debet, ipse enim oēs nostras retributiones antequam, sicut Paul. dicit *Rom. 11.* Quis prior dedit illi, & retribuēt ei? quare ibi pro tribuere simpliciter accipitur, & ita in presenti. Vnde Hieronymis sic vertit, tribue, & alij iuxta sententiam vertunt, benefac seruo tuo, id est, da mihi gratiam; quæ ideo dicitur gratia, quia gratis datur, non in retributionem aliorum operū; alioquin gratia iam non esset gratia, si in retributionem operum daretur, vt infert Paul. *Rom. 6.* Cæterum licet hæc ita se habeant, tamen non prætermittendum, quod *Diuus August.* super hunc versum dicit, scilicet, quod sunt quatuor

*Titelm.*  
*nm.*

*Ps. 113.*

*Rom. 11.*

*D. Hieron.*

*Rom. 6.*  
*D. Aug.*

retributiones; aut enim mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem æternum retribuaturus est impijs; aut bona pro bonis, sicut regnū æternum retribuaturus est iustis; aut bona pro malis, sicut Christus per gratiam iustificat impij; aut mala pro bonis, sicut Iudas & Iudæi sua malitia occiderunt Christum. Harum quatuor retributionum duæ priores pertinet ad iustitiam, scilicet, bona pro bonis, & mala pro malis retribuere; quartam Deus nescit; nulli enim malum pro bono reddit, sed est proprium ingratorum. Tertia vero pertinet ad misericordiam, scilicet, bona pro malis reddere, & hæc primitus necessaria est; nisi enim Deus retribuere bona pro malis, nullo modo essent quibus retribuere bona pro bonis. Sic Paulus Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & I. Timoth. 1. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea. Ecce quomodo in illa Dei misericordia qua iustificat impij reddendo bona pro malis, fundantur reliquæ retributiones iustitiæ, Quæ propter misericordiam Dei est veluti fundamentum omnium operum eius, imò & ipsius iustitiæ; nam vt author est Diuus Thom. 1. p. quæstione 21. artic. 4. in omnibus operibus Dei respiciuntur eius misericordia & iustitia, imò sunt fundamentum omnium operum Dei, secundum illud Psal. 100. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine, & alib. Psal. 24. Omnes viæ Domini misericordia & veritas, id est, iustitia; tamen ipsa etiam iustitia fundatur in misericordia; nam si iustitia est quod Deus provideat rebus secundum quod cuiusque conditio efflagitat, hæc tamen iustitia in misericordia fundatur; misericordia quippe

quippe Dei fuit res sic condere & conseruare, & ex beneplacito suo id fecit & facit; & si iustitia est iusto mercedem æternam retribuere, fundamentum tamen talis iustitiæ fuit misericordia volentis tale præmij talibus operibus decernere; quod si iustitia Christi saluamur, summa tamen misericordia est, talem nobis iustitiam gratuito donare; igitur primum fundamentum omnium operum Dei est misericordia. Vnde Psal. 98. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Vbi tanquam primum fundamentum ponitur misericordia; quale ergo erit ædificium, cui tale subfignitur fundamentum; nam si radix sancta, & ramus, vt dicitur Rom. 11. Si fundamentum misericordia, & ædificium etiam; vnde nullum opus Dei inuenimus expers à misericordia, nam & in ipsa punitione malorum misericordia Dei adest; potuisset enim duriora & gratiora supplicia pro eorum peccatis decernere; id quippe est, quod dicunt Theologi, quod Deus punit citra condignum. A tali fundamento opera Dei eriguntur misericordiam redolentia, in cuius odorem sponsa cum adolescentibus currit. In cuius signum ipsam tabernaculum, parietes, & omnia vensilia eius oleo linita iunt, Exod. 30. ad insinuandum, quod omnia opera Dei tam maiora quam minora, hac misericordia liniuntur. Vnde Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. non solum misericordia est fundamentum, verum etiam ædificium quod inde consurgit; hanc ergo retributionem hic petit homo nõdum iustificatus, desiderans tamen viuificari per iustitiam & gratiam Dei, Retribuere seruo tuo, hoc est retribuere bona pro malis, me iustificando gratis; viuifica me & custodiam sermones tuos, siue viam, vt legit Augustinus & alij transferunt ex Hebræo, licet in idem vtraque

lectio recidat, si viam, dicamus esse optantui modis; nam verbum optantis implicite est petentis, ea enim petimus quæ optamus; sicut cum dicimus, vtinam hoc fieret, implicite id petimus ab eo qui potest prestare; sic in proposito:

*D. Aug.* Sed præterea aduertendum, quod Diuus Augustinus vult, quod in hoc versu loquatur homo infidelis, qui petit viuificari per fidem, nam iustus

*Rom. 7.* ex fide viuit, vt dicitur Roma. 7. Hæc autem fides est quæ per charitatem operatur, nam hæc est fides iustificans; sed nos maioris claritatis gratia intelligimus, hic loqui quemlibet peccatorem, qui non solum peregrinatur à patria, verum etiam à gratia Dei, per quam petit iustificari; peccator enim mortuus dicitur, quia non vitæ vita hominis, sed vita bruti, est enim bestia viua, sed homo mortuus: nam operationes quas operatur non sunt hominis, sed animalis, solum, comedere, viuere, augeri, sentire, hanc vitam viuit brutum. Ceterum secundum rationem operari, quod est proprium hominis in quantum homo, nihil minus.

Vnde peccator à Philosophis vocatur viua mors, cadaver sensitium, in corpore enim viuo portat animam mortuam; cadaver etiam est corpus, quod sine anima est, anima autem in peccatore non viuit, quia vita per motum dignoscitur & per operationem; sed anima peccatoris nec operatur, nec mouetur in proprias operationes animæ, sed corporis, cum eius motibus, & voluptatibus trahatur: & secundo quia sicut vitæ corporis est anima, sic vitæ animæ est Deus, de ipso enim dicitur quod est vita nostræ; vnde sicut corpus moritur per separationem animæ ab eo, ita & anima mortua dicitur, quando Deus, qui per gratiam eam inhabitabat, propter peccatum se absentat ab ea.

*Peccator à philosophis viua mors appellatur.*

*D. Aug.* Vnde D. August. dicit; Non sunt in te viscera misericordie

fericordie frater, si luges corpus à quo recessit anima, & non luges animam à qua recessit Deus; quare dicitur peccatum mortale, quia per illud anima incurrit mortem suam, & Iacobi 1. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. Cum ergo peccator sine Deo se mortuum agnoscat; petit gratiam qua viuat, & operationes talis vitæ operetur, quæ sunt, obseruare mandata Dei, dicens: Viuifica me, & custodiam sermones tuos; per gratiam enim iam homo cooperatur hæc opera meritorie; gratia. n. viuificat totam animam, & ex ea tanquam ex radice procedit charitas, quæ est habitus operatiuus & ceteræ virtutes quæ ancillantur illi.

*Iacobi 1.*

Sed non prætermittendum quod quidam ex Hebrææ linguæ peritis hic dicunt, quod verbum, Gammel, quod hic ponitur; in Hebræo significat mercedem soluere & vicissitudinem retribuere, & Gimal significat hanc mercedem & retributionem, vnde dicunt quod propheta hic pro mercede suorum operum nihil aliud petit, nisi vitam quam in obsequio diuinæ legis impendat, quod communiter dicitur in nostro vulgari (viuit para seruir à Dios)

secundum illud Psalmi 117. Non moriar sed vitæ, & narrabo opera Domini, & illud Psal. 113. Non mortui laudabunt te; neque omnes qui descendunt in infernum; sed nos qui viuimus benedicimus Domino, ex hoc nunc, & vsque in seculum. quasi confessio iustorum, quæ in hoc seculo incipit, in alio perseueret; vnde secundum istos persona loquens in hoc versu non est infidelis nec peccator; sed iustus qui desiderat viuere vt Deo seruiat; quare sic legunt, (Retribue seruo tuo vt viam, & custodiam verbum tuum) ac si dicat, si quid merui coram celsitudine tua, hanc peto vicissitudinem & retributionem, vt viam ad obsequendum verbis tuis; & certe vita præsens ad nihil aliud

*Pf. 117.*  
*Pf. 118.*

desiderat.

desideranda venit, nisi ut in ea seruiamus Deo: si quid enim veri boni hæc vita habet hoc solum est, quod est transitus ad futuram, & quod per actiones quas operamur in curriculo quo vita præsens voluitur, mereatur æternam. Deus enim omnium artifex omnibus creaturis, quæ ipsius Dei fructione capaces sunt, suos terminos ac periodos constituit, in quibus ipsum possent mereri atque lucrari, unicuique secundum suæ naturæ conditionem. Angelus quia immobiliter apprehendit, & id cui semel adheret inuisibiliter tenet, brevioris morulam & periodum quo mereretur statuit, instans scilicet illud quo liberam operationem habere possit, qua mereretur, vel demereretur; nã si meritoria fuisset, in illa semper esset permanens, similiter si demeritoria, quare superflua esset maior expectatio temporis: vnde & post tale instans, statim premiati boni, statim & puniunt mali sunt. Homo vero (quia veribilis arbitrij est, nec vquam in eodem statu permanet, sed sicut folium arboris quolibet vento circumfertur, sic homo diversis rapitur desiderijs, & nunc hoc, nunc oppositum eius quod statim desiderabat, appetit) longiorem viæ terminum efflagitabat: nam à quacunque operatione euolui poterat in contrariam, & ideo vniversus cursus vitæ præsentis ei traditus est in terminum, hic curriculum temporum qui in tot vicissitudines inuoluitur: ut si forte deliquisset, haberet tempus, quo in melius verti posset: si meruisset, eius perseverantia, vel flexibilitas agnosceretur. Angelus ergo ex arte inflexibilis est conditus, & ideo in sua prima plene libera actione pertinax semper perseverat: homo verò ex massa lutæ, ex qua transferri posset in vas honoris de vase contumeliæ, vt Magdalenæ, & Petrus, & Iudas: & contra, in vase contumeliæ de vase honoris, vt Iudas: cum igitur vita præsens

præsens transitus sit ad futuram, ad hoc solum eam appetit iustus, vt in ea mereatur æternam, obsequendo mandatis Dei, & omnes actiones suas in obsequium eius dicendo, vt siue comedat siue bibat, siue quid aliud faciat, in gloriam Dei faciat, sicut consultit Paulus. Dicat ergo iustus secundum istum vltimum sensum, hanc solum opto in hac vita retributionem, vt viuam non mihi, nec mundo, nec hominibus, sed tibi soli, cui in omni vita mea obsequi debeo, vt dicat cum Pau. Viuo ego iam non ego, vivit verò in me Christus. Et illud. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei; id est, opera quæ facio, per quæ manifestatur vita: qua viuo, opera sunt fidei Christi, per quæ omnibus manifestum est me viuere non mihi, nec mundo, sed Christo: quare & ipse sperabat & in conscientijs hominum manifestum se esse. 2. Corinth. 5.

Galat. 2.

2. Cor. 5.

VERSUS SECVNDVS.

*Revela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tuâ.*

**N**Vlli dubium est quin hic lumen supernaturale postulet ad penetranda mirabilia de lege Dei: circa quod advertendum, quod in homine Christiano duplex lumen intelligere possumus, alterum naturale & proprium, alterum supernaturale & excellens: primum est lumen naturale adeo proprium, adeoque intimum homini, vt si ne illo non sit homo: quod lumen, etsi aliæ creaturæ etiam homine inferiores communicent plus, vel minus, secundum quod cuiusque conditio & natura

Duplex  
lumen in  
homine  
Christiano.

natura efflagitat, omnes enim mutuatum suum lumen habent ab illo patre luminum, apud quē non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, ut ait Iacobus, suasque lucernulas in illa diuini luminis face inflammant, ut tali illuminati luce suos fines naturales attingant: et si, inquam, ita sit quod hoc lumen naturale omnes creaturæ etiam infimæ participant, est tamen maximum interstitium inter illas & hominem: nam homo, quia ad imaginem Dei est formatus, lumen vultus eius communicat, secundum illud Psal. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui Domine. non desunt inquisitores, qui nos interrogant à quo discimus, quod tu Deus sis, qui tot & tam magnifica dona nobis contuleris: quibus respondemus tanquam sigillum habere super nos lumen vultus tui, quo & faciem tuam cognoscimus, in hac vita quidem velatam, sperantes in alia reuelatam cernere. Cæteræ vero creaturæ minores homine non communicant lumen vultus Dei, quo ipsum, ut finem supernaturalem attingant, eius faciem sperent contemplandam, sed lumen tantum pedum eius. Sunt enim non Dei imagines sed vestigia: nam sicut per vestigium in puluere, vel arena impressum non cognoscitur vultus transeuntis, nec si fuit Petrus aut Ioannes, sed duntaxat quod homo aliquis per illam tranierit viam. Sic per cæteras creaturas, solum intelligimus quod Deus per illas pertranfierit, ac perfectiones illas, veluti vestigia in eis impressa reliquerit: verum hæc vestigia Dei aded à nobis sunt abscondita, ut nec ea intelligere possimus: nec enim quiditates aut naturas rerum, etiam minores nobis penetramus. Vnde Iob 12. Forsitan vestigia Dei comprehendes? homo igitur hoc lumen naturale, tanquam proprium accepit à Deo,

sed

sed quoniam minus sufficiens erat ad omnia necessaria ad suum finem, aliud lumen superadditum, & superexcellens ab ipso Deo accepit, cuius non omnes creaturæ compotes sunt, nec ipsi homini proprium esse potest, sed gratuita communicatum, & hoc dicitur lumen gratiæ superinfusum, quod ab imam Deificat, & in quam maximam similitudinem Dei transfert, secundum illud 1. Pet. 1. Per quem maxima & pretiosa promissa nobis donauit, ut diuinæ simus consortes naturæ. Hoc ergo lumen postulat hic noster peregrinus, nimirum lumen supernaturale, quod oculis mentis illustret reuelatque, quatenus tot suæ legis mirabilia nullo impediēte velamine videre & contemplari possit. Hoc enim pro suis clientulis postulabat Pau. cum scribens Ephes. cap. 1. dicebat. Non cesso gratias agens pro vobis in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis vestræ, & quæ sint diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. Ecce ad quid vult illuminari oculos nostros, ut consideremus hoc mirabile legis nostræ, scilicet, quæ sit spes vocationis nostræ, & quæ sint diuitiæ gloriæ hereditatis quam speramus. Talia præmia nulla lex suis obseruatoribus vnquam promisit: quid sperat obseruator legis Dei? hereditatem immarcescibilem, incontaminatam, & æternam in cælis, videre Deum facie ad faciem, denique ipsum regnum cælorum: oportebat quidem oculos illuminatos habere hoc superinfuso lumine, ut hæc mirabilia præmia nobis referuata sperare possimus, nec ad hoc lumen nostrum naturale sufficiens erat, nec intelligere valebat, talem ac tantam spem nos habere posse, ut oculus noster cerneret

Iacobi 1.

Psal. 4.

Iob 12.

1. Pet. 1.

Ephes. 1.

neret diuinum lumen, qui & ad ipsa manifestis-  
sima naturæ cecutiebat; sicut oculus nocturæ ad  
lumen solis, ut ait Aristot. in sua metaphisicâ.  
Petit etiam reuelari oculos suos, ne sicut perfidus  
Iudæus adhuc sit velamen positum super cor eitis,  
ne possit intueri in faciem Christi Iesu; nam ut ait  
D. Paul. 2. Corint. 3. cum legitur Moyses apud il-  
los, velamen quo ipse operiebat faciem suam (quia  
absq; illò non poterant intendere filij Israel in  
faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ  
euacuatur) adhuc velamen illud, inquam, cum le-  
gitur hodie Moyses apud illos est super cor eorū,  
ut non possint videre faciem Christi Iesu, quàm  
figuræ illæ & cæremoniæ sive legis veluti sub ve-  
lamine continebant, in cuius signum cum eum  
torquerent in domo sacerdotis Caiaphæ, velauerūt  
faciem eius, quasi nec volentes, nec valentes præ  
sua inlicitia in tam præclaram lucem intueri, sed  
veluti obruti eius splendoribus velamen posuerūt  
super faciem eius, ut olim Moyses; vnde & ecclesia  
in die Parasceues etiam pro ipsis perfidis Iudæis  
orat, ut Deus & Dominus noster Iesus Christus au-  
ferat velamen à cordibus eorū, quo impediuntur  
ne in tam micantes splendorēs oculos suos  
desigere possint: ipse enim Dominus noster Iesus  
Christus est, qui hæc velamina abstulit, ut quæ tē-  
ta erant omnibus patefacta prodirent: in cuius  
signum cum sanctissimam illam animam cum sa-  
chrymis & clamore valido efflaret, velum templi  
scissum est in duas partes à summo vsq; deorsum,  
quasi iam velamen Moysi ablatum esset & reue-  
latum, ut ea quæ faciem Christi tegebant sub im-  
braticis illis cæremonijs illuminata pateficerent,  
Vnde Diuus Hieronymus super hūc eundem ver-  
sum, sic ait. Absterge ab oculis meis velamen litē-  
ræ; & fac me spirituali sensu legis tuæ mirabilia  
contem-

Aristot.

2. Cor. 3.

Luca 23

Velamen  
runt fa-  
ciē Chri-  
sti in do-  
mo Cai-  
pha.

Velū tē-  
pli scissū  
est in duas  
partes.  
D. Hier.  
oratio.

contemplari, in lumine enim tuo videbimus lu-  
men, hæc Hieronymus. Hoc autem lumen Chri-  
stus Dominus est, lumen ad reuelationem gentiū,  
& lux vera, quæ illuminat tenebras nostras, etius  
mirabili lumine, ea quæ in cortice & figuris con-  
tinebantur referata videmus, vnde ut ait D. Am-  
brosius, cum ad Paulum neophytum adhuc noui-  
ter ad Euangelium conuersum, mitteretur Ananias;  
dixit ad illum, Act. 9. Saule frater Dominus Iesus  
q̄ apparuit tibi in via qua veniebas, misit me ad te,  
ut videas & implearis spiritu sancto; & ceciderunt  
tanquam squammæ ab oculis eius, hæc erāt veluti  
duriora & asperiora legis ea solum quæ in cortice  
literæ continebantur, quæ velabant veritatem spi-  
ritus. Et Lucæ 24. Cum duobus discipulis eun-  
tibus in Emaus aperisset scripturas, & docuisset  
eos, aperti sunt oculi eorum & agnouerunt eum:  
denique discipulis suis aperuit sensum, ut intelli-  
gerent scripturas. Ipse ergo Iesus est lumen oculo-  
rum nostrorum, qui eos illustrat, ut consideremus  
mirabilia de lege Dei. quæ sunt hæc mirabilia?  
quis effari posset, aut cōpendio perstringere queat  
æquitatem illam maximam, & æquabilem, quam  
habet lex Dei, de qua in primo versu Iulius Psalmi,  
etsi breuiter diseruimus? præmia grandia de qui-  
bus statim diximus, supplicia horrenda, nec vn-  
quam inter mortales audita; quibus tam præmijs,  
quàm supplicijs ab eius transgressione, vel deter-  
remur; vel maxime ad eius obseruantiam allici-  
mur. Vide alia mirabilia, renuntia omnibus quæ  
possides, & veni sequere me, nam beati pauperes.  
Vbi Cassiodorus ait. Non in opulentia, sed in indi-  
gentia est regnum Dei: dilige inimicos tuos, hoc  
est redde bona pro malis, quis Philosophorum  
hoc vnquam docuit? audi Ciceronem in suis offi-  
cijs. Vir iustus est qui nulli nocet nisi lacessitus  
iniuria;

Ambros.

Act. 9.

Lucæ 24

Mirabi-  
lia legis.

Cassi do-  
rus.

Dilige  
inimicos.

iniuria: audi Christum contra illum in monte predicantem. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, &c. Mirabile in lege Dei qui docet inimicis quatenus inimici, hoc est, quatenus nobis nocent, obtuiam ire possumus cum moderamine inculpatae tutelae, i. quod innoxios nos seruare possumus, sed quatenus Dei facturae, quatenus hoies nobis similes, quia haec bona, à Deo sunt diligere in corde & in opere benefacere, cum eorum necessitas postulauerit, tenemur. Hoc enim facientes, aiunt Salomon & Paulus, carbonem ignis congeremus super caput eorum. Ad ipsum ergo Iesum lumen nostrum cum fiducia properemus dicentes. Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Rationem autem indigentiae huius luminis subdit statim dicens,

Rom. 12.

## VERSUS TERTIVS.

*Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.*

Genes. 1.

**H**oc est, ideo hoc lumine indigeo, quia in terra hac in habito, tenebris velut alter Aegyptus offuscata; à principio enim tenebrae erant super faciem abyssi, abyssus autem terram cooperatam diuisa sunt aquae, vnde & terra ipsa obducta erat, & modo in eadem permansit tenebrositate, nisi de super perfundatur lumine. Tenebrae ergo sunt super faciem terrae, tenebrae ignorantiae, errorum, peccatorum, daemonum, & hominum mente corruptorum, nisi de supernis illustrentur tenebrae, adueniatque nobis ille qui diuisit lucem à tenebris, dicamusque cum nostro

stro Psalmista; Domine illumina tenebras meas, adueniat ille qui illustret animae nostrae noctem; oriaturque in cordibus nostris Lucifer ille, ut ait Petrus, qui profligatis ignorantiae & antiquae legis tenebris, in admirabile lumen suum nos reuocet, quo & considerare possimus mirabilia de lege sua, & recondita mandata eius affectu & effectu penetrare, vnde subdit, non abscondas à me mandata tua.

Plura in principio huius octonarij loquuti sumus de peregrinatione iustorum in hac vita, sed nihilominus non praetereundum puto, quod hic Ditus Augustinus & Ambrosius adnotarunt; nimirum quod haec vox sit iustorum, qui verè peregrini & hospites sunt in hoc mundo, quippe qui ad ciuitatem supernam Ierusalem aspirant, nec super arenam huius fluidi & instabilis mundi edificandae domos suas, scientes propediem subuertendas, vel à flantibus ventis, vel ab inundantibus aquis, vel ceterè à demonum potestate, qui filiorum Iob domos prostermit, ipsosque viuos cadentibus interruptionibus obruit; vnde & noster propheta supra Psalmo 38. Aduena ego sum in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei, de peregrinatione iustorum loquitur, qui sanctos patriarchas nominat; cum enim iusti certissime per fidem sciant paratam sibi ciuitatem caelestem, si usque in finem in sua iustitia perstiterint, iam veluti ad aliam regionem adsciti tanquam hospites se in hac vita gerunt, sicuti cum rex aliquem episcopum extraneae regionis Indiae, v. g. nominauit, & iam omnem suppellectilem suam illuc transtulit, domum propriam dimisit, vel locauit, vel vendidit, in aliena domo moratur, tanquam hospes in omnibus se gerit, intelligens iam sibi alibi assignatam esse perpetuam habitationem; iusti per fidem ad illud perenne habitaculum destinatos sciunt se

D. Aug.

D. Ambrosius.

Psal. 38.

Simile.

K esse



esse à Deo, iamq; se expediunt, illuc commeatum omnem, illuc suppellectilem suam transmittunt, vel omnino dimittēdo sicuti religiosi, vel pauperibus erogando, vel saltem sine affectu eas possidendo, parati dimittere ubicunque legis diuinæ ratio postulauerit. Vnde bene de eis beatus Paulus Hebr.

*Hebr. 11.* 11. sic ait, loquens de priscis patribus ad quorum similitudinem fatetur se prophetam incolam & peregrinum. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis re promissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram: qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere, & si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant utiq; tempus reuertendi, nunc autem meliorem apperunt, id est celestem, ideo nō confunditur Deus vocari Deus eorum, parati enim illis ciuitatem. Ecce ad literam quæ præfati sumus. Sic filij

*Psal. 136* Iuda, cum in Babylonem ducti fuissent captiui, tanquam extranei in omnibus se habebant, super flumina Babylonis sedentes & flentes, memores Sion ciuitatis sanctæ, suspendētes organa & lætitię instrumenta, nec in terra aliena concinentes, qđ iusti in hac misera peregrinatione faciunt, vt no-

*Psal. 119.* ster psalmograus, Hei mihi, quia incolarum meus prolongatus est, memoriam ciuitatis sanctæ Sion deplorabat; quod si aliquando læti appareant, & gaudentes, nō huiusmodi gaudio perfusos credas, nec inani lætitiæ affectos, sed spe subleuari ad æternam, hoc sibi maximi gaudij ratio est, qđ se ad talem

*Psal. 12.* ciuitatē credunt adscitos. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Dñi ibimus: stātes erāt pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem, ad eō festini illuc properant, vt iam sibi videantur in liminibus eius figere pedem. Lætantur ergo cum Ierusalem, & conuentum faciunt omnes qui diligunt eam, exul-

exultātes & faciati ab vberibus consolationis eius guttulas enim quasdā in hac vita fugūt iusti illius vberimæ matris Ierusalem, consolationes quædam & occulta solatia accipiunt, quæsi peregustantes modo quod pleno poculo postea propinabūt.

E contra iniqui & peccatores non tanquam hospites & peregrini se gerunt in hac vita, sed tanquam municipes, qui se ciues Babylonis conscripserunt, ædificant domos luteas, quæ terrenum habent fundamentum, & palatia sibi parant & arces construunt, turresque in immensum erigunt, tanquam in æternum victuri; vnde

*Gen. 4.* Cain qui typum gessit omnium peccatorum, primus ciuitatem in terra ædificauit. Iusti ergo sunt ciues Ierusalem, hospites autem & peregrini imo & captiui, qui inuici detinentur, huius mysticæ Babylonis; impij verò eiusdem Babylonis ciues, cui & nomen dederunt, hospites autem & peregrini sanctæ ciuitatis Ierusalem, quippè quam vel non sperant vel tanquam nō sperantes se habent. Vtrumque mirificè expressit Paulus,

*Ephes. 2.* Loquens enim de infidelibus, antequam ad fidem adsciti essent, inter alia eis dicit; Eratis illo in tempore sine Christo alienati à cōuersatione Israel, & hospites testamentorum; promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Ecce quomodo hospites & alienos à rebus diuinis & celestibus promissionibus eos vocat. Malus enim & repidus Christianus tanquā hospes vnius diei se habet erga diuina, hodie enim peccata sua constitetur sacramque accipit Euchuristiam, cras autem ad assuetam reuertitur, ibique pertinaci animo pedeq; fixo perseverat. At e contra, postquam eos iam iustificatos per Christū asserit, propeque factos qui longè erant, dicit; Ergo iam non estis hospites & aduenç, sed estis ciues sanctorū & do-

*Peccatores nō peregrini sūt terra sed ciues.*

*Gen. 4.*

*Ephes. 2.*

*Ephes. 2.*

mestici Dei, nam cū per fidem certissimè sciānt se  
 ad regna cęlestia conscriptos, memores illius pro-  
 missionis Saluatoris, In hoc gaudete quia nomi-  
 na vestra scripta sunt in cęlis, iam quasi eius mu-  
 nicipes & habitatores se habēt, sicuti qui i alteri ci-  
 uitati p̄sēs destinatus est, etiam absēns se habet  
 tanquā sit p̄sēs, ordinat enim & p̄cipit ac si  
 iam inter eos esset; vnde Paulus alibi. Conuersatio  
 nostra in cęlis est, nam si corpore absentes sunt à  
 Deo, mente autem & cogitatione p̄sentes sunt.  
*Simile.* Sicuti sponsa quę manum dedit sponso, quasi  
 iā in amplexibus eius sit, ita gaudet; quare Sponsa  
 Can. 2. Læua eius sub capite meo, & dextera illius  
 amplexabitur me. Finxit enim sponsa habere spon-  
 sum læua apprehensum mentum sponsę, quasi  
 eleuando faciem vt se aspiciat, dextera super col-  
 lum ipsius sponsę iactata, quoniam sic contingit  
 iustis in hac vita, in qua proteguntur læua Dei,  
 quę erigit faciem mentis per fidem, vt videant &  
 cognoscāt Deū, eo modo quo in hac vita cognosci-  
 bilis est, aspiciūt enim in autorē & consummato-  
 rem fidei suę Iesum, vt ait Paul. Hebr. 12. Et hæc  
 est vox ipsius sponsi Christi. Respicite & leuate ca-  
 pita vestra, quā appropinquat redemptio vestra.  
 Per fidem ergo & spem eleuat manu sua læua spō-  
 sus dilectę sponsę faciē, vt eū per fidē agnoscat &  
 per spem & charitatē quærat: sed transacto pere-  
 grinationis tempore dextera sua reget illos, vt ait  
 propheta, & mutuo cōplexu cōstringentur in defi-  
 cienti & æterno nexu, ita vt possit sponsa confiden-  
 ter dicere. Tenui eum, neq; dimittam. Cum ergo  
 i. Cor. 7. peregrini & hospites se fateantur in terra, non  
 in rebus eius affectū figunt, nec mēte hærent, sed  
 quasi per transfennam viūtur hoc mundo tanquā  
 non vrantur, emunt tanquam non ementes, &  
 qui habēt vxores tanquā non habētes sunt, p̄tere-  
 rit

rit enim figura huius mundi. Si videres viatorem  
 aliquē aut peregrinū qui auidissimè ad patriā suā  
 properat diuertentē ad diuersorium, ibiq; diu ma-  
 nentē, vel in lecto, vel in sella oscitantē, ac si nulla  
 ei cura esset iter peragendi, qd nā illi diceret? quid  
 hic stas viator? An diuersorium hoc domus vel pa-  
 tria tua est? hæcine erat auiditas proprios visendi  
 lares, ac genios visitandi? quid sedes? quid dormis?  
 quid improvide paras? surge velociter, ascende  
 equum, calcaribus preme, perfice iter, propera vt  
 ad concupita diu celer iamiam ingrediaris. Sic ni-  
 mirum tepidis Christi cultoribus, qui per fidē &  
 spem ad cęlestē patriā pergunt, tamen hic oscitan-  
 tes diu detinentur his p̄pedit nenijs caducis quę  
 rebus, dicere possumus: quid hic stas otiosus, o  
 Christiane, cū te Deus tuus auocer ad cęlestia? illic  
 proprios lares & genium habes, illic thesauri tui  
 reconditi, illic omnia desiderabilia te expectant;  
 Surge qui dormis, ascende equum, anima videli-  
 cet sit eques, animal cui infidet corpus, preme il-  
 lud & punge calcaribus, depone ab eo pondera vt  
 celerius currat, non repleto ventre, non auro onu-  
 stum, aut varijs curis distentū, ne succumbat on-  
 eri & sub pondere cadat, nec te ad patriam per-  
 ducat, sed ieiunijs pressum, flagellis punctum in-  
 cessanter currat, bonis semper operibus inheren-  
 do; sic enim sancti viri faciebant, de quibus Iob 9.  
 dicit; qđ transferūt quasi naues portātes poma. Ad  
 celeritatē quippè itineris exprimentam, dicit, qđ  
 nauis erat leuiter onusta, pomis videlicet, quę ni-  
 mirū pōderosa non sunt, tñ odorem post se relin-  
 quūt; sic iusti expediti rebus huius sæculi, celerius  
 quā nauis onusta pomis ad portū eternę felicita-  
 tis per spumātes aquas huius mūdi transuolant,  
 odorē, idest, exemplū posteris relinquentes, vt post  
 terga eorum ad communem patriā properemus.

*Alia lite* Sed aduerte, quòd alia litera habet: Aduena ego  
*72.* sum in terra vel inquilinus, quæ omnia in idè reci-  
 dunt, inquilinus quippè est, qui in aliena habitat  
 domo pretio pro locatione soluto; iusti in hoc exi-  
 lio non in propria domo vitam agunt, sed ad illam  
 domum non manufactam toto conatu pergunt,  
 scientes quòd in domo patris sui mansiones multæ  
 sunt; interim tamè domum locatā incolunt; nam  
 omnia quib. in hac vita utimur, nec propria sunt,  
 nec gratiosè proueniunt nobis, sed vel nimijs cu-  
 ris, vel magno sudore, vel multo pretio soluto (no-  
 comemos el pan de balde.) Sed in sudore vultus  
 nostri adquirimus. (Non abscondas à me mandata  
 tua.) Eo ipso quòd incola in terra deserta sum & tene-  
 bris offuscata, peto vt reueles oculos meos, ne abs-  
*Mat. 11.* condas me mandata tua. Scio quòd hæc abscondisti  
 sapientibus & reuelasti paruulis, idcirco paruulū  
 & accolā & exulē me fateor in terra esse, ne absco-  
 das à me mandata tua; superbis resistis, humilibus  
 autē das gratiam, non superbiam profero, quæ me in-  
 colam confiteor, ne abscondas à me mandata tua.

## VERSUS QUARTVS.

*Concupiuit anima mea desiderare iustificatio-  
 nes tuas in omni tempore.*

**P**erierat noster peregrinus præcedentibus  
 carminibus, vt dignaretur Dñs illi reue-  
 lare madata sua, nec ab eo absconderet,  
 sed cõsiderans deinceps nulli se Deum  
 reuelatū iri, nisi ei qui se concupisceret;  
 (nam iuxta beatissimæ Virginis propheti-  
 cum, esurientes Deus replet bonis, & per Isā. 35.  
 sitiētes vocat ad aquas, & ipse Christus Dominus  
 in tem-

in templo clamat. Si quis sitit veniat ad me & bi-  
 bat) ideo dicit se concupiscere valde mandata eius,  
 vt ille qui bonis auspiciatur desiderijs, hoc in eo im-  
 pleat, quod inspirauit, præoccupat enim qui se cõ-  
 cupiscunt, vt illis se prior ostendat, ait Sap. 6. Nimi-  
 rum quia ipse anteuenit vota nostra, præuenit que  
 nos in benedictionibus dulcedinis, semperquè pri-  
 mus artifex in pijs operibus nobis assistit, & vt  
 vno vulgari sermone dicamus, ( Siempre nos ga-  
 na por la mano Dios.) Nullus enim tam mane ad  
 eum vigilat, quin iam in fortibus suis assidentē in-  
 ueniat, Sapien. 6. Quasi ipse fuerit qui eum à som-  
 no excitauerit, ad ianuam sedens eius præstolatur  
 aduentum, vt non necesse sit portas eius effringe-  
 re, nec vanas prætextit excusationes, vt aliquando  
 peccator, sed iuxta Isaię vaticinium, statim cum ad  
 eum clamauerimus, exaudit nos. *Sapient. 6.*  
*Isa. 65.*

Sed obseruandum cum Diuo Augustino in hoc  
 loco, quòd verbum hoc, concupiscere, solitariè sum-  
 ptum, in malam partem accipitur; iuxta illud, non  
 concupisces, de mala & euitanda concupiscentia  
 loquitur. Sed quando additur, aliquid bonum,  
 pro bona concupiscentia accipe. Vt est illud Sa-  
 pien. 6. Concupiscentia sapientiæ perducit ad re-  
 gna cœlestia; nisi adderet, sapientiæ, in malam par-  
 tem acciperemus. In hoc autem carmine cum ex-  
 primatur obiectum cõcupiscentiæ esse desiderium  
 iustificationum Dei, in bonā partem accipimus.  
 Secundo aduertendum est, quòd sicut actus intel-  
 lectus supra seiplos reflectuntur, ita actus volun-  
 tatis. Vtraque enim est potentia animæ hoc valen-  
 tis. Nam sicut intellectus intelligit se intelligere,  
 hac reflexione, pari modo voluntas vult se velle. His  
 suppositis, versus iste duplicem patitur intellectū,  
 alter vt vox ista sit imperfectorum, qui necdum  
 opere exequentur mandata Dei, verum nec id in  
 D. Aug.

votis adhuc habeant: Ita carnis delitijs, & illecebris dediti sunt, adeò distracti, vt nec intelligere velint mandata Dei, ne eorum desiderio rapiantur, tantum abest vt seruent. Hi sunt qui nolunt intelligere, vt benè agant, qui quasi de industria recesserunt à Deo, & ideo dicunt Deo; Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, nec dum intelligere, ne dum velle desiderare. Qui nec conciones audiunt, ne per eas alliciantur ad amorem præceptorum Dei, sed cum viderint in suggestu stramen positum, quod est signum concionis habendæ, statim quasi arræptitij terga vertunt, nec ea quæ ædificationis sunt legunt, audiunt, vel colloquuntur; sed ea quæ in interitum mergunt, obliuionem quæ diuinorum pariunt. Afflatus ergo aliquis diuino spiritu, considerans quæ se à diuinorum concupiscentia adeò elongatum & alienum, in hoc vel leuè desiderium initiale prorumpit, & dicit; Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Non adhuc desidero, sed saltem desidero desiderare. Sic proteruus ac durus peccator aliquando desiderat velle non peccare. Nam, vt hic docet Diuus Augustinus, contingit frequenter homini infirmo, qui fastidit edulia, nec vllum appetitum habet ciborum, vt anima desideret quòd corpus appetat cibum, hoc est vt tollatur ab eo huiusmodi fastidium nauisquæ edendi. Sic contingit aliquando, vt anima quæ fastidit diuina, desideret tali nauisquæ carere, quod est concupiscere desiderare bona. Fastidiebant filij Israel manna illud preciosissimum & cœleste edulium, omni suauitate repletum, quod vniuscuiusque voluntati deferuiebat, anhelabant quæ ad cœpas, pæpones quæ Aegypti. Hoc contingit hominibus Bacho Venerique deditus, vt talibus repletus animus cibus fastidiat diuina, veluti stomachus

Sapient. 3

D. Aug. Simile.

Exod. 18

chus plenus alijs cibus etiam vilissimis, alijs cepisque ac pæponibus, etiam pretiosissima condimenta respuat, & quæ aliàs maximè appetitum allicere solent. Anima enim saturata calcabit fauum; Prouerb. 27. Ideò huiusmodi carnalibus hominibus nauisquæ generant diuina, quæ aliàs maximè rapere solent amorem, & ad se blanditijs celestibus attrahere animum, quippè de quibus scriptum est Sapientia 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius. Talis ergo saltem concupiscat desiderare, vt tali initio paulatim ad maiora euehatur. Videbis homines adeò tæpidos frigidosque in alios, atque in semetipsum solos adeò conuersos, vt videatur posse de illis aptari varicinium Apostoli, qui de nouissimis temporibus prophetans ait, quòd erunt homines sine affectione, (Desamorados) vt illis dicere possimus; concupisce saltem amare, ne omnino expers affectionis sis. Initium ergo vel tenue talium est concupiscere desiderare Dei iustificationes, vt per suos gradus ad altiora subleuentur. Prius enim est intelligere diuina, nec hoc sufficit, nisi intellectum sequatur affectus, quod raro contingit, vt hic ait Augustinus; præuolat intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus. Postremò quod intelligitur & amatur, opere adimpleatur, vt sic dicat cum Iob 31. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum: prius intellectu capièdo, deinde amore desiderando, tertio opere adimplendo. Ecce quis sit primus sensus huius versus.

Secundus è contrario, vt sint verba vehementissimum affectum indicantia per reduplicationè desiderij, quale est illud. Luc. 22. Desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobiscum; hoc est nimio ac flagrantissimo desiderio hoc concupisci. Est enim modus loquendi Hebræis, vt maiorem emph-

Prou. 27

Sapient. 8

2. Tim. 3

D. Aug.

Iob 31.

Luc. 22.

*D. Amb.* emphasim orationi addant. Hæc interpretatio est Diui Ambrosij in hoc loco, & adducit illud, vita uiuet, & dicit plus esse vita uiuere quàm solùm uiuere. Nam in hac vita uiuimus, sed non vita sed morte, cùm uita præsens non sit aliud quàm appropinquo ad mortem, quantò enim plus uiuimus, tantò magis morti appropinquamus. Sed beati uiuunt uita, hoc est maxima uita, quæ uera & pura uita est, cùm nihil habeat admixtum mortis. Vita ergo uiuere, est maxima & perenni uita frui, sic desiderio desiderare & concupiscere, est maximum & perpetuo desiderio apperere. Vnde subdit: *Eccles. 6.* (In omni tempore,) id est, tam tempore prosperitatis quàm aduersitatis. Nam est amicus socius mensæ, & in tempore tribulationis recedit: sed omni tempore diligit qui amicus est. *Prou. 17.* Aeternum ergo desiderium & maximum iusti explicat, ut quia opus amoris non potest esse perpetuum, sit desiderium, id est quia non semper opere exequi possumus mandata Dei, quia non semper materia sese offert, saltim desiderio & amore semper ea impleamus, non solùm in præparatione animi, sed summopere appetentes, ut passim sese offerat occasio eius mandata exequendi. *Felix.* Huic interpretationi fauet translatio Felicis, qui sic transfert: Fractus ac contritus sum præ desiderio iudiciorum tuorum omni tempore, id est, aded affectus sum iudicij tuis, ut penè deficiat ac tabescat anima mea præ desiderio eorum. Vbi & aduertendum est, quòd non dicit se timere Dei iudicia, sed desiderare & diligere, aded enim afficitur uir iustus rebus diuinis, ut etiam ipsa tremenda iudicia amet. Vnde Diuus Paulus: Non solùm autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius, non dicit qui timent, sed qui diligunt aduentum ad iudicium. Quid autem in-

terrisit

terrisit inter mandata, iustificationes, & legem, iam à principio huius operis pro captu nostro prælibauimus.

VERSVS SECVNDVS.

*Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.*

**I**Nter alia impedimenta quæ peregrinum nostrum ab ingressu patriæ prohibent, superbia principem locum tenet, præsignata in gigantibus illis filijs Enachin proceræ staturæ, quibus comparati filij Israel quasi locustæ uidebantur. Horum enim audita fama, aded timore percussi sunt filij Israel, ut potius reuerti in pristinam captiuitatem, quàm terram promissam ingredi eligerent. Gigantes isti superbiorum typum gerunt, qui se super omnes alios extollunt, omnesque floccipendunt, & inferiores estimant, ac quasi locustas calcant, nec suo contubernio eos dignos existimant, etiam si pijs bonisque moribus sint præditi. Horum ausum aded deprimit Deus, ut impossibile sit illis cœlestem patriam ingredi. Cætera quippè uitia, etsi aduersa ipsi Deo sunt, aliquid tamen aliud immediatius aspiciunt, utpote auaritia pecuniam, luxuria carnis voluptates, gula delicias ciborum &c. etsi consequatur ad hæc Dei contemptus. Cæterùm superbia ipsum Deum immediatè respicit, ipsique in seipso bellum ingerere nititur, atque facie ad faciem cum eo contendere. Quod sic explicat Iob: *Iob 19.* Tendit aduersus Deum erecto collo, & contra omnipotentem roboratus est. Et diabolus qui est rex super omnes filios superbix, dicebat *Isaia 14.*

In

In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Et de Antichristo tantæ superbiæ imitatore dicit Paulus, quod in templo Dei sedebit, ostendens se tanquã sit Deus. Cùm ergo superbum ipsi Deo bellum inferre non pudeat, Deus quasi contra pugnando & tanquam se defendendo aduersus eum agit; vndè dicitur Deus superbis resistere; resistitur autem illi qui aduersum me pugnat meque deturbare contendit.

Vnde Iob. 40. Vnde Iob. 40. quasi docens modum quo contra superbos pugnare solet Deus ait: Disperges superbos in futuro tuo, & respiciens omnem arrogantẽ humilias, respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo, absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. Ex quo antiqui Poetæ sumpserunt fabulam, quod gigantes qui erant in terra, Iaphetus, scilicet, & alij voluerunt ipsi Ioui bellum inferre, ipsumque à cœlesti folio depellere, montesque super montes erigebant, vt ascendentes in cœlum ipsum Iouem præcipitem darent. Sed Iupiter fulminibus eos deturbauit, conflagrauitque. Quare noster Psalmographus ait; Increpasti superbos. increpationibus enim, & conuitijs agit Deus cõtra superbos, asperimus & irrisorius verbis eos deturbans. Vnde si atrentè perpexerimus, inueniemus in literis factis frequentissimè vbi de superbis agitur, verbis increpatorijs eos agitari, & conuitijs percuti, dureq; & irrisoriè Deum cum illis agere. Superbia elatus peccauit Adam credens serpentis mendacio, quod futurus eiset sicut Deus, venit Deus ad eum vociferando, ac vocibus deterrendo eum, ita vt præ timore sub sicu delinquerit, ibiq; ficorum folijs à facie Dei se operiri contenderit: Adam, Adam vbi es? clamabat

2. Thes.  
sal. 2.

Iob. 40.

Fabula  
gigantum.

Gen. 3.

clamabat Deus, quasi eum iam increpando & deterrendo, & tanquam irridens eum ait; Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. ipsumq; de paradiso deturbauit, extorremq; fecit, flam meum gladium euaginando post eum, maledictaq; in eum & vxorem congerens, paradisi colonum terræ mæcipium dedit, vt in sudore vultus sui vesceretur pane suo, & qui inter flores lignaq; pomifera vitã delitiosam agebat, nunc inter vepres & tribulos, pungentesq; spinas commoraretur. Vide quomodò superbos increpat Deus. Et in testimonio modò citato ex Isa. 14. Postquã diaboli superbiam depinxit, statim verbis increpatorijs agit contra eum dicens: Veritamen ad infernum detraheris, & in profundum lacu: qui te viderint ad te inclinabuntur, teq; prospicient, nunquid iste est vir qui conturbabat terram, qui percussit regna? Et post pauca; Tu autem proiectus es de sepulchro, quasi stirps inutilis pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad profunda lacu, quasi cadauer putridum. Et cap. 22. Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguisimæ errantes à vino. Ecce validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis, turbo confringens & c. pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorũ Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius. & cætera quæ ibi inuenies. Et illud; Quid superbis ter-  
ra, & cinis? Et 1. Tim. 6. Si quis autem aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei qui secundum pietatem est doctrinã, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quaestiones & pugnas verborũ, ex quibus oriuntur contentiones, inuidiæ, &c. Vide quam durè agat contra superbum. Et clariùs Apoc. 3. Quia dicit, q̄ diues sum, & locupletatus, & nullius ego, & necis

Isa. 14.

Idem 22

Ecc. 10.

1. Tim. 6

Apoc. 3.

nefcis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. & Dominus verbis increpatorijs agebat contra dæmones, dicens; Obmutescere & exi ab eo, & tentatorem increpando deterruit dicēs; Vade retrò Satan. Vnde Paulus ad Titum 1. de superbis loquens, qui nondum sanæ fidei per humilitatem adhærebant ait: Increpa eos durè, vt sani sint in fide. Rectè ergo regius Propheta dicit; Increpasti superbos, & non solum verbis verū etiam factis hanc duram increpationem contra superbos ostendit Deus; propter superbiam Angelum è cælo præcipitem dedit. hominè è paradiso eiecit; Dauid qui superbia elatus populum numeravit, postquam verbis increpauit, pestem deuoratricem in populum emisit; Pharaonem sibi resistantem plagis percussit, ac demum aquis obolutum & circumuentū enecauit; Nabuchodonosorem cum belluis commorari fecit septem annis, vt cognosceret sub Dei potestate sceptrum ac regna omnia contineri; Antiochumq; blasphemias contra Deum superbissimè iactantem, intestina plaga subito percussit, ita vt ex eius fetore ipse & exercitus eius grauarentur, & diceret: Iustum est hominem subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire; Herodem se Deum acclamare consentientem vermibus consumptū interemit ecce durissimas increpationes, quibus contra superbos verbis & factis agere solet Deus; vnde rectè Propheta, Increpasti superbos, &c.

*Humilitas.*

Econtra autem cum de humilibus loquitur *Iudic. 9.* Scriptura, semper blanda & prospera eis precatur, *Iob 5.* Iudic. 9. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Iob 5.* Ponit humiles in sublimè. Et *Psal. 17.* Populum humilem saluum facies. *33.* Humiles spiritu saluabit. *81.* Humilem & pauperem iustificauit. *101.* Respexit in orationè humilium,

*Exempla superbiorum & eorum fines.*

*Marc. 8.*

nefcis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. & Dominus verbis increpatorijs agebat contra dæmones, dicens; Obmutescere & exi ab eo, & tentatorem increpando deterruit dicēs; Vade retrò Satan. Vnde Paulus ad Titum 1. de superbis loquens, qui nondum sanæ fidei per humilitatem adhærebant ait: Increpa eos durè, vt sani sint in fide. Rectè ergo regius Propheta dicit; Increpasti superbos, & non solum verbis verū etiam factis hanc duram increpationem contra superbos ostendit Deus; propter superbiam Angelum è cælo præcipitem dedit. hominè è paradiso eiecit; Dauid qui superbia elatus populum numeravit, postquam verbis increpauit, pestem deuoratricem in populum emisit; Pharaonem sibi resistantem plagis percussit, ac demum aquis obolutum & circumuentū enecauit; Nabuchodonosorem cum belluis commorari fecit septem annis, vt cognosceret sub Dei potestate sceptrum ac regna omnia contineri; Antiochumq; blasphemias contra Deum superbissimè iactantem, intestina plaga subito percussit, ita vt ex eius fetore ipse & exercitus eius grauarentur, & diceret: Iustum est hominem subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire; Herodem se Deum acclamare consentientem vermibus consumptū interemit ecce durissimas increpationes, quibus contra superbos verbis & factis agere solet Deus; vnde rectè Propheta, Increpasti superbos, &c.

humilium, Prouer. 15. Gloriam præcedit humilitas. Et quando Achab humiliatus est coram Domino, cum antea nimis aspera minatus ei fuisset Dominus, subdit ad Heliam sermo Domini dicens. *3. Reg. 21.* Nonne vidisti Achab humiliatum coram me, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus suis, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. Et *2. Paralipomenon. 22.* Cum Dominus per Semeiam plura mala imprecatus esset Israel, & principes poeniterent & humiliarentur coram Domino, subdit statim: Quia humiliati sunt non disperdam eos, daboque eis pauillum auxilij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sefec. Et *Isai. 57.* Hæc dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum; & cor humiliatum Deus non despiciet. *Matth. 11.* Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenieris requiem animabus vestris, & *Lucæ 2.* Beatissima Virgo cecinit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; non ob virginitatem, sed ob humilitatem, ait Bernardus. Nam virginitas sine humilitate non placuisset Deo. Maledicti qui declinant à mandatis tuis, maledictus omnis qui non permanferit in omnibus sermonibus legis huius, *Deuteronomij 17. & 18.* Quot maledicta congerit in transgressores legis, quæ omnia in illa vltima maledictione comprehenduntur, quam Dominus contra impios fulminauit, qua audita in infernum cum diabolis in sculis sempiternis permanfuri detrudentur; illa nimirum irretuocabilis sententia est, qua eos maledicens dicit: Ite maledicti in ignem æternū, qui par atus

*3. Reg.*

*21.*

*2. Paral.*

*22.*

*Isai. 57.*

*Mat. 11*

*Luca 2.*

*Bernar.*

*Deu. 17.*

*& 18.*

*Mat. 25*

paratus est diabolo & angelis eius. Vt miseram sortem, qua irreparabile damnum in perpetuum incurrent. Hæc igitur maledictio vniuersas alias maledictiones eminenter comprehendit, nam per illam omnia simul mala imprecatur impijs. Vnde

Deuter. 32.

Deuteron. 32. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Beatitudo congregatio est omnium bonorum, miseria congregatio omnium malorum. Dicit autem se exinaniturum pharetram, & omnes sagittas suas in eos se completurum, quoniam vindictæ quæ in hac vita inferuntur à Deo, singulares sunt, illa autem vindicta erit vniuersalis, omnes particulares comprehendens. Quasi vnâ sagittâ è pharetra emittit Deus, cum totum orbem aquis diluuij suffocauit, alteram quando Sodomam & finitimas ciuitates igne de cælo emisso conflagrauit, aliam quando Pharaonem in aquis mari rubri perdidit cum vniuerso exercitu suo; sed in vltima vindicta, quam contra impios exequuturus est Dominus, omnia simul mala eis incutiet: ad aquas niuiû transibunt à calore nimio, aqua, ignis, terra, aer, tristitia, dolor, gemitus, irremediabiles lachrymæ, infructuosa suspiria, noui & inauditi cruciatus, nec à Phalari, nec à tyranno aliquo vnquam excogitati, damnatos cruciabunt, affligent, vulnerabunt, comburent, incredibiliq; dolore afficient, perimentur, sed non morientur, ardebunt, sed non comburentur, dolebunt, plangent, vlulabunt, sed nullus eis miseribitur: desiderabunt mortem & non veniet, imo & fugiet mors ab eis; & conclamabunt illud Iob. c.3. Quare misero data est lux, & vita ei qui in amaritudine animæ est, qui desiderat mortem & non venit. Maledicti ergo qui declinant à mandatis tuis.

Iob 24.

Iob 3.

Sed aduerte cum D. Augustino, quod non dicitur qui

qui declinauerunt; sed qui declinant; nam multi declinauerunt, qui tamen postea per veram penitentiam à maledictione liberati, benedictionem Domini consequuti sunt, vt Petrus, Paulus, & reliqui peccatores iustificati; qui autem declinant à lege Dei, isti sub maledicto sunt.

VERSUS SEXTVS.

Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

**H**oc opprobrium & contemptum quem maledictionis nomine impijs imprecatur Deus, petit Propheta à se auferri, hoc est quod non incurrat in illud, cum ipse mandata Dei exquirat, quæ impij abiecerunt, & ideo in tale opprobrium & contemptum deieci sunt. Inter cæteras miseras quas damnati ob sua demerita incurrunt, ignominia maxima opprobrium & contemptus cõputantur, nulla. n. hominum fors miserabilior, aut cõtempribilior illa, quippe qui à facie Dñi repulsi & in baratrum inferni detrusi, vilissimis creaturis subiecti sunt. Huius miseræ affigie primum hominis peccatû nobis ostedit; nã qui antea præerat dominabaturq; omnibus creaturis, quæ quasi subiectione profitentes ad eum veniebant pronæ feritate deieci, vt eis nomina, vocabulaque propria imponeret, & omne qd vocauit Adâ, ipsum est nomen eius; postquam à Deo per peccatum auersus est, creaturæ illæ quæ antea dictu obsequentes erant, contumaci ausu ipsum infestare, vulnerareque ceperunt; ita vt qui antea, nec serpentem quidem metuebat, sed cû illo loquebatur, murem

Nulla fors hominum miserabilior illa qui à facie Domini repelluntur.

L modo



modo vulpeculamq; pauat, culicemq; minimi  
 pertimescat, atq; ab eo miser fugiendo declinet; iā  
 enim veluti altera Agar, quæ antea Dño seruiebat,  
 ipsum met contempui habet, atq; insequitur, igno-  
 miniosa certe & contempibilis vindicta, quam etiā  
 multo maiorem sentient dānati: cum enim tunc  
 intelliget suam dignitatem anima, videatque se vi-  
 lissimis creaturis, igne videlicet & alijs, tanquam  
 repagulis contineri, ab ipsisque impediri ne quo  
 voluerit auolet, pro summa ignominia oppro-  
 brioque ducet, seque in miserissimam sortem inci-  
 disse cognoscat. Increpauit Dñs Caim propter  
 fratricidium perpetratum, eumque à facie sua  
 profligauit; tremebundus ac pauidus miser videt  
 se à facie Domini repulsum, omnibus creaturis se  
 contempui fore existimabat, & ideo dicebat. Ec-  
 ce nunc me eijs à facie tua, omnes ergo qui vi-  
 derint me, interficient me, omnes me despicient  
 & me paripendentes contra me insurgent. Sic  
 damnati post illam terribilem reprehensionem,  
 qua maledicti in æternum ignem deputabuntur,  
 omnibus creaturis etiam vilissimis contempui  
 runt, infames, ignominiaque pleni, in æternum vi-  
 uent exosi, opprobrium & vilipendium facti. Va-  
 de Iere. 20. Dabo vos in opprobrium sempiter-  
 num. Et Psalmista noster volens nobis delimitare  
 ignominiosam & infamem vitam malorum, ait.  
 Et percussit eos in posteriora, opprobriū sempiter-  
 num dedit illis. Viros \* Bethsamitas, qui in arcam  
 Dei aui sunt aspicere; percussit Deus in podice,  
 vt legitur 1. Regum. 5. Vbi & dolor vulnere vehe-  
 mentior est, quæ delictior ibi caro, & ignominiosa  
 plaga propter turpitudinem loci vbi est; vt ergo  
 nobis insinualet Propheta dolorem simul & igno-  
 miniam reproborum in inferno, meminit vindi-  
 ctæ, & correctionis. \* Bethsamitarū dicent. Percus-  
 sit

Gen. 3.

Iere. 20.

Psal. 77.

\* Alias

Phili-

stos.

1. Re. 65.

\* Phili-

storum.

sit eos in posteriora, idest in vltima retributione  
 malorum, quando nulla vltra remanebit spes.  
 Quam multotiens comminabatur Deus impijs di-  
 ceus ad Baala & Achaz. 23. Regum. 16. & 21. De-  
 metam posteriora vestra, ibi enim id quod metitur  
 in æternum & vltra amplius non redibit, nam in  
 hac vita possunt per penitentiam opera mortifi-  
 cata redire, sed ea transecta, nulla est spes. Quare  
 vera comminatio ibi est, quando nulla honorum  
 expectatur reditio; tunc ergo ingenti plaga simul  
 & ignominiosa percutiet impios, opprobrium  
 quippe sempiternum dedit illis, tale ergo oppro-  
 brium, talemque contemptum quod maledictis  
 illaturus est Deus, petit à se auferri iustus, quia  
 Dei mandata exquirat: quare de eo dicitur. In me-  
 moria æterna erit iustus, quia in summo fastigio ho-  
 noris & gloriæ ab auditione mala non timebit, ab  
 illa scilicet, Ite maledicti in ignem æternum, quæ  
 tantum opprobrium, tantaque ignominia conse-  
 quitur, vnde iustus sic deprecatur, Eccl. 23. Do-  
 mine pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas  
 me in consilio eorum (scilicet peccatorum, sic in-  
 tellige) nec sinas me cadere in illa exprobatone.  
 Alij hoc intelligunt de opprobrio & contemp-  
 tu quem in hac vita ab impijs patiuntur iusti, habet  
 enim illos in derisum, & in similitudinem improp-  
 erij; vitam illorum extimat insaniam, & gaudij  
 eorū sine honore, vt dicit Sap. 5. & Iob. 12. Deride-  
 tur iusti simplicitas lampas contempta apud cog-  
 itationes diuitum. Petit ergo iustus quod cum  
 ipse mandata Dei exquirat, non ad tantam deuen-  
 iat gloriæ humanæ cupiditatem, vt propter op-  
 probria hominum euitanda, mandata Dei, quæ  
 modo exquirat, aliquando amittat, imo pro sum-  
 mo honore & gloria ducat hominū opprobrium  
 & contemptum, vt Apostoli ibant gaudentes

3. Reg. 16  
 & 21.

Eccl. 23.

Sapient. 5

Iob 12.

Apo. 6.

Galat. 6  
August.

à conspectu concilij, quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et Paulus gloriabatur in tribulationibus, & ignominiam crucis summam decus existimabat dicens: Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Diuus Augustinus (ne vniquam prætermittamus eum) extimat hanc esse petitionem corporis Ecclesię deprecantis pro infidelibus, qui in opprobrium & in contemptum Christi fideles agebant, ne in errorem diutius permanerent, sed vt illuminarentur oculi eorum; nec ignomiam existimarent deinceps fidem & mysterium crucis: vnde per testimonia intelligit martyria propter fidem, quæ eis à tyrannis inferuntur, quia hoc in condemnationem infidelium cedit, charitatis immensitate, quæ etiam ad inimicos extenditur, succenssi fideles Deum obnixè deprecantur, vt iam non sint amplius in opprobrium infidelibus, sed etiam ipsi conuicti nobiscum proni adrent mysterium crucis.

Sensus au-  
thoris in  
hoc ver-  
su.

Ego tamen (vt non nihil hic mysterij Christi inseram, quod cum possum summa auiditate facio.) Existimo, quod fortè Propheta in hoc versu Dei incarnationem implorat, id est, vt nostræ humanitati diuinitas copuletur, qua in tantum euehatur honorem, vt quæ antea cõtemptui omnibus exposita erat, in summo deinceps habeatur pretio. Natura humana post peccatum contemptibilis valde permanfit, nam (vt statim diximus) etiam infima animacula ei aduersari præsumebant; præterea in tantū diaboli contemptū deuenerat homo, vt illi tanquã Deus imperitaret, supplicemq; faceret, diuinos sibi exhibere honores, atque pronum ipsum dæmonem adoraret in lapidibus, lignis, serpentibus, cæterisq; gentilitatis spurcitijs: vt ergo homo pristinum honorem recuperaret,

imo

imo ad altiore proueheretur, oportebat vt Deus homini per humanitatis assumptionem iungeretur, & sic permixtata forte diabolus ipsum hominẽ, vel eius naturam in persona verbi Dei vel inuitus adoraret, & iam non auderet homini tam sublimiter eleuato exprobrari, cessaretque hominis opprobrium & contemptus: quod desiderin his verbis explicuit sponsa, Cant. 7. dicens; Quis mihi det te fratrem meum suggestentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat? Fratrem desiderat eum, fratres enim dicuntur, qui ab eadem progenie descendunt; desiderabat Salomon, illius libri autor, ipsum Deum fratrem suum, id est, filium David patris sui, & Abrahamæ auis sui, cupiebat vehementissimè legere initium Euangelij secundum Matthæum, Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham, suggestentem vbera matris meæ; gestiebat eum videre infantulum vnus diei in vlnis pudorata puellæ suggestentẽ vbera matris, ac virginici lactis pauculas guttas expectantem; ille per quem nec ales quidem esurit; vt inueniam te solum, non vique patrem, aut Spiritum sanctum, sed filium, assumptio quippe humanitatis ad filium terminata est, solus enim filius carne humana indutus est, non pater, nec Spiritus sanctus; foris, hoc est extra diuinitatis latibulum, nobis vt appareas visibilis, & deosculer te. Per oscula mutua fit communicatio spirituum, per vniõnem hæc mirabilem naturæ nostræ cum diuina persona fuit communicatio facta idiomatum & proprietatũ; dicitur enim homo Deus immortalis, æternus, omnipotens, dicitur autem Deus homo, mortalis, passibilis, nam ibi solum est vna persona, & vna hypostasis, scilicet persona verbi; actiones autem Philosophi omnes personæ & supposito at-

Cant. 7.  
Et explicatur  
sua auto-  
ritas.

L ; tribuunt

tribunt non naturæ; desiderium ergo sponsæ est Deum deosculari, id est, tali vnione ei vniri, vt communicentur diuina humanis, & humana diuinis, & sic fiet vt iam me nemo despiciat, imo & angeli ipsi iam hominem aliter venerentur, maioriq̃ue prosequantur amore, tremunt enim videntes angeli versa vice mortalium. Vnde etiam Ioan. Euangel. vidisset angelum, pronusq̃; voluisset eum adorare, prohibuit eum dicens; Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum; Apoc. 22. Frequentioremq̃ue familiaritatem habet iam cum hominibus angeli quàm antea, vt patet in nouo testamento, & in multorum actibus sanctorum. Adeo per hanc diuinam vnionem nostra natura prouecta est, vt dicat Diuus Augustinus in libro de prædestinatione sanctorum. Eleuata est natura nostra in Christo tam excelsa & tam sublimis euectio, vt quo altius attoleretur non haberet.

Apoc. 22

VERSUS SEPTIMVS.

*Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.*

**H**inc versiculum primum de Christo intelligunt interpretes, contra eum quippe surrexerunt non solum vulgus hominum, sed etiam principes Synagogæ, vt eum morti traderent, & adhuc principes terræ contra eum in suis membris desequiunt, Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes contenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Principes autem Synagogæ contra Christum astiterunt in domum Cai-  
phæ

Psal. 2.

phæ pontificis, quando collegerunt concilium, vt decernerent de morte eius, & sedens pro tribunali pontifex sententiam protulit aduersus eum dicens: Expedi vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, & in ipsa nocte quadam Dominum comprehenderunt, ante suum tribunal fecit eum stare Caiphas, & pontificia auctoritate eum interrogauit de doctrina & prædicatione eius, atque adiurauit coram alijs si esset filius Dei benedicti; quod cum simpliciter factus esset Iesus, eum tanquam blasphemum morti damnarunt dicentes: reus est mortis: quem postea ad prætoriam Pilati & Herodis præsentarunt, falsa que testimonia aduersus eum congesserunt, & denique cruci tanquam seductorem affixerunt; sed ipse patienter & voluntariè pertulit; propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Meruit enim Christus propter obedientiam passionis sui nominis exaltationem, & vt celsitudo eius omnibus manifesta fieret, & omnes linguæ, populi & tribus agnoscant eum iudicem viuorum & mortuorum, & ante tribunal suum stent accepturi prout in corpore gesserunt, vt ait Paulus, adimpleaturque in illo illud Iob: Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. Et illud Zachar. 12. Videbunt in quem pupugerunt. Ipse tamen in iustificationibus Dei exercebatur, cum pro crucifixoribus exoraret dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

Mat. 25

26

Luca 22

Iob 60.

Zach. 12

Intelligitur etiam versiculum iste de martyribus consequenter ad præcedentem vbi postulauerant iusti, ne propter opprobria hominum ipsum erubescerent, aut abnegarent, concederetque infidelibus, ne contemptui haberent fidem eius: Etenim (ait iustus) sederunt principes & aduersum me lo-

quebantur, ita contingit martyribus; vnde versus iste canitur in officio prothomartyris Stephani, qui primitius martyr appellatur; mortem. n. quā Saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Saluatori: sed cum lapidaretur ab impijs, in iustificationibus Domini exercebatur: iustificationes quippe intelligere possumus iustitiam nouæ legis, quæ abundat super iustitiam Scribarum & Phariseorum, extenditur quæ vsque ad inimicos; & sic beatus Stephanus inter lapidū procellam positus genibus orabat dicens, Domine ne statuas illis hoc peccatum.

*Versus  
iste etiā  
intelligi-  
tur de  
pugnatio-  
ne demo-  
num.  
Ephes. 6.  
Ioan. 10.*

Tertiō intelligitur carmen istud de impugnatione dæmonum, qua iustorum machinantur ruinam, secundum illud Pauli: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contra mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cælestibus. Vocatur enim diabolus princeps huius mundi. Ioan. 10. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, sed facillimè repellitur à iusto, qui se in lege & in iustificationibus Dei exercet; sic enim profligatus est à Christo Domino in deserto testimonijs legis, in quibus se exercebat Christus. Cum enim contra aliquod legis præceptum peculiariter contra te insurgit diabolus, vt te alliciat ad inobedientiam eius, tunc fortius instandum est in obseruatione illius. v.g. si te ad impudicitiam instigar, atque ad mulierum amorem allicit, tunc fortius contrapugnandum est aduersus tale vitium, tunc magis fugienda consortia mulierum, tunc vehementius ieiunijs, vigilijs incumbendum, orationi feruentius acquiescendum, arma quæ omnia bellica contra ipsum proferenda; sicuti ciuitas ab hoste obfessa semper vigilat & pugnat contra inimicum, tamen quando pleno agmine & maioribus viribus

*Simile.*

viribus ab hoste impugnatur, tunc & ipsa fortius contrahitur, maiori conatu ad sui defensionem se parat, quid si tunc abijceret arma? segnius iaceret tela? incautius à iactatis se defenderet? hoc succumbere esset, & se manibus prædatorum dare. Sic & tu de te ipso in tentatione fer iudicium, vnde Paulus. Cum infirmior tunc fortior sum, id est, cum ex infirmitate carnis meæ me aggreditur inimicus, tunc fortius contra eum infisto; ac si diceret, quod in nostro vulgari fertur (saco fueras de flaqueza) ipsam fragilem carnem ieiunijs & orationibus solidam formem quæ reddo contra hostes: tunc ergo debes te exercere in Dei iustificationibus, nec à bonis & consuetis cessare operibus, sed instantius illis incumbere; hoc enim est veluti parvipendere diabolum; sicuti cum quis conuictijs lacessitur ab alio, ille tamen operi quod faciebat intendit, nec ab eo desistens, quasi irridens, ac paruipendens inimicum se habet; sic tu si cum à demone agitaris, tua non omittas opera consueta, sed illis intendas, quasi flocipendere inimicum videris, quapropter cōfusus & pudore affectus auertet se; vnde Eccles. 20. Si spiritus potestatem habentis super te ascenderit, locum tutum ne dimiseris, quia curatio facit cessare peccata maxima, id est, si diabolicus spiritus te adoriatur, ne consuetas operas dimittas, hæc enim curatio faciet hostem pedem referre atque ab impugnatione tua cessare, qua te in barathrum peccatorum nitebatur intrudere. & Iacob. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis, per hoc solum quod resistatis ei, trophea & palmam ex eo portabitis, solum non consentiendo, nec admitendo illum resistitur, & terga vertit; cum enim superbissimus sit, & superioris naturæ ab homine, si ipse vincere non potest hominem, tanquam victum se habet, & fugit. Hoc enim est te gerere cum tentatore

*2. Cor. ii*

*Simile.*

*Eccles. 20.*

*Iacob. 4.*

tatore

*Pfal.* 34. **tatore quasi aliud agens, nec illum attendens, nec timens, nec estimans. Vnde Psalm.** 34. **Ego autem cum mihi molesti essent induēbam me cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam; id est, aliud opus faciebam, quasi nec aduertens, nec audiens tentatorem; ipse me in delitiis & corporis voluptates nitebatur allicere, ego autem adeo illi non attendebam, nec audiebam, ut potius contraria niterer operari. Et Psalm.** 108. **Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis, ego autem orabam. Quasi aliud faciens nihil mihi curae de illo erat, sed nec audiebam, imò flocipendebam illum. Quod Dominus Ioan.** 8. **videtur nobis suo expressisse exemplo; nam cum Pharisei ad illum adduxissent mulierem in adulterio deprehensam, ut illam damnaret, dixit: Qui prius sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et quasi aliud agens, nec illis attendens, inclinabat se, & digito scribebat in terra, & sic profligati sunt aduersarij, & vnus post vnum exierunt, & dimiserunt mulierem solam. Si quasi aliud agens bonis operibus incumbens non attendetis inimicum, solum te dimittet & fugiet. Dicat ergo noster psalmes. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus, nec dimittebam meas operas, nec ad illos attendebam, alijs studiosus incumbens: & aduerte quod dicit, Sederunt, id est, non repentino impetu, sed excogitato consilio, principes sederunt contra Christum, contra martyres, & contra iustos &c.**

VER-

## VERSUS OCTAVVS.

*Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tue.*

**A**ugustinus. Consilium cōtra consiliū, quā principes contra iustos consiliabantur, ut eos perderēt, iusti vero consilium fumētes cū Dei iustificationibus, quæ docent inimicos diligere, cōsiliabantur quomodo eos saluos facerent. Consilium sumpserunt summi sacerdotes, quō Iesum perderent & occiderēt; ipse autem cogitabat quō eos saluaret, & redimeret; non enim viæ suæ, vię nostræ, nec cogitationes suæ, cogitationes nostrę. Cui & pōt adaptari quod statim diximus ex Psalm. 108. *Pf.* 108. **Cogitauerunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt, & expugnauerunt me gratis, ego autem orabam, nimirum dicens, Paternice illis quia nesciunt quid faciunt, idem martyres & ceteri iusti; consilium contra consiliū accipiunt, peccatores & iniqui cogitant consilia aduersus iustos, quomodo eos perdāt; iusti autem quomodo eos lucrentur & saluos faciant; cogitant consilia mortis contra Paulū Iudej, ipse autē cogitabat quomodo eos lucraretur, & saluos faceret aliquos ex illis. Meditatur iustus in Dei mandatis, & consilium capit cum eis, prudenter vterq; facit; nam ut sapiens dicit Prouer. 11. & 24. *Prou.* 11 & 24. **Salus est vbi multa consilia sunt: in lege Dei decem præcepta sunt, hos decem consiliarios assumat orthodoxus quisque, & cum eis habeat mysterium consilij sui, hos habeat tanquam dearchos & decuriones quos accerfat, vbiunque operandum sit, nec ab eorū consilio deuiet; hanc vniuersalem normā fidelis****

*Salust.* fidelis in omnibus operibus atque negotijs obseruare summopere debet, vt antequam negotiū agrediatur, consulat, an sit secundū legem Dei, vel contra aliquod præceptum illius; quod si intenerit contrariū esse, omnino à negotio abstineat; nā post patrarum scelus summa cum difficultate curatur; quoniā si iam ex iniquo lucro congesti pecunias, & eas in arca greca cōclufisti, vel oculos tuos prius erues, q̄ inde eas extrahas vt restituas, idē dicebat Salust. Priusquā aliquā rem aggrediaris, opus est consulto. consilium autē Christianicolę cum mandatis Dei debet esse, vnde Felix ira vertit hunc versiculum. Etenim mādata tu. solatia mea, & iustificaciones tuę viri consilij, mei (el entretenimēto y defensado del justo es la meditacion de la ley de Dios.) Vnde gaudium iustorū in hac vita occultū est, qm̄ interuam: quare stulti gaudiū eorū reputāt sine honore, quia nō latantur, cū male fecerint, nec exultāt in rebus pessimis, nec gaudēt sceptis, nec diuitijs, nec in obscena volutatur carne, sed in lege Dñi est volūtas & voluptas eorū, in lege eius meditatūtur die ac nocte. Est quippe gaudiū eorū thesaurus absconditus inter vepres & spinas, quę nec videre, nec capere possunt impij; in obseruatiua enim mandatorū Dei, in contēptu sui, & in alijs, quę aduersantur carni & sanguini, est gaudiū eorū. Bene ergo dicit, mandata tua solatia mea, etiā si carnis concupiscentię cōtrarię videantur, & iustificaciones tuę viri cōsilij mei. Habet homo aliquos selectos amicos, cum quibus & negotia sua pertractat & consilia capit, cum illisq; confabulari pro summo solatio reputat, loco horum iustus assumit mandata Dei. Tale consiliū acceperunt illi, qui ad nuptias suas vocauerunt Iesum & matrē eius & discipulos, tales coniuinas habeat fidelis secum. Christus & discipuli eius, simul cū matre sunt in omnibus negotijs

negotijs tuis, tam in prosperis q̄ in aduersis eos ad nuptias inuita, eos ad cenā voca, eos etiā ad lachrymas & luctus accersere, vt omnia negotia tua eorū cōsilio dirigantur, vt videas si iuxta doctrinā Christi & Apostolorū eius sunt directa. Quod si ab eis videris deuiare, iterū ad eorum lineā reducas. Consilia quippe hominū incerta sunt, & fallacia. Nā vt ait Sap. Cogitationes mortalium umidę, & incertę prouidentię nostrę. Vnde Eccl. 37. Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium, omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso; iste scilicet qui mandata Dei abscondita gestat in pectore, & cum eis sua tractat consilia. Nam consilia hominum præter hoc sunt incerta, iniqua vt plurimum solēt esse, quare Tobias 14. filium suum docebat, vt consilia sua in Deo permanerent, firmiter, & inuiolabiliter eis adhereret. Amici sunt tibi plurimi, (ait Sapiens) consiliarius autem vnus de mille, quis est iste milienus, nisi Christus Dominus, qui magni cōsilij Angelus dicitur, & inter cætera nomina eum vocat, Isa. cap. 9. admirabilem consiliarium. Qui vnus de mille est, quoniam electus ex millibus. De quo & idem Salomon: Virum de mille vnum reperi. In hoc permaneant semper consilia tua, vt prosperos & certos sortiantur effectus. David passim consulebat Dominum, lege primum & secundum libros Regum, & videbis quod sex vicibus scriptum sit, consuluisse David Dominum. Posthęc consuluit David Dominum, & consuluit David Deum &c. Quo contra, quia Iosue os Domini non interrogauit, seductus est à Gabaonitis; vide quibus verbis conqueratur Deus per Isa. cap. 30. Vt filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium & non ex me; & ordiremini telam, & non per spiritum meum; vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis

*Sap. 9.*  
*Eccl. 37.*

*Tob. 14.*

*Eccl. 6.*

*Isai. 9.*

*Eccl. 7.*

*Isai. 30.*

ambulatis ut descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Ægypti in confusione, & fiducia umbræ Ægypti in ignominiam. Non prosperè cadunt prauorum consilia, & qui eis innititur confundetur, infatuat enim Dominus consilium malorum, sicut infatuauit consiliū Achitophel & proditoris Iudæ, ita ut in desperationem & suspendium uterque veniret; quoniam Deus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum; consilium autem Domini manet in æternum, quia res æternas & non propediem perituras consulit; quare rectè respondit ei Petrus, cum eis diceret Dominus: Nūquid & vos vultis abire; quoniam ibimus Domine? verba enim vitæ æternæ habes, non caduca consulis, sed quæ in æternum permanura durabunt. Vnde & Hieron. ita interpretatur hunc versum dicens: Et consilium meum iustificationes tuæ, quia vitam pollicentur æternam. Bene ergo concludit noster peregrinus suam sententiā dicens: Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ. Iam peregrinus suam egit personam suaque dicta compleuit, ad aliam iam transeamus quæ alios octo versus decantabit.

2. Reg. 17

Psal. 32.

Ioan. 6.

Hierony.

Q V A R T V S  
octonarius.

1. Da-  
leth.

*A*dhæsit pavimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.

2. Da-  
leth.

*V*ias meas enuntiaui & exaudivisti me: doce me iustificationes tuas.

Viam

*V*iam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis. 3. Da-  
leth.

*D*ormitauit anima mea præ tedio: confirma me in verbis tuis. 4. Da-  
leth.

*V*iam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei. 5. Da-  
leth.

*V*iam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. 6. Da-  
leth.

*A*dhæsi testimonijs tuis Domine: noli me confundere. 7. Da-  
leth.

*V*iam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum. 8. Da-  
leth.

TRACTATUS QVARTVS  
super quartum octonarium.



*A*dhæsit pavimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum. In hoc quarto octonario Propheta induit personam hominis, mentæ, quidē seruientis legi Dei, carne autem legi peccati, ut dicit Paulus Rom. 7.

*Induit personā hominis, mentē seruientis legi Dei, carnē autē legi peccati.*  
Rom. 7.

Vnde & in isto octonario præponitur litera Daleth, quæ significat timorem, vel natiuitatem. Nam ex hoc quod homo in carne fragili nascitur, timet casum; ex carne ipsa in qua nascimur prodit timor labendi. Vnde Paulus: Timeo, ne sicut serpens seduxit Eua astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri. Carnis sensibus fuit seducta Eua, allecta visu & sapore pomi, ita timeo ne per sensus carnis vestræ corrumpamini: ex eo quod video vos in carne

2. Cor. 7.

*Phil. 2.*  
*2. Cor. 4*  
in carne fragili esse, timeo lapsum vestrum. Ideo monet nos, vt cum timore & tremore nostram salutem operemur; quia habemus thesaurum istum in vas fictilibus, qui quàm facile franguntur, tam cito perit quod in eis est. Quare necessarium habemus auxilium diuinum, vt Deus ipse manum porrigat cadenti, & emortuam carnem viuificet. Vnde dicit in hoc versu: Adhæsit pauimento anima mea, idest, carni quæ est pauimentum animæ, ex terra nempe facta. Quare alia litera habet ex Hebræo, adhæsit pulueri anima mea, ideo peto vt me viuificet secundum verbum tuum. Vnde Cassiodorus dicit, Timenti lapsum ex infirmitate carnis, lex Domini subuenit, quæ ad omnia sufficit. Vel interpretatur timor & natiuitas, quia ex timore Domini incipit spiritualis natiuitas, secundum illud: Inicium sapientiæ est timor Domini. & illud *Prouer. 1*  
*Isai. 26.* Isa. 26. A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis.

Sed pro introductione materiæ totius huius orationis, operpretium existimo id adnotare, quod ex Platone didicimus. Fingit Plato hominem animal quoddam prodigiosum chimericumq; quippe quem ex disparatis naturis confectum videmus, nempe ex carne, & spiritu, ex corpore & animâ; quarum vnâ cum belluis communem, alterâ dijs similem accepimus, vt ait Salustius. Hæ autem quàm diuersæ sint, ex earum natura liquet. Spiritus immortalis, æternus, inuisibilis, intractabilis, nulloq; sensu perceptibilis est: at caro fragilis, caduca & mortalis, sensibusq; corruptibilibus parës. Cum ergo diuersa sit vtriusque natura, diuersa est etiam operatio & inclinatio: anima quæ cœlestis & spiritualis est, alta petit; caro quæ ex terra est, ad ima inclinatur; altera supernè tendit, altera infernè mouetur. Hæ autem inclinationes & appetitus aduersi

aduersi sibi sunt, sicut motus sursum, & motus deorsum. Caro enim, ait Paulus, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem; ex quo oritur inter eos plusquam ciuile bellum, vt & noster poeta Hispanus his verbis dixit (Cantu Christiana musa, la mas que ciuil batalla,) quod desumpsit ex Lucano in enarratione belli inter Pompeium & Cæsarem.

*Bella per Emathios plusquam ciuilia campos.*

Ciuilior pugna est inter carnem & spiritum in homine. Nec enim solum est inter conciuēs & municipes eiusdem ciuitatis, nec inter leuirum & socrum, vt Pompeius & Cæsar erant: sed inter eundem & eundem, vt ita dicamus inter me & me ipsum, egomet mihi bellum ingero, eiusdem ad seipsum est duellum. Diuiditur homo in duas partes in hac consideratione belli, & secundum portionem animæ inferiorem, quæ carnem vegetat animatque, & secundum portionem animæ superiorem, quæ dicitur superior ratio, & independenter à tempore operationes habet. Hæ duæ operationes sunt, quæ inter se militant. Nā cum ad superna tendere vult spiritus, caro eum deprimit ad inferna, nec eum eleuari, nec diu durare in superis eum sinit. Imaginemur (ait Chrysof.) passerem alligatum filo breui vni ex digitis meis; extendit quidem alas suas passer vt volet, sed vix quater alas acremque ferire incipiet, & iam cadet, recedet, & ad manum reuertetur, quia offendit in digito vbi erat alligatus. Sic misella anima dum huic corpori inhæret, alligata illi est, quod si expandere mentis alas, vt altissima per desiderium & meditationem voliter, statim caro deprimet, eiusque necessitatibus succumbere oportebit. Nam vel somnus obrepit, & animam inclinat ad soporem, funeque isto, hoc est colligantia, qua iungitur caro & spiritus,

M ad

*Ad Galat. 5.*

*Poeta Hispanus. Lucanus*

*Chrysof. Simile.*



ad se attrahit atque diuertit. Vult legere aliaque animæ propria exercere officia, necessitas fumendi cibum, vel querendi, vel se calefaciendi, vel vestiendi, vel aliæ innumerabiles indigentia eum auocant, ne quod velit bonum illud agar. Corpus enim quod corrumpitur, agrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Inuenio enim, ait Paulus Rom. 7. legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet, inuenio autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis, ecce aliud malus malum. Quoniam non solum rapit ad diuersas operationes, verum etiam ad peccata. Loquitur enim Paulus & noster Propheta de carnis & concupiscentiæ fomite, qui peccatum dicitur, vel quia ortum habuit à peccato, consequens enim eius fuit, vel quia inclinatur ad peccatum. Hic autem fomes est hæc peruersa inclinatio & rebellio carnis contra spiritum, quæ pernicata quadam. semper contra eum insurgit, & ad peccatum aliquando nolentem & repugnantem videtur quæ trahat. Huius typum fuerunt illi duo fratres Esau & Iacob, qui in utero matris collidebantur & belligerabant, in ortu etiam Esau plantam tenebat Iacob; nam carnis hæc & spiritus controuersia in utero incipit, quippe qui in peccato concepti, & nati sumus, per generationem enim transmittitur in nobis primorum parentum miseria. Plantam autem tenet Esau Iacob, quoniam usque in finem vitæ hæc bella durabunt. Planta extremum est corporis, mors extremum vitæ, Ismael etiam persequebatur Isaac, filius ancillæ filium liberæ; quoniam caro, quæ ancilla & captiua est, animam quæ libera est persequitur & emulatur. Quod Paul. Gala. 4. enarrat. Quomodo tunc is qui

Sapient. 8

Rom. 7.

Fomes peccati.

Gen. 25. Figura.

Galat. 4.

secun-

secundum carnem natus fuerat; persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc, loquitur autem ad litteram de Ismaele, & Isaac. Nullus (excepto Christo, & mater eius, quæ ligatum habuit formitem vsque ad conceptionem tanti filij, deinde omnino sublatum ab ea fuit) nullus inquam his duobus exceptis absque isto fomite nascitur & viuit, quantacunque polleat sanctitate & virtute. Huius veritatis figuram expressit turturis sacrificium. Ingulabatur enim turtur, caput autem non abscindebatur à corpore, sed ei colligatum permanebat. Etiam si carnem tuam immoles ieiunijs, & vigilijs extenues, flagellis iugules, omnino ab spiritu seungere non poteris; semper colligata & obligata anima suis necessitatibus permanebit, semperque eam rebellem senties, etiam quando iam se palmam adeptam putaueris; ut Paulus post tales reuelationes, quando iam quæ carnis essent, neque sentire deberet, talem pernicitiam & contradictionem expertus est. In hoc ergo quarto octonario, iustus qui in se talem experitur contradictionem, quasi gemens & ululans præ angustia dicit. Adhæsit pavimento anima mea. Vox est querula & angustiam præfere-rens, sed agnoscens quod solus Deus patientiam & virtutem præstare potest aduersus talem hostem. Subiungit. Viuifica me secundum verbum tuum, quasi iam audiuisset Paulum dicentem Rom. 7. Ego quidem mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati, & ipsummet clamantem & dicentem. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? & respondentem sibi met. Gratia Dei per Iesum Christum. Ideo & ipse dicit: anima mea adhæret huic carni, huic terreno solo & pavimento, nemo autem me potest à tanto hoste erucere, nec à tanta misera subleuare, nisi tu suppetias feras, porrigasque manum, ideo viuifica me se-

Figura.

Rom. 7.

M 2 cundum

**Matt. 4.** cundum verbum tuum. Nam non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Verbum enim Dei fert suam gratiam & vitam, quia est veluti semē spiritualis vitæ. Sed observandum, quod gratia Dei quidem non tollit hunc fomitem, nec propriè minuit illum in se, sed addēs virtutem & vires animæ quasi minoris virtutis apparet fomes quàm antea; veluti si sit pondus aliquod, quod ego portare non possum nisi cum magna ac difficili vi, si extemplo corpori meo vires addantur, vel alius fortior adiutor iungatur, minoris ponderis apparet onus quàm antea, licet non sit in se diminutum, sed mihi virtus aucta. Scio us affert aliud appositissimum exemplum. Imaginemur quod alæ aquilæ ab ortu suo sit ligatus lapillus, qui volatum eius impediatur, quanto ala plus creverit & pennæ natæ, & virtus auctior, tanto minus sentit impedimentum lapilli ad volandum. Sic nobis contingit. Ab ortu nostro fomitem hunc gerit anima ligatum, quia adhæret corpori, qui quasi lapis, eius celerem volatum contrahit, quanto in gratia Dei plus adoleverit, tanto minus sentiet fomitis impedimentum; necessaria est igitur gratia Dei, quæ animam gravatam corporis terreni pondere ad ethera subleuet. Vnde animalia illa sancta, quæ vidit Ezechiel pennatos habebant pedes. Hæ alæ sunt supernæ & infusæ virtutes, quæ animam ad superna evehunt, eam contra corporis grauedinem adiuuantes. Nam cum anima huic fragili carni immersa sit, summopere indiget diuino & supernaturali auxilio. Vnde Dauid: Custodi nos Domine vt pupillam oculi. Scio versiculū hunc interpretari de amore quo Deus nos afficit, diligit enim nos quasi pupilla oculi amari solet; vnde ipse alibi Zach. 5. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Sed ego nunc existimo et posse intel-

*Gratia Dei non tollit fomitem, sed addēs virtutem & vires animæ quasi minoris virtutis apparet fomes quàm antea; veluti si sit pondus aliquod, quod ego portare non possum nisi cum magna ac difficili vi, si extemplo corpori meo vires addantur, vel alius fortior adiutor iungatur, minoris ponderis apparet onus quàm antea, licet non sit in se diminutum, sed mihi virtus aucta.*

*Simile.*

*Scotus.*

*Figura.*

*Psal. 16.*

*Zach. 5.*

intelligi quod Propheta exposcat continuum & singulare præsidium ad custodiendam teneram & delicatulam animam fictili carni submersam, quia pupilla tenera res est maxima custodia indiget, vnde & natura palpebras & supercilia quasi protegumento & custodia ei superposuit. Sic ergo custodi nos Domine, eo diligenti præsidio, quo res tenerissima & delicatula custodiri solet.

Dicit ergo Propheta. (Adhæsit pauimento anima mea, vivifica me secundū verbum tuum.) Corpus pauimentū animæ est, vt prædiximus; pauimentum autem oportet & planum & solidum esse, ne vel offendamus, vel impingamus in illo; & ideo debet calcari ligneis instrumentis, pessundari vt eleuata complanentur ne in eis offendamus, & tenerum solidetur, ne pedes deprimantur. Sic sic nimirum caro conculcanda est, dureq; tractanda, ictibus flagellorū opprimenda, & ferocientes & luxuriantes appetitus eius deprimendi sunt, ne animæ cursum impediatur, vel in eleuatis per superbiam desiderijs offendatur, vel in lubricæ luxuriæ hiatu demersa succumbat, nec sit procliuus neque decliuus, sed fiant praua in directa & aspera in vias planas. Quod & Dñs docere voluit, cum innumeram illam multitudinem quæ pauit in deserto, vt legitur Ioan. 6. super senum condescere præcepit. Nam omnis caro (clamat Isa.) senum. Super illud ergo sedendum, vt semper calcata inferiorem se animæ cognoscat, eiq; ad dictum obediens sit. Seruo enim maluculo virga & compedes. Eccles. 33. Zacharus etiam, vt Christum videre posset, super symcomorum ascendit, erat enim pusillus statura. Anima pusilla est maximè dñi carni inhæret, quæ parua & tenera est. Ascēdat ergo super insanā carnem, eleuetur super illam, vt sic immensum illum gigantem sine impedimento cernere possit.

*Textus.*

*Cur corpus dicitur pauimentum,*

*Caro dicitur tractanda.*

*Ioan. 6. Isa. 40.*

*Eccles. 33. Luc. 29.*

*August.* Sed aduertendum cum Diuo Augustino, quòd si imaginemur mundum hunc inferiorem tanquam magnam & amplissimam domum, inuenimus quòd cælum huius domus rectum est, terra autem veluti pauimentum. Quare per pauimentum hic vniuersam congeriem cupiditatum terrenarum intelligit Augustinus. Quam Diuus Ioan. in sua canonica reducit ad tria dicēs: Omne quod est in mundo, aut est cōcupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Vniuersa concupita in his clauduntur, nempe vel in voluptate carnis, vel pecuniarum, vel superexcellentiū bonorum. Adhære ergo animam pauimento; est vniuersis his intricari concupitis, à quibus erui petit per verbum Dei, vel sumendo verbum pro eius Euangelio & doctrina, vt à principio diximus, vel secundo pro promissionibus Dei, secundum illud *Luc. 2.* Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, idest, secundum promissa tua. Nam vt ait Paulus, *Roman. 9.* Christiani sumus filij repromissionis: non enim omnes, ait, qui ex Israël, hi sunt Israëliti, neque qui semen sunt Abraham omnes filij, sed in Isaac ait vocabitur tibi semen. Idest, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis extimantur in semine. Nam Isaac potius videretur filius repromissionis quam nature; quippe cum secundū naturam Sara concipere non poterat, quæ præter hoc quòd sterilis erat, iam destuerant illi fieri muliebriā, nec apta vllō modo iam conceptui erat, sed miraculosè conceptus & natus est Isaac, vt Dei promissa fortiterentur effectum. Quare Isaac, est verū filius fidei Abraham, qui per fidem talem repromissionem accepit, vt in semine eius omnes gentes benedicerentur, & ipse esset pater omnium cre dentium. Nos ergo sumus filij veri Isaac, idest,

Christi

Christi repromissi, qui risus & gaudium hominū & Angelorum est, ( id enim significat Isaac ) & per fidem in baptismo filij eius renascimur, filij repromissi filij. Et quia ex eisdem nutrimur & sumus: ( vt ait Philolophus ) si in his repromissionibus generamur, in eis etiam viuimus. Spe enim facti sumus, ait Paulus; sub spe barum repromissionum viuimus, quas per paciētiā expectamus. Christus autem repromisit nobis corporum immortalem vitam, quando iam corpus non erit aggrauans animam, nec animale, corruptibile, aut infirmum, sed spirituale, gloriosum, incorruptibile, atque forte, vt ait Paulus. *1. Corinth. 15.* Tunc enim non erit animæ molestum, nec fastidiosum, nec eam opprimer, sed erit animæ ad nutum obediens absque vlla repugnantia & contradictione. Modò enim, ait Augustinus, anima adhæret corpori, tunc autem corpus adhærebit animæ. Nunc anima carnis necessitatibus seruit, tunc corpus animæ in omnibus subiectum erit; nam tunc liberabitur anima à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, vt ait Paulus *Roman. 8.* Hæc autem promissa protelantur vsque ad corporum regenerationem, interim tamen permittitur carni secundum suam naturam agere, animam grauari & opprimere, vt per huiusmodi bellum proprio Marte adiuuante gratia Dei anima sibi præmiū acquirat. Sicut & inter filios Israel permisit Amorroes & Ferezeos, vt in illis erudiret populum suū. Caterum & si hæc promissio vsque ad aliud proteletur statum, interim tamen auxilia sua nobis pollicitus est, quibus palmam ex domestico hoste nancisci possumus. Ecce ego vobiscum sum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Et Paul. pro hac pugna ter Dominum rogauit, & dictum est illi: Sufficit tibi gra-

*Aristot.*

*1. Cor. 15*

*August.*

*Rom. 8.*

*Figura*

*Mat. 28*

*Psal. 4.*

*2. Cor. 12*

via mea. Perit ergo anima iusti in corpore clausa, ut hæc Dei promissa adimpleantur, viuificetque corpus suo tempore illa incorrupta immortali & spiritali vita, sed interim viuificetur ipsa vita, gratia auxilioque diuino, consolidetur roboreturque, ut possit resistere in die malo.

Tertio possumus intelligere per verbū, ipsummet filium Dei, qui verbum patris dicitur. Nam per ipsum sperat anima vehi ad cœlestia, adeo delecta erat in isto pauimento concupiscentijs eius & laqueis irriterita, ut nisi filius Dei eam in cruce secū eleuasset, semper in imis iaceret. In cruce autem cum Christo subleuata est anima ab hoc terreno pauimento & solio, ut ipse dicit Ioan. 16. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum; idest, omnia mecum eleuabo, sicut latronem secū euexit in cœlū. Vnde id quod in derisum pueri illi à leonibus dilaniandi dicebant Helisæo, ascende calue, ascende calue, possumus nos in honorem vertere, & dicere Christo Domino. Ascende calue, idest, ascende caluarij montis collem atque fastigiū, quod est crux eleuata in vertice illius montis; ut sic & nos ascendamus tecum. Et non dicimus ei, quod blasphemantes æmuli sui dicebant; si filius Dei es, descendat de cruce, & credimus ei. Quid. n. consequentiæ est (ait Bernardus,) Si filius Dei est descendat, & non magis ut ascendat? ascende ergo, dicimus ei, in palmam, ut & nos tecum subleuati colligamus fructus eius. Ascende in lectulo super puerum, ut illi commensuratus & super eum incuruatus ad vitam reuocet mortuum. Ascende in lectulo crucis, non in lectulo illo florido cui Salomon incubauit, sed in lectulo spinis obsito, clauis circumdato & ornato, ut viuifices nos in te ipso, qui verbum Dei patris es. Iacet enim in pauimento anima nostra, nisi

tu

zu verbum patris, eleuatus in cruce, & nos tecum pariter subleuaueris.

VERSVS SECVNDVS.

*Vias meas enuntiaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.*

**C**onfessus sum vias meas, me in pauimento carnis iacuisse, concupiscentijs eius obedisse, indigna multa perpetrasse, tu Domine doce me iustificationes tuas, idest, vias tuas in quantum peccatores iustificanti, & ad te conuertunt. Ego vias meas annuntiaui: quæ sunt peccata, tu tuas edoce me, quæ sunt iustitiæ rectè iustificantes & iustificantes corda. (Vias meas enuntiaui, & exaudisti me) Viæ nostræ peccata sunt, via Dei iustitia, nunquid via mea non est æqua, ait Dñs, & viæ vestræ prauæ sunt? Ezech. 18. (& exaudisti me.) Nam qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem deliquerit & confessus fuerit, misericordiam consequetur. Et illud. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remissisti iniquitatem peccati mei, doce me iustificationes tuas. Dic tu prior peccata tua, ut iustificeris. Isa. 43. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. Ecce quid ex vera confessione peccatorum consequitur. Peccata tenebræ sunt, quæ & lumen gratiæ abscondunt, immo & omnino auferunt si sint mortalia, & rationem obnubilant. Sed ei qui Domino reuelat viam suam per confessionem, tenebræ conuertuntur in lumen. Peccata enim confessa iam non tenebræ, sed lumen meridianum sunt,

Psal. 18.

Ezech. 18.

Ierem. 28

Psal. 31.

Isa. 43.

secundū.

70.

Psal. 36.

Quid cō-

sequitur.

ex vera

confessio-

ne,

sunt, nam quod tenebras inducebat, id est malitia, profligata est, detestatio autem peccati & conuersio ad Deum quod in poenitente manet, lumen sunt. Deducet ergo iustitiam tuam luce meridiana splendidiorem; nam peccata per cordis lachrymas diluta, iam candida & lucida sunt, secundum illud Isa. 1. Lavamini ( per contritionem scilicet, ) mundi estote ( per confessionem, quæ omnes recessus animæ purgat, cum omnia abdita pandit ) auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere ( hæc est enim vera poenitentia, præterita plangere, & plangenda iterum non committere, sed ad meliorem frugem conuerti ) & venite & arguite me dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Ecce quid vera confessio conferat. Nam de veris poenitentibus potest dici, quod lauerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni, nimirum in sacramento confessionis, in quo sanguis Christi administratur. Dicat ergo poenitens. Vias meas enunciaui, & exaudisti me; id est, veniam concessisti peccatis confessis. Quare alia litera ex Hebræo habet, & respondisti mihi; quod in idem recidit, responsum enim Dei verè poenitentibus remissio peccatorum est.

Sed aduertendum quod peccatoribus sceleribus inuolutis aliter responderet Deus, & aliter eisdem poenitentibus. Peccata nostra responderunt nobis, ait Hierem. Quæ nam responsio est ista? illa de qua Psalm. Contritio & infelicitas in vijs eorum. Et illud Roman. 2. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, ecce eorum peccati, ( Es est ecco del peccado. ) Et illud quod sanis virginibus responsum est; Amen dico vobis nescio vos, discedite à me omnes operarij

Isa. 1.

Psalm. 13.  
Rom. 2.

Ecco.  
Mat. 25

ri] iniquitatis. & vae vae vae habitantibus super terram. hæc responsa reddit Deus peccatoribus. Vnde Ezech. 14. sic dicitur: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me; ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. Sed verè poenitentibus responsum, & eorum aliud est. Peccauit Dauid græde peccatum iungens homicidium adulterio, proposuit illi Natham peccatum suum, & dixit Dauid. Peccaui Domino, & statim Deus respondit. Et Dominus transtulit quoque à te peccatum tuum. 2. Reg. 12. Diluebat lachrymis pedes Iesu Magdalena, & intimis verbis veniam pro delictis deprecabatur, & respondit illi Dominus. Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace. Bene ergo dicit Propheta. Vias meas enunciaui, & respondisti mihi; id est, veniam præstitisti flagitijs; idèd petebat alibi Dauid, ut Deus eius clamorem intelligeret. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Nam ad ea quæ intelligimus responsum damus, sed si non percipimus quomodo respondere poterimus? intellige ergo clamorem meum, id est, approba ut responsum des concedendo: aliàs imprudentibus dicit Dominus; nescio vos, ac si diceret, nec quæ petitis intelligo, nec iniquis petitionibus vestris respondere liber. Vnde Iacob. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. ¶ Doce me iustificationes tuas, ut opere adimpleam. Intellige, nam de scientia practica, id est, operatiua loquitur. Id dicitur in scriptura aliquem ignorare quod non facit, non nouit practice: Hæc autem est scientia sanctorum, scientia practica, de qua Prou. 9. Scientia sanctorum prudentia: Prudentia quippe virtus est, quæ ad opus dirigit,

Ezech. 14.

2. Reg. 12.

Luc. 8.

Psalm. 5.

Iacob. 4.

Prou. 9.

## Tractatus Quartus

*Ecol. 10.* dirigit, de qua alibi. Dedit illi scientiam sanctorum, practicam, & operatiuam mandatorum Dei. Doce me ergo iustificationes tuas, hac scientia operatiua, vt opere compleam quod mente concepi.

### VERSUS TERTIVS.

*Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.*

**Q**uæ antea iustificationes nuncupauerat, nunc vias iustificationum vocat. Dei enim mandata, quæ sub vtraque nomenclatura continentur, quia obseruata iustificat, iustificationes dicuntur. Quia verò sunt viæ quibus ambulamus ad patriam (nam per mandatorum obseruantiam meremur vitam æternam) iterum viam ea vocat, vt infra, Viam mandatorum tuorum cucurri. Et *Ephes. 2.* Paul. creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. omnia autem opera bona in lege Dei præcepta subsistunt.

Sed obserua quòd cum præcedenti versu, petierit doceri Dei iustificationes, nunc in viam earum instrui exposcit. Hoc est, vt ait Diuus Ambrosius, petit non solum Dei mandata scire, sed & ordinem quo exequi debeat, intelligere etiam quo ordine, quomodo, quibus vijs obseruari debeant. Nam vt dicit Seneca: Bona male locata mala reputato. Nisi enim bona bono etiam ordine exequamur, bona non erunt. Nam bonum (teste Dionysio) procedit ex integra causa, malum autem ex particularibus defectibus. Quæcunque circumstantia requisita defuerit, iam bonum non erit. Ordo autem in bono apprime necessarius est., adeo

vt Diuus

## In Psal. B. Immaculati. 95

vt Diuus Augustinus loquens de ordine, non aliter definierit virtutem quam per ordinem. Virtus *August.* (ait) est ordo amoris, vitium verò amoris deordinatio. Si ordinatè amatur quod amandum est, ibi ratio virtutis consistit, sin verò deuiemus ab hoc ordine, in vitia declinamus. Vnde sponsa *Cant. 3.* Ordinauit in me charitatem. Omnia in numero, pondere & mensura disposuisti, ait sapiens: Sapien. 11. *Sap. 11.* Pulchritudo vniuersa in ordinata distinctione diuersarum rerum consistit. Vnde post rerum ordinem & distinctionem dixit scriptura; Vidit Deus *Genes. 1.* cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, quælibet per se bona, omnia simul ordinata, valde bona. Nam vniuersa moles creaturarum suo ordine diuisa & in proprio loca numero, speciosissimum reddit vniuersum. Consonantia quædam rerum miro ordine composita, dulcissimam simul ac mirabilem armoniam animi auribus concinnant. Vnde diuina Sapia delectabatur per singulos dies ludens in orbe terrarum. Pulcherrimus ordo rerum animum sapientis delectat, iustumq; atque lætitiã veluti ex consonantia musicæ eius animo influit. Sed si præpostero ordine diuina exequaris mandata, à recto deuiasti. Ordo enim penitentia exigit, vt prius conteras de peccatis, deinde confitearis. Si perueris ordinem, & prius confitearis absque vero dolore & sufficienti, deinde post absolutionis beneficium conteras, nõ rectum seruasti ordinem, peccasti, idest, si bonum opus non recto ordine exequaris. Bonum opus est Deo hostias offerre, religio est, fateor, sed si non debito ordine fiat, iam deniatur à bono. Si in diuisione hostia ouem Deo offeras, cor autem tuum tibi metipsum referues, & non prius cor illi holocaustum obruleris, peruerso ordine pergis, abominabilis erit oblatio tua, sicut oblatio Cain. Vnde Dominus *Genes. 4.* respexit

respexit ad Abel & ad munera eius, quia recto ordine offerebat, prius se immolans Deo, ad quod primo respexit Deus, deinde ad alia quæ ex recto corde Deo litabat. Sed de hoc alibi latius, si Deus dederit. Quare Deus per Isa. c. 5. iustis promittit dicens: Sternam per ordinem lapides tuos, idest, ordinabo in te virtutum ædificium. Regina Saba admirata est ordinem domus Salomonis, quia in domo Dei omnia ordinatè procedunt. In inferno autem, ait Iob, nullus ordo; sed sempiternus horror inhabitat. Vnde Paulus 1. Corint. 14. Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis. Talem ordinem flagitat edoceri Propheta dicens: Viam iustificationum tuarum instrue me, &c. hoc est ordinem.

*August.* Sed Diuus Augustinus intelligit in hoc versu expositi profectus & ascensus in virtute, vnde legit secundum verbum Græcum, viam iustificationum fac me intelligere. Antea poposcera doceri, nunc flagitat, vt faciat intelligere. Docere aliorum etiã est, facere intelligere solius Dei, qui & intellectum illustrat, & voluntatem afficit. Vnde de Christo Domino dicit Marcus, quod erat docens eos, tãquam potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisei, vt sic in exercitio virtutum profectus capiat & incrementa. Antea in iustificationibus exercebatur, nunc alius erectus, in mirabilibus Dei iam se exercet, more athletarum, qui prius in minoribus vires exercent, & paulatim ad maiora trãseunt, vt in Palestina alijs validiores iudicentur. Vnde Paul. ad Timoth. Exerce temetipsum ad pietatem. Hæc autem mirabilia sunt opera heroyca eminentioris virtutis, quàm alia quæ homines etiam iusti solent communiter exercere; vt ea quæ illustres Sancti operati sunt, & quæ anachoretæ & Eremitæ illi in deserto faciebant, qui ad tantam excellentiam

*Marc. 1.* Dominus dicit Marcus, quod erat docens eos, tãquam potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisei, vt sic in exercitio virtutum profectus capiat & incrementa.

*Simile.* Antea in iustificationibus exercebatur, nunc alius erectus, in mirabilibus Dei iam se exercet, more athletarum, qui prius in minoribus vires exercent, & paulatim ad maiora trãseunt, vt in Palestina alijs validiores iudicentur. Vnde Paul. ad Timoth. Exerce temetipsum ad pietatem. Hæc autem mirabilia sunt opera heroyca eminentioris virtutis, quàm alia quæ homines etiam iusti solent communiter exercere; vt ea quæ illustres Sancti operati sunt, & quæ anachoretæ & Eremitæ illi in deserto faciebant, qui ad tantam excellentiam

*1. ad Timoth. 6.* Exerce temetipsum ad pietatem. Hæc autem mirabilia sunt opera heroyca eminentioris virtutis, quàm alia quæ homines etiam iusti solent communiter exercere; vt ea quæ illustres Sancti operati sunt, & quæ anachoretæ & Eremitæ illi in deserto faciebant, qui ad tantam excellentiam

lentiam virtutis peruenerant per continuum exercitium & orationem, vt non solum inimicos diligerent, verum etiam eorum iniurijs ac persecutionibus gauderent; non solum carnis lenocinijs & illecebris non irritarentur, verùm neque scintillam penè talis caloris perferrent, vt nec iam ipsos motus naturales paterentur, vel tam emortuos, vt nihil penitus eorum animus per eos commoueretur; noctes ducebãt insomnes, tenebrasq; cum luce iungebant, insatiabiliter perseuerantes in oratione, vt Diuus Antonius, qui quando oriebat̃ur Sol, aduersus eum iactabat querelas dicens: Quid Sol tuis radijs ab illa incommutabili luce meruocas? Quid me à tali sopore euigilare compellis? Vel cibum penè non sumebant, & illum simplicem absque vllò condimento. Diuus Hieronymus iurat se vidisse Eremitam quendam in cisterna quadam per triginta continuos annos, qui solos quinque ficus aridos, qui carices dicuntur per singulos dies in cibum sumebat; denique viuentes in carne neque secundum carnem militabãt neq; viuiebant, sed adhuc mortales & corporis mole prægrauati, immortalẽ illam Angelicam vitam agebant, Hæc ergo mirabilia apparent omnibus audientibus opera. Vnde alibi Psal. 138. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscer nimis. & Psal. 45. Venite & videre opera Dei, quæ posuit prodigia super terram. Et Isai. 43. Cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma non comburet te. Quid oculis hominum mirabilius apparere poterit, quàm si vidissent præstigiatorem in igne ambulantem & illæsum? sicut conrigit pueris illis qui in fornace Babylonis Regem & omnes nimio stupore affecerunt, Salamandras fecit Deus homines super terram, qui in igne concupiscentiæ, auaritiæ, & aliorum vitiorum non comburuntur, sed super prunas

*Dicium  
Antonij.*

*Pf. 134.*

*Psal. 45.  
Isa. 43.*

prunas veluti alter Tiburtius frigido pede calcãt. Hæc sunt mirabilia Dei, prodigia & miracula quæ fecit super terram. Vnde Iacessitus iniurijs Eremita quidam à quodam infideli, cum illi iactaret, ac diceret, quæ nam miracula & prodigia tuus Christus in mundo dedit? respondit, vt his ac maioribus, si intuleris, non mouear nec offendar iniurijs. Nec offendi iniurijs, nec moueri contumelijs, sed integro animo per prospera & aduersa transire, vt nec his frangatur, nec illis eleuetur nulla alia Philosophorum schola efficit nisi solius Christi, qui potestatem habet super corda. Vide in Cassiano collationem secundam abbatis Cheremontis, vbi hæc ad longum reperies; hæc autem inexpertis non solum incredibilia, verum etiam & impossibilia videntur. Vnde Cassianus in collationibus patrum refert, quod abbas Sere-nus dixit, quod sicut ille qui artem natandi ignorat, si videat aliquem hominem, super aquas natantem, iurabit impossibile esse hominem cum corporis mole super leues aquas posse sustineri, sed necessarium esse ipsum demergi, in profundum descendere; qui autem huius rei periculum fecit, vel alios vidit facientes, scit possibile fore, vt corpus hoc graue super aquas ambulet, more ranarum per medias aquas scindendo; sic qui nunquam in hac virtutum palestra edoctus est, nec in se vel alio experientiam sumpsit, quid per exercitium virtutum adiuuante gratia Dei obtineri possit, impossibile reputat ad tantam puritatem hominem carni huic immersum posse in hunc statum conscendere; quod tamen expertis, sicut est rei veritas, apparet. In his ergo mirabilibus cupiebat exerceri Propheta cum diceret, Et exercebor in mirabilibus tuis.

*Cassianus collat. 2.*

*Simile.*

VERSUS

VERSUS QUARTVS.

*Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.*

**I**ustus iam grauatus & nimio tædio affectus hac inobedientia carnis aduersus spiritum, de qua in præsen-ti octonario fit mentio, in tepiditatem quandam, aut torporem mentis incidit, nisi ei gratia Dei adsit, quæ confirmet corroboretque, titubantemque pedem iamiamque salubentem stare faciat. Adeoque hac corporis mole grauatur ac tædio afficitur, vt in lachrymas nonnunquam prorumpat ingemiscatque cum Paulo, vlulansque præ tædio dicat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde Hieronymus transfert, Stillaui anima mea præ tædio, id est, lachrymas emunxit, per maxillas stillare fecit, imo & hanc etiam fastidit viram, dissoluique desiderat & esse cum Christo. Nam licet vita hæc per se valde amabilis sit, mortemque sibi consciscere nemini liceat; sed vita tot malis obsita circumdataque, quæ maiora bona detinet, quid mirum si nauream fastidiumque sui generet? Vnde Iob: Tædet animam meam vitæ meæ. Et Paul. 1. Cor. 15. Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Quare alia litera habet, agonizauit anima mea præ tædio, solent enim agonizare morituri.

*Rom. 7.*

*Hieron.*

*Iob 10.*

*1. Cor. 15*

*Cassiod.*

*Prou. 6.*

Sed aduertendum cum Cassiodoro hic, quod aliud est dormire, aliud verò dormitare. Dormire quippe obliuiosi ac pigri hominis est, secundum illud Prou. 6. Vsq; quo piger dormies? dormitare verò potius est hominis fessi, atque aliquo labore grauati. Qui in mortali sunt dormiunt. Cæterum

N iusti



iusi qui tentationibus premuntur, aliquando grauari dormitant, hoc est, in aliquam tepiditatem aut torporem deueniunt. Qui dormitat, nec omnino dormit, nec omnino vigilat, sed vtrunq; misceat. Sic tepidus non totus in bono, nec totus in malo est, sed medio modo, vt aqua tepida. Quod quia maximè displicet Deo, perit hic Propheta, vt conforretur, atque à tepiditate in calorem reducatur. Apoc. 3. dicit Deus; Vinam frigidus es, aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Scio multas hunc locum pati interpretationes. Driedo sic interpretatur, vtinam vel calesceres Dei amore, vel obrigesceres eius timore, vt vel amore vel timore ad meliorem frugem reuocareris, sed quia nec amas, nec times, sed tepiditate quadã nec Dei calles amore, nec obrigesceris timore, euomam te, & in maiora derelinquam, sicut aqua tepida à stomacho expellitur. Nec displicet hæc interpretatio, imo recta & ingeniosa apparet. Alij de hypocritis declarant. Quippe qui nec fidem abnegarunt, nec tamẽ fidei documenta obseruant. Sunt aliqui Christiani, qui sola fide contenti sunt, & in hoc solum sibi blandiuntur, quod interror hæreticorum dogmata rectam fidem tenuerunt; Cæterum nihil aliud curant, nec bonis incumbunt operibus, sed hac tepiditate contenti vitam transigunt, quod nec heretici sunt, nec tamen orthodoxis operibus student. Sed tertio & quod magis præsentis proposito congruit, intelligitur hoc testimonium de his, qui aliqua bona exercet, quibus iam assueti sunt, nec seruido spiritu, sed tepidissimo operantur, hisque minimis contenti ad altiora non aspirant. Hoc præcipuè inuenitur in viris religiosi, qui ex consuetudine vigilijs nocturnis interstant, assueta ieiunia obseruant, atque alia quæ religionis sunt corpore tantum exercent;

de spiritu

*Tepidus homo quis.*

*Apoc. 3.*

*Driedo,*

de spiritu verò & de profectu in charitate, & de alijs in quibus perfectio consistit, parum aut nihil curant; hi enim nec verba correptionis carpunt, nec sibi conuenire, quæ alijs prædicantur existimant. Nam cum videant se non illis vitijs obuolutos, quibus reliquum Christianorum vulgus, insuper quod ea opera quæ religio instituit obseruant, iam se apprehendisse existimantes, statim in virtute fecerunt, & quod periculosius est, in quibus deficiant non intelligunt. Nam neque seruire spiritus, nec calore charitatis pollent, nec de istis multum curant, illa communi vita contenti, nec ad altiora aspirant, nec in quibus deficiunt aduertunt. His ergo frigidi & peccatores anteponuntur, quod isti cum videant se longe esse à Deo, & in barathrum peccatorum detrusos, si quid boni audiunt, ad se conuertunt, rationes pro se dictas recipiunt, & videntes & intelligentes in quibus sint periculis constituti, facilius ab illis se expediunt. Vnde facilius curantur isti, secundum illud Ierem. 4. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Hoc est facilius cura persuadebitis bona illis qui de nouo à frigiditate seculi ad virtutis amorem venerunt, quam alijs qui præ tepiditate, & torpore spinas & tribulos dimiserunt in suis crescere & adolere cordib. Sic explicat Abbas Daniel in libro de collatione patrum collatione 4. Oportet ergo, vel calere charitate, vel intelligere illa te esse vacuum, vt quod deest acquiras, aliàs dicit Dominus; incipiam te euomere ex ore meo sicut aquam tepidam; quæ nec tota calida nec tota frigida est, & nauream in stomacho prouocat. Sed dicit; incipiam te euomere, non statim euomam, nam tales paulatim derelinquit Deus, vt in manifesta crimina prolapsi, quæ sibi deerant iam aduertant, ne minimis contenti maiora non petant. Cum ergo

N 2 se videat

*Iere. 4. 1.*

*Abbas Daniel collatione 4.*

*Simile.*

*Pf. 103.*

*Rom. 1.*

*Ecl. ult.*

se videat iustus in hanc debilitatem & tepiditatem  
 prouolutum, clamat ad Deum & dicit, Confirma  
 me in verbis tuis. Sicuti nimium lassus ex longo  
 itinere peneq; debilitate deficiens, confortatur ci-  
 bo & potu, & in vires pristinas redintegratur. Ver-  
 bum autem Dei cibus est animæ, sicuti panis cor-  
 poris. Ideo enim comparatur verbum Dei grano  
 quod in agro seminatur, nam animæ institum & se-  
 minatum eam pascit. iuxta illud; Panis cor homi-  
 nis confirmet. Petit ergo confirmationē in fide &  
 in consideratione æternorum, nam talis considera-  
 tio à fide procedit; fides enim in actūeducta quæ  
 diuina & æterna meditatur, quibus cōparatē pas-  
 siones huius temporis, non sunt condignæ, confor-  
 tat corroboratq; cor, atque in tribulationibus in-  
 tegrū conseruat; ne præ nimio labore deficiat, aut  
 præ inordinata tristitia dormitet atq; tepescat. Si-  
 cuti discipuli habebāt oculos grauatos præ tristitia  
 & timore, atq; cū vigilare cum magistro debuerāt,  
 tunc maiori sopore opprimebantur. Vnde Paulus  
 Roman. 1. Desidero videre vos, vt aliquid impertiar  
 vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, i. si-  
 mul consolati in vobis per eā quæ inuicem est fidē  
 vestram atq; meam. Ecce vbi fidei corroboracionē  
 applicuit. Excitat enim dormientes, si secreta quæ  
 fides nouit excitentur, atq; in bono corroborat sta-  
 bilitq;. Vnde sapiens Eccles. vltimo, Verba sapien-  
 tium, quasi stimuli & veluti clauī in altum defixi.  
 Sunt, n. verba Dei sicuti stimuli excitantia torporē.  
 Soler quippe animus aliqua fidei acrimonia adeo  
 stimulari, atq; cōpungi, vt delectulo exiliēs in cla-  
 mores vlulatusq; prorūpat; vt pote si seueritatem  
 diuinæ iustitiæ, atrocitatemq; pœnarū consideret,  
 vel si Dei beneficia, vt putā redemptionis, & alia in  
 se collata summa attentione meditetur. Cum hæc  
 audit, vel legit verba hæc, vel interna, vel externa,  
 stimuli

stimuli sunt quibus anima puncta à peccato exilit.  
 Et sicut clauī in altū defixi. Nam clauī confirmant  
 stabileq; faciunt ædificium, nā sciuncta ligna deci-  
 dent; sic verbum Dei animam cum bono configit,  
 ne sciuncta per peccatū, ædificium virtutis corruat.  
 Ideo petit; Confirma me in verbis tuis, ne tepidita-  
 te, ac somno deficiam. Præcipuè autem prælati nec  
 dormire, nec dormitare debent. Ecce non dormita-  
 uit nec dormiet, qui custodit Israel; ne dicatur de  
 illis illud Prophetæ Abacuc, Pastores vestri dormi-  
 tauerunt. Sed semper vigilare debent super gregē  
 suum, ne & illis etiam dicatur illud Psal. 75. Dormi-  
 tauerunt qui ascenderunt equos, i. qui in dignita-  
 tis fastigio sunt, qui sunt veluti equites Domini  
 exercituum, respectu inferiorū, qui sunt veluti pe-  
 dites. Ideo enim singulariter Perum dormientem  
 excitat atq; carpit Dominus, vt explicaret quantū  
 damni somnus pastorum caulibus ingerat. Veniet  
 enim lupus aut leo rapiet, iugulabit, dilacerabitq;  
 oves; nec ipse sopitus adueniet, sed erit quasi sopi-  
 tus gubernator amisso clauo, vt dicitur Prou. 23.  
 Vnde D. Perrus. 1. Pet. 5. Fratres sobrii estote & vigi-  
 late, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo  
 rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resisti-  
 te fortes in fide, quia fides animum confortat.

*Psal. 75.*

*Mat. 26.*

*Prou. 23.*

*1. Pet. 5.*

VERSVS QVINTVS.

*Viam iniquitatis amoue à me : & de lege tua  
 miserere mei.*

**A**Dhuc perseuerat petēs fomitis mitiga-  
 tionem, quem vocat viam iniquitatis.  
 Quā sicut via ducit ad ciuitatē, sic fo-  
 mes ad iniquitatē. Nō autē petit oīno  
 auferri fomitem, hoc, n. nisi singularissimo priuile-  
 gio non

gio nō fit, sed vt gratia sua illū illuminet, ne ducat per viam ad quam ducit & inclinat fomes peccati. Dicitur autem via, quia iniquorū pedibus attrita, *Ambros.* vt dicit Ambros. Ante peccatum enim deserta erat via iniquitatis, nec alicuius pes attriuerat eam: Sed postquam peccatores inuēti sunt in terra, iam viam regiam per iniquitatem fecerunt latam nimis & attritam, per quam & plaustra & lecticæ & onerata animalia incedunt, de qua *Isa. 26.* Calcavit eam pes, pes pauperis, pedes egenorum, idest, peccatorum qui egent veris diuitijs. Et Christus Dominus, Quam lata via est, quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam. Alia litera dicit, viâ falsitatis, vel mendacij. Nam ea ad quæ inclinât fomes nō sunt vera bona, sed sophistica. Vnde *Psal. 4.* Filij hominum vſquequo grati corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacitum? Mendacium sunt hæc bona, quia apparenter sunt tantum bona, non secundū rei veritatem. Vnde *Osee 10.* dicitur de malis, quod comedunt fruges mendacij. Et alibi: Vestimini vestimentis mendacij. Nam existimat peccator quod si ventrem repleat plurimis & delicatis cibus, aut carnem induat sericis indumentis, per hoc etiam animam vestit & nutrit, mentita est iniquitas sibi. Animæ nuditatē sola gratia Dei tegit, cordisq; insatiabilem appetitū solus *Psal. 19.* Deus satiare potest, secundū illud *Psal. 10.* Satiabor cum apparuerit gloria tua, *Isa. 20.* Sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est, sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Nimirum peccatores, quorum voluptates fomētia tantummodo sunt. Hanc ergo viam falsitatis & mendacij vult amoueri à se, qui men-

mente seruit legi Dei & carne attrahitur ad seruiendum legi peccati.

(Et de lege tua miserere mei.) Nam lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberabit me à lege peccati & mortis, ait Paul. *Rom. 8.* Lex Dei quæ est lex mentis contra legem fomitis præualeat, ideo petit iustus hanc legem, vt per eius obseruantiam palmā de aliâ reportet. Vnde Hieron. transfert; legem tuā dona mihi gratiosè, idest, eam legem quæ gratiam conferat & animam adiuuat contra carnis rebelles motus. Lex subintravit, vt abūderet delictum, ait Paul. *Rom. 7.* eo quod per legem verabantur concupita, & ex hoc augebatur appetitus ad ea, vehementius enim ferimur in vitia. Ex alia parte non conferebat gratiam adiutricem. Occasionaliter ergo peccatum abundauit cum appetitus cresceret, & vires ex alia parte non adderentur. Quare Paulus sacramenta legis vocat infirma & egena elementa (vasos vazios) nec enim vires gratiæ, nec diuitias donorum cęlestium habebant. Lex autem noua est lex gratiæ. Nam sacramenta nouę legis & gratiam continent, & eam verè suscipientibus conferunt, ait Concil. Floreni. Non sunt vasa vacua, quia gratiam continent, non sunt infirma, quia eam verè suscipientibus conferunt. Per gratiam autem vires animę administrantur. *4. Reg. 4.* Præcepit olim Heliseus pauperculæ cuidam mulieri viduæ, vt vasa commodata peteret à notis, & super ea distilaret oleum de lechyto quoad imple rentur vasa, & venderet, & solueret creditoribus quæ debebat vir eius, & ex reliquo ipsa & filius eius superstes viuerent. Vidua erat Synagoga, quia nondum sponsum Christum acceperat, & libellū repudij ei dederat prior maritus secundū illud, quis est iste liber repudij quem ego dedi matri vestræ? Pauper, quia lex gratiam non conferebat, nec poterat

poterat debitum Adæ persolvere, neque sibi animæque suæ providere. Vasa commodata habebat, quia legem usque ad Christum habebat, tanquam commodatam. Nam lex Christi est vera & eterna possessio. Lex enim & Prophetæ, usque ad Ioannem, qui iam Christum præsentem annuntiabat. Venit Christus Dominus, & ex corpore suo tanquam ex lechyto oleum sanguinis sui effudit, & adimplevit vasa vacua, ex quo oleo & satisfecere pro originali & actuali peccato possumus, & vivere de reliquo Deo grati. Vnde Christus Dñs dicit, se non venisse soluere legem sed adimplere, quia quæ illi deerat, ipse supplere voluit. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis,

Rom. 8.

Rom. 8. Lex enim infirmabatur per carnem. Nam licet lex Moyse esset spiritualis in hoc sensu, quod ad spiritualia ducebat: quia tamen non conferebat gratiam, relinquebat carnem in sua infirmitate, nec animæ superpetas gratiæ contra eam administrabat, sed Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. Non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati. Non enim assumpsit carnem peccatricem Christus, sed tamen quia obnoxiam penalitatibus peccati accepit, dicitur assumpsisse similitudinem carnis peccati; assumpsit enim carnem mortalem & passibilem, in quo maximam similitudinem habebat cum carne peccatrice, induit enim vestem peccati: Sicut enim qui induit figuram vel vestem Cæsaris, representat personam Cæsaris: ita Christus sumens effigiem & vestem peccati, quia accepit mortalitatem, & cæteras similitudines & figuras peccati, representabat personam peccatoris. Vnde infert, de peccato damna-

uit

uit peccatum, id est, de eo quod accepit à peccato, id est, de penis quas pertulit, per eas damnauit peccatum. Duo sunt in peccato & culpa, & pœna; hoc secundum accepit de peccato, & per hoc damnauit peccatum à carne nostra in carnem suam, ex hoc quod accepit similitudinem peccati meruit damnare peccatum. Sicut per mortem suam meruit destruere mortem nostram, & per vitam suam nostram reparauit, ita & per peccatum suum (si ita fas est loqui) id est, per illam similitudinem peccati, quam accepit, meruit condemnare peccatum. In carne sua condemnauit peccatum à carne nostra, id est per penas quas pertulit in carne sua fugauit peccatum à carne nostra. Sed aduerte quod non dixit destruxit, sed damnauit, quia hæc totalis destructio & ablutio peccati, non erit usque ad resurrectionem. Profertur modo sententia contra peccatum, tunc aut mandabitur executioni. Sed cum iam peccatum est in nostra carne damnatum, non adeo sauit sicut antea, præcipue cum datur nobis auxilia gratiæ aduersus eum, & hoc vt iustificatio legis impleretur in nobis, id est, vt iustitia quam lex promittebat, nec tamen dabat, impleretur in nobis per Christum, vt in his quæ vacua & minus sufficiens erat adimpleretur à Christo: vel vt iustificatio legis adimpleretur in nobis, id est, vt possimus adimplere mandata & iustificationes legis adiuti per gratiam, siue qua insufficientes reperiebamur ad perfectam obseruantiam legis. Dicat ergo: *Deus tuus miserere mei*, id est, de eo quod lex tua copiosissime habet, scilicet, gratia & misericordia.

Vt secundo, de lege tua miserere mei, id est, secundum quod exigit lex tua, vt vere mecum misericordia tua. Misericordia quippe debet esse moderata per legem. Nam si quis miseretur, quando lex præ-

*Duo sūt  
in peccato  
culpa  
& pœna.*

præ-

præcipit, vt iustitiâ exequatur pessima est talis misericordia, vt pote quæ destruit legē. Talis fuit misericordia Saulis cū Rege Amalech, & misericordia Achab cum cū rege Syriæ, qui contra Dei voluntatē eis indulserunt, & ideo à Deo puniri sunt.

VERSUS SEXTVS.

*Viam veritatis elegi, iudicia tua non sunt oblitus.*

Ioan. 14

Ioan. 18

Gen. 28.

**C**ontra viam mendacij, elegi viam veritatis in qua currerem, hæc via Christus est, qui de se dicit; Ego sum via, veritas, & vita. Quia ad hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, vt testimoniū perhiberet veritati. Est enim scala illa, quam vidit Iacob, per quam ascendimus in cœlum. Hanc ergo viam sibi quisque eligere debet, nimirum vt Christum, tanquam fundamentum omnium suarum actionum habeat. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, ait Paulus. Super hoc ergo fundamentum omnia opera tua strue, & eris similis viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, quam nec ventorum flatus nec inundantia aquarum dirtere poterunt. Petra attem erat Christus. Stabile ædificium est, quod super Christum erigitur, & ita manet in æternum. Vnde sola illa opera in nobis manent, quæ Christi merito innituntur. De sponsa dicit Spiritus sanctus. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluens, innixa super dilectum suum? Quia tali innititur columnæ, ideo tot affluens delitijs, meritis & bonis operibus de deserto mundi ad cœlestem Ierusalem

1. Cor. 3.

Mat. 7.

Cent. 3.

salem ascendit, innixa, scilicet, super dilectum suum. Aliàs quippe nec ascendere poterit, nec merita vitæ æternæ acquirere. Licet etiam per viam veritatis intelligatur lex, de qua dicitur. Lex veritatis fuit in ore eius. Elegi dicit, vbi manifestatur liberum hominis arbitrium. Non coactas quippe, sed spontaneas operas exigit Deus. Vnde ipse Christus, Si quis vult post me venire, ex suo libero arbitrio pender, sequi vel non sequi Christum. Et discipulis suis dixit. Nunquid & vos vultis abire? non coactos vos volo discipulos, & tanquam ad remos, vel metalla damnatos, sed spontaneos, placidos; si vultis, bene; sin verò, abite, ianua vobis aperta est. Voluntariè sacrificabo tibi, ait Propheta, non inuitus, non necessitate compulsus, sed suavi dulcedine & amore attractus. Elegit ergo iustus Christum & legem eius ex propriæ voluntatis arbitrio, licet gratia Dei præuentus & adiutus. Ierem. 21. Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.

Mala. 2.

Mat. 16

Psal. 50.

Ierem. 21.

(Iudicia tua non sum oblitus.) Incomprehensibile ac terribilium iudiciorum Dei memoria, magnos præbet ausus animæ, vt viam veritatis eligat, illique in deficienter adhæreat. Timor enim multoties homines facit audaces, nimirum vt eurent illa quæ nimium paent. Sic ex terrore iudiciorum Dei animos capimus ad quælibet ardua subeunda, vt ab illis caueamus; vnde Psal. 17. Omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me, & ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Ex iudiciorum Dei assidua meditatione generatur horror, qui & facit fugere peccatum, & immaculatum se custodire coram Deo. Et Psal. 7. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, quasi ex iudicijs Dei, terrii ad cognitionem eius impellantur homines. Et Proverb.

Psal. 17.

Psal. 7.

uerb. 12. Cogitationes iustorum iudicia. Vide Di-  
*Prout. 12* uum Gregorium lib. 5. moral. cap. 1. ubi inter abis-  
*D. Greg.* sos iudiciorū Dei hos ponit, q̄ bonis malè, & malis  
 bene in hoc mundo contingat: manifestiorem  
 (inquit) causam habet, nam iusti per mala præsen-  
 tia purgantur, ut ad æterna bona perueniant; mali  
 vero, si quid boni fecerunt, hic recipiunt mercedē  
 temporalem; æternam minimè recepturi. Vnde  
*Luc. & 16* Abrahā dixit auaro illi diuiti: Fili recordare, quia  
 recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter ma-  
 la; nunc autem hic consolatur, tū vero cruciaris.  
 Sed quod bonis bene, & malis malè, etiam dum  
 viuunt eueniat, hoc timorem ingerit, & occultio-  
 rē causam habet. Potest enim esse causa vel ut boni  
 per hæc bona præsentia, quæ accipiunt, fiducialius  
 futura sperent; vel potest esse, ut ideo hic bona præ-  
 sentia loco præmij accipiant, quia æterna recipere  
 non debent. Et potest cōtingere malis bene, ut per  
 hæc flagella respiciant, & in æternū non pereant,  
 vel malis malè, ut hic incipiat eorum pœna tem-  
 poraliter, quæ in æternum continuanda est. Ab  
 ijs ergo iudicijs dicit infra se timere Propheta,  
 cum ait, à iudicijs tuis timui, quibus modo atten-  
 dens viam veritatis elegi.

VERSVS SEPTIMVS.

*Adhæsi testimonijs tuis Domine: noli me con-  
 fundere.*

*August.*

**A**ugustinus ait, viam veritatis elegi, ubi  
 currerem; iudicia tua non sum obli-  
 tus, ut currerem; adhæsi testimonijs  
 tuis, cum currerem; noli me confun-  
 dere, ut quo curro pertendam, quo  
 tendo

tendo perueniam, non enim volentis necurrentis,  
 sed Dei est miserentis. Roman. 9.

*Rom. 9.*

In primo versu huius octonarij dixerat vjr iste:  
 adhæsi pavimento anima mea, ideoque petierat  
 gratiam viuificantem, quæ animam à carne seun-  
 geret, Deoq; viuo coniugeret, & quasi iam se im-  
 petraffe quæ poposcerat agnoscens ait; Adhæsi te-  
 stimonijs tuis Domine. tuo suffultus auxilio, tua  
 gratia subleuatus à meis me voluptatibus compe-  
 scui, à mea me carne præscindi, ut tuis adharerem  
 testimonijs & mandatis; ideoque obsecro ne me  
 confundas; iterum me labi permittendo. Supra  
 Psalmo 72. Propheta dixerat; Mihi adharere Deo  
 bonum est. quoniam perfectio vniuscuiusque rei  
 in adhæsiōne ad suum principium consistit, &  
 quanto propius ad illud accedit, tanto melius ha-  
 ber in suo genere. Ut calidum quanto magis igni  
 adheret, quanto plus illi appropinquat, tanto per-  
 fectius in genere calidi manet. Omnium rerum  
 omnis perfectio Deus est, omnis boni origo, om-  
 nisque perfectionis causa; si vis perfectus esse Deo  
 adhære, sin vero ab illo præscindaris, nihil eris.

*Psal. 72.*

*Omnis p  
 fectio ip-  
 se Deus.*

Quandiu aer adhæret soli, lucidus est; at statim ut  
 sol se absentat, in suis tenebris manet; quippe qui,  
 non per se lucidus est, sed per præsentiam solis.  
 Omnis creatura ex se nihil est, tenebræ est; terra  
 erat inanis & vacua, & tenebræ erant super fa-  
 ciem abissi. Si quid boni aut perfectionis habet, ex  
 vnione ad Deum habet. Cum ergo illi inhæret lu-  
 cida est, si ab eo deficiat in suas tenebras resolu-  
 tur. Vnde supra Psal. 103. Aperiente te manum  
 tuam omnia implebuntur bonitate: auertente au-  
 tem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum il-  
 lorum & deficient, & in pulverem suum reuertentur.  
 Nam sicut palmes non potest ferre fructum  
 nisi manserit in vite, sic nec nos nisi in eo māseri-  
 mus.

*Simile.*

*Genes. 1.*

*Pf. 103.*

*Ioan. 11.*

mus. Ab eo enim nutrimur, & in eo viuimus & sumus suggerentes ex eo vitam, & esse, sicut palmes ex terra. Et sicut arbor oportet quod sit radicata in terra, vt per radices sugat ab ea humorem quo viuat & fructus ferat, sic oportet animam Deo adhærere, vt fructus vitæ faciat. Vnde Deuter. Vos qui adhæretis Domino vnuerſi viuistis. Quare bene dixerunt sorores Lazari Christo. Domine si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus, tua enim præsentia viuimus, & sumus. Egressus es à nobis per vnã ianuam, & per aliam se intromisit mors. Quandiu Deus assistebat Dauid, bene illi erat, paululum cum se abstraxisset, in adulterium & homicidium prolapsus est; habebat manus eleuatas Moyses, & vincebat tunc Israel Amalech, paulum si remississet eas vincebatur Israel. Dum manum porrigit nobis Dominus, vincimus, paululum si ab adiutorio remittat, iam superamur. Ideo clauis conficantur manus eius in cruce, vt non amplius remittantur, sed confixæ nobiscum semper in nostro adiutorio perseuerent.

(Noli me confundere, non confundar quoniam inuocaui te) id est, noli me in reciduum derelinquere, iam adhæreo testimonijs tuis, non carnis pauimento, nec peccato, noli me derelinquere, ne iterum ruam, nam hæc maxima confusio mihi erit. Qui nunquam fuit diues neque in honorato loco positus, etiã si nimis iaceat non pudet; tamen qui ex sordidiori statu ad honorem maximum euectus est, si ad sordes pristinas redeat, maxima ei orietur confusio & pudor, risui & ostentui omnibus erit. Sic qui ad virtutis fastigium accessit per gratiam Dei, si postea per peccatum decidat, maiori cõfusione & pudore afficitur. Quod lachrymis obortus deplorabat Ieremias Thren. c. 4. Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomo-

*Simile.*

*Deut. 4.*  
*Ioan. 12.*

*Figura.*

*Simile.*

*Thren. 4*

do computati sunt in vasa testea opus manuum figuli? Et infra. Qui vescebantur volupuose, intererunt fame, qui nutrebantur in croceis, amplexati sunt stercorea. ecce à quanta celsitudine ad qualem miseriam deuoluitur peccator, qui semel à peccato liberatus ad illud miserabili reciproca-tione reuertitur. Antea incedebat anima eius amicta gratia, velut aurum fulgebant vestimenta eius, vescebatur cibo regio in mensa Domini, multis interim celestibus consolationibus nutreba-tur, sed à tanto fastigio decidens in luto & sterco-re voluatur. Quibus congruit proloquium illud Dni Petri. Canis reuersus ad vomitum, & ius Iota in volubro luti. Et illud propheticum Ieremix secundo. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Contemplemur primum parentem nostrum Adam ex massa luti prius, deinde per spiraculum vitæ quod Deus illi insufflauit factus homo in animam viuentem, ceteris creaturis imperitante, omnibus nomina imponentem secundum cuius-que propriam naturam, colonum paradisi, super flores & rosas ambulantem, aromaticorum arborum nimia fragrantia affectum, aues sibi concinentes, aquas sibi ridentes, arbores dulcissimos cibos proferentes, angelos denique sibi admini-strantes: & deinde contemplemur illum post pec-catum ex tanta celsitudine, in tot miserias prouo-lutum, pudentum, & nudum, confluentem folia fici, quibus turpitudinem tegeter, indutum pel-libus ex animalibus mortuis, à paradiso elimina-rum, cum ligone & aratro glebas & saxa frangen-tem, puluere ac sudore ora aspersum, infinitis que alijs miseris coarctatum. Quis non deplorandum ac miserandum illum dijudicaret? Nam sum-mum infelicitatis genus est (vt aiunt) aliquando fuisse felicem. Vnde diabolus persuadebat Chri-  
sto,

*2. Pet. 2.*  
*Ierem. 2.*

*Optima  
cõsidera  
tio circa  
primum  
parentem.*

*Matt. 4.*  
*sto,*

sto, ut ex sublimi pinnaculo tēpli se mitteret deorsum, sciens ex arce virtutis ad miseriam peccati periculosissimum fieri iactum, nam sunt semper nouissima peiora prioribus. Vnde Isaia 24. improperabat huic casum dæmoni dicens; Quomodo cæcidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Igitur cum id intelligat iustus, petit ne in reciduo confundatur, simul agnoscens quod dum viuimus in aliquo statu quantumcunque excelso & optimo, non securi sumus, sed quod semper debemus timere casum, iuxta illud Pauli, Qui se existimat stare, videat ne cadat, Et Apocalypsis 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Et beatus vir qui semper est pauidus. Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Ideo obnixè precibus insistendum est, ne Deus subtrahat à nobis manum auxilij sui, & corruamus.

Isa. 24.

1. Cor. 10

Apoc. 3.

Prou. 28

Philip. 2

VERSUS OCTAVVS.

*Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.*

**D**ixerat vir iste, qui in isto loquitur octonario, quod elegerat viam veritatis, quod adhæserat testimonijs Dei, & per ea cucurrisset; ut autem non sibi tot bona videretur ascribere, in Deum omnia refert & dicit; Hæc omnia quidem operatus sum, cum tu per gratiam & charitatem dilatasti cor meum. Sed aduertendum quod aliqui repant in via Dei, alij ambulant, alij currunt; primi sunt incipientes, secundi proficientes, tertij iam perfecti. Et quoniam

Alij ambulant, alij currunt in via Dei, alij vero repant.

quoniam initium sapientiæ est timor Domini; incipientes sunt, qui timore trahuntur, potius quam vadant. Nam & si qui ex timore operantur, voluntariè operantur, tamen non ita placidè, sicut qui ex amore, sed quasi repentes timore perciti vadunt. Nam in nostro vulgari, quotiens volumus explicare, quod tepidè & quasi inuitus aliquis operatur quod iussimus, dicimus (allalo haze medio arrastrando.) Vide quomodo, quasi repens ibat ille, qui dicenti sibi Christo an crederet, dixit; Credo Domine, adiua incredulitatem meam, credere volo, sed difficultate maxima quasi repens pergo ad fidem, nisi tu adiuueris infidelitatem meam. Sed proficientes ambulant, quia iam incipiunt ex amore operari, nec inuiti trahuntur, sed voluntariè sacrificant. Currunt verò iam perfecti, qui ex nimio amore hilares facti, promptissimè & delectabiliter operantur. Vnde D. Greg. super illud Ioan. 20. Currebant aurem duo simul, sed ille alius discipulus præcucurrit citius, ait, Qui ardentius amat, currit velocius, peruenit citius. Vnde Paulus; sic currite, ut comprehendatis, id est, perseueranter, ut citius ad brauium perueniatis. Nam omnes currunt in stadio, sed vnus accipit brauium, nimirum ille qui cursum non intermittit, nec defessus retrahit pedè, sed vsque ad receptionem præmij non quieuit. Et ipse Paulus dicit. Sic curro non quasi in incertum. Prope-rabat enim ad brauium supernæ vocationis, certum finem habebat sui cursus, videlicet, eternitatis cõsequi præmij. Vnde Isa. 40. ait, Qui timet Deum, mutabunt fortitudinè, assumet pennas ut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficiet. Cõmutant fortitudinè corporis, pro fortitudine animæ & facti in carne imbecilles, validissimi roboris sunt in mète. Ut Iacob post luctam cum Angelo claudus quidè remansit in carne, sed fortissimus

Mar. 9.

D. Greg.

Gen. 32.

Ibidem.

Isa. 40.

1. Cor. 9.

Figura.

O tissimus



2. *Cor. 12.* tissimis in spiritu, ut pote qui cum Angelo pugnam agens praualluit; quare Paulus: Cum infirmor, tunc fortior sum, quia commutauit robur corporis pro uiribus animæ. Perfecti ergo mutant fortitudinem, assumunt pennas ut aquilæ, quæ & sublimius volans erigitur, & solis micatus inconuenientibus respicit oculis. Indefinenter enim attendunt in finem charitatis æternæ, nec dormitant palpebræ eorum, atque eorum conuersatio in cælis est, ad quos volando per desiderium properant. Vnde quartum animal, quod significat perfectos, simile erat aquilæ, Ezech. & Apocal. 4. & penata erant animalia sancta ad significandum velocitatem cursus perfectorum pergentium ad Deum. Vnde alibi Isaia 60. Qui sunt hi, qui ut nubes volant, & quasi colubæ ad fenestras suas? Nubes vento afflatæ velocissimæ per aerem volitant; sic iusti afflati Spiritu sancto, qui est amor, velocissime ad coronam properant. Quare de Christo dicit Marcus 1. q. expulit eum spiritus in desertum, expulsio autem vim & velocitatem addit rei expulsæ, ut insinua- ret, q. Spiritus sanctus promptos & velocissimos reddit illos, quos inhabitat & regit. Nam qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Et quasi columbæ ad fenestras suas, quæ cum accipitrem vident fortiter aerem verberantes ad sua se conferunt refugia, ne captæ unguibus accipitris dilanentur. Sic iusti quasi à facie colubri fugiunt peccatum, vbicunq; occasione peccandi offenderint, velocissime pedem referunt, terga vertunt & volant. Sicut in collationibus patrum legitur de quodam monacho, qui ad eam mulieres fugiebat, ut neque vestes earum videre vellet. Et cum simul cum alio fratre pergeret ad visendum sanctum quendam virum, qui in illa solitudine singulari fulgebat sanctitate, & in itinere vidisset feminam, statim terga

*Exec. 1.*  
*q. Apo-*  
*cal. 4.*  
*Isa. 60.*

*Mar. 1.*

*Virtus*  
*quiescens*  
*santi mo-*  
*nachi.*

terga dedit; nec à cursu cessauit, usque dum ad suam cellulam peruenisset, quasi columba ad fenestras, neque uocibus aut precibus alterius fratris induci ualuit, ut nec faciem quidem uerteret, à quo auerterat. Ecce instorum uelocitatem, & cursum tam uiria fugiendo quam uirtutes sectando. Assumunt ergo pennas ut aquilæ, currunt, & non laborant, quia amor etiã labores suaues facit, ut patet in Iacob pro Rachel; nec improperant Deo labores suos, sed dicunt: serui inuiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Ambulabunt & non deficient, quia nunquam retrocedunt, sed sicut animalia illa sancta vadunt, & non reuertuntur, sed coram facie sua gradiuntur indeficienter, aspicientes in remuneratorem & consummatorem fidei suæ Iesum. Dicat ergo Propheta. Viam mandatorum tuorum cucurri, attendens illud Prouerb. 4. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.

(Cum dilatasti cor meum.) Ex hac dilatatione cordis ortum habuit uelocitas cursus. Amor enim generat lætitiã: ex qua oritur cordis dilatatio. Vnde risus qui est signum lætitiæ, prouenit ex dilatatione sanguinis à corde ad os, ex qua sequitur illa oris dilatatio. Quare dicit Auicenna. 3. lib. cano- nũ sine aphorismorũ, quod per lætitiã nutritur cor, quia dilatur, & per illam dilatationem attrahit ad se sanguinem, quo nutritur; sicut è contrario per tristiã malè habet cor, quia comprimitur in se, & per illam compressionem exprimitur sanguis, sicut exprimitur lachrymæ, ut cum comprimis spongiã exprimitur liquor, qui ibi continebatur. Sic ergo per lætitiã, quæ oritur ex amore nutritur anima trahens ad se diuina, quæ sunt eius nutrimenta. Vnde Prouerb. 17. Animus

*Prou. 4.*

*Auicena*

*Prou. 17.*

*c. 15.*

gaudens aetatem floridam facit, spiritus tristis exci-  
cat ossa. Et c. 15. Sicur tinea vestimento, & vermibus  
ligno, sic tristitia viri nocet cordi. Igitur charitas  
hanc cordis dilatationem facit, secundum illud  
*Rom. 5.* Pauli. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris  
per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quod  
autem diffunditur, dilatatur. Vide si amplissime  
dilatatur cor iusti, cum ad illam celorum ampli-  
tudinem extendatur, ne ijs terrenis rebus coarctatum,  
angustetur. Nam comparatione ad magnitudinem  
celorum, orbis hic inferior quasi punctum  
indivisibile est: Est enim velut centrum celi. Vnde  
*Luc. 4.* Luc. 4. dicitur, quod diabolus, in momento ostendit  
Christo omnia regna mundi; tam breue est omne,  
quod in hoc mundo continetur, quod in momento  
ostendi potest. Quoniam tanquam momentum  
statet, sic est ante te orbis terrarum. Est enim punctum.  
Vnde *Iob. 20.* Iob. 20. Gaudium hypocrite instar puncti.  
Est. n. gaudium eius in hoc mundo, qui tanquam  
indivisibile punctum se habet. Iustus autem ad  
amplitudinem illam celestium dilatatur, & extenditur  
ad aeterna & in aeternum permanens, non ad  
temporalia brevi lapsu defectura, non contem-  
plandis nobis quae videntur, sed quae non videntur;  
quae enim videntur, temporalia sunt, quae autem  
non videntur aeterna. *2. Cor. 4.* De magnitudine  
autem domus Dei *Baruc. 3.* dicitur; O Israel quam  
magna est domus Domini, & ingens locus habi-  
tationis eius. Vnde Hieron. ad Heliodorum ait;  
*D. Hiero* Infinita eremi vastitas te terret, sed tu paradisum  
*wymus.* mente deambula, quotiescunque illuc cogitatione  
conscenderis, in aeterno non eris. Magnus enim  
Dominus Deus, & ideo magnam & latam exigit habi-  
tationem: sicut & Salomon. *2. Paral. 2.* dixit.  
*2. Paral.* Domus quam aedificare cupio magna est, magnus  
*21.* enim Dominus Deus noster super omnes Deos.

Quis

Quis ergo poterit prevalere, ut aedificet ei dignam  
domum? Si celum, & celi celorum capere eum ne-  
queant, quantus ego sum, ut possim aedificare ei  
domum? Anima autem iusti templum Dei est, tem-  
plum sanctum Dei quod estis vos. *2. Cor. 3.* imò Dei de  
ambulatorium. *Leuit. 26.* & *2. Cor. 6.* Quoniam in  
habitabo in eis, & inambulabo. Latissimum ergo  
debet esse cor iusti, cum sit Dei deambulatorium.  
quare *Isai. ait,* Dilata tentoria tua. Et *Psalmista,*  
*154.* Dilata os tuum, id est cor, & implebo illud. Nihil  
autem potest cor humanum implere, nisi solus Deus.  
Cor impij & huius seculi rebus dediti praangustum  
est & coarctatum, omnia ei brevia & arcta videntur.  
*Luc. 12.* Divites ille, qui viderat laetas segetes,  
vberes campos, & vineas, coarctabatur in se, quoniam  
horrea, & vini cellaria praangusta sibi videbantur.  
Succingitur enim cor ijs angustis impleratum.  
Vnde Paulus. *2. Corin. 6.* Non angustiamini in nobis,  
angustiamini autem in visceribus vestris. *Corinthij*  
enim capti amore mulierum infidelium coarctabantur  
nimis Paulo interdicens connubia earum; & ideo dicit  
eis Paulus, quia corda habetis constricta ijs concupiscentijs,  
coarctamini in visceribus vestris. Sed si dilataueritis  
corda & ad altiora extenderitis, considerantes quod  
propter aeternas voluptates temporalia dimittere parum  
est, extendentes corda usque ad aeterna, & non  
coarctantes ad has angustias, facile vobis erit ea  
omnia contemnere. Quare subdit. Eandem autem  
habentes remunerationem, tanquam filijs dico,  
dilatamini vos, nolite iugum ducere cum infidelibus;  
si in aeterna praemia aciem mentis direxeritis,  
atque dilataueritis corda, non tam difficile appar-  
ebit huiusmodi non inire connubia. Vnde de seipso  
dicit. Cor meum patet ad vos, o Corinthij, cor  
meum dilatatum est ad vos. Charitas quae

*2. Cor. 8.*

*Leuit. 26.*

*2. Cor. 6.*

*Isai. 54.*

*2. Sal. 80.*

Solus

Deus

potest im-

plere cor

hominis.

*Luc. 12.*

*2. Cor. 6.*

parit læticiam, hanc etiam amplitudinem cordis in eo generabat.

*D. Greg.* Dicitur Gregorius 29. moral. c. 8. docet, quod iusti per huius vitæ tribulationes angustiantur in carne, sed dilatantur in corde & in spiritu. Secundum illud Psalm. 4. In tribulatione dilatasti mihi, id est, amplitudinem cordis mihi fecisti, vel dilatasti me.

*2. Cor. 4. c. 5. ibid.* Vtrunque potest legi. Et 2. Cor. 4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, nimirum in corde, & cap. 5. Sicut abundant passiones Christi in nobis (quæ scilicet carnem coarctant & affligunt) ita & per Christum abundat consolatio nostra, quæ scilicet, implens læticia cor, illud dilatat & extendit. Nam cum infirmor (ait alibi) tunc fortior sum, spiritu quidem. Apostoli flagellis corporibus cruciatis ibant nihilo minus corde & spiritu gaudentes à conspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati.

*Ezech. 4. Figura.* In templo quod vidit Ezechiel, fenestræ exterius erant angustæ interius latæ. Sic iusti, qui templum sunt Dei, in exterioribus per tribulationem videntur coarctari & affligi, in carne, scilicet, & corpore; sed interius in spiritu maximè dilatantur. Dicat ergo vir iste qui in mente seruit legi Dei, carnè autem legi peccati, qui & in hoc octonario finem loquendi iam fecit. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Nec enim poterat viam currere, si cor eius coarctaretur angustijs, ut ait

*D. Amb.* hic Ambrosius.

Q V I N T V S  
Octonarius.

*1. He.* Legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.

Da

*Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: 2. He. & custodiam illam in toto corde meo.*

*Deduc me in semitam mandatorum tuorum: 3. He. quia ipsam volui.*

*Inclina cor meum in testimonia tua: & non in avaritiam.* 4. He.

*Averte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua vivifica me.* 5. He.

*Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* 6. He.

*Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.* 7. He.

*Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua vivifica me.* 8. He.

TRACTATUS QUINTVS  
in quintum Octonarium.

V E R S V S P R I M V S.

*Legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.*



In hoc Octonario Propheta induit personam desiderantis ingredi viam Dei exequendo mandata eius. In primo octonario Propheta egit personam desiderantis dirigi vias suas ad executionem mandatorum.

Vnde remotior erat ab executione. Nunc autem perfectior seipso factus, passimque ad meliora ap-

propinquans, desiderat non solum dirigi vias suas ad exequenda mandata Dei, sed & ingredi iam ipsam exequutionem. Tam enim viam mandatorum Dei currebat, directos habebat pedes in vijs eius. Ingredi ergo iam ex toto corde concupiscit huiusmodi viam. Multi quippè ferè totum tempus vitæ expendunt in præludijs ac præparamentis, varijsque desiderijs ingrediendi viam Dei. Sed cum iam propè sùnt in ianuis vel resiliunt, vel ingredi metuunt, similes figuris pictis, quæ videntur iamiam ciuitatem ingredi, & semper in ianuis manent immobiles. Alius pedem iam in stapeda habet ad conscendum equum, & nunquam ascendit. Nauis iam erectis velis placidoque insufflante vento apparet picta, & tamè nunquam è portu egreditur, nec maris vndas percurrit: de quibus Psalm. 38. In imagine pertransit homo, acsi diceret quasi picta imago. Minatur se magna velle facere, virtutum palatia ingredi, & tamen nunquam perficit, sed simular tantum, & contra vitiorum monstra velle pugnare, & tamen omnia simulachra sunt. Iustus tamen iam ingressum appetit & exequutionem mandatorum Dei, atque interiora velaminis in virtutum profectu. Incedere, vt dicitur Hebr. 6. Quod desiderium versus tertius huius octonarij explicat dicens; Deduc me, vel induc me (secundum Hebræum) in semitas mandatorum tuorum. Litera autem huius octonarij est He. Quæ significat esse, vel viuere. Nam obseruatio mandatorum Dei esse participes diuinæ naturæ, & vitam gratiæ animæ obtemperanti tribuit. De his enim qui diuina præcepta contemnunt dicitur in scriptura, quòd non sunt; secundum illud Psalmi; Vidi impios superexaltatos & eleuatos sicut Cedros Libani, & transiui, & ecce non erant. Et Iob 18. Ambulent in

taber-

tabernaculo eius socij eius qui non est. hoc est diaboli (vt vult Diuus Gregorius) qui pene desinit esse cum ab ipso fonte essendi, qui est Deus, per culpam desciuit, atque ad non esse deuiauit. Quod ideo contigit illi, qui similis voluit esse altissimo, nec alicuius legi subesse. Dicat ergo vt iustus, cum iam dilatatum habet cor ad percurrendam viam mandatorum Dei. Legem pone mihi Domine, &c. Tam crebra repetitio summi desiderij explicatio est, veluti in hominum vltu atque conuictu, cum quis vult exprimere alteri quantum cupiat illi obsequi, atque deferuire; dicit; impera aliquid, & experieris quam libens obsequor; obsecro vt præcipias mihi, quidquid tibi placuerit iniungas, vt appareat in opere mea erga te obsequendi voluntas. Sic iustus per amorem dilatatus, id importunè flagitat à Deo dicens; Legem pone mihi Domine, acsi diceret. Insinua mihi quid velis, quæ sit voluntas tua, quam pro lege habere cupio, iniunge præcepta, manda, remanda, obsequens atque paratissimus ero. Supra iam cucurrisse viam mandatorum Dei dixerat, & tamen nunc de nouo poscit, vt lex mandatorum Dei sibi imponatur. Quid hoc, nisi vt ardentis desiderij legi Dei obsequendi flamma resplendens appareat? Nam vt hic ait Diuus Augustinus, similis apparet iustus in hac petitione homini maxime sitienti, qui & postquam porrexeris poculum & in manu habet, adhuc & postulat & haurit, vt explicet vehementiam sitis, quæ etiam hausto poculo adhuc non videtur quiescere. Sic sic nimirum iustus & mandata Dei obseruat, & adhuc magis desiderat obseruare; iamque mihi iniunxisti præcepta, compleui, sed adhuc desidero, vel hæc perfectius obseruare, vel quòd maiora & noua mihi imponantur mandata. Ad ea enim etiam

D. Aug.

etiam

Etiam mea se extendit volūtas. Ne putes mihi iam nauſeam generaſſe, quæ feci, adhuc deſidero & eadem & maiora perficere.

Sed vt inſinuaret quàm legem velit ſibi imponi ſubdit. Viam iuſtificationum tuarum, hoc eſt, iſta eſt lex quàm obſeruare & exquirere ſemper cupio, eam videlicet quæ iuſtificat animas, quæ vitam gratiæ donat. Quare litera, he, huius octonarij etiam ſignificat hæc vel iſta, ac ſi diceret: Legem quàm poſtulo, iſta eſt, ſcilicet, ea quæ iuſtificat & vitam gratiæ tribuit, quæ nimirum lex noua eſt. Peragrarat peregrinus noſter, & naturæ legem & ſcriptam, & in neutra gratiam reperat; nam veteris legis ſacramenta ex opere operato non conferbant gratiam, vt Theologi loquuntur, ſed ex opere operantis. Hoc eſt ipſa in ſe, nec gratiam continebant, nec eam accipientibus conferbant; ſed aliàs ex merito operis augebatur gratia prima, quæ conferebatur à Deo non mediante ſacramento, tanquam instrumentaliter operante, ſed ipſo Deo ſeipſo largiente. Aut in noua lege ex opere operato conferuntur gratiæ per ſacramenta nouæ legis, quæ & gratiam continent, & eam verè recipientibus conferunt, vt dicitur in Concilio Florent. Quòd ſi de veteri lege dicitur in Ezech. Dedi eis præcepta, quæ faciens homo viuet in eis; intelligitur de vita corporali, id eſt, cuſtodians legem euadet poenam mortis, quæ legem non obſeruantibus paſſim minabatur. Quare Paulus Romanorum 3. legem fidei contra legem factorum diſtinguit. Sed aduertendum quòd ſub lege fidei ſpem & charitatem comprehendit; ſub lege autem factorum opera virtutum moralium. Ratio huius eſt; quoniam hic loquitur de fide iuſtificante, quæ innititur Deo. Hæc autem omnia huius generis comprehendit: Nam ſicut fides innititur Deo,

cui

cui creditur, ita ſpes Deo innititur in quo ſperatur, & dilectio innititur etiam Deo, qui diligitur. Sed opera virtutum moralium ſecundum ſe inniuntur operantis reſtitutioni. Vnde ſub lege factorum ea omnia, quæ inniuntur reſtitutioni operantis, comprehendit. Quare Dominus Luc. 7. Pro eodem vitur fide & dilectione, cum peccatrici dicit; Fides tua te ſaluam fecit, & dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: quia in lege fidei iuſtificantis hæc omnia includuntur. Hanc ergo legem fidei (vt Lyranus vult) noſter expoſcit Propheta cum dicit; Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum. Ea quippe ſola eſt quæ gratiam iuſtificantem animæ obtemperanti tribuit.

Sed aduertendum quod in Pſalmis vbicunq; inuenies, legem pone, in Hebræo ponitur imperatiuum verbi, horah, quod ſignificat, docere, inſtruire, aut oſtendere, quomodo magiſter diſcipulo, vnde vbi nos habemus legem ponere, ſemper Hieronymus vertit ex Hebræo, docere, vel oſtendere, vt Pſal. 24. Legem dabit delinquentibus in via. Hieronymus, docebit peccatores in via, & eo Pſalmo, Legem ſtatuit in via, quàm elegit, vertit, docebit eum, & Pſal. 26. Legem pone mihi Domine in via tua, transfert ille, oſtende mihi Domine viam tuam. Et ita hoc Pſalmo vertit, oſtende mihi Domine viam præceptorum, hoc eſt legem ponere, id eſt, pro lege pone vel tanquam legem oſtende mihi viam iuſtificationem tuarum, & exquiram eam ſemper. Vbi relatiuus, eam, porius refert viam, quàm legem. Quod & in Hebræo & in Græco manifeſtum eſt, licet in Latino indifferens videatur.

( Et exquiram eam ſemper: ) hoc eſt in hac vita proficiendo, vt ait hic magnus Auguſtinus, nã in hac vita non poſſumus in tora ſua plenitudi-

ne

Luca 7.

Lyranus

Pſal. 24.

Pſal. 26.

D. Aug.

Exec. 10

Rom. 3.

ne adimplere præcepta, præcipuè illud de diligendo Deum, in quo cætera includuntur; sed semper magis ac magis in bonis operibus abundantes in eo crescere debemus: Vnde Diuus Ambrosius dicit; quod particula hæc (semper) in Græcò significat, & omni tempore & per omnia, hoc est multis meritorijs actionibus augendo charitatem, ita vt nullum prætermittamus opus, quod in Dei honorem facere possimus, vt glossa hic refert ex Augustino. Semper lex Dei exquiritur tenendo, vt dicitur de Spiritu sancto, quod scrutatur omnia, non vt quod nescit inueniat, sed quia nihil relinquit quod nesciat. Ita hic semper legem exquirat, qui nunquam relinquit aliquid de lege.

Sed notandum est, quod in Hebræo loco huius aduerbij, semper, ponitur dictio, exeb, quæ variè redditur. Hieronymus vertit, custodiam eam per vestigium, hoc est diligenter ambulabo per viam iustificationum tuarum; quemadmodum viatores qui per ignotam viam iter agunt metuentes à recto tramite aberrare, sequuntur viam per vestigia, diligenter aduertentes vbi maximè trita sit, vt securius iter peragant; sic diligens mandatorum Dei custos adeò cautus in hac via Dei debet ambulare, vt nullatenus ad deuia itinera aberrer, sed per tritam semitam vadat, semper vestigia patrum sequens, & per exempla sanctorum viam suam dirigens, iuxta illud Prouerbiorum 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerant patres tui. De vulpe legitur, quod nunquam per viam regiam & tritam incedit, ne per vestigia deprehendatur, sed semper per deuios & incultos tramites ambulat, nec recto itinere pergit, sed modo huc, modo illuc, vt sic insidiantium oculos confundat, ne quò ierit deprehendant. In sacris literis passim,

D. Ambrosius

D. Hieronymus

Prou. 22

Iter vulpis

passim, & præcipuè in Canticis Salomonis; per vulpes intelliguntur hæretici, qui nunquam via regia incedunt, sed nouitatibus student, singulariter viuunt, loquuntur, ambulant, contentantur, & ferè in omnibus à communi via, qua patres nostri transierunt declinare student. Vnde Diuus Cyrillus in Epistolis ad Nestorium ait, Nouitas est hæresis seminarium, nec nouitatibus insistendum, sed regia via patrum debere nos incedere. Hac sunt in Concilio II. Niceno actione 6. & 7. Et sicut traditum est monumentis antiquorum, à nouitatibus Iudaismi omnes ferè hæreses dimanarunt. Vnde Paulus 1. Timot. 6. Magno cum emphasi ac energia dicit: O Timothee depositum custodi, deuotans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsæ nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Ecce quomodo nouitas vocum fidei excidium esse soleat, adeò vt Plato in Cratilo, vel in lib. de Republica dicat, quod cantilenarum innouatio in repub. est signum excidij illius, quæcunque nouitas nescio quid præstigit mali. Quare vos omnes Christi fideles hortor, atque in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui bonum testimonium perhibuit coram Pontio Pilato obtestor, vt præscorum patrum adherentes vestigijs, quæcunque noua ac insolita euitetis consortia, per illumque tritam callem ambuletis, in quo vestrorum patrum agnoscetes vestigia, regia via ad communem omnium fidelium terminum perueniatis. Attende quid ille magnus Augustinus contra Epistolam Fundani dicat: Tene me in Ecclesia communis consensus populorum atque Gentium, tenet me auctoritas miraculis confirmata, spe nutrita, charitate aucta, veritate firmata. Ecce quantum vetustati tribuat, vt ea sibi sit pro veritate fidei maximum & certissimum

Hæretici  
vulpes ap  
pellantur.

D. Cyril.

Cœc. Ni-  
ceni.

1. Tim. 6

Plato.

D. Aug.

tissimum argumentum. Sed non omnes capiunt  
 verbum hoc, quia non in omnibus est scientia, si-  
 cut dicitur 1. Corint. 8. Vel exquiram per vestigia,  
 hoc est Christi filij tui vestigia sequens, secundum  
 illud; Christus passus est pro nobis, vobis reliquens  
 exemplum, vt sequamini vestigia eius. Vnde Domi-  
 nus Petro, Sequere me. Sicut & Iacob dixit ad Esau,  
 Gen. 33. Præcedat Dominus, & ego paulatim se-  
 quar vestigia eius. In omnibus enim actionibus  
 quadam celsitudine & præexcellencia præcedit nos  
 Christus, nos autem paulatim sua vestigia sequen-  
 do pro modulo nostro eius imitari debemus sacras  
 actiones. Felix vertit, vsque in calcem, quod dupli-  
 citer exponitur, scilicet vsque ad vltimum, vsq; ad  
 nouissimum. Ita quod nec minimum mandatum  
 præterire velit, sed omnia exequi vsque ad vnguem  
 & vltimum, sicut supra: Tu mandasti mandata tua  
 custodiri nimis, vt ibi explicitimus. Secundo vsq; ad  
 calcem, id est, vsq; ad finem, quod septuaginta dixerunt  
 semper; Nam qui perseverauerit vsque in finem,  
 hic saluus erit, & nemo mittens manum suam ad  
 ararum, & retrocedens, aptus est regno Dei. Lu-  
 cae 9. Sed memores debemus esse vxoris Loth. In  
 cuius signum etiam caudam animalis præcipie-  
 bat Deus sibi sacrificari, hoc est quod non solum  
 vitæ initium & medium, sed & finem Deo debemus  
 offerre, & vsque ad extremas actiones in eius per-  
 severare cultu. Tunica polymita quam Iacob fe-  
 cit filio suo Ioseph, erat talaris, id est, vsque ad ta-  
 los attingens. Quia vestis diuersarum virtutum,  
 quam significabat vestis illa diuersorum colorum,  
 qua induti debet anima Christiana, vsque in finem  
 vitæ debet attingere. In ora vestis sacerdotalis erant  
 malogranata aurea intexta, malum punicum co-  
 ronam habet, quæ significat præmium; nam qui  
 vsque ad vltimum & extremum vitæ perseverauerit,  
 solus

solus iste coronabitur. Significat etiam hæc dictio  
 præmium. Vnde verti potest exquiram eam pro-  
 pter præmium, sicut Felix vertit in margine, vt in-  
 fra in 14. octonario; Inclinaui cor meum ad facien-  
 das iustificationes tuas in æternum propter retri-  
 butionem, vt ibi Deo dante explicabimus. Quæ  
 tanta diuersitas explicationum ex vna radice pro-  
 cedit, nam verbum, axab, significat supplantavit.  
 Vnde deriuatum superius nomen proprie signifi-  
 cat calcem, vel plantam. Et quia calx siue planta  
 pedis est nouissimum corporis, inde deducitur ad  
 significandum terminum seu finem, & quia finis  
 operis est ipsa merces vel præmium quod pro labo-  
 ris remuneratione solet reddi, inde transumitur  
 ad significandum præmium. Hæc eruditissime ad-  
 notauit Titelmanus in annotationib. ex Hebræo.

Felix.

Titelm.

VERSUS SECVNDVS.

*Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam,  
 & custodiam illam in toto corde meo.*

**M**ultoties petit hanc reuelationem le-  
 gis & viarum Dei, vt supra; Reuela  
 oculos meos, & considerabo mira-  
 bilia de lege tua. Imò iam factus fue-  
 rat iam mandatorum Dei ecurriffe,  
 & nihilominus nunc petit donari sibi intellectum  
 ad scrutandam legem Dei, nimirum (vt dicit Cas-  
 siodorus) quia dona Dei semper à nobis postulan-  
 da sunt, vt conferrentur. Semper enim donat: qui  
 semper in nobis donata conferuat. Non minus  
 quippè Dei sapientia atque potentia lucefcit in re-  
 rum factarum conseruatione, quam in ipsamet re-  
 rum creatione. Eadem quippè potentia qua factæ  
 sunt,

sunt, & conseruantur. Licet mihi videatur quod Propheta in hoc versu petit donum intellectus, quo & apprehendere & iudicare alta ac intima de lege Domini possit. Donum quippe intellectus ex hoc quod melius apprehendit veritates fidei, rectius de eis iudicat, atque bonam estimationem de eis concipit. Sicut ille qui à longè rectius apprehendit visa, melius etiam iudicat de apprehensis. Donum ergo intellectus mentis aciem acutiorem reddit, vt ea quæ ad fidem pertinent, intimius penetret. Quare est in omnibus habentibus gratiã, carentque illo peccatores. Ex quo consequitur regulariter iustos firmiter adhærere rebus fidei, peccatores verò frequentes vacillationes circa veritates fidei pati. Vnde animalia sancta plena erant oculis ante & retro, ad significandum hoc lumen intellectus quo gaudent iusti, ad eò enim mentem illuminat, ac si tota esset repleta oculis. E contra verò talpa, Leuit. 11. immundum animal reputatur, quia cæcitas & hebetudo mentis pœna solet esse immunditiæ, id est peccati. A qua cæcitate Ecclesia petit liberari in Litanij deprecans, ac dicēs, à cæcitate cordis libera nos Domine. Est autem donum hoc speculatiuum simul & practicum, quia non solum ordinat ad ea quæ principaliter cadunt sub fide, verum etiam ad omnia quæ ad fidem ordinantur. Fides autem etiam ordinatur ad opus, secundum illud Pauli, Fides quæ per dilectionem operatur. Et (vt auctor est D. Thom. 2. 2. q. 8. art. 3. ad secundum.) hoc ipsum pertinet ad dignitatem doni intellectus, quod intelligibilia æterna considerat non solum secundum quod in se sunt, sed etiam secundum quod sunt regulæ humanorum actuum. Quia quanto virtus cognoscitiua ad plura se extendit, tanto est nobilior. Igitur quia actio humana non solum regulatur lege humana, sed etiam

Ezech. 1.

Leuit. 11

Figura.

D. Tho.

etiam lege æterna in quantum ad beatitudinem ordinatur, secundum illud vltimū eger illuminari à dono intellectus, quod est lumen supernaturale. Illuminat ergo donū intellectus & dirigit ipsam operationem. Vnde rectè petit Propheta dicens; Da mihi intellectū & scrutabor legem tuam, & custodiam illā in toto corde meo. Hoc est non solum volo intelligere legem tuam vt sciam, verum etiam vt voluntate & opere compleam. Vnde in Hebræo legitur; fac me intelligere, & serua bo doctrinam tuam, & custodiam eam in toto corde. De scrutinio tamen mandatorum Dei, iam super versum secundum primi octonarij copiose egimus.

Et custodiam illam in toto corde meo. (Arca sine crumena qua lex Dei custodiri debet, cor hominis est. Ad hoc enim & ipsum exposcit Dominus dicens; Fili pœbe mihi cor tuum, vt in eo scilicet, seruem testamentum meum. Quare dicitur anima iusti sedes sapientiæ. In cuius testimonium arca, in qua continebatur vetus testamentum, ex lignis incorruptibilibus erat, vt offederetur quod lex & testamentum Dei in incorruptibili anima, imo & in alto triclino eius (quod est voluntas) custodiri debet, vt ibi incorruptibiliter perseueret, atque æterna veluti ipsa voluntas fiat; secundum illud Isai. 15. Populus meus, lex mea in corde eorum. Et Jerem. 31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum dicit Dominus; Sed hoc erit pactum quod feriam cū domo Israel post dies illos, dicit Dominus; Dabo legem meam in visceribus

Arca legis Dei cor hominis.

Prou. 23

Isa. 15.

Iere. 31.



eorū, & in corde eorū scribam eam. Ecce vbi legem scribit Deus, vt nisi corde extincto (quod nunquā tamē perit) nec lex etiā aboleri possit Non in tabulis lapideis (ait Paulus 2. Cor. 3.) sed in tabulis cordis carnalibus; non in tabulis illis quas frangere potest Moyses, sed in immortalī corde hominis, quod nulla discrimina frāgunt. Non enim grauis & lapidea lex noua est, quæ super quem cæciderit comminuet eum, sicut lex vetus, quæ ceruices cōminuebat, ita vt neq; ipsi, neque patres eorū portare possent, vt dicitur Act. 15. Sed in tabulis carnalibus scripta, quia iugum Christi suauē est, & onus eius leuē; ita vt leuiter ingrediatur cor blanditijs amoreq; demolitum, pertingatq; vsque ad diuisionem animę, & spiritus compagumq; atque medularum, vt dicitur Hebræor. 4.

*Hebr. 4.* Sed obserua quod D. Ambr. hic docet, quod lex dicitur etiam via mandatorum, vt hic. Quia per has vias ambulare debemus, vt perueniamus ad terminum harū viarū, qui est Christus. Hæc lex seruari debet, vt perueniamus ad finem legis, qui est Christus, finis enim legis Christus ad iustitiam Rom. 10. omni credenti. Est finis iustitiarū, quia ipse est iustitia nostra, vt ait Paulus. 1. Cor. 1. Est finis legis, quia ad eum peruenimus per obseruantiam legis.

*1. Cor. 1.* Est finis testimoniōrū, quia Apostoli fuerunt eius testes & scripturæ; secundum illud, Scrutamini scripturas, ipse enim testimoniū perhibent de me.

*Ioan. 5.* Et Apostolis suis dicit Actor. 1. Eritis mihi testes. Sine lege ergo non peruenitur ad Christum. Sed hæc lex spiritualis est, spiritualiterq; intelligitur, atque seruari debet, non carnaliter; vt Phariseus, qui labijs legē recitat, sed in corde legem non seruat. De quibus Dñs Marth. 15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longē est à me. Qui carnem

carnem præpurij circumcidit, cor autem incircumcisum habet. Ad quos Stephanus ait Actor. 7. Dura ceruicē & incircumcisi cordibus & auribus; non enim qui in manifesto Iudæus est, nec quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, vt dicitur Rom 2. Vnde Paulus 2. Cor. 5. Et si cognouimus Christum secundū carnē, sed nūc iam non nouimus. Putabant enim Pharisei q; Messias esset venturus in obseruatione carnali legis, in quo et errore Paulus aliquando detentus fuit. Sed postquā illuxit illi illuminatio Euangelij Christi, qui est imago Dei, & ceciderunt squammæ ab oculis eius, id est, literalis & carnalis sensus legis, iam ab illo errore purgatus, ait q; si aliquādo Christū secundū obseruātiās carnales existimauit venturū, iam nō sic arbitratur, sed secundum spiritalē sensum legis aduenisse. Vnde subdit. Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua, id est, iam non in vetustate lipere ambulamus, sed in nouitate spiritus, eo q; lex vetus erat veluti coopertorium nouæ, (era la funda) Christus autē tanquā verus sacerdos vasa legis ex coopertorijs deducēs, quicquid in ea cōtinebatur ostēdit. Ad sacerdotes quippē pertinebat vasa è velaminibus educere. Vnde Paulus Galat. 3. Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Ecce vbi legem steterem velamen & coopertoriū legis nouæ vocat, quæ vocatur lex fidei à Paulo multotiens. In corde ergo custodiri lex debet, sed non in angulo cordis, sed in toto corde. Lex enim Domini lata est, vt infra, Latum mādatum tuum nimis, vnde totam latitudinem cordis iure optimo sibi vendicat; nam maior est Deus corde nostro. In

*Actor. 7.*

*Rom. 2.*

*2. Cor. 5.*

*2. Cor. 5.*

*Lex vetus coopertoriū noua.*

*Galat. 3.*

*1. Ioan. 3.*

toto ergo corde & in cunctis partibus eius obseruanda est lex. In intellectu scilicet, per fidem, in concupiscibili per charitatem, in irascibili per spem. Hieron. sic dicit: Da mihi intellectum, id est, tua mandata, ut non sim sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Ecclesia rogat ut intelligat discretionem inter bonum & malum, inter vitam & mortem, inter literam & sensum, ut intelligam, prædicem, & opere impleam, & custodiam illam in toto corde meo, id est, ex tota dilectione.

Hieron.

VERSUS TERTIVS.

*Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui.*

D. Aug.

**H**oc est (secundum Augustinum) parum est mihi voluntas mea, nisi in eo quod volui ipse me deducas. Nam velle quidem adiacet mihi, perficere autem non inuenio, ut ait Paulus. Ipse enim datus est gentibus in ducem, & præceptor, ut dicitur Esa. 55. Qui fuit ductor filiorum Israel in deserto per diem in nube & per noctem in columna ignis: hoc est per fidem & charitatem deducit nos & reducit in concupitam promissionis hereditatem. Per nubem fides significatur; nam sicut cum nubes interponitur inter solem & prospectum nostrum, non videmus solem in seipso, sed quia fulgores radiorum eius per illam nubem se transmittunt ad nos; sic in hac vita, non Deum in seipso cernimus, sed per reuelata per fidem, tanquam per nubem, veritas eius se diffundit ad nos, ut Paulus dicit, videre nos nunc per speculum in ænigmate. Columna autem ignis charitatem refert. Nil enim fami-

Rom. 7.

Isa. 55.

I. Cor. 13

familiaris in sacris literis quam amorem per ignem nobis significari. Paulus autem dicit, quod per fidem ambulamus & non per speciem, & alibi. Ambulare in charitate. Sed cum superius mandata Dei viam appellauerit, nunc semitam dicit. Hæc diuersa nomenclatura vacare mysterio minimè credendum est. Via quippe ampla est, angusta semita. Pharisei quasi amplitudinem quandam in lege Dei fecerunt, eam solum de exterioribus actibus intelligendo, Christus vero ad interiores, et eam coarctauit, ac sic ex via quasi semitam fecit; unde Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis, non occides; ego autem dico vobis, quicumque irascitur fratri suo &c. Et audistis quia dictum est antiquis, non mæchaberis, ego autem dico vobis, quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam in corde suo. Et iterum. Audistis quia dictum est antiquis, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros &c. Nec ob hoc seueriorem eam fecit, imo & faciliorem, & ad obseruandum apertorem. Nam quæso quis nam viam spinis & tribulis stratum ad ambulandum melius aptauit, ac planiorē fecit, qui solum ea quæ apparebant ex spinis amputauit, an qui radicitus eas auulsit? Certum est quod qui & germen & radicem tulit. Radix nostrorum operum interior concupiscentia est. Nam qui non odit in corde fratrem, non occidet eum, nec iniuria afficiet, & qui non concupiscit interius mulierem, nec in eam mæchabitur. Qui ergo hanc radicem euellit, ex qua talia opera pullulant, faciliorem facit obseruantiam legis.

2. Cor. 5.

Matt. 5.

Similes

(Quia ipsam volui.) Cassiodorus, ipsa noua gratia per se placet, quæ deducit ad cælum; lex verus non per se placebat, sed in ordine ad legem gratiæ; sicut medicina non per se placet, sed in ordine ad

Cassiod.

Simile.

Galat. 3

sanitatem, quæ tanquam finis intenditur; finis autem legis Christus est. Nam ut ait Paulus Galat. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur; at ubi venit fides, iam non sumus sub pædago. Id est, quia iam venit iustitia, quæ est in fide Christi Iesu, quam lex promittebat, sed non dabat nec poterat; infirmitas quippe & egena erat, ut ait Paulus. Sicut ergo sanitas, quæ est finis intentus ab ægro, per se placet, sic & lex Christi, quæ iustificat (quod erat finis intentus à lege, quem promittebat, sicut & medicina sanitatem) per se placet, quia & deducit ad cælum, nouissimum omnium finem.

Galat. 4

Vel ut ait Lyranus, Deduc me in semitam mandatorum tuorum per exteriores actiones. Quia ipsam volui. Nam ex similibus actibus generatur inclinatio & habitus in voluntate. Cum ergo me per legis tuæ observantiam deduxeris, propensius voluntas mea inclinabitur ad tuam legem. Nam ut Philosophi dicunt, potentia facit habitum, aut vero facilem, ususque potentem.

Lyranus

Sed advertendum, quod ut à principio huius octonarij diximus, hic Propheta induit personam desiderantis ingredi viam Dei exequendo mandata eius, & ideo in his tribus primis versibus, tria accommodata & opportuna ad ingressum viæ Dei obnixè postulat. Primum in primo versu petit, scilicet, ut ostendatur illi via, ad similitudinem illius, qui per ignotas semitas iter aggreditur, primum petit doceri sibi viam qua pergat. Secundo petit non quomodo, ut doceri, sed ita, ut intelligat, quod maxime necessarium est. Quid enim proderit tibi doctrina, nisi intellexeris eam? Tertium est, ut homo inducatur in principium viæ. Sic enim & itinerantes solent petere, ut ponantur in via, secundum illud Prouerb. Pone sapientem in viâ.

Triâ petit hic propheta circa viam Domini.

Et

Et sic in Hebræo dicitur: Induc me in semitam mandatorum tuorum; nam in multitudine necessarium est, ut in eam viam quæ ducit ad patriam qua pergitur introducamus; ubi & petit opus gratiæ subsequens in ipsa executione, hoc est non solum à te debeo doceri viam tuam, verum etiam à tua gratia dirigi in eam, ut eam possim per executionem mandatorum tuorum peragere. Ceterum postquam necessaria & opportuna ad ingressum postulauit, iam quæ sint impedimenta petit auferri, dicens versum quartum.

VERSUS QUARTVS.

*Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiâ.*

Q

uoniam primum & maximum impedimentum est affectus ad pecuniam, seu ad res pecunia estimabiles, & vendibiles, inclina cor meum, ait, in testimonia tua. Versu statim præcedenti (ait Dicitus Augustinus) dixerat se velle viam Dei, & nihilominus in hoc versu petit, ut inclinetur eius voluntas ad talem volitionem. Vtrumque enim à Deo est, & velle & perficere pro bona voluntate sua, ut ait Paulus.

Primum impedimentum est auaritia. D. Aug.

Pro quo notandum est ex doctrina D. Thom. 1. 2. q. 9. artic. 6. hanc esse celsitudinem dignitatemque humanæ voluntatis, quod immediatè Deo subest & quantum ad esse, & quantum ad moteri. Cum enim sit potentia rationalis animæ, à nullo alio conditam dices, præter quam à solo Deo, qui eandem animam rationalem per creationem sibi soli possibilem condidit. Quare eadem

Ad Philip. 2. D. Tho.

voluntas à nullo alio principio extrinseco potest directe & efficienter moueri praterquam à solo Deo. Nam & si dicatur intellectum mouere voluntatem efficienter, id duntaxat est quantum ad specificationem ( vt Theologorum vocibus vtat) hoc est representando ei obiectum, ad quod determinetur vt velit; postea autem ipsa se mouet quo ad exercitium, id est, ipsa per seipsam vult illud bonum, quod ei ab intellectu proponitur, & ad quod determinatur volendum. Quod si ab aliquo extrinseco principio mouetur, illud solus Deus est. Cuius ratio est, quoniam motus voluntatis est ab intrinseco, vt pote vitalis, viuentia autem omnia ab intrinseco mouentur. Hac enim differentia seiunguntur à non viuentibus, quod illa in seipsis habent principium sui motus, hæc vero non. Quis autem intrinsecè potest mouere voluntatem, nisi ille qui autor eius est? sicuti si quis moueret lapidem sursum, motus quidem ille à mouente est, sed non est lapidi naturalis, sed violentus. Motus autem ille quo mouetur ad centrum qui naturalis est & intrinsecus lapidi, tribuitur à Philosophis generanti, id est, ei qui lapidem in tali natura constituit, cui soli competit intrinsecè eum mouere, tale pondus & inclinationem ei imprimendo. Cum ergo solus Deus autor sit animæ rationalis, quæ per creationem soli Deo possibilem producit, vt statim diximus, voluntas autem sit talis animæ potentia, manifeste sequitur quod solus Deus eam mouere potest, non solum conferendo naturam, verum etiam dando volitionem boni & finis, qui clauditur in omni volitione. Præterea cum voluntas habeat ordinem ad vniuersale bonum, in quo à sensu fecernitur, qui particularia duntaxat appetit, nihil potest esse eius causa, nisi quod est bonum vniuers-

vniuersale, hoc autem bonum vniuersale, solus Deus est: Nam cætera omnia sunt bona particularia, & per participationem & particulares inclinationes efficiunt. Cum ergo solus Deus efficienter possit mouere voluntatem, optimo iure Propheta noster ab eo perit, vt inclinet voluntatem suam in eius testimonia. Non enim potest secundarium agens quidpiam nisi virtute primi agentis fulciatur. Vnde Prouerb. 21. dicitur; Sicut diuisiones aquarum ita cor regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinauit illud. Hoc est, quod sicut à principio solo verbo & voluntate sua diuisit Deus aquas ab aquis, ita solo motu suo potest omnium corda mouere & inclinare secundum consilium voluntatis suæ. Nam si cor regis, quod nulli subest, nec superiorem potestatem agnoscat, in manu Dei est, multo magis cæterorum omnium voluntates ei subijciuntur. Ita Lyranus. Sed quia in Hebræo sic legitur; Riuus aquarum cor regis in manu Domini, alij sic interpretantur, q̄ sicut riuus aquarum, siue humana opera, siue ex sua natura in aduersas partes feruntur & diuiduntur, ita cor regis per manum Domini eiusque potentiam ac prouidentiam huc illucq; fertur, prout ipse omnium causa disponit; nimirum quia cum fauet Dominus, sana cõsilia inspirat principibus, atque ad ea implenda impellit; cum succenset, sinit eos in reprobum abire sensum; sicut cum mouit cor Dauid, vt numeraret populum, quia addiderat furor Domini irasci contra Israel, vt dicitur 3. Regum 24. Vel tertio dicam cum Domino Caietanus. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini. Ad designandam facilitatem, quia Deus corda hominum mouere potest. Aqua quippe facillimæ diuisionis est. Qua ergo facilitate diuiduntur aquæ & multo maiori Deus potest homin-

Prou. 21.

Lyranus.

3. Re. 34

Caietanus.

hominum corda ad quodcumque voluerit inclinare, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, vt dicitur Psalm. 94. id est, in virtute & potestate eius, cuncta sunt posita. Virtus quippè primi agentis in inferioribus etiam agit, vt supra diximus. Inclina ergo cor meum Deus in testimonia tua, in cuius manu corda sunt regum, omniumque filiorum Adam, & quocumque volueris inflectis illa, flecte quæso cor meum per sancti spiritus flarum ad tua testimonia adimplenda, atque ab auaritia omnium malorum radice cor, animam, mentemque meam auerte. In tria vitia Ioannes Apostolus in sua prima Canonica. cap. 2. diuidit quicquid in mudo peruersum est, dicens; Omne quod est in mudo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non ex patre, sed ex mudo est. Et hæc sunt tria impedimenta, quæ à mandatis Dei animam hominis auertere atque auocare solent. Sed inter hæc omnia, auaritia principem locum sibi vendicat, eo quod pecunia maxime hominum animos rapit inter omnia oculorum concupisibilia; cuius rationem supra reddidimus. Vnde Paulus ad Ephesios 5. Omnis fornicator aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. vbi auaritiam idololatriæ comparat; Idololatria autem & infidelitas, ait Augustinus, est peccatum, quo cuncta peccata tenentur, & sic in auaritia reliqua includuntur, vt statim dicemus. Ratio autem quare auaritia idololatria nominatur, secundum Diuum Thomam super hunc locum, hæc est, quoniam idololatria est quando honor soli Deo debitus impenditur creaturæ, Deo autem dupliciter honor debetur, nimirum vt in eo finem nostrum constituamus, & vt in eo fiduciam nostram finaliter ponamus.

Qui

Qui ergo hoc in creaturis collocat, reus est idololatriæ. Auari autem & finem & fiduciam omnem in pecunijs collocant. Quos taxans beatus Iob dicebat capite 31. Si dixi auro, robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Id enim, quod pro fine sibi quisque præstituit, quasi Deum suum facit, ad quem omnia sua dirigit; secundum illud Pauli de voracibus, atque gulosis loquens: Quorum Deus venter est, quia omnia in talem cupidinem referunt. Multo magis auarus quanto appetibilior est pecunia, cui cætera obediunt, vt dicitur Ecclesiastici 20. Id autem quod tanquam finis diligitur, sine modo diligitur. Nam concupiscentiæ finis est infinita negatiue, hoc est nullum terminum habet. De medicina quippè, quæ tanquam medium ad sanitatem appetitur, id solum appeto, quod ad salutem scio conferre, ipsam autem sanitatem sine mensura aliqua appeto. Non enim tot gradus, tantum sanitatis volo, & non plus, sicut tot dragmas i eubarbi, & non amplius; sed quantum poterero adipisci sanitatis, absque mensura concupisco, quia hanc vt finem appeto, illud verò vt medium. Cum ergo quis pecuniam tanquam finem appetit, absque mensura aliqua & sine appetit, secundum illud Baruch. 3. Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ super terram sunt, qui in auiibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Ecce quare auari idololatriæ à Paulo vocantur. Vnde Osee 8. dicitur; Argentum suum & aurum suum fecerunt idola, vt interirent, quia vt dicitur Prouerbiorum 11. Qui confidit in diuitijs suis corruet. Sed quoniam hæc ratio videtur communis etiam alijs peccatis, (in omni enim peccato mortali constituit homo finem suum

Iob 31.

Eccle. 20.

Simile.

Baruch.

3.

Osea 8.

Prou. 11.

*D. Tho.* suum in creaturis,) dicitur cum eodem Diuo Thoma, quod quia idololatrare est aliquid exterius indebitè colere, & qui in diuitijs sibi præstituit finem, ponit eum in re exteriori sicut idololatra, (nam in alijs vitijs ponitur finis in interioribus, sicut verbi gratia, superbus in propria exaltatione) idèd specialiter auarus dicitur idola colere.

*Caiet.* Vel dic secundum Caietanum, quod quia auarus & idololatra conueniunt in colendo vnam & eandem rem; dicitur auarus idolorum cultor, colit. n. idololatra argentum & aurum, secundum illud

*Pf. 113.* Psalmi: Simulachra gentium argentum & aurum, nam præter argentum opera manuum hominum, idolum nihil est in mundo, vt dicitur 1. Corint. 8. Id etiam colit auarus qui aurum & argentum pro Deo habet. Vel dic tertio, quod ideo dicitur idolorum seruitus, quia inter omnia peccata amor numi maxima abnegandi fidem causa esse solet

*1. Tim. 6.* hominibus, secundum illud 1. ad Timoth. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide. Quod cautè considerans aduersarius, cum Cluistum Dominum in deserto tēcasset, & in vltimo congressu omnes mundi diuitias ob oculos positas promississet, eum ad idolatriam compulit, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Ac si latenter diceret; Nihil aliud potentius ad animos hominū in quotcunque mala trahendos, quam auri argentiq̄ue cupido, quæ & vsque ad idololatriam cor deijcere potens est. Nam vt Paulus vbi supra, docet: Qui volunt diuites fieri, ineidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inuictilia & nocua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Dicitur ergo auaritia idolorum seruitus quasi effectiue, quia solet esse causa apostatandi à fide, imò & idololatrandi, Cum ergo sit veluti seruitus

seruitus idolorum auaritia, quid mirum quod tanquam maximum impedimentum ad ambulandum in via Dei illud perhorrescat iustus? & dicat; Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Quam sententiam cōfirmat sapiens Ecclesiast. 20. dicens: Auaro nihil est scelestius, hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Quis facinorosior proditore Iuda? & tamen auarus eo nequior esse videtur. Ille quippe triginta argenteis Christum Deum suum vendidit, multi autem auari viliiori pretio adducti Christū abnegant, & à se proiciunt per peccatū. Quot propter vnus argenti aut dipondij lucrum peierant, mentiuntur, proximum circunueniunt atque decipiunt? Vnde & Cicero offic. 1. ait, Nihil est tam angusti animi, tamq̄; prauum quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet; sæpè enim propter minimum lucrum & vitam & animam periculo exponit, & quasi pro pecunia commutat. Imò & videtur animam suam sub hasta publicare (parece que haze publica almoneda del alma) & quod sua voce quasi præconis dicat, quis plures numos pro anima mea dar? det & accipiat eam, quoniam in vita sua proiecit intima sua; hoc est, etiam adhuc viuens perinde se habet, ac si omnia sua viscera eiecisset; nimirum quia omnè humanitatis & commiserationis affectum exiit, nec sibi bonus neq; alijs; quod in Iuda proditore patet, qui suspensus est, & crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius; nam triginta argētorum pretio & virā & animam vendidit, intimaq̄ue sua proiecit ac viscera exiit; exiit enim pietatem auarus in misericorsq̄ue, atq; crudelis fit, vt ditus ille auarus, Lucæ 16. non compatiebatur Lazaro, cuius & canes aliàs rabidi, lingentes vlcera commiserationis quosdā naturæ infunctus

*Ecc. 20*

*Cic. off. 1.*

*Damma auaritia.*

*Luc. 16.*

stinctus proferebāt, quasi impietatem diuitis multo larratu lacerantes; auaro ergo nihil est sceleratius, repellit enim æquitatem illam, quæ est tam in creatore quam in creaturis cæteris. Deus enim se & sua creaturis communicat, prodigeque diffundit; nam bonum est diffusivum sui, ait Dionysius; Creatura autem se alteri etiam communicat creaturæ; Sol enim communicat lucem, ignis calorem, arboresque fructus. Vnde Augustinus ait, indicium maximum diuinæ bonitatis est, quod quolibet res cogitur dare seipsam, hanc autem æquitatem auarus non adimplet, nec se, nec sua communicat, sed in arca reſeruat, magisque amat, ut putrefiat, quam ut alteri vsui sint; contra quos Iacobi 5. dicitur: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miseris vestris, quæ aduenient vobis; diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tuncis comesta sunt, aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit. Item videmus naturam maximè sollicitam, ne aliquid vacuum sit in vniuerso, sed statim ab alia creatura suppleatur, etiam si sit necesse præter propriam naturam agere, ut patet in aqua ascendente per fistulam præter eius singularem inclinationem ad supplendum vacuum; auarus autem non id curat, nec vult vacuum in proximo suo adimplere, ex his quæ sibi supersunt aliorum defectum adimplendo, etiam si esset contra suæ cupiditatis propensionem, contra illud Pauli 2. Corinth. 8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat. Vnde & Seneca dicit; Nunquam auarus benefacit, nisi cum moritur; sed qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? nam ut Proverbiorum 1. dicitur de auaris. Ipsi contra sanguinem suum insidiantur, & moluntur fraudes contra animas suas; imò sibi inuidet auarus, neque in suum commodum expendit sua, sed sibi ipsi negat; vnde Proverbium:

verbium: Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet. & Seneca dicit: Pecuniam magis quam habet aliquis? si auarus est, non habet, si prodigus, non habebit; & noster Hispanus Poeta Ioannes à Mena, sic dicit auaro.

*Tus riquezas tanto ciegas,  
Allegadas por mal arte,  
A quien pueden hazer parte,  
Pues a ti mismo las niegas?*

Seneca.

Iuan de Mena.

Sed aduertendum, quod aliqui per auaritiam intelligunt quodcumque rerum temporalium desiderium. Vnde Cassiodorus dicit, quod est rerum temporalium omnium flagrans omnino desiderium; & nomen Hebræum Barha, quod hic ponitur, in hac amplitudine potest accipi secundum aliquos Hebrææ linguæ peritos. Cuius ratio assignari potest, quoniam auaritia fons videtur, & origo cæterarum cupiditatum, secundum illud 1. Timor. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quod exponens D. Thom. dicit quod superbia quidem dicitur radix & initium vitiorum, secundum illud Eccles. 10. Initium omnis peccati superbia, & auaritia etiã, licet diuersa ratione. Superbia enim est initium vitiorum quantum ad intentionem, auaritia verò quantum ad executionem; hoc est dictum, quod superbus in omnibus alijs vitijs nihil aliud intendit quam singularem excellentiam inter alios nancisci, id est enim superbia singularis excellentiæ appetitus. Ideo enim abundantiam diuitiarum appetit, ut in eis alios præcellat; ideo honores, ut alijs imperet; ideo delicatos cibos, preciosas vestes, ut in omnibus splendidior cæteris appareat; cæterum auarus per potentiam diuitiarum hæc omnia assequitur; nam sicut radix alit arborem fructusque eius ac folia, sic pecuniam omnium vitiorum nutricem dixeris; qui enim pecunia abundat, is

Cassiod.

1. Tim. 6

D. Tho.

Eccles. 10.  
Superbia

dat, is

dat, is & pretiosas vestes, lautos cibos, cæteraque splendorem afferentia habet. Pecunia meretriculas, aleatores, hystriones, parasytos, factiosos, huiusmodiq; monstra hominum alit, eo quod pecunia obediunt omnia, vt dicit Eccles. 10. Vnde Cicero 2. ro lib. 2. rhetoric. notorū sic ait: Auaritia ad quod *rhetoric.* uis malum hominem perducit; quia ergo auaritia tot malorum radix est, extenso vocabulo per eam cæteræ cupidines intelliguntur, à quibus omnibus iustus petit auerti cor suum dicens: Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam, quod etiam potest sic intelligi, vt petat iustus ne aded sit temporalium rerum auidus, vt intuitu earum Deo seruire velit; quod existimas aduersarius id improperabat sancto viro Iob dicens: Nunquid frustra Iob timet Deum? nonne tu vallasti eum & domum eius vniuersamque substantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? hæc fusius forsitan præfati sumus, quia ad componendos mores vtiliora videbantur.

*Ecl. 10.*  
*Cicero 2. ro lib. 2. rhetoric.*  
*rhetoric.*  
*Iob 1.*

VERSVS QVINTVS.

*Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me.*

*Secundū impedimentum concupiscētia rerū q̄ consistit maxime in visu.*

**S**ecundum impedimentum ad ambulandum in via Dei, est concupiscentia rerum delectabilium, quæ per sensus hauriuntur, & præcipuè venerorum, quæ inter omnia delectabilia sensuum maiora sunt; sed quoniam sensus visus inter omnes principatur, sub illius nomine omnes alij sensus intelliguntur; nam ea quæ tactu & gustu & alijs sensibus percipiuntur, sub

sub nomine visus solemus nominare, cum de cibo aut dulci sono dicimus nos non vidisse, neque talem cibum, nec tam sonoram vocem, cum tamen nec vox, neque cibus visu hauriantur; cuius ratio est, quoniam visus inter omnes sensus maxime cognoscitiuus est, quare & aliorum sensuum perceptiones ei attribuantur. Vnde & Philosophus in prologo suæ metaphysicæ ait, quod inter cæteros sensus plus diligimus visum, eo quod inter alios maxime cognoscitiuus est, & plures differentias rerum nobis demonstrat; imò & Plinius dicit, quod animus inhabitat in oculis; nam nusquam animi manifestiora indicia quàm in oculis. Et ideo Isaias cap. 1. taxat filias Ierusalem, eo quod nutibus oculorum ambulabant; & de viro apostata dicitur Proverb. 6. quod annuit oculis. Imò & signum superbiæ in oculis maxime manifestatur. Prouerb. 30. Generatio cuius excelsi sunt oculi. Auarus etiam oculis concupiscit rem alienam, est enim anima velut avis, inclusa in corpore, quæ per oculorum fenestras exit, & per omnia exteriora volitat, quare oculi maxime custodiendi sunt, vt Iob 31. *Iob 31.* *Pepigi scædus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine quidem.* Et Dominus Matth. 5. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te; hoc est, sic te debes gerere quantum ad ea quæ videre non licet, ac si oculos non haberes; vnde huiusmodi abscissio, siue priuatio membrorum intelligitur quantum ad usum præcipuè malum, sic enim intelligitur quod Dominus alibi dicit; Sunt qui se castrauerunt propter regnum cælorum, non per membrorum abscissionem, sed per malarum cogitationum interemptionem, ait Chryostomus. Hoc est, quod se priuauerunt vsu talium membrorum quantum ad venereos actus etiam licitos, vt sunt conjugales. Et illud Pauli 1. Corinthio-  
*rum*

*Aristot.*  
*Plinius.*  
*Isa. c. 1.*  
*Prou. 6.*  
*Prou. 30*  
*Simile.*  
*Matt. 5.*  
*Matt. 19*  
*1. Cor. 6*

Q



rum 6. Elca ventri, & venter elcis: Deus autem & hunc & has destruet. Nam & si in resurrectione restitueretur venter in sua integritate, non tamen quantum ad vsum, quem modo habet, qui est cibos egerere: cum ergo hic Propheta postulet, quod auerrantur oculi eius, ne videant vanitatem, non sic intelligitur, vt eruantur oculi eius, vel obfcturen tur ne aliquid videant; cum omnia quæ sub Sole sunt vanitas sint, & vanitas vanitatum; sed petit, quod quantum ad vsum malum auertantur à visione harum vanitatum, Iuxta illud Matth. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Non prohibet Dominus ne fœminas intueamur, sed ne videamus vt concupiscamus, ne intuitus pessimam concupiscentiam pariat, vt Diuus Augustinus in regula ait, Nec tamen quando proceditis fœminas videre prohibemini; sed appetere, vel ab ipsis appeti velle criminofum est. sic ergo multotiens vifus abortiuum in anima facit, quemadmodum mulier quæ in vtero gerit & aliquid vidit oculis & concupiscit, si non accipit quod desiderat, abortum, vt plurimum; patitur; sic anima bonis imprægnata desiderijs, si aliquid videt oculis, ex qua visione cor accenditur, quasi abortum facit boni desiderij, retrocedit quippe ab eo, & in noxiam concupiscentiam prolabitur; vt Dauid accidit quando intuitus est mulierem illam se lauantem; sanctus quippe erat bonisq; desiderijs plenus, quæ omnia ad prospectum fœminæ perierunt, & antequam in lucem prodirent quasi per abortum necata sunt. Vnde Dominus Matthæi 24. Væ prægnantibus &c. hi sunt qui bonis imprægnantur desiderijs, & tamen vel nunquam in lucem per opera procedunt, vel per occurrentes occasiones intereunt. Ex visu etiam praua oritur cogitatio. Prouerb. 23. Oculi tui videbunt

debunt extraneas, & cor tuum loqueretur puerfa, quia impudici cor habent in ore, & contra modestos in corde gerunt, imò & diuersitas malorum cupiditarum ex visu ortum habet, quemadmodum oues illæ ad prospectum virgarum diuersicolorum ditersos etiam & varij coloris concipiebant fetus, vt legitur Genes 30.

(Ne videant vanitatem &c.) Omnia quidē, quæ sub Sole videmus vana sunt, iuxta Salomonis citatam sententiam, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Pro cuius explicatione aduerte multis linguis familiare esse, quando rem eximiā volumus significare, vt abstractis pro concretis, vt virū magnificum ipsam liberalitatem vocamus, & virum qui assidue mentitur ipsum mendacium. Sic Paulus 1. Corinthiorum 1. Ad designandam Dei misericordiam dicit: Qui factus est nobis sapientia, & iustitia; sanctificatio &c. Cum ergo sapiens hic vana dicere potuisset, ad designandum aliquid eximiū abstracto vsus est dicens, Vanitas vanitatum, hoc est ea quæ sub Sole sunt ipsa vanitas sunt, ipsa vanitas visibilis, vel idea ipsa vanitatis mundus iste est. Secundo aduerte, ex Origene homilia prima in cantica; phrasim & idiotismum Hebrææ esse linguæ, cum dicitur, Vanitas vanitatum, sicut dicitur, Canticum Canticorum, quia inter omnia excelsa cantica primum locum tenet, sic modo dicitur; Vanitas vanitatum, quod inter omnes vanitates summa stultitia est. Licet batlogia, hoc est inutilis repetitio, sit vitium maximè in rebus sacris virandum, sed aliquando eiusdem vocis repetitio cum decore sit & efficacia, quam Latini vocant perseverantiam, vel existentiam, vt est illud Psal. 28. Afferte Domino filij Dei, afferte Domino gloriam & honorem. Afferte Domino filios arietum &c. Et Ezech. 24. Non erat qui requireret,

Figura.

Gen. 30.

Eccles. 1.

1. Cor. 1.

Origenes

Psal. 28.

Ezech. 24.

quireret, non erat inquam, qui requireret, talis autem repetitio habet locum quando tanti ponderis sententia est, vt nullatenus debeamus eam obliuisci; propter quam causam in ipso vestibulo concionis toties repetitur vanitas, vt altius nostris mentibus infingeretur. Vana ergo sunt omnia quæ in præsentis seculo oculis cernimus, vt accommoda sit distributio ne sub tali distributione includantur quæ alterius sunt ordinis, qualia sunt diuina, & ea quæ diuinitus nobis conferuntur. Cæterum & si omnia quæ carnis oculus concupiscit, vana sint, non dubito quin ea quæ ad venereorum concupiscentiam spectant, plus cæteris vanitatis habeant. Sapiens Prouerb. 6. ait: Pretium Scorti vix est vnus panis, mulier autem viri pretiosam animam capit. Hoc est delectatio, propter quam appetitur mulier, vix est vnus panis, idest breuis est, quia nec per momentum satiat, vt dicitur Osee 4. Comedent & non saturabuntur; fornicati sunt, & non cessauerunt. Vnde super hunc locum dicit Beda, Sicut vnus panis diurnam solum effugiat esuriem, & nihilominus postmodum esurit, qui comesto pane saturatus abscesserat, sic qui intrat ad scortum, ad horam quidem euaporat libidinem, sed post paulum ardentior reddit. Et Diuus Hieronymus ait, Voluptas carnis præsens non satiat, futura cruciat, præterita non delectat. Licet per hoc etiam designetur huius voluptatis vilitas, cuius pretium vix est frustum panis, vt Hebræi legunt, & quod ipsa capit pretiosissimum hominis, nimirum animam, Christi sanguine emptam. Vnde Diuus Augustinus libro de honestate mulierum cap. 30. (inquit) Quanta iniquitas, quanta peruersitas, vt animam quam Christus suo sacro sanguine redemit, luxuriosus quisque propter vnus momenti delectationem libidinis, dia-

bulo

bulo pessimo inimico suo vendat ac tradat, verè nimirum miseranda & plangenda conditio est, vbi cito præterit quod delectat, & permanet sine fine quod cruciat; sub momento enim impetus libidinis transit, & permanset sine fine infelicis animæ opprobrium. Nonnulli ex Hebr. sic legunt, Quia propter mulierem fornicariam, vsque ad frustum panis; hoc est, quia propter amorem mulierum multi deueniunt vsque ad frustum panis, idest, vsque ad mendicitatem, solent enim mendici frustra panis postulare. Quare antiqui hunc meretricum amorem pingebant sicut monstrum illud, quod à Poetis chimera dicitur, cuius Caput erat leonis, quia talis amor à principio feraliter inuadit, & more brutorum adortitur hominem. Vnde scriptura cum de eo loquitur Brutorum vocibus vtitur Iere. 5. Equi amatores & emissarij facti sunt in foeminas, vnusquisque in vxorem proximi sui inhiabat: Corpus erat capræ, quæ luxuriosissimum animal est, quia inuasus tali amore in luxuriæ pruritus dilabitur: sed Cauda erat draconis, quia in fine mordet, vel per penitendum, vel per egestatem, vel per infirmitates ad quas deducit; vnde Prouerb. 21. Ingreditur blandè, sed in fine mordebit, vt coluber, & tanquam regulus venena diffundet. à tali ergo vanitate petit Propheta noster, vt auertantur oculi eius, quoniam hoc vitium per auersionem euitatur, nō facie ad faciem, sed terga vertendo, secundum illud consiliū Pauli: Fugite fornicationem. & illud Isaiæ 48. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis. in Psalmo 3. habetur: Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, ex quo colligitur Psal. illum concinuisse Dauidem pro victorijs, quas dedit illi Deus contra inimicos suos, & tamè titulus psalmi est, Psalmus Dauid cū fugeret à facie Absalon. Ca-

Q 3

nit

Chimera.

Ierem. 5.

Prou. 21.

Isa. 48.  
Psal. 3.

nit victoriā, & dicit se fugere; quia hæc est illustrissi-  
ma victoria vincere fugiendo à facie appetitus no-  
stri. 2. Pet. 1. Per hoc efficiamini diuinæ confortes  
naturæ, fugientes eam que in mundo est concupi-  
scentiæ corruptionem. Occasiones fugere maximè  
confert ad euitandum hoc vitium: nam vt dicitur  
Eccl. 12. Eccl. Quis miserebitur incantatori à serpente per-  
cusso? Et alibi: Nunquid potest quis abscondere  
Prou. 6. ignem in sinu suo, & quod vestimenta illius nō ar-  
deant? aut ambulare super prunas, & quod non  
D. Hiero comburantur plantæ eius? Et D. Hieron. ait, quod  
vymus. nullus inter serpentes securos capit somnos; & D.  
D. Bernar. æstimat maius miraculum inter colloquia  
nardus. & familiaritates mulierū castè viuere, quàm mor-  
tuum suscitare; qui enim amat periculum (ait sa-  
piens Eccl. 3.) peribit in illo. Et idem Hieronymus:  
Satius est non posse perire, quàm in periculo non  
perisse. Vnde versus:

*Quem nisi te foueat superas incesste Cupido?  
Vincere te didici sobrietate fuga.*

Cyprian. Accipe demum optimum Diui Cypriani consiliū,  
epist. 11. vbi sic ait, Liberanda est vigilanter de periculosis  
locis nauis, ne inter scopulos, & saxa frangatur;  
eruenda est velociter de incendio sarcina, prius-  
quam flammis superuenientibus concremetur;  
nemo diu tutus est periculo proximus, nec eua-  
dere diabolum Dei seruus poterit qui se diaboli la-  
queis implicauit.

(In via tua viuifica me.) Hæc via Christus est,  
vt ipse dicit: Ego sum via veritas & vita, qui per  
mortem suam animam nostram viuificauit, vt pec-  
catis mortui illi uiueremus, vt dicitur Romano-  
rum sexto. Nam in cruce Christi, veluti in quodam  
tribunali concupiscentia peccati damnata est, &  
Rom. 8. crucifixa. Vnde Paulus Romanorum octauo ait,  
quod Christus de peccato damnauit peccatum in  
carne,

carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis.  
quod supra explicuimus. Sed c. 6. dicit, Hoc sciētes  
quoniam verus homo noster simul crucifixus est, *Ibid. t. 6.*  
vt destruaturs corpus peccati, vt amplius non ser-  
uiamus peccato. Veterē hominem vocat defectus  
carnis, qui consequuti sunt ad peccatum, ex qui-  
bus vnus est libertas effrænata libidinis, quæ et re-  
nuente anima vehementer insurgit, quæ antea per  
originalem iustitiam ligata tenebatur ne feroci-  
ret, & rectè quidem vetustatis nomine hos claudit  
defectus, quoniam vetustas defectus est præter in-  
tentionem, & in deordinatione mali est, & à pri-  
mo parente deriuata, & quia sicut senectus corru-  
pit corpus, ira hi defectus peccati corrumpunt  
bonum naturæ; iste ergo vetus homo cum Chri-  
sto affixus est cruci, non interemptus, sed cru-  
ci affixus, hoc est mortificatus. Viuit enim cor-  
pus peccati & mortis, contra quod Paulus cla-  
mabat: Infelix ego homo, quis me liberabit de  
corpore mortis huius: sed tamen per crucem Chri-  
sti impeditur ab operibus vetustatis. Vnde subdit,  
vt destruaturs corpus peccati: non vt destruaturs  
corpus secundum substantiam, sed secundum  
quod est peccati, id est, vt destruaturs id quod  
est peccati in corpore nostro, vt amplius non ser-  
uiamus peccato; ecce quomodo debet destrui cor-  
pus peccati, nimirum non seruiendo concupi-  
scentiis eius: non dicit, vt non peccemus, hoc  
enim impossibile nobis est, sed vt non seruiamus  
peccato tanquam serui Domino, quod multis  
viris perfectis per gratiam Dei præstitum est;  
quod clarius explicat inferius dicendo hoc eod.  
capit. Non ergo regnet peccatum in vestro mor-  
tali corpore, vt obediatis ei in concupiscentiis  
eius: Ecce in quo debet destrui corpus & re-  
gnum peccati, nempe in non obediendo con-  
cupiscentiis

*Paulus  
ubi supr.*

*Galat. 5*

cupiscentijs eius, quod Christi fidelibus per eius gratiam communicatur, vt dicitur Galat. 5. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs, non solum carnem affligunt, quæ radix harum cupiditatum est, sed ipsa vitia ipsos malos affectus denuntiant tanquam affixos cruci, ne in opus prauum prodeant, in hoc se Christo crucifixo configurantes. Quare sancti efficacissimum remedium contra carnis illecebras existimant iugem Christi meditationem, peculiariterque contra libidinis motus & immunditiam cogitationum oratio ad crucem Christi maximè conducit. Legitur de quadam sancta moniali, quod quotienscunque immundas patiebatur cogitationes, pollice signum crucis in corde faciebat, & cum post multos annos à sepultura eius, casu aperiretur sepulchrum, cum totum corpus iam corruptum esset, solus pollex integer & incorruptus apparuit, & in corde signum crucis simile floris lilij: rectè ergo petit iustus, vt contra tale vitium in via quæ Christus est viuificaretur eius animus, quippe ipse mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit.

*August.*

Sed non prætereundem existimo, licet breuiter pertranseundum, quod hic Diuus Augustinus docet, nam sic intelligit hunc versum, Auerte oculos &c. id est, auerte oculos meos ab illis rebus inferioribus quæ sub sole geruntur, quia omnia vana sunt, id est, mutabilitati subiecta, vt Paulus

*Rom. 8.*

Romanorum 8. Vanitati creatura subiecta est, hoc est mutabilitati. Petit ergo vt & sensus & animus ab his sensibilibus abstracti, ad cælestia dirigantur, vt docet Paulus Colossenses 3. Quæ

*Coloss. 3.*

sursum sunt quaerite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapere, non quæ super

per terram: qui enim adhæret his vanis, mutabilitati subiectus est, qui autem ab eis eleuatur, & Deo inhæret, iam immobilis est; nam qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem. vnde Diuus Augustinus hoc loco ait: Non videt vana, qui fixus est in illo, qui est super omnia, cuius mens sursum est: qui vero hæc cogitat, sub sole viuit, vbi vanitas est. Propositiones immobiles dicuntur quando earum veritates à rebus abstrahimus: vt homo est animal rationale, propositio immobilis est veritatis, abstracta tamen à sensibilibus: nam in rebus ipsis coniungens est sicut & hæc, homo est, vt metaphysici docent, sic ergo & anima immobilis fiet à sensibilibus sancta & abstracta, si Deo qui immobilis & sempiternus est, per bonam voluntatem inhæreat, vt Paulus Acto. 14. dicebat, quod ipsi venerant annuntiare hominibus ab his vanis conuerti ad Deum vitium, sicuti ait Augustin. Sic res quædam immobilis coram speculo ponatur, immobilis est apparet in speculo, sed si rem mobilem ante faciem speculi colloces, vt aquam, v.g. motus etiam multiplices in speculo reddit: sic certè, si animam tuam harum rerum mutabilium speculum facias, vt coram ea eas proponas, iam plures in se patietur vicissitudines, motusque diuersos atque inquietudines experietur; sed si Dei speculum eam constitueris, vt in ipsa eius maiestas resplendeat, sicut & ipse immutabilis est, & ipsa immobilis constansque in omni bono permanebit. Vnde Paulus Hebr. 13. Optimum est gratia stabilire cor, gratia autem est qua Deus animam nostram inhabitat.

*Pf. 124.*

*August.*

*Simile.*

*Act. 14.*

*August.*

*Simile.*

*Hebr. 13*

*August.*

Vel aliter (vt idem Augustinus ait) Auerte oculos meos ne videant vanitatem, id est, vt intentio mea, quæ oculos anime est, in operibus suis non figatur,

- Matt. 6.* figatur, in his vanis, sed in Deo, secundum illā doctrinam Saluatoris *Matt. 6.* Videte ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, non interdicit omnino Dominus, q̄ opera nostra faciamus coram hominibus, vt videant opera nostra bona, sed (vt Chrysoſt. adnotauit) id vetat, ne ideo faciamus vt ab eis videamur, & corū laudem aucupemur, sed vt glorificetur Deus, & vt ei placeamus. Nam vt docet magnus Basilius. Si artifi, putā pietori, aliquid opus iniungitur ab aliquo, vt depingat, scilicet, Cæſaris imaginē eo modo quo ab iniungente præcipitur, non curat artifex placere alijs, qui imaginem vident, sed ei qui iniungit opus & mercedem soluturus est; nam & si alijs displiceat, dummodo præcipienti placeat, nihil ad illū. Sic sic Christi seruus vitam suam & opera cōponere debet, vt placeat Deo, qui ei iungit, & qui copiosissimam mercedem largiturus est; misit quidquid libuerit mundus, dummodo legem ac præcepta Dei obserues, ad illius quippe voluntatem attendere debes, qui & tibi munus iniungit & qui mercedem soluturus est. Vnde Paulus *Galat. 1.* Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus non essem, & alibi. *1. Cor. 4.* Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui enim iudicat me Dominus est, Deum ergo attendere debet, vt ei placeat, cui se probauit, vel qui se probauit, vt alia habet litera. Vt dicitur. *2. Timoth. 2.* & *Iob. 16.* Ad Deum stillat oculus meus. Hoc est intentio mea; & Diuus Bernardus ait, Angelus ab angelo non quærit gloriam, & homo ab homine laudari cupit? (In via tua viuifica me) Per hanc viam alij intelligunt charitatem. Quam Paulus. *1. Corin. 13.* excellentiorem viam appellat. Nam vt ait Diuus Bern. Non est quod se misceat vanitas, vbi torum occupat charitas.

VER-

VERSVS SEXTVS.

*Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.*

**Q**uia ignitum eloquium tuum vehementer, & palleas vanitatis comburit, statue ergo seruo tuo eloquium tuum, ne fugaci obliuione labatur: Quod in nobis debet semper stabiliter permanere, vt ait Cassiodorus: Statue ergo id est confirma, & corrobora verbum tuum seruo tuo, vt tanquam seruus dicto obediens obseruem illud: Dicitur enim *Eccles. vltim. de sapientia,* Colluctata est cum illa anima mea, & in faciendo eam confirmatus sum, colluctando enim velut alter Iacob cum omnibus quæ sapientiam diuinam, atque Dei timorem impediunt, acquiritur, confirmaturque in timore tuo, hic quippe est veluti basis, ac fundamentum super quod struitur eloquiorum Dei obseruatio, secundum illud *Eccles. 1.* Radix sapientiæ est timere Deum, rami enim illius longæui. Sicut enim radix in abditis terræ reconditur; vt inde rami eius pululent, sic timor Domini in intimo cordis radicari debet, vt inde rami fructusque eloquiorum Dei in longum protrahantur, dilatentur, atque perdurent. Et sicut radix deformis, atque despicabilis est, fructus autem pulcherrimi suavesque inde nascuntur; sic timor Domini, qui humilitatem parit, in se ipso facit hominem despicabilem atque scædum sibi ipsi apparere, ex quo miri plurimorum virtutum fructus insurgunt, qui animam speciosissimam reddunt; vnde *Mich. 6.* dicitur; Humiliatio tua in medio tui, hoc est, in intimo cordis, quod in medio tui situm est, vel in medio

medio tui, id est, etiam si initio natiuitatis & conceptus tui habeas, quo humilioris & erubescas, quoniam ex foetido semine & sanguine coagulato conceptus es, & in fine etiam sit quo supercilium deprimas caputque confusione submittas, quia cinis es & in cinerem ibis, vermesque erunt operimentum tuum; tamen precipua ratio humiliatio- nis tuae medium vitae tuae est, hoc est id quod mediat inter initium & finem, quod est tempus quo homo vitans operatur, & quia opera tua tanquam pannus menstruatæ sunt, & quod in vita operaris, confusione ac opprobrio dignum est: ideo assidua consideratio vitae ac operum tuorum ad humiliatio- nem tui plurimum emolumenti conferent: radix ergo sapientiae est timor iste, qui humilitatem generat. Nam Philosophi dicunt experientiaque constat, quod si quis in profundo putei altissimi demittatur, etiam in ipso feruore dici cum radij solis plus emicare videntur, videbit stellas caeli. Sapientia autem altissimarum rerum cognitio est, si ergo ea quae supra te sunt sapere ac intelligere concupiscis; humiliare in profundo pectoris tui, puteum ex tuimet consideratione fode, ibique sum- missus non solum stellas videbis, sed & illum qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat, ante cuius conspectum stellae non sunt mundae, supra stellatum solum sedentem, lumine suo radiantem perspicies. Vnde Dominus

*Luc. 14.* Lucæ 14. Qui se humiliat, exaltabitur. & *Iacobus.*  
Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

*Iacob 4.* Quia ergo à principio huius octonarij diximus, quod tertium impedimentum ad obseruationem mandatorum Dei est superbia vitae, aduersus eam petit in hoc versu Psalmista, vt humilitatis virtus ei à Domino largiatur, nam timor iste humilitatis parens est; circa quod notandum ex

Diuo

Diuo Augustino in commentario eius in Epistolam Ioan. tract. 9. quod est duplex timor; alter dicitur seruilis, alter filialis. De primo dicitur Prouerb. 1. & Psal. 120. Initium Sapientiae timor Domini. nam ait ipse explicans illud, Perfecta charitas, foras mittit timorem, Ergo incipiat timor, quia initium sapientiae timor Domini. Timor quasi locum præparat charitati, cum atque cœpit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locum: sicut videmus per setam introduci linum quando aliquid sinitur, quæ tamen postea pellitur, nec remanet in opere factio. Sed tamen quoniam fere omnes interpretes de timore filiali intelligunt illum, aduertendum est quod per sapientiam in hoc loco non tantum intelligitur sapientia, vt solum in se includat cognitionem Dei rerumque agendarum, sed etiam vt in se includat huiusmodi cognitionem simul cum pia voluntatis affectione erga Deum, & quæ Dei sunt, huiusmodi sapientiae timor Domini est initium, qui & facit vt serid accomodemus animum nostrum ad sciendum ea quæ Dei sunt, simulque facit vt incipiamus illi affici, eaque eligere, approbare atque opere perficere quæ sibi placita esse nouimus. Quare Scriptura in locis illis, vbi tantopere timorem Dei commendat, nomine timoris non solum intelligit timorem illum, quo homo in se ipso concutitur, metuitque malum quod respicit; sed simul intelligitur reuerentia Dei, qua homo Dei maiestatem veretur, illique submitti, in omnibus morem gerere atque obsequi vult, atque obnixè studet cauens ne illum in aliquo offendat. Vnde & septuaginta frequenter pro ea dictione Hebraica, quæ timorem significat, vertunt theosebiam, quæ interpretatur pietas. Nam Iob 28. Ecce timor Domini ipsa est sapientia, est in Græco theosebia; & Augustinus varijs in lo-

*August.*

*Prou. 1.*

*Pf. 120.*

*Ioan. 4.*

*Simile.*

*Iob 28.*

*August.*

in lo-

in locis legit, Ecce pietas ipsa est sapientia. Nam lib. de spiritu, & lit. cap. 11. dicit: Pietatem dico, quam græci Theosebiam vocant, ipsa quippe commendata est, cum dictum est homini, quod in libro Iob legitur, Ecce pietas est sapientia. Pietas autem virtus est, quæ honorem parentibus tribuit.

*Mala. 1.* omnium vero parens Deus est, unde Malach. 1. dicitur, Si ego pater, ubi est honor meus? ideo ergo dicitur timor iste filialis, quia includit reuerentiã illam quam filij parentibus exhibere debent; & hic est timor ille quem Angeli beati habent coram Deo, de quo Iob. Columnæ cæli contremiscunt & pauent in conspectu eius. isti sunt angeli motores orbium. Et in præfatione canit Ecclesia, Adorant Dominationes, tremunt potestates, id enim est in conspectu eius velata facie & pedibus stare seraphim, hoc est tanta cum reuerentiã ante tantæ celsitudinis maiestatem assistere, vt neque oculos leuare, nec pedes mouere vix audeant. Sicut quando coram rege assistit subditus; oculos defixos, pedesque quasi immobiles habet, veluti metuens ante tantam celsitudinem, vel tantillum se mouere. Agnitio ergo excellæ maiestatis Dei, & infinitæ præcellentiæ, qua ipsos summos spiritus superat: est timor iste reuerentialis, vt vult Chrysost. hom. super Gen. Qui & ipse, secundum essentiam, humilitas est, vel parens ac tantæ virtutis initium, unde Eccles. 1. Plenitudo sapientiæ est timere Deum; & plenitudo à fructibus illius. Nam vt dicitur. 1. Timoth. 4. Pietas ad omnia utilis est; & Cassiodorus sic de hoc timore dicit: Hic ita metuit vt diligat, & si quærat, nunquam desinit diligere, quem metuit. Hunc ergo timorem Propheta exigit, ac concupiscit; qui tanquam basis, ac fundamentum totius obseruantia legis est: immo & alij verti vellent pro initio, primitias; seu principatum:

*Mala. 1.*

*Iob 26.*

*Simile.*

*1. Tim. 4.  
Cassiod.*

patum: vt vtrunque enim significat nomen Hebræum ibi positum. Quasi hic timor Domini, de quo loquimur, præcipuam sapientiæ partem sibi vendicare velit.

VERSUS SEPTIMVS.

*Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda.*

**Q**uartum impedimentum solet esse timor opprobrij, in quo clauditur appetitus vanæ gloriæ. Ex hoc enim quod quis cupit vanam apud homines gloriam, timet ab eis exprobrari. Quod impedimentum adeo solet animos hominum occupare; vt non solum ad obseruandum Dei mandata, verum etiam ad credendum impediatur. Vnde Dominus dicebat Pharisæis, Ioan. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis? Quare dicit; Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, siue quod reueritus sum, aut timui, sicut Hieron. & alij vertunt: hoc est, aufer à me timorem opprobrij; quia iudicia tua iucunda: hoc est, bona & vtilia, quia opprobria hæc à iudicijs tuis sunt, quæ sunt bona & vtilia electis, eo quod diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, vt dicitur Roman. 8.

*Ioan. 5.*

*Rom. 8.*

Pro quo aduertendum est, quod olim Iudæi atque Gentiles, maxime exprobrabant Christi cultoribus, quod hominem patibulo affixum, inter duoque nequam damnatum, pro Deo colerent. Vnde (vt refert hic Hieron.) dicebant viro Christiano: Cultor es crucifixi, adorator es malè mortui,

*Hieron.*

tui, venerator es occisi; & dicebant; Ecce Deus no-  
 ster, quem vos dicitis manufactum, vbi Deus ve-  
 ster veniat, Quod suspicatus sum quod suspicaban-  
 tur illi, quod fallaciam obseruaret Ecclesia, quado  
**1. Cor. 1.** Christum adorabat, vnde Paul. 1. Cor. 1. Nos prædi-  
 camus Christum crucifixum, Iudæis quidem scanda-  
 lum, gentibus autem stultitiam. Fuit enim Iudæis  
 Christus crucifixus offendiculus, & petra scandali,  
**1. Sa. 8.** secundum illud 1. Sa. 8. Lapidem offensionis & pe-  
 tram scandali. Non intelligentes quod Messias suus,  
 quem tanquam magnū regē, venturum esse expe-  
 ctabant, paribulo esset affigendus; Quare Paul. Act.  
**Act. 26.** hāc dicebat esse quæstionē sibi cū Iudæis, si pas-  
 sibilis Christus, secundum Prophetias aduenisset:  
 quod ipsi nō intelligentes, iridebant. Quapropter  
 Iudæis fuit scādalum, sed gentibus stultitia. Qui-  
 ppe qui, vt antea dixerat Paul. Sapientiam quærūt;  
 tantamque Dei humilitatē, & depressionem vsq;  
 ad mortem crucis, stultitiam reputabant; quod at-  
 testatur Plinius Iunior, scribēs Traiano Cæsari de  
 Christianis, nihil in eis mali se reperisse affirmans,  
 præter hoc, quod superstitione hymnos antelūca-  
 nos cuidam Christo crucifixo canebāt. Ob hoc er-  
 go & apud Iudæos & apud gentiles Christi cul-  
 tores, in derisum & opprobrium erant, adeo quōd  
**Psal. 30.** & pro se & pro suis membris dicit caput; Factus  
**Hierony.** sum opprobrium vicinis meis valde; Sed oppro-  
**20.** brium hoc, suspicio potius erat quam rei veri-  
 tas, erat enim leue iudicium, ex hominum impru-  
 dentia ortum, qui renuentes veritati Dei subijci;  
 suæque sapientiæ innitentes, stulti facti sunt, secū-  
**1. Cor. 1.** dum illud quod hic citatur à Paulo; Vbi sapiens,  
 vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi? nonne stultā  
 fecit Deus sapientiam huius mundi? Tale ergo op-  
 probrium verus orthodoxus petit à se auerri, ne ti-  
 meat, aut suspicetur illud, sed cū eodē Paulo in se-  
 quen-

quentibus verbis dicat: Ipsis autē vocatis Iudæis at-  
 que Græcis, Christum Dei virtutē atq; sapientiā. Cō-  
 tra scandalum, opponit virtutē, & contra stultitiā  
 sapientiam, scandalizabantur quippe Iudæi, in in-  
 firmitate carnis Christi passibilis, & crucifixi; sed  
 fides docet veros orthodoxos, illic potentiam Dei  
 maximē viguisse, quippe qui per mortē suam, mor-  
 tis deuicit autorē, sapientiam etiā Dei plurimum  
 splenduisse; nā ad literam vult dicere quod ipse pas-  
 sio, crucifixio, ac mors est potentia atq; sapientia  
 Dei patientis, crucifixi, ac mortui, qui vltus est pas-  
 sione, cruce, ac morte propria, vt potentia, ac sa-  
 pientia, ad vincendū mundū atq; diabolū, ad re-  
 parandum humanū genus, atq; vt immortalitatis  
 homines participes fierent, instaurare etiam, &  
 quæ in terris & quæ in cælis sunt. Vnde Paul eodē  
 loco; Verbum crucis pereuntibus stultitia est, his  
 autem qui salui fiunt, idest nobis, virtus Dei  
 est. Non solum autem improprium crucis  
 Christi Paulus non timebat, verum in ea maxi-  
 mē gloriabatur; cum dicebat. Mihi absit gloriari,  
 nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, vnusquis-  
 que enim in ea re gloriatur, per quam reputat se  
 magnum, vt ille qui vel in diuitijs, vel in scientijs,  
 vel in fortitudine magnus sibi videretur, in hoc glo-  
 riatur. Paulus autem in nullo alio se magnum  
 reputat nisi in Christo, vt qui dicebat; Vivo ego,  
 iam non ego, viuit vero in me Christus, Gal. 2. Et  
 ideo in solo Christo gloriabatur & præcipuē in  
 eius cruce, in qua omnia in quibus homines iacta-  
 ri siue gloriari solent, inueniuntur. Aliquādo enim  
 maximē se extollunt homines in amicitia proce-  
 rum, siue principum, aut magnatum; in cruce au-  
 tem Christi hoc superexcellenter adiuuenit Pau-  
 lus, quoniam nihil amicitiam Dei erga nos ad o-  
 commendat atque ostendit, quā crux Christi, vt  
 R ipse

Paulus  
vbi supr.

Gal. 6.

Gal. 2.



ipse Paulus Rom. 5. testatur dicens: Commendat  
*Rom. 5.* autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam  
cum adhuc peccatores essemus, Christus pro no-  
bis mortuus est. Et Diuus Gregorius ait, O inesti-  
mabilis dilectio charitatis, ut seruum redimeres, fi-  
lium tradidisti. Solent etiam homines extolli de  
*Gregor.* scientia, quam Paulus in loco proximè citato,  
miram adinuenit in cruce, in qua sapientia Dei su-  
per omnia emicuit, & 1. Corinth. 2. dixit, Non  
enim existimaui me aliquid scire inter vos, nisi  
Christum, & hunc crucifixum; Nam in cruce est  
*1. Cor. 2.* perfectio totius legis, & tota ars bene viuendi, unde  
ex ea tanquam ex suggestu & cathedra omnium  
virtutum, disciplinam optimus nobis tradidit ma-  
*Augst.* gister. Quare Augst. ait. Lignum in quo fixa erant  
membra patientis, etiam cathedra fuit magistri  
docentis; si gloriaris in potentia, nobis verbum  
cru-  
*Rom. 6.* cis virtus Dei est; si de libertate adepta, Roma-  
norum è. dicit Paulus, quod vetus homo noster  
*Hebr. 11* crucifixus est, ut amplius non seruiamus peccato;  
si de diuitijs, de Moyse & dicit Paulus Hebræor. 11.  
quod maiores diuitias existimaui thesauro Aegy-  
ptiorum, improprium Christi; Si ideo extollis te,  
quia ad aliquod insigne collegium assumptus es,  
per crucem ad collegium cæleste adsciri sumus;  
Nam per sanguinem crucis pacificauit siue  
quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Alij glorian-  
tur in vexillis & signis suæ victoriæ, per cru-  
cem expoliavit Christus principatus & potesta-  
tes, traducens confidenter & palam, triumphans  
*Coloss. 2.* illos in semetipso, ut dicitur Colossenses. 2. Vu-  
de Ecclesia in quadam antiphona de cruce dicit.  
Super omnia ligna Cedrorum, tu sola excelsior,  
in qua salus mundi pependit, in qua Christus  
triumphauit, & mors mortem superauit. Absit  
ergo te à Christiane, ut opprobrium repures cru-  
cem

cem Christi, quæ excellentissima ratio gloriandi  
tibi effecta est, peteque à Deo, ut timorem talis op-  
probrij longe faciat à te, imo nec suspitio, vel mi-  
nima tibi subrepat, ut improprium repures cru-  
cem Christi, quæ gloria & corona tua insigneque  
vexillum victoriæ tibi est.

Sed ut Diuus Augustinus & alij volunt, oppro-  
brium hoc peccatum intelligit, quod maximum  
hominis ratione vtentis, opprobrium est. Vin-  
ci enim ab inferiori maximum dedecus homi-  
nis est. Vnde Hieron. in epistola ad Rusticum mo-  
nachum. Nihil Christiano (inquit) felicius, cui  
promittitur regnum cælorum; nihil laboriosius,  
qui quotidie de vita periclitatur; nihil fortius,  
qui vincit diabolum; nihil imbecillius, qui à car-  
ne superatur, & Paul. Rom. 12. Noli vinci à malo  
*Rom. 12.* sed vince in bono malum. Tunc enim aliquis ab  
alio vincitur, cum ad illum trahitur. Sicut cum  
ignis trahit aquam ad suum calorem, dicitur illa  
vincere; qui ergo propter malum quod ab alio  
accipit, malum etiam ei reddit, à malo trahitur, &  
à malo dicitur vincij; quo nihil scdus, magis que  
indecorum homini accidere potest quam vincti à  
malo; quod nihil est, & præcipuè à carne, quæ ei  
subdi debet & obsequij; secundum illud Gene. Sub-  
*Genes. 4.* ter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius,  
ideo peccata carnis inter cætera, maioris dedeco-  
ris sunt. Nam ut ait Gregorius, peccata carnis mi-  
noris culpæ, sed maioris infamiæ sunt. Ait enim  
Diuus Augustinus de ciuitate Dei lib. 14. cap. 18.  
Ideo indecorum homini est, à carne superari, quia  
eam sibi subditam fecit Deus: Caro autem absque  
rationis & voluntatis consensu, imò renuente ra-  
tione, suos motus multotiens exercet; Nam ut Phi-  
losophus docet, appetitus sensitius non obedi-  
tioni seruiliter, sed politicè; hoc est non sicut

seruus Domino, sed sicut citius regi, qui & si subditus eius sit, tamen suo vitur iure, liberaque potestate suis fruitur rebus, atque ad libitum eis vitur. Sic appetitus sensitivus, etsi subdatur rationi non ad eod seruiliter, vt nihil sine eius imperio possit, imò ipsa reuente, contra eius imperium surgit, veluti, etiam si primum mobile reliquos celos suo motu ab oriente in occidentem per meridiem rapiat, nihilominus quodlibet suum proprium explet cursum, aduersa vice ab occidente in orientem per

*Rom. 7.* septentrionem Quod Paul. sentiens dicebat inuenisse se se aliam legem in membris suis, repugnantē legi mentis suæ. Id ergo maximum opprobrium hominis est, vt in domo sua, vbi ipse imperium suum exercet, seruus contra suam voluntatem insurgat. Sicuti maximum dedecus patrisfamilias effect, si vile mancipium contra eum superbiat: id enim

*Gen. 16.* Saram affligebat, quod Agar ancilla sua contra dominam eleuaretur. Vnde Paul. 2. Cor. 12. ait.

*12.* Datus est mihi stimulus carnis meæ, qui me colaphizet. Idest quod caro suos scedissimos motus contra me excitaret; quod fuit veluti colaphizare me: Quod enim maius opprobrium, vel iniuria grauior homini inferri potest, quam eum alapis cedere? Vt ergo insinuaret dedecoris magnitudinem, quæ homini contingit ex huiusmodi carnis lenocinijs, opprobriossimo nomine vocauit, dicens: Stimulus carnis meæ, qui me colaphizet. Inde est, quod. ad Thessalonic. 4. nos admonet, vt

*1. Thes. sal. 4.* sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore, & non in passione desiderij. Nomine passionis perturbationem animi intelligens; quasi id contra hominis honorem sit. Vnde

*August.* Diuus Augustinus vbi supra ait. Quod ideo non erubescimus, etiam si iniuste irascimur contra aliquem & videamur; pudefit autem homo, si videatur

deatur ab alijs accedere ad vxorē suam, cū tamen hoc iustum sit, illud iniustum: quoniam ira audir rationem, hi autem motus impudici contra rationis imperium surgunt. Quare ex huiusmodi motibus homo maximè pudefit. Vnde primi parentes, qui ante peccatum erant nudi, neque erubescabant; postea maximè erubuerunt, atque folijs ficuum confutis, suam turpitudinem tegere laborabant. Nimirum ante peccatum, per originalis iustitiæ vim huiusmodi motus detinebantur, ne nisi imperante ratione insurgerent; at postquā per inobedienciæ crimen, talem gratiam amiserunt, caro suæ relicta naturæ, ipsis nolentibus impudens insurgebat, atque indecoros motus exercens, maxima eos iniuria afficiebat. Vnde iam membra illa propter infamiam pudenda arbitrantur. Ad exercendos tales motus, etiam ipsi coniuges conspectus publicos fugiunt. Quapropter Diuus Augustinus de ciuitate Dei affirmat Philosophos illos Cynicos, quorum dogma fuit, vt ea quæ ex se licebāt, publicè & palam exercerentur, atque ideo in plateis & in vrbium publicis vijs, cum vxoribus coibant, ait, id finxisse, nec in rei veritate potuisse: ipsa enim naturalis verecūdia impedimento erat, ne in publico hominū cōspectu tales motus, qui tunc necessarij erant, insurgerēt, ne tam nefario sceleri deseruirent. Opprobrium ergo maximum carnis peccata dicuntur, quæ qui exercet, non victor, sed victus euadit, quippe qui infirmiori ac seruo succumbit. Quare Eudre. 3. *Esdræ 3. Figura* iuuenis ille Zorobabel, qui dixerat nihil fortius muliere, cū id probaret, dixit se vidisse amicā regis coram eo sedentem, & coronam à capite regis auferentem, imponentemque suo capiti, & super hæc omnia, rex aperto ore eam intruebatur, & ridenti arridebat, & irascenti blandiebatur,

& cum hæc diceret, omnium purpuratorum oculos in se conuertit. Indecora certe res, sed in anima peior, quæ cum regis exerceat potestatem in corpore (est enim homo breuis mundus, & quæda parua respublica) tamen caro quæ meretrix & concubina est, coronam & sceptrum sibi vsurpet, atque ab anima tollat, illique submissa anima & blanditur, & arridet, atque ad libitum eius obtemperat. Quis non miretur? Quis ad tantum facinus oculos attonitos non conuertat? Vnde Paul. Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. non dicit non sit, sed non regnet, id est, non tyrannidem exerceat fomes peccati, qui peccatum passim dicitur in scriptura, nam quod non sit, impossibile est. In vniuersum ergo quodlibet peccatum opprobrium hominis est. Vnde Prouerb. 14. dicitur. Iustitia eleuat gentes, miseros autem facit populos peccatum; quod alij ex Hebræo probrum vertunt; nam dictio, hesed, quæ in Hebræo est, vtrumque significat, id est, probro digno facit populos peccatum, & Psalm. 37. Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finem. Sed quia multotiens homo habet peccata, quæ tamen ignorat, secundum illud Pauli 1. Corin. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum; suspicatur autem & timet se habere, ideo dicit iustus, amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum. nimirum quia tempus putationis vita præsens est. Cant. 2. Tempus putationis aduenit. Ita Diuus Ambrosius. Augustinus id intelligit de iudicio temerario, quo quis sine sufficientibus indicijs aliena iudicat facta, vel de alijs sinistra opinionem concipit. Sed quoniam Deo dante in animo est, super Math. commentarios meditari, & scribere, ibi ex professo super caput quintum id explicabimus.

(Quia iudicia tua iucunda,) iucunda, id est, vera  
ait

ait Augustinus, vera enim suaui sunt amatori veritatis, sed iudicia hominum de occultis, non suaui sed temeraria sunt, vel hoc intelligit de Dei iudicijs, quibus & malos punit, & bonos premiat, & talia iudicia (ait Lyranus) decedentibus absque mortali culpa iucunda sunt. Vnde Luc. 21. Saluator loquens de signis præcedentibus extremum iudicium dicit. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra, & dicit Gregorius ibidem. Nec mirum quia audient illam dulcem sententiam, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi, Math. 25. Vnde Psal. 47. Exultabunt filie Iudæ propter iudicia tua Domine. & Diuus Augustinus dicit, quod mulier adultera timet aduentum viri sui: nam tunc turpitudines eius manifestæ fient, & pro omnibus pœnas luet; casta vero gaudet, cum vir eius venerit, fruatur enim casto coniugio, premijsque suæ pudicitie donabitur. Sic mali aduentum iudicis metunt, in quo ad æterna supplicia damnabuntur: iusti verò maximè concupiscunt, quibus tunc immarcescibiles coronæ decernuntur. Vnde dicunt illud Apocalyp. Etiam venio cito amen, veni Domine Iesu. Iustis ergo iucundissima sunt Dei iudicia, & dulciora super mel & fauam.

VERSVS OCTAVVS.

Ecce concupiui mandata tua, in equitate tua  
viniifica me.

Tractatus impedimentis, modo tractat fructum  
vix demonstrat: quæ est viniificatio animæ

R 4 in iusti-

in iustitia Dei, quæ in eius lege continetur. Vnde dicit vir desiderans ingredi viam Dei per exequitionem mandatorum. Ecce concupiui mandata tua. Concupiui, hoc est, ex toto corde & ex totamente mea executus sum mandata, quæ in his duobus clauduntur. Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum ( vt ait Augustinus.) Sed vt desiderium hoc mihi vile sit, opus est, vt me viuifices vita gratiæ, incrementaque præbeas semini tuo in me. ( In æquitate tua, viuifica me.) Hoc est in Christo qui est via, veritas, & vita, qui & venit non solum vt vitam habeamus, sed vt abundantius habeamus. ( In æquitate tua viuifica me.) Quia in me vnde morerer habui, vnde autem vitam non inuenio nisi in te. Est autem Christus æquitas Dei, quia æqualis ipsi patri secundum diuinam naturam; & est æquitas nostra, quia per naturam humanam nobis adequatus est; vnde Diuus Augustinus hic. In illo inuenio mandata tua, quæ concupiui, vt in tua iustitia, hoc est, in illo viuifices me. Ipse est enim verbum Deus, & verbum caro factum, vt esset & proximus meus; vnde in eius dilectione totam legem Dei compleo, in eo quippe & Deum & proximum diligo. Dicitur autem iustitia Dei & nostra, quia vt Paulus 1. Corinth. 1. ait. Factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt nos efficeremur iustitia Dei in illo. 2. Corinth. 5. Nam nos non iustificamur per iustitiam hominum, sed per iustitiam Dei, secundum illud. Roman. 20. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Hæc autem Christi Dei iustitia, communicata nobis per fidem & charitatem, reddit nos iustos coram Deo. Iustificamur ergo & mereamur per iustitiã Dei donatam nobis per Christum. Vnde Celestinus Papa dicit.

August.

Aug. in isto vers.

1. Cor. 1.

2. Cor. 5.

Rom. 20

Celestinus papa

O ineff-

O ineffabilis clementia, quæ nostra vult esse merita, quæ sua sũt dona. Est ergo Christus Deus æquitas nostra, quia iustitiam inter nos & Deum fecit, secundum illud. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Tripliciter enim potest confiteri, nempe vel Deus erat in Christo personaliter, vel Deus erat reconcilians in Christo, quia per Christum reconciliauit sibi mundum, vel reconciliauit in Christo mundum, vt limitetur reconciliatio ad mundum in Christo, ad differentiam reliquorum qui sunt in mundo, sed non in Christo. Sicut dixit Angelus ad Ioseph. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum, nõ dixit absolute populum, sed suum. Illum ergo qui in Christo est reconciliat Deo, nam sine Christo nec est iustitia, nec salus. Hoc est enim nos effici iustitia Dei in Christo, quia Christo vniti iustificamur. Nam sicut palmes non possunt ferre fructum, nisi manserint in vite, sic nec nos nisi in Christo manserimus, vt dicitur Ioan. 15. Ipse etiam Christus vnitur nobis per fidem vitam, & nostro additus ponderi mensuram æquam atque iustam cum Deo facit. Ideo. n. vocatur nomine eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Vnde Io. 6. Qui manet in me & ego in eo. Hac ergo reciproca consistentia, æqua atque iusta sit mensura nostra, quare sponsa in Cant. Dilectus meus mihi, & ego illi. Vnde Iob 23. Proponat æquitatem contra me, hoc est Christum ( sic Gregor. lib. 16. mor. c. 14. ) & perueniet ad victoriam iudicii mei, & c. 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annuntiet hominis æquitatem, miserabitur eius, & dicet, libera eum, vt non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitius, id est, Angelus ille magni consilij electus ex millibus, quæ est propitiatio pro peccatis nostris, est ille in quo propitiatus nobis Deus. Inueni in quo ei propitius, In hac ergo æquitate

1. Cor. 5.

Mat. 1.

Ioan. 15.

Ioan. 6.

Cant. 2.

Iob 23.

Gregor.

Iob 33.

tate

tate & iustitia q̄ est Christus petit iustus viuificari.  
*Charitas.* Potest etiam per hanc æquitatem intelligi vir us  
 charitatis, quæ omnibus æqualitatē facit, & ad oēs  
 se extendit, quippe quæ non querit quæ sua sunt.  
 1. Cor. 13. & ipse. 1. Cor. 10. dicebat. Non querens  
 quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.  
 19. Hęc. n. in viro Christiano per omnium virtutū ope  
 ra grassatur, vt ad Deū tendant, & pro Deo fiant,  
 & ipsa faciunt hanc æquitatem, de qua statim di-  
 ximus. Opera enim in charitate facta sunt quæ iu-  
 stificant hominem coram Deo, & quæ hanc iusti-  
 tiam Dei in illo efficiunt. Nam sine charitate, ait  
 1. Cor. 13. Paulus, nihil sum. Opera enim extra charitatem,  
 facta, quantumuis eximia & excelsa, mortua sunt  
 & nullius meriti; existenti autem in charitate, &  
 quæ facit vigent, & mortificata reuiuiscunt.  
*Vita ani-* Vel tertio, dic quod sicut corporis vita in equa-  
*ma i quo* bilitate humorum consistit, ita quod humores re-  
*consistit.* ducti ad medium, vitam hominis conseruant, ac  
 sustinent: quod si suam proportionem excedat ali-  
 quis humor, puta cholera, aut flegma, statim infir-  
 matur homo, & ad interitum pergit. Ita vita ani-  
 mæ suo modo consistit in debita proportione vir-  
 tutum ad medium redactarum. Ita quod si in ali-  
 quod deuiueris extremum, iam in ægritudinem  
 incidis, vitæq; animæ tuæ periclitatur. Nam virtus  
 consistit in medio. Hanc ergo æquitatem virtutū  
 petit iustus, vt vita animæ suæ conseruetur. Hoc tu  
 poteris ampliare, & ad multa forte accommoda-  
 re. Vnde Paulus 2. Cor. 8. hanc æqualitatem & pro-  
 portionem poscebat in elargiendis elemosynis,  
 cum dicebat. Non vt alijs sit remissio, vobis autem  
 tribulatio, sed ex æqualitate in præsentī tempore,  
 vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt &  
 illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum,  
 vt fiat æqualitas.

SEX-

S E X T V S  
 Octonarius.

*Et veniat super me misericordia tua Domine,* 1. Vau.  
*salutare tuum secundum eloquium tuum.*  
*Et respondebo exprobrantibus mihi verbum:* 2. Vau.  
*quia speravi in sermonibus tuis.*  
*Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vs-* 3. Vau.  
*quequaque: quia in iudicijs tuis super-*  
*speravi.*  
*Et custodiam legem tuam semper: in seculum* 4. Vau.  
*& in seculum seculi.*  
*Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua* 5. Vau.  
*exquisiui.*  
*Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu* 6. Vau.  
*regum: & non confundebar.*  
*Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.* 7. Vau.  
*Et leuavi manus meas ad mandata tua quæ di-* 8. Vau.  
*lexi: & exercebor in iustificationibus tuis.*

INCIPIT TRACTATUS  
 Sextus super sextum Octonarium.

VERSUS PRIMVS.

*Et veniat super me misericordia tua Domine:* Hic Pro-  
*salutare tuum secundum eloquium tuum.* pheta in-  
 duit p̄so-  
 nã prædi-  
 catoris.

**I**N hoc sexto Octonario Propheta accipit per-  
 sonam prædicatoris verbi Dei: vt patet in vlti-  
 mo

mo versu: Et leuati manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis. Vbi in Hebræo est, & loquar in iustificationibus tuis. Hoc enim est exerceri in eis, vt supra diximus. Sicut qui loquuntur & disputant de scientijs, dicuntur in illis exerceri. Prædicator ergo prius debet leuare manus suas ad mandata Dei, id est, opere ea adimplere, deinde alios docere: iuxta illud quod de Christo Salvatore nostro dicitur: Cœpit Iesus facere & docere, prius fecit, deinde docuit. Hic est enim optimus arguendi modus ad convincendum ab operibus; est etiam excellentissimus docendi methodus, dum faciendo quæ prædicat, alijs factibilia ostendit quæ docet, vt ait Bernardus: Sicuti qui mathematica docet, melius in animis discipulorum demonstratas illas veritates imprimit, qui non solum verbis eas demonstrat, sed signis etiam & picturis, mathematicas figuras digito vel stilo depingens, ad sensum quæ demonstrat, ostendit. Sic nimirum prædicator vtilius suum ministerium adimplet, qui non solum verbis prædicat, verum etiam digito & opere in se depiuit, quæ docet, vt visibile & possibile ostendat quod prædicat. Vnde de Christo Domino dicitur, quod erat potens in opere & sermone; & ipse dicit, Messis quidem multa, operarij autem pauci, rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in vineam suam. Operarios dicit non loquaces, nam horum infinitus est numerus, illorum autem magna penuria est. Quare de Christo Domino dicit Isaias: Erunt oculi tui videntes doctorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis. In bonis enim prædicatoribus est quod videant oculi, & etiam quod aures audiant (ay que ver, y que oyr.) Opera, scilicet, quæ videntur, & verba quæ audiuntur. In malis autem nihil

*Actor. 1.*

*Bernard.  
Simile.*

*Luc. 24.*

*Luc. 10.*

*Nota pro  
prædicatoribus.  
Isa. 30.*

nihil est, quod videant oculi, quia solū sunt verba, quæ aures hauriunt; vnde Dominus Matth. 11. Itc dicite Ioanni, quæ audistis & vidistis. Vtrumq; sensum docet verus verbi Dei magister; aliàs nihil aliud erit quàm audientium aures mulcere, atq; vti-  
nam eis non pruriant, vt Pauli adimpleant vaticinium. Vnde quidam Spartanus cum audisset Iulianiam canentē, & postea eam manibus comprehenderit, & attrectasset pusillum corpusculum, dixit: Hic totus vox est, præterea nihil. Dicuntur quidem prædicatores mundi lumina, Matth. 5. sed in cœlo sunt quædam stellæ fixæ, aliæ quæ mouentur, illæ quæ fixæ sunt, ornatui cœli tantum deseruiunt, quæ autē mouentur, quales sunt planetæ, suis motibus in nos influunt, seminibusq; fructum, atq; vitæ vitijs vitam suppeditant. Sic certè verus Dei prædicator, qui lux mundi est, debet per opera moueri, vt vtilius in animas influat, easq; vitificet, suoq; exemplo fructificare faciat: aliàs qui sicutis verbis duntaxat docet, ornatui tantum deseruire dicitur; imò tales qui composito sermone sonant, atque lenocinijs verborum aures audientium delectant, in superbiam vanam eleuari solēt, & nec sibi, nec alijs frugi esse. De hac enim scientia verborum dicitur 1. Corinth. 8. quod inflat. Vnde Ezech. Assur pulcher in ramis & nemorosus frondibus, & inter condēsas frondes eleuatum est cacumen eius. Arbor quippe quæ pondere fructus non deprimitur, in altitudinem nimiam eleuat cacumen suū, quia solum leuia folia habet. Sic nimirum prædicator, qui solum folijs verborum gaudet, cū careat pondere fructuum, in superbiam nimiam enadit, inflatus sensu carnis suæ, vt dicitur Coloss. 2. Quare tales in Epistola Iudæ vocantur nubes sine aqua, quæ à vento circumferuntur; nam quæ aquam velunt, ponderosæ sunt & à ventis minimè distrahuntur, sed

*Matth. 11*

*2. Tim. 4*

*Matth. 5.*

*1. Cor. 8.*

*Ezech. 31.*

*Coloss. 2.*

*Iudæ 1.*

*Isa. 60.*

sed terram suis stillicidijs fecundant; quod & prædicatoribus contingit, nubes enim sunt, vt dicitur *Isaia 60. Qui sunt hi, qui vt nubes volant. Sed mali, nubes sine aqua, idest, sine pondere virtutum, & ideo vanitatis vento circumferuntur; boni autem qui pondere virtutum detinentur, maximè animabus fecundi sunt. In hoc versu ergo verus Dei prædicator describitur, qui ad opera supererogationis maximè attendere debet, qui palmas ad mandata Dei eleuat, idest, opere complet: & hoc ex dilectione quod ad supererogationis opera tendit, Ecce ergo quæ sit persona, quæ in hoc introducitur orationario.*

*Ioan. 1.*

*Cap. 3.*

*Mat. 26.*

*Ioan. 7.*

*Ioan. 9.*

Litera verò est, *Vau*, quæ sexta est in alphabeto Hebræo, & significat, &, vel ille, aut ipse, vnde totus hic orationarius, per hanc coniunctionem incipit; significat autem verbum Dei nostræ coniunctum carni. Quæ vnio tam forti nexu inter vramque naturam facta est, vt nec mors quidem ipsam dissolueret potuerit. Dicitur autem Christus ipse, vel ille. Quia sic singulariter demonstratus est, vt patet in testimonijs, quæ Ioanes Baptista de ipso protulit *Ioan. 1. & 3.* Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est; ipse est qui baptizat in Spiritu sancto. Imò & proditor, sic eum satellitibus demonstrare volebat dicens *Matth. 26. Quemcumque oscularis fuero, ipse est, tenere eum.* Et sui amulii sic eum vocabant dicentes: Vbi est ille? & Cæcûs *Ioan. 9.* dicebat: Ille homo qui dicitur Christus, lutum fecit ex spato, & liniuit super oculos meos. Christus autem subiectum est prædicatorum, quem Prophetæ & Apostoli prædicauerunt. Hunc ergo Messiam, idest, vntum, petit Propheta in hoc versu dicens: Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundum eloquiû tuum. Christus autem salutare Dei vocatur, quia per eum

Deus

*Gen. 49.*

*Luca 2.*

*Isa. 40.*

*Idē c. 42.*

Deus contulit humano generi salutem, vnde & Iesus, idest, saluator vocatus est. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Alij enim saluatores ab interitu corporis populum Dei liberauerunt, solus hic saluator saluauit ab interitu animæ, hoc est à peccato, quod enecat animam, & in æternum interitum mittit. Quare Iacob *Gen. 49.* Inter benedictiones filij sui Dan, subito in Messiam conuersus, dixit: Salutare tuum expectabo Domine. Quod Chaldaica Paraphrasis ad litteram de Messia intelligit. Vaticinabatur enim moriturus Iacob, de Sampson, qui ex tribu Dan oriendus erat, atque à Philistinorum tyrannide populum Dei saluaturus; sed vt insinuaret, quod non esset ipse futurus verus saluator, veluti in extasim raptus, in talia verba prorupit. Salutare tuum expectabo Domine: ac si diceret nec Sampsonem, nec Gedeonem, nec Ieptem, nec alios expecto, tanquam veros saluatores, sed adhuc præstolabor verum Messiam, qui verus mundi saluator veniet; vel vt alij volunt, benedictio illa Dan vaticinium quoddam erat Antichristi, in quem multi credituri sunt, & maximè ex Iudæis, sed ipse tanquam verus Abrahamæ filius, non Antichristum tanquam saluatorem recipiebat, sed adhuc verum Messiam fidei oculis expectabat dicens: Salutare tuum expectabo Domine. Tali etiam ac tam magnifico titulo eum nominauit Simeon dicens *Luca 2.* Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei, salutare tuum; idest, quia in me adimpletum est *Isaia* vaticinium, quo prædixerat. Et videbit omnis caro pariter salutare Dei nostri. *cap. 40. & cap. 42.* Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Nec enim est aliud nomen relictum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri, præter nomen

men

*Astor. 4.* men Domini Iesu Christi, vt dicit Petrus Actorum quarto. Quare cum honorabilem illum ingressum fecit in Hierusalem, turbæ quæ præcedebat & quæ sequebantur, id clamoribus maximis flagitabant, vt eos saluos faceret in excelsis. *Osanna filio Dauid, idest, hoc filio Dauid, hoc est Christo conuenit, vt ei dicamus, Osanna, idest, vt ab eo petamus salutem, quia de eo vaticinatus est pater noster Dauid, quod esset vera salus mundi.* Dicitur etiam Christus Dei misericordia; quia principium & fundamentum est omnium misericordiarum Dei. In hac enim misericordia, qua Verbum factum est caro, cæteræ omnes fundamentum habent. Propter Christum enim Deus nobis miseretur, parcat, sustinet, præmia largitur & cælum. Vnde quicquid à Deo petimus, per Christum filium eius petimus; quia omnia per ipsum accepimus, *Roma. 1. Et 5.* Per quem accepimus gratiam & Apostolatam. Et capite 5. Per quem habemus accessum in gratiam istam in qua stamus. & *Ephes. 1.* Per quem habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius. & *cap. 2.* Per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. & ideo ab ipso Paulo secundæ *2. Cor. 1.* Corint. 1. dicitur, Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis. In hac enim misericordia, qua misit filium suum in carne, eminentissimè reliquæ comprehenduntur: sicut in ipso Deo omnes perfectiones eminenter continentur, quod significauit introitus eiusdem Domini in Hierusalem per montem oliuarum: Oliua, sicut & oleum misericordiam frequentissimè designat. Introiit ergo Christus Dominus in mundum, per montem oliuarum, hoc est per cumulum misericordiarum. Nam sicut in monte non vna oliua tantum, sed

filia

filua & multitudo oliuarum erat. Sic per aduentum verbi incarnati ad nos, non vnâ tantum, sed cumulum misericordiarum accepimus. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni dixerat Isaac loquens in spiritu de Christo *Gen. 27.* Plenus enim venit gratiæ & veritatis; De plenitudine eius omnes accepimus *Ioannis 1.* Plenus misericordiarum; plenus vnctionum, medicaminum, & herbarum. Sic enim decebat ad multiplicem miseriam nostram subleuandam. Homo quippe natus de muliere, repletur multis miserijs *Iob. 14.* Qui ergo tot miserijs subuenturus est, tot infirmioribus occursum aduenerat, oportebat vt plenus misericordijs adueniret, nulla enim iam plaga incurabilis in nobis est: nec dicere potest nunc Hieremias Propheta capite. 3. Insanabilis fractura tua, cum in Christo ad omnia medicinæ abundant. Sed dicamus cum eodem capite octauo. Nunquid refina non est in Galaad, aut medicus non est in ea? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Hoc est, cum talem, ac tantum habeamus medicum, totque habeamus medicamina, cur adhuc tot infirmitatibus ac peccatis succumbimus? quasi non sit eradicata cicatrix. Quare cæcus & Chananza ab eo misericordiam postulabant dicentes. Fili Dauid miserere mei, quasi super omnes miserias, eius præstaret misericordia; Quia ergo Christus qui misericordia & salutare Dei est, promissus erat per Prophetas; hanc promissionem adimpleri Propheta postulat dicens. Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.

Verum est quod secundum Diuum Augustinum appendix videtur hic versus à superiori, in quo dixerat. Ecce concupiui mandata tua. Sed vt ea exequar, veniat super me misericordia

S dia



dia tua Domine. A te enim habemus & velle & perficere quod volumus.

VERSVS SECVNDVS.

*Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speravi in sermonibus tuis.*

*Ioan. 1.  
Hebr. 2.*

**H**oc est: Postquam Deus homo factus est, iam habeo, quid exprobranti dæmoni, vel inimico cuiunque respondeam: nimirum quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

*Rom. 1.*

Quod nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit, Quod hæredes sumus Dei cohæredes autem Christi. Quod spem nostram in illo sitam habemus, & spem quæ non cõfundit, vt ait Paul. ad Rom. 1. quæ non pudefacit, quia non vana sed certissima est. Hæc omnia, quæ humanũ genus extollant, aduersarios nostros confundent.

*Matt. 4.*

Vel sic quod postquam verbum caro factum est, ipse me docuit verba, quæ exprobrationibus meis respondere debeam. Ipse enim aduersario tentanti respondit. Non in solo pane viuit homo. Non tentabis Dominum Deum tuum. Dominum Deum tuum adorabis, & multis alijs verbis instructus sum, quibus exprobranti tentatori resistam. Quæ autem exprobratio sit ista, manifestum est, quod sit inducere ad peccandum, quod maxima iniuria & opprobrium est, vt supra diximus. Veluti si quis ingenuum hominem aut illustrem induceret, vt meretriculam infamissimam quæ mulierculam in vxorem acciperet, merito illi succenseret, si vir aliquis momenti es. Quæ autem maior infamia, quam te qui ad regna cœlorum adscitus es, inter-

*Simile.*

que

que principes ciuitatis almæ Hierusalem annu-meratus, allicere mouere que, vt tuæ oblitus dignitatis, meretriculæ huic, qualis est sędissima caro, iungaris; ipsi que non solum tanquam æquali, verum etiam tanquam superiori subdaris? His ergo respondere debes verbum. Quia speravi in sermonibus tuis; Quod cui promittitur regnũ cœlorum, tot diuitias tantamque dignitatem expectat, non debet inferiora his querere, aliàs maximam sibi ipsi irrogaret iniuriam: & respondere verbum illud Paul. Actorum. 17. Genus ergo cum simus Dei, non debemus existimare auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis aut cogitationis hominis, diuinum esse simile.

*Acto. 17*

*August.*

Sed quoniam secundum August. dupliciter potest constitui litera hæc, vel dicendo: Et respondebo verbũ his qui exprobrant mihi; vel aliter, scilicet, & respondebo his qui verbum exprobrant mihi, quia speravi in sermonibus tuis. Ideo potest hic versus etiam intelligi de prædicatoribus, quibus ab hæreticis verbum Euangelicũ exprobratur, vel ab infidelibus, scilicet Paulo dicebant. Quid sibi vult seminator verborũ iste? Respondere debet quod non ex nobis hæc oritur prædicatio, sed ex eo, in cuius verbis speramus, qui nobis promisit dicens. Non vos estis qui loqui mini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. & illud Psal. 67. Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa. Vnde Paulus ad Corinth. aiebant. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Vel respondebo his qui exprobrant mihi verbum, id est, Christum Dei verbum, ipsum enim nobis exprobrant illi à quibus crucifixus est, vel quibus scandalum est, aut stulticia, quod verbum caro factũ est. Quod in principio erat verbum apud Deum. Sed si id est, quia illud ignorant, qui crucem im-

*Acto. 17*

*Psal. 67.*

*2. Cor. 13*

properant, quia diuinitas eius ab eis non cognoscitur, cuius infirmitas contemnitur in cruce, melius dicitur: respondebo verbum, quod erat in principio apud Deum, & quod si cognouissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent; parum enim est in corde habere Christum, nisi & ore illum confitearis. Hæc Augustinus hic.

*Text.*

(Quia speraui in sermonibus tuis.) Spes Christianorum occulta est, quæ quia infidelibus non innotescit, contemptibiles, & irrisione dignos nos habent. Innititur. n. spes nostra promissionibus diuinis, quæ occulta sunt & inuisibiles, quippe quæ non de hoc mundo sed de supernis & inuisibilibus sunt. Vnde Paul. Hebræor. 6. Qui confugimus ad

*Spes.*

*Hebr. 6.*

tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ nostræ tutam ac firmam & incedentem vsque ad interiora velaminis. Anchoræ similem facit spem nostram Paulus, quoniam sicut anchora innititur his quæ subter aquas occultantur, ibi quidem vincita est, & nauem inter medios fluctus tenet, licet nos minimè videamus: Ita Christianorum spes, rebus inuisibilibus innititur, promissis illis cœlestibus, quæ interiora velaminis dicuntur, quæ infideles minimè vident. Et ideo irrident nos; At postquam viderint, dicent illud Sapien. 5. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij; nos insensati vitam illorum extimabamus insaniam, & gaudium eorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Hæc ergo spes animam nostram tutam tenet, ne propter hæc opprobria vacillet, sed inter medios persecutionum fluctus, firmiter his promissis inhæreat. Vnde Paulus hac expectatione nos ad iustitiam adhortabatur, ad Tit. 2. dicens, Sobrie, iuste,

*Sapien. 5*

*ad Tit. 2*

& pie

& pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem. Vbi spes pro re sperata sumitur. Vel dic, quod quia spes Christianorum est de re tam excelsa, qualis est ipse Deus adhuc, & ipsa spes tanquam res magna speranda venit, posse sperare esse beatum in ea re, qua Deus ipse beatus est; nempe in visione ipsiusmet Dei, & spe certa & infallibili, quantum ex est parte promittentis Dei, nisi per nos steterit, res adeò grandis est, vt tanquam res ardua sperari possit; vnde Paul. Roman. 5. in hac spe gloriabatur dicens. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum in re sperata gloriabatur, verum etiam in ipsa spe, quæ tale ac tantum bonum sperat.

*Rom. 5.*

Sed minimè prætereundū censeo, quod Hugo Cardinalis super hunc versum dicit: Nempe quæ à tribus exprobrantur iusti, scilicet à demonibus, ab hæreticis, & à detractoribus, secundum illud. 1. Petri. 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. & Psal. 30. Factus sum opprobriū vicinis meis valde. & 1. Reg. 17. Ego exprobraui hodie agminibus Israel. Diabolo respondere debemus, per verbum interius, scilicet, per humilitatem cordis, hæreticis per verbum Sapientiæ exterius, detractoribus autem per verbum operis boni & conuersationis sanctæ. De primo. 1. Regum. 17. dicebat Dauid ad Goliath Philistæum: Tu venis ad me cum gladio & hasta & clipeo, ego venio ad te in nomine Dei exercituum Dei agminum Israel, quibus exprobraui hodie. & infra. Quia non in gladio nec hasta saluat Dominus. Ipse enim est bellum. Ecce verbum humilitatis quo respondeatur exprobranti diabolo. Nam stultus superbus dicit in corde suo: Non est Deus. Humilis autem dicit intus in corde suo: Deus est. De secundo autem dicitur Proverbiorum. 16. Responde stulto,

*Hugo  
Cardin.*

*1. Pet. 4.*

*Psal. 30.*

*1. Reg. 17.*

*Prov. 16*

S 3 iuxta

- ad Tit. 1* iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. ut & ad Tit. 1. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. De tertio. 1. Petr. 2. dicitur. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam; ut in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. & 3. c. Quia sic est voluntas Dei, ut beneficientes obmutescere faciatis im prudentium hominum ignorantiam.
- (Quia speravi in sermonibus tuis.) Nam ut dicitur Proverb. 30. Omnis sermo Dei, ignitus clypeus est sperantibus in se. Quoniam per verba Dei aduersus diaboli ictus, tanquam per clypeum defendimur; Si de fornicatione tentaris ab eo, verbo illo Paul. Hebr. ultimo, te tueri. Quoniam fornicatores & adulteros iudicabit Deus. & Ephes. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habebit hereditatem in regno Christi & Dei. Si de diuitijs, illo verbo te defende, Lucæ 5. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. & Luca 5. illud Iacob. 5. Agite nunc diuites, plorate vltimates in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. & 1. I. Tim. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec quid auferre poterimus. Si de prælationibus & dignitatibus, recole illud Num. 25. Tolle cunctos principes populi, & suspende eos in patibulis contra solem, ubi dicit gloss. qui hoc attente consideraret, honores & prælationes non ambiret. Hoc quia ad instruendos mores tam nostros quam aliorum vtile existimauit, ex supradicto autore transcribere placuit.

VER.

VERVSVS TERTIVS.

*Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis supersperavi.*

**Q**uia dixerat, se responsurum exprobrantibus verbum, & per spiritum videbat, multos propter hæc opprobria defecturos; hoc præcauens in se, petit quod verbum veritatis, hoc est Verbum fidei, quod credimus & prædicamus, nec à corde nec ab ore vnquam decidat. Quoniam in iudicijs tuis supersperavi, hoc est. Quoniam iudicia tua, quibus me corripis & flagellas, non solum non auferunt spem, verum etiam augent. Quoniam quem Deus diligit corripit. Hebr. 12. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Ideo dicit, supersperavi, id enim verbum Græcum epilpisa exprimit. Supra dixerat, Speravi in sermonibus tuis. nunc aucta aut duplicata spe per flagella & iudicia Dei, dicit. In iudicijs tuis supersperavi. Licet nomine iudiciorum in hoc Psalmo, et præcepta & madata Dei intelligantur, in quibus dicit supersperasse, hoc est firmissimè & inuiolabiter adhæsisse: dicit autem vsquequaque, vel nimis valde, vel nunquam; quia aliqui à confessione huius veritatis exciderunt, sed non semper, nõ vsquequaque, ut D. Petrus, qui Christum metriculose ter abnegavit, sed postea ad galli cantum expurgatus, amarè fleuit; vel ut placet Ambros. & Hieron. nomine totius Ecclesiæ, hoc postulat, in qua infirmi & debiles ab hac veritate defecerunt: Fortes tamen, in veridica fidei confessione superstites & immobiles permanserunt. Vnde non vsquequaque verbum veritatis ab Ecclesia deficit, nec deficiet vn-

Heb. 12.

Mat. 26

Ambros.

Hieron.

§ 4 quam

*Luc. 22.* quam iuxta verbum Saluatoris ad Petrum. Ego ro-  
gavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Et hoc  
est quod quantum ad literam versus iste secundū  
interpretēs sonat; quoniam non solum in corde,  
*Rom. 10* sed etiam in ore fidem Christi gerere debemus, iux-  
ta illud Pauli Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam,  
ore autem confessio fit ad salutem.

Certè hoc summis precibus à Deo efflagitare  
debemus, ne vnquam veritas fidei Christianæ, nec  
à corde nec ab ore decidat: defectio quippe fidei,  
submersio est totius Christiani ædificij, cum ipsa  
fit veluti fundamentum & radix eius secundum

*1. Cor. 3.* illud Pauli. Fundamentum aliud nemo potest po-  
nere præter id, quod positum est, quod est Chri-  
stus Iesus. Atque ideo fides definitur à Paulo He-

*Hebr. 11* bræ. 11. quòd est sperandarum rerum substantia,  
hoc est habet se tanquam subiectum, quod alia su-  
stinet. Quemadmodum prima substantia, hypo-  
stasis ac subiectum est, quod cæteras formas susti-  
net. Quare deficiente fide, nulla virtus Christia-  
na remanet in hæretico. Vnde & si per cætera pec-  
cata mortalia, cæteræ virtutes pereant, quia tamen  
manet fides in sua essentia, remanet adhuc prin-  
cipium & semen, quo facilius posset ad pristinum  
statum iterum redire peccator; hac vero deficien-  
te per hæresim, vel infidelitatem, sterilis relinqui-  
tur anima, nullo sata superno semine, quo secundari  
queat. Vidit Rex Nabuchodonosor som-

*Dan. 4.* nium, quod narrauit Dan. capit. 4. nempe arbo-  
*Figura.* rem eximiam vidit, cuius proceritas contingebat  
cælum, rami in vniuersam terram extendeban-  
tur, fructus eius nimius, ex quo vescebatur omnis  
caro, in ramis eius aues cæli nidificabāt, subter, ani-  
malia & bestię quiescebant; venit vox de cælo quæ  
præcepit, vt arbor illa succideretur, rami fructus-  
que deperirent, auolarent aues, bestięque fuga-  
rentur

rentur ab ea, veruntamen quod germen radicem  
in terra sineretur, & quòd alligaretur vinculo fer-  
reo, & rore cæli tingeretur. Arbor ista iustum or-  
thodoxum significat, charitate, gratia, ac cæteris  
virtutibus refertum, quibus vsque ad cælum per-  
tingit cacumen eius, non solum quia supernatu-  
ralibus ac cælestibus virtutibus ornatus sit, ve-  
rum etiam quia per gratiam & charitatem, ius  
habet acquisitum ad vitam æternam, iamque per  
spem quasi attingit eam; protenduntur rami in  
vniuersam terram, quoniam charitas eius ad om-  
nes se extendit. Aues cæli in ramis eius nidificant  
& conuersantur: Quoniam Angeli in anima iusti  
requiescunt. Est enim anima iusti sedes sapien-  
tiæ: vnde erit quasi cælum quoddam portatile,  
iuxta illud; Cælum mihi sedes est. Animalia &  
bestiæ subter demorantur, quoniam etiam pec-  
catoribus utilis est, eosque ex charitate admittit  
exemplo Christi magistri sui, qui peccatores reci-  
piebat, & manducabat cum illis. Fructus eius ni-  
mius, quia omnium virtutum actus exercet, & ex  
eis vescebatur omnis caro, quoniam iustus omni-  
bus utilis est, omnibus se communicat, tam in cor-  
poralibus, quam in spiritualibus. Sed vigil & san-  
ctus de cælo clamat, vt succidatur arbor. Ex di-  
uina enim permissione accidit iusto, vt in morta-  
le peccatum dilabatur, per quod omnia in eo pe-  
reant; per quodlibet quippe mortale peccatum,  
perit charitas, aufertur gratia, nullaque virtus in  
esse Christianæ virtutis manet; ab angelis relinqui-  
tur, nec peccatores iam exemplum, nec boni refri-  
gerium apud eum habent, sed omnia confusa per-  
mixtaque, horrorem pariter, ac metum aspicien-  
tibus incutiunt. Attamen radicem permanere præ-  
cipitur, & quod vinculis ferreis, ac æreis alligetur,  
hoc est quòd fides marreat, fixa que perseveret.

Nam

*Explicatio arboris Danicæ.*

*Isa. 66.*

Iob 14.

4. Reg. 5.  
Figura.Declara  
tio figure  
Naamã.

Nam & si cæteræ virtutes decidant, hæc superstes in peccatore manet, vt rore cœli intingatur: nonnunquam enim fides in peccatore, cœlestes excitat instinctus, facitque, vt peccator attendat in quanto sit periculo constitutus: quod Deus recipit peccatores ad penitentiam, memoriã excutit, vt Magdalenæ & Petri recordetur, prodigi que filij ad patrem reuerso, piãque & paterna remissio in mentem veniat, vt sic ad meliorem se frugem conuertat, vnde Iob 14. dicitur; Lignum habet spem; si præcisum fuerit, rursus virefcit, & rami eius pululant: si senuerit in terra radix eius, & emortuus fuerit sub puluere truncus illius, ad odorem aque germinabit & faciet comam, sicut cum primum plantatum est. Vbi apertè ea quæ sub arboris figura diximus, continentur. Fides quippe in peccatore, etiam si mortua, adhuc hos fœtus parturire solet. Habebat Naaman Syrus & leprosus, captiuam quandam puellam ex filijs Israel, quæ dixit, quod Propheta erat in Israel, qui eum à lepra sua curare posset. Assentit leprosus captiuæ consilio, & pergens in terram Israel, venit ad Heliseum; qui præcepit ei, vt lauaretur septies in Iordane, quod cum fecisset, mundatus est à lepra sua, & restituta est caro eius, sicut caro pueri; Puella captiua in domo leprosi, fidem significat in anima impij, peccatorum maculis infecti. Nam veluti captiua inter extraneos est fides, cum sit inter peccata, quæ prius in consortium aliarum virtutum erat; & sicut captiuus quasi per vim detinetur, & in periculo semper est fugiendi; sic fides in peccatore (qui quasi extraneam habet eam, cum de ea non tantopere curet) videtur quasi per vim detineri, & in maximo periculo, eam amittendi versari: attamen eam habet, hos excitat motus, vt sciat prophetam esse in Israel, recordetur esse sacerdotes, qui

qui per absolutionis beneficium, à lepra peccati animam mudent, pergat ad Ecclesiam, confiteatur peccata; lotus sanguine Christi septies, hoc est perfectè, numerus enim septenarius perfectionem designat, idest, quod perfectè confiteatur, nec obicem ponat gratiæ consequendæ, & restituetur anima eius in statum pristinum baptismalis innocentia. His ergo non vsquequaque, vel vsqueualde, aut vsquenimis (vt aliæ translationes habent) aufertur verbum veritatis. Cæterum alijs peccatoribus, iusto Dei iudicio vsquequaque aufertur, cum etiam fides perit in eis; vt in hæreticis, de quibus Psalm. 136. Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. quod de fide, quæ fundamentum est, pluries intelligit Diuus Gregorius: & illud Malach. 4. Non derelinquet eis radicem, nec germen, hoc est totus Christianismus radicitus ab eo diuelleretur, cum nec fidem, neque opera mancant: & Amos 9. Percute cardinem & commouebuntur superliminaria, hoc est. Si in fide quæ cardinis locum, in viro Christiano obtinet, vel aliqua vacillatio sit, totum tremat & periclitatur edificium Christianum.

Vel aliter, quod hæc sit prædicatoris deprecatio, qui perit, quod ab eo non auferatur verbum veritatis vsque valde; Hoc est vsque ad plenam sufficientiam: vt vult hic Dominus Caietanus, qualem se prædicasse Paulus describit, Acto. 20. dicens ad Ephesios: Mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi, quominus annuntia-rem omne consilium Dei vobis: vnde non tolli ab ore eius verbum veritatis vsque ad plenam sufficientiam, est concedi sibi, vt prædicet omne consilium Dei: Hoc est enim verbum veritatis vsqueualde. sic Caietan. Quod etiam Dominus apud Eze-

Amos 9.

Caietan.  
Acto. 10

- Exec. 33* Ezechiel cap. 33. videtur insinuare sub nomine speculatoris, qui canit buccina ut fugiat populus inimicos: ubi decernitur poena praedicatori, qui veritatem Dei populo non annuntiauerit. (Quia in iudicijs tuis supersperavi) quae etiam annuntiare praedicator debet. ¶ Vel dic terriò. Ne auferas de ore meo verbum veritatis. Veritas enim est adaequatio intellectus ad rem, intellectus autem per verba exprimitur. Tunc ergo est veritas in ore, quando bonum quod intellectus dicitur, lingua loquitur, & quod lingua loquitur exterius, operibus adimpletur; Quando autem quis verum loquitur, sed quod loquitur non operatur, tunc verbum veritatis de ore suo cadit, & tales lex Evangelica reprehendit, Matthaei 23. Dicunt enim, & non faciunt; quia & ipse legislator Christus primo facere coepit & postea docere. Et istud est verbum veritatis quod de ore suo Psalmista orat non auferri, sed magis per Christum confirmari dicens: & ne auferas de ore meo verbum veritatis, &c. Hæc in-nominatus doctor.
- Ambros.* Beatus Ambrosius ad praedicatores transfert dicens: ne auferas de ore meo verbum veritatis &c. Manentem enim in peccato, praedicationis officium prohibet Dominus dicens Psalm. 49. Quare tu enarras iustitias meas? In ipsa enim obmutescit facundia, si ægra sit conscientia. Caveat ergo ne verbis non congruant facta, & ne deformat iniquitatis opera magisterium disciplinae. Vide Gregorium 1. moral. cap. 9. super illud Iob 12. Commutat labia veracium. (Quia in iudicijs tuis supersperavi) Hoc est in persecutionibus, & opprobrijs, quae ex occultis iudicijs tuis, etiam super seruos tuos veniunt, plus sperabo, secundum illud Romanorum 5. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam

patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem; Tribulatio quidem, quasi occasionaliter operatur patientiam, nam est materia & occasio ut patientiae virtus exerceatur: Sicut copia rerum, materia est liberalitatis, & occasio eam exercendi; Patientia verò dicitur, probationem operari, sicut causa effectum. Qui enim patienter pro Christo tribulationes sustinet, probatus amicus apparet, secundum illud Sapien. 3. Tanquam aurum in fornace probatur eos. probatio verò spem occasionaliter profert, nempe confortando & augendo spem: probatus enim animus & roboratur, & augetur in spe gloriae, ut Psalm. 7. Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo. Non solum animo non deficiam, sed maiora ex hoc munita sperabo, sicuti & milites non solum pugnam non detrectant, verum eam maxime desiderant, & ad vires suas exercendas, & ad maiora lucra promerenda, secundum illud tritum proverbum Hispanum (mientras mas moros, mas ganancia) Vnde SS. Antonius & Franciscus daemonum exercitus etiam inuitabant, & provocabant ad pugnam, & Iob 13. Iob 13. Etiam si me occiderit, sperabo in eum. Nam ut Divus Gregorius ait, Tanto in Deum spes solidior surgit, quanto quis pro eo graviora sustulerit.

VERSVS QVARTVS.

*Et custodiam legem tuam semper: in seculum  
& in seculum seculi.*

**M**ulta bona nobis per Christi incarnationem, quae in hoc octonario petitur, subsequuta sunt. Nam primò à miseria peccati liberati sumus, & in primo versu hanc poposcit

poscit misericordiam, Secundò impugnans hostis superatur per spem vitæ æternæ vt in secundo versu vidimus. Tertio quòd verba factis confirmant, vt in versu tertio. Quartò quòd in bono voluntas radicatur, vt in hoc versu videmus, vnde dicit; Custodiam legem tuam semper, &c. Hoc est, si non abstuleris ex ore meo verbum veritatis, custodiam legem tuam semper, &c. Vel vt intelligatur de prædicatore, qui opere adimplere debet, quod ore prædicat; nam si verbum veritatis ore prædicauit, ex ipso ore suo adimplendum quod prædicat videtur

*Prou. 6.* se obligasse, secundum illud Prouer. 6. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus.

*Gregor.* Nam vt D. Gregorius ait: Lex est prædicatoribus imposita, vt quod verbis prædicant, moribus adimpleant, aliàs illud Euangel. impropertur ei: Ex ore tuo te iudico serue nequam. (Semper) Diuus

*Luc. 19.* ore tuo te iudico serue nequam. (Semper) Diuus

*Ambros.* Ambrosius ait, quòd dictio pro qua transtulerunt, semper, in Græco est idem quod per omnia, idest, per omniem ætatem, tam corporis quàm animæ. Nam sicut corpus suas habet ætates, pueritiæ, iuuentutis, virilitatis, & senectutis; sic & anima suos habet progressus, siue ætates, per quas percurrit & transit, vt possit dicere cum Paulo, Cursum consummati, & animæ ætas tribuitur, cum dicitur

*Sap. 4.* Sap. 4. Ætas senectutis vita immaculata; Hæc enim erit senectus animæ, cum iam ad perfectam mundiciem peruenerit. Per omnia ergo legem custodit, qui in illis corporis ætatibus, & in illis animæ

*Cassiod.* processibus, non declinat à lege. Vel vt Cassiodorus dicit, semper custodiri lex Domini debet, à qua variare nefas est.

*August.* Sed quoniam non solum dicitur, semper, sed etiam, in seculum seculi, Diuus Augustinus altius hoc interpretatur. Quoniam charitas est adimpletio legis, secundum illud Roman. 13. Plenitudo

*Rom. 13.* legis

legis est dilectio. Et Sap. 6. Dilectio custodia legum illius est. Charitas autem inter cæteras virtutes in æternum manet. Nam in beatitudine deficient fides & spes, deficiente ratione formali earum, cum fides sit de non visis, spes autem de non habitis, Deus autem clarè visus, est beatitudo nostra, & Deus iam habitus per illum beatitudinis amplexum; quo Deum secundum quod in se est amplectimur, est finis spei nostræ. Quare tunc nec fides, nec spes manent. Charitas verò etiam tunc

*Sap. 6.*

permanebit, imò perficietur ibi, vnde Paul. 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur, ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Vult dicere Paulus, quod prophetiæ quidem cessabunt, quia omnes clarè Deum videbunt; similiter linguæ, non dicit lingua, quia loquutio corporalis erit in patria, post assumptionem corporum; sed intelligit de diuersitate idiomatum. Erit enim terra illa labij unius, & sermonum eorundem, multo magis quàm ante diuisionem linguarum. Scientia etiam destruetur, nimirum ea quæ dicitur scientia sanctorum, quæ inuitur fidei, & ex principijs nobis inuidentibus procedit; tunc autem omnia erunt clara & euidencia, & ideo cessabit: nam ex parte cognoscimus; est enim cognitio ineuidens & ænigmatica; cognoscimus ergo nunc ex parte, quia solum cognitione ænigmatica, & deest nobis cognitio euidens; sed cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Desinent esse hæc imperfectæ cognitiones, quæ secum afferunt hos defectus, & superueniet perfectissima cognitio omni carens imperfectione; & quia charitas sequitur cognitionem, quia in hac vita erat imperfecta

*1. Cor. 13*

fecta

ſecta cognitio, erat & imperfecta charitas. Tunc autem, quia videbimus Deum ſicuti eſt, pulcherrimum quæ illud voluntatis obiectum, ſummum ſcilicet bonum, ſumma & indeficiens pulchritudo, immenſa delectatio, omni carens imperfecta admixtione, in ſua ſe nobis claritate referabit; toto conatu voluntas in tale obiectum feretur, nec unquam poterit à tali amore ceſſare, quia nec ad alia rapietur, nec aliud quàm Deum attendere poterit. Quia erit tunc Deus omnia in omnibus. Unde charitas quidem eadem perſeuerabit, quæ erit in via, ſed ſummo & indeficienti decore perficietur in patria. Ait enim Auguſtinus, quòd charitas meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici. Quare optimè ait Pfalmographus noſter. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſeculum & in ſeculum ſeculi; quia lex tua charitas eſt, quæ nunquam excidet, ſed æternum diligens, in æternum diligendò durabit.

Auguſt.

VERSVS QVINTVS.

*Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſivi.*

**H**ic eſt alius effectus, quem reparator noſter in carnis aduentu operatus eſt in nobis, nempe animi dilatationem in charitatè ſui & proximi; hoc enim verbo & exemplo omnibus modis nos docuit.

Et aduerte, quòd in verſibus ante dictis huius octonarij optatiuè, per modum orantis loquutus eſt; & veniat ſuper me miſericordia tua &c. Nunc autem narratiuè incipit loqui, quaſi narrando ea, quæ

quæ iam in eo effecerat Deus: Tanquam explicans ſuæ petitionis effectum, qui fuit cordis per diuinum amorem dilatatio. Supra in verſu ultimo quarti octonarij, vbi dixit Propheta; Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatati cor meum, plura de hac cordis dilatatione, quam efficit charitas, præfati ſumus; ſed quoniam ſcripturarum pelagus, immenſum eſt, & qui mediocri conatu emungerit, ſemper inueniet in eis ſuccum, adhuc aliqua poſtmodum meditati ſumus, quæ hic (Deo aſpirante) dicemus. Primùm charitati Diuus Paulus omnium virtutum effectus tribuit, cum primæ Corinthiorum decimotercio dicit: Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Et hoc certè eſt, quia omnes viri Chriſtiani virtutes connectuntur in charitate. Nam cum actus ſeſe offert patientiæ, charitas ad illum impellit, ſimiliter cæterarum virtutum; eſt enim pretioſa illa margarita, qua adiuuenta negotiator regni cœleſtis omnia vendit, ut illam habeat; nam charitate habita, reliqua omnia habet. Inter alios autem virtutum effectus, quos in pijs Chriſti cultoribus generat charitas, vnus eſt, quòd eos magnanimos facit, extenſosq; animos reddit ad magna capienda, paruaq; parui pendenda; Quare inter præcipua dona, quæ Dominus largitus eſt Salomoni, hoc etiam connumerat Scriptura dicens 3. Reg. 4. Dedit quoq; Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, ſicut arenam quæ eſt in littore maris; Hoc eſt, ſicut amplitudo illa arenarum, quæ apparet ſecus littora maris. Et 2. Machab. 14. dicitur; Quòd audiens Nichanor virtutem comitum Iudæ,

1. Cor. 13

3. Reg. 4.

2. Machab. 14.

T Iudæ,



Iude, & animi magnitudinem, quam pro patriæ certaminibus habebat, metuebat eos. Vbi pro ſingulari excellentia animi magnitudinem ponit; & certè magnanimitas, virtus magnorum eſt, ad magna quippe tendit, & ea quæ puſillus pro magnis ducit, ipſe ſuper omnia euectus ſociipendit. Vnde ait D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 129. quod iuſtus, ex eo quod magnanimus eſt, omnia hæc huius mundi bona, tanquam ſtercora calcatur, extendens ſemper ſeipſum ad maiora: Indignum quippe eſt magnanimo viro, quidquid minus eſt eo quod intendit; & cum intentione Chriſti cultoris ad ſummum bonum tendatur, cætera omnia, tanquam indigna ſibi contemnit. Vnde Paulus primæ Corinthiorum ſexto: An nescitis quoniã ſancti de hoc mundo iudicabunt? & ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? ac ſi diceret: Qui tam magna ſperare poteſt, cur his minimis coarctabitur. Hanc ergo cordis extensionem, magnanimitatem ac dilationem charitas Chriſti, quæ per Spiritum ſanctum diſfuſa eſt in cordibus noſtris efficit, perficitque. Vnde Paulus ad Philippenſes tertio: Vnum autem quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea quæ priora ſunt extendens me ipſum, ad deſtinatum proſequor brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Ecce extensionem animi, quam charitas facit. Præſentia quia tranſeunt & retrocedunt tanquam vilia projicit, ad priora, ad præcipua, ad maxima bona extendit ſeipſum, & quoniam caro coarctat animam ne ad ea pertingat, ad quæ tendit, ideo rumpere eam volebat; Sicut ille qui dilatare aliquid vult, vt attingat quo neceſſe eſt, aliquando rumpit, dilaceratque quod extendit. Sic Paulus, vt apprehenderet bonum illud ſummum, ad quod ſuus dilatabatur animus, quem carnis præſura

D. Tho.  
2.2. quæſt.  
129.  
per totã.

1. Cor. 6.

Phil. 3.

præſura impediēbat, dirumpere eam geſtiebat nimis. Hinc vox illa digna Paulo, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Quia me carnis anguſtiæ à tanto bono præpediunt, in quo etiam aliud inſinuabatur. Nam inter cætera magnanimitatis ſigna, quæ Ariſtorel. quarto Ethicorum docet, & Diuus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 129. artic. 3. etiam affirmat, vnum eſt quod non velox ſed tardus eſt, cuius eſt elegans ratio. Quia velocitas motus prouenit ex eo quod homo ad multa intendit, quæ explorare feſtinat; ſed magnanimus ad magna ſolum reſpicit, quæ pauca ſunt; & vir Euangelicus in vnum ſummum bonum duntaxat aciem intendit, figitque, quare eſt tardus & grauis. Eſt enim res quam quærit magna, multamque poſcit animi attentionem. Quare Dominus dixit Marthæ, Lucæ 20. Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum eſt neceſſarium, Maria optimam partem elegit. Hoc eſt, quia vnum tantum bonum, & id maximum quærit, ideo tarda, grauisque tibi videtur, tu autem multos cies motus, quia erga plura turbaris; & ideo hic Paulus vnum autem, quæ retro ſunt obliuiſcens. Hoc eſt multiplices curas huius ſeculi reiiciens, ad vnũ tantum tendo bonum, & hoc quia maximum eſt, alia obliuioni tradens, in hac ſola cura diſtenditur. Ex magnanimitate etiam oritur fiducia, quæ eſt ſpes roborata ex aliqua firma opinione, charitas autem etiam firmat animum in ſpe, ex eo quod maximè credit amantiſſimis promiſſis. Vnde inter fructus ſpiritus quos numerat Paulus, Galat. 5. vnum eſt longanimitas, qua animus ad eternitatem protenditur, expectando. Et Coloſſen. 1. dicitur; In omni virtute confortati, ſecundum potentiam charitatis eius in omni patientia & longanimitate, cum gaudio gratias agentes Deo &c.

Ariſt. 4.  
Ethic.  
Tho. ubi  
ſupra artic.  
3.

Luc. 20.

Paul. ubi  
ſupra.

Galat. 5

Coloſſ. 1.

*L. Ioan. 3.* & Ioan. 1. cap. 3. Filioli ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, ex qua fiducia oritur quædam ſecuritas, quam etiam magnanimus habet. Nam cum virtutes iſtæ viri Chriſtiani de ſupernis ſint, non nihil horum quæ ibi habentur ſecum adducunt; & quia in illa ſumma felicitate, ſumma etiam ſecuritas eſt; hinc eſt quòd virtutes illæ, quæ illic ortum habent, ali- quid etiam illius ſecuritatis ſecum ad nos afferat, vt Diuus Thomas quæſtione proximè citata dicit; Quia in virtutibus eſt quædam ſimilitudo futuræ beatitudinis, nihil mirum ſi ſecuritatem aliquam in animis habentium generent, quamvis perfectæ ſecuritas ad præmium virtutis pertineat; Eſt enim veluti initium quoddam ſolutionis futuræ, aut arrabo, talis ſecuritas, quæ in præſenti haberi poteſt à iuſtis; ideo ergo dicit Propheta: Ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. Quæ ſunt mandata amoris, ex quo prædicta originem ducunt. Hoc eſt ſecurus incedebam, ſicut ille qui per viam latam, & ſpacioſam ambulat, nihil periculi videtur timere. Vnde Prouerbiorum *Prou. 20* 28. Fugit impius nemine perſequente, iuſtus autem ſicut leo confidens abſque terrore erit. Leo autem forriſſimus beſtiarum ad nullius pauēbit occurſum. Vnde Pſalmo 45. Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuen- nerunt nos nimis: propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

Vel ideo dicitur iuſtus ambulare in latitudi- ne, quia Deum quærit, imò quia Deo domicilium in ſuo corde parat: de quo dicitur Iob 11. Excel- ſior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognofces? longior terra meſſura eius, & *Ephes. 3.* laſior mari. & Paulus; Vt poſſitis comprehendere, quæ

re, quæ ſit longitudo & latitudo eius, ſublimitas & profundum, &c. Nam vt Caſſiodorus hoc loco dicit, parulum oportet eſſe cor, quod recipit illum, qui cælum & terram implet. Vel tertio: Ambulabam in latitudine; hoc eſt in publico; Nam qui malè agit odit lucem, qui autem mandata Dei exquirat & exequitur, omnibus conſpicabilis debet eſſe; non in latebris, aut in angulis domorum, ſed in plateis & vicis publicis faretur iuſtus virtutis opera. Ideo enim in fronte, quæ omnibus patet, ponitur orthodoxis ſignum Crucis, cum confirmationis ſacramentum accipiunt, vt detur nobis intelligi, quòd non debemus crucem Chriſti erubefcere, ſed in publico eam portare. In fronte enim ſignabatur Thau electis, vt legis apud Ezechielem: Et ideo ſponſa per vicos & plateas abſque verecundia aliqua, ſponſum ſuum quærebat, obuioſ omnes interrogans, an dilectum ſuum vidiffent.

Sed poteſt hic dubitari. Quare dicitur lata via Domini, cum è contra Matthæi 7. dicatur: Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, lata autem & ſpacioſa eſt, quæ ducit ad perditionem. Sed reſponderetur, quòd ipſe ſe Dominus ibi explicat; Ideo arcta dicitur via vitæ, quia pauci inueniunt eam, lata autem via perditionis, quia multi vadunt per eam: Quòd ſi via vitæ arcta eſt, vel difficilis, hæc difficultas carni apparet talis, at tamen animæ Dei gratia roboratæ la- tiſſima & ſuauiſſima eſt. Vnde Prouerb. cap. 4. Ducas te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui. (Quia mandata tua exquiſiui.) Petendo ſcilicet & poſtulando, (ait hic D. Auguſtinus) ſicut Chriſtus Dominus docuit Matthæi 7. Petite & accipietis &c. Eſt ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter cœleſtis, da-

*Caſſiod.*

*Ezec. 9.*

*Matth. 7.*

*Prou. 4.*

*D. Aug.*

*Matth. 7.*

bit spiritum bonum petentibus se? Hic est ille spiritus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, ut Deum proximum que diligendo diuina mandata faciamus. Hic est ille spiritus in quo clamamus, Abba pater: Ac per hoc ipse nos facit petere, quicquid desideramus accipere; ipse nos facit querere, quem cupimus inuenire; ipse nos facit pulsare, ad quem nitimur peruenire. hæc Augustinus.

VERSUS SEXTVS.

*Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: Et non confundebar.*

*B. Petrus  
B. Paulus.*

*B. Catharina  
B. Lucia.*

**I**N latitudine verè ambulabat; qui corde & ore coram regibus & tyrannis cõfitebatur Christum, quod in Apostolis & Martyribus visum est; Quam constanter Petrus coram sacerdotibus, Paulus coram Agrippa & Festo Christum confessi sunt, Actus testantur Apostolorum. Quam sapienter Martyres, viri atque puellæ coram Imperatoribus & præfectis sint loquuti, gesta eorum docent. Beata Catherina tot sapientes deuicit, & ad veritatem Euangelij conuertit. Beata Lucia cum ad sacrificia dæmonum à Præside hortaretur, respondit: Ego per tres annos non cessati sacrificare Deo viuo, quicquid habui; modò quia nihil superest, me ipsam offero; faciat quod voluerit de hostia sua. Tunc Paschasius præfectus, Ista, inquit, Christiano homini inculcanda sunt, mihi autem qui principum præcepta custodio, hæc frustra prosequeris. Respondit virgo: Tu principum leges attendis, ego legem Dei attendo. Tu illos times, ego Deum. Tu illis placere

cere desideras, ego Deo. Tu igitur fac quod tibi necesse est, Ipsa agam, quod mihi vtile cognosco. Tunc Paschasius, cessabunt verba cum peruentum fuerit ad verbera. Cui Lucia, ancilla (inquit) Christi sum, Spiritus sanctus loquitur in nobis, & ideo cessare non poterunt; Paschasius intulit, In te ergo est Spiritus sanctus? Cui Lucia, Apostolus habet, quod castè viuentes, templum sunt Dei, & Spiritus sanctus habitat in illis. At Paschasius. Ego faciam te ad lupanar duci, ut Spiritus sanctus à te recedat. Cui virgo respondit; Si me inuitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Verba hæc in puella coram Præside & tortoribus, quomodo dicit poterant nisi Spiritus sanctus daret? Et D. Vincencius Martyr, cum in patibulo suspenderetur, dixit; Ecce iam in sublime agor, & omnes principes tuos, sæculo altior, tyranne despicio; nolo gloriam meam minuas, nec damna inferas laudi, paratus sum enim ad omnia tormenta, pro Saluatoris nomine sustinenda. Insurge ergo, & toto malignitatis spiritu debacchare, videbis me Dei virtute plus posse dum torqueor, quam possis ipse qui torques. Loquebantur de testimonijs diuinis in conspectu regum, sed minimè confundebantur. Vnde Paulus 2. Tim. 1. ait, Noli erubescere testimonium Domini nostri Iesu Christi. Loquebantur de testimonijs Dei. Hieronymus ait, Os tuum consecrasti Euangelio, noli illud nugis aut fabulis aperire. (In conspectu regum.) Eccle. 7. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute intrumpere iniquitates; ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua; hoc est, ne alios scādalizez per leuitatem & inconstantiam tuam. & Prouerb. 29. Qui timet hominem, cito corruet. & Dominus Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. (Et non confundebar;) Quia

*B. Vincencius  
martyr.*

*2. Tim. 1.*

*D. Hieronymus.*

*Eccle. 7.*

*Prou. 29.*

*Mat. 10.*

*1. Sa. 30.*

*Luc. 9.* Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Nam qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet, cum venerit  
*D. Amb.* in maiestate sua, ait Dominus Iesus. Vnde Ambrosius ait: Suavis est vox, quæ in diuinis testimonijs loquebatur; decora facies, quæ in conspectu regum non confundebatur, quæ non erubescit auctorem, quæ non confunditur de redemptore. Sed quia in versu sexto primi octonarij, plura de hoc praefati sumus, superuacaneum duximus, eadem repetere, ne fastidium legentibus ingeramus.

VERSUS SEPTIMVS.

*Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.*

*Ioan. I.*  
**G**ratia Christi facit, vt illata opprobria contemnantur, vt versu sexto, eadem etiam meditationem cordis claritate perfundit. Nam cum Christus sit lux vera, quæ illuminat omnem hominem, quia nullus sine ipso illuminatur interior, hinc est, quod ipsemet est, qui intellectum nostrum perlustrando eleuat ad meditationem mandatorum Dei, atque dilectionem. Et vide rectum ordinem procedendi. Nam cum intellectus actio præcedat actum voluntatis, ordine naturæ. (Nam nihil est volitum nisi sit præcognitum,) potest autem quis cognoscere aliquid, & ipsum non diligere; Ideo hic Propheta meditationem, quæ est actus intellectus, præponit dilectioni, dicens; Meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et sicut finis meditationis est illius rei memoria, sic finis dilectionis est operatio; & ideo statim subdit. Leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

*Aristot.*

*D. Amb.*  
 Ilexi. Vnde Diuus Ambrosius ait: Pulcherri-  
 mus ordo iste, In primo meditemur, & eorum  
 præceptorum quæ diligimus, sit nobis assuetæ  
 meditatio, meditatione enim mandatorum cœ-  
 lestium, operis boni vsus inolefcit. Nam sicut  
 meditationis verborum finis memoria est, vt  
 quæ meditatur verba teneamus; sic dilectionis  
 præceptorum cœlestium intentio, vel finis ope-  
 ratio est, actusque directus ad implenda præce-  
 pta diuina, quæ nisi quis diligit, implere non  
 potest. Vnde isto versiculo & sequenti ostendi-  
 tur, quibus modis circa diuina mandata nos ha-  
 bere debemus, & ipsa diligere. Quare Diuus Ber-  
 nardus dicit; Tribus modis ostendit Psalmista,  
 mandata Dei à nobis esse diligenda, scilicet medi-  
 tatione, manuum eleuatione, hoc est operatione,  
 nec non & exercitatione. In meditatione enim  
 dulcesunt mandata Dei, considerantibus quàm  
 salubria sunt, quàm honesta, sed alijs dulcia sunt  
 & suaui in meditatione, sed in operatione gra-  
 uia videntur & amara; quia ipsi pigri sunt ad ope-  
 randum, quam pigritiam à se remouet Psalmista  
 cum dixit versu sequenti. Et leuavi manus meas  
 ad mandata tua, quæ dilexi. Sunt enim nonnul-  
 li, qui meditatione & actione videntur amare  
 Dei mandata, & in eis delectari, sed in exercita-  
 tione pusillanimes inueniuntur, minusque con-  
 stantes: quod à se remouet Psalmista, cum dicit.  
 Et exercebor in iustificationibus tuis. Amor ita-  
 que mandatorum Dei est consummator; alio-  
 quin ingratus reputabitur, cum discussio vene-  
 rit & actionis, & exercitationis; & ideo actioni  
 & exercitationi meditationis amorem præpo-  
 nit, dicens. Et meditabar in mandatis, quæ dile-  
 xi. Hæc Bernardus. Nam cerrè ex meditatione di-  
 uinorum inardescit amor, secundum illud Psal-  
 mistæ

*D. Bern.*

*Pfal.* 38. *mistæ* 38. In meditatione mea exardescet ignis. Est enim meditatio veluti oleum & pinguedo charitatis; Nam sicuti lampas lucet in eo, & ibi lumen suum conseruatur; sic charitas in meditatione. Nam sicut dicit Philosophus, inappellatio vel silentium soluit amicitias, è contra autem communicatio conseruat eas. Frequens autem meditatio diuinorū, est velut quoddam assiduum colloquium cum Deo; quare maximè charitatem nutrit, conseruatque, vnde animalia ruminantia inter munda reputantur in lege. E contra ea quæ non ruminant, nec findunt vngulam, immunda erant. Nam oportet diuidere vngulam; Hoc est, non totum tempus in temporalibus expendere, sed diuidere, vt aliqua pars suppetat meditationi diuinorum, vt Paulus docet 1. Corinthiorum 7. ipsos etiam coniuges aliquando diuidi, ad tempus vt orationi vacent, aliàs de malis dicitur in Psalmo. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: hoc est, quia totum tempus in vanis & otiosis terunt, nec diuidunt partem quam offerant Deo.  
( Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. )  
*D. Ambrosius.* Dicit enim Diuus Ambrosius super hunc Psalmum. Ille verè diligit, qui sine tristitia, sine timore, sed potius voluntario studio, quàm coactè obseruat præcepta. Nam vt dicitur in libris de vitis Philosophorum, interrogatus Aristoteles. Quid sibi ex philosophia acquisiuisse; respondit: Ex Philosophia didici, non coactè facere; quod aliqui faciunt propter legis timorem. & Aristippus Philosophus, interrogatus; Quid Philosophus præ cæteris haberet? respondit, Si leges perditæ essent omnes, similiter viueremus vt viuimus legibus manentibus; hoc enim facere philosophia docet, non coactè, sed voluntariè  
legi

legi Dei obedire, vt dicit Diuus Augustinus in regula: Non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti. Et sic potest intelligi illud Pauli, Romanorum 3. Naturaliter quæ legis sunt faciunt, hoc est, suauius & ab intrinseco moti, sicut motus naturales sunt, ab intrinseco inquam, id est à voluntate. Quod si nulla lex esset scripta, idem facerent: Quare Paulus 1. Corinthiorum 1. dicit: quod iusto non est lex posita. Vnde voluntariè illam implere, arguit veram Philosophiam, hoc est, verum Christi amorem, vt dicitur Ioannes 14. Si quis diligit me, sermo nem meum seruabit.

Sed quoniam de prædicatoribus in hoc octonario sit sermo, docemur in hoc versu, quod prius sibi meditari debet prædicator verba, quam alijs effluat; de quo vide quæ supra diximus versu quinto, secundi octonarij, & Diuus Gregorius hom. 5. super Ezech.

Aliqui legunt. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi vehementer. Nam etsi gratia videantur nobis mandata Dei, propter carnis infirmitatem, tamen propter præmij magnitudinem, amabilia maximè sunt. Osee 10. dicitur; Ephraim vitula docta diligere trituram. Triturare laboriosum opus est, tamen quia bos trituras simul paciscitur paleis & grano, diligit illum laborem. Scriptum est enim in lege, vt refert Paulus 1. Corin. 9. Non alligabis os boui trituranti. Nunquid Deo cura est de bobus? Propter nos ergo dicit, quibus non deerit præmium laboris nostri; non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis nostri, vt dicitur Hebr. 6. & illud Psalm. In custodiendis illis retributio multa.

*D. Aug.*

*Rom. 3.*

*1. Cor. 1.*

*Ioan. 14.*

*D. Greg.*

*Osee 10.*

*1. Cor. 9.*

*Hebr. 6.*

*Psal. 18.*

## VERSUS OCTAVVS.

*Et leuavi manus meas ad mandata tua, quæ dî  
lexi, & exercebor in iustificationibus tuis.*

**N**on sufficit ore tenus mandata Dei profiteri, imo nec corde meditari, nisi adsit opus, quo in eis exequentis exerceatur animus. Et ideo postquam dixerat, se loquutum in conspectu regum de testimoniis suis, se etiam meditatum ea fuisse, subinfert tanquam sigillum, dicens; Et leuavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, &c. Metaphoricus sermo, sed frequens in scriptura, per manus opera significari, cum ad operandum manus instrumentum præcipuū corporis sic, sed quoniam ex dilectione obseruari debent mandata Dei, ut supra diximus, ideo subdit,

*1. Tim. 1.* Quæ dilexi. Nam finis præcepti est charitas. Verum est, in hoc versu etiam ostendi octauum emelumentum, quod ex Christi nobis incarnatione provenit, nimirum quia per ipsum nostra operatio in Deum eleuatur. Docuit enim nos ipse, non propter temporalia, bona opera facere, sed contemplatione cælestium, *Matth. 5.* Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Ideo thema suæ prædicationis fuit, Penitentiam agite; appropinquauit enim regnum cælorum. Iam ad cælestia statim nos eleuat, vnde post eius aduentum, ut ait *D. Aug.* Diuus Augustinus in libro de vera religione, iam inuicem exhortamur dicentes, Sursum corda. ut Paulus. Quæ sursum sunt, quaerite. Quæ sursum sunt sapite; *Coloss. 3.* Quare manus sponsi dicuntur *tor-*  
*Cant. 5.* natiles plenæ iacinthis, id est, operationes op-  
timæ,

timæ, absque vlla macula, suauis, ut nihil offensionis in eis reperias, sicuti in tornatili vase, nihil in quo offendat manus inuenitur. Sed non solum hoc, verum etiam sunt plenæ iacinthis, quod margaritum in colore cælum imitatur. Nam intentio suorum operum cælestis est, idque discipulos suos docuit, ut in suis operibus ad cælestia tenderent, non ad terrena. Nam præcepta Christi sunt charitatis, charitas autem supereminens est. Vnde Paulus *1. Cor. 13.* Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Et ideo dicitur; *Mat. 22.* Quod in his duobus mandatis, nempe de dilectione Dei & proximi, vniuersa lex pendet, & prophetæ. Si ergo lex & prophetæ omnes, quæ super omnia terrena eminent, à charitate pendunt, ergo eminentior via est charitas. Opera enim viri orthodoxi eleuata debent esse, quia ex charitate facta procedunt, quæ actiones nostras super omnia terrena eleuat. Leuemus ergo corda nostra cum manibus ad cælum, ait Iere. *Thren. 3.* Et sursum corda habeamus ad Dominum. Nam cum propter temporalia operamur, iam manus nostras deprimimus. Ideo manus Moysi erant graues, & nisi ab Hur & Aaron sustinerentur, ad terram deprimebantur; quia promissa & præmia quæ lex illa promittebat suis obseruatoribus, ferè omnia erant terrena. Manus autem Christi tornatiles sunt, hoc est subtiles, leues & ad motum aptissimæ, quia sua subtilitate ad cælestia nos eleuant. Quare eleuatis manibus ferebatur in cælum, ut nostra opera se cum ad se subleuaret; & in cruce eleuatus omnia traxit ad seipsum, ut dicit ipse *Ioan. 20.* Leuemus ergo manus nostras & oculos ad cælum, hoc est intentiones & opera, & dicamus cum Dauid. Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis. Nam de malis dicit  
idem

- Pfal.* 16. idem Propheta Psalmo 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram, hoc est ex terrenis pascebantur. Oculi radices sunt animæ, nam sicut arbor ex radice pascitur, sic anima ex sensibilibus, & præcipuè ex oculis. Nam ut ait Philosophus, omnis nostra cognitio ortum habet à sensibus, inter quos visus maximè cognoscitiuus est, ut ipsemet *Aristot.* Philosophus dicit; Eradicandi sunt ergo isti sensus, & ab eis distrahendus animus, ut ad superiora tendat. Vnde & Dominus; Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, hoc est; hanc euellere radicem, ne animus his pascatur sensibilibus, sed ad superiora euehatur. Ad hoc ergo venit Christus, ut animos nostros ab his diuelleret infimis, ad superna que vehæret concupiscenda, vnde de hoc Ieremias. Ut euellas & destruas, & ædifices, & plantes. Prius euellendæ radices sensibilibus, ut amor supernorum plantetur. Et Ioannes 8. dixit eis; Vos de mundo hoc estis, ego de supernis sum. Et ita ab his caducis nos separabat dicens; Nolite thesaurizare vobis in terra, vbi crugo & tinea demolituntur, &c. thesaurizate autem vobis thesauros in celo. Et alibi. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, Ioan. 3. Oportet vos nasci dentuo. In Græco est de supernis, id est, quia origo operum viri Christiani ex superis est, nempe gratia & charitas, etiam & finis suorum operum illic firmari necesse est. Leuare ergo oportet manus ad mandata Dei quæ super nos sunt, aliàs, si ad terrena aspexerimus, peribimus, sicut quando Moyses deprimebat manus, populus vincebatur.
- Vel secundò per leuationem manuum intelligitur oratio, quæ in Scriptura sacra per talem eleuationem manuum significatur; ut legis in Exodo multoties, quando Moyses promittebat Pharaoni, quòd deprecaturus esset Dominum pro eo, dicebat;

dicebat; Leuabo palmas meas pro te ad Dominum. Et Salomon. 1. Paralip. 6. quando orauit in templo, extendit palmas suas ad celum. Et Paul. 1. Timot. 2. ait, Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Nam ut ait Diuus Augustinus, quod exterius orando agimus, facimus ut affectus noster interius excitetur: genus flexiones enim & huiusmodi non sunt per se acceptæ, sed quia per hæc tanquam per humilitatis signa homo interius humiliatur; sic eleuatio manuum significat eleuationem cordis, secundum illud Thren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in celo. Hoc est dicere, orantes cum deuotione cordis: Debet enim oratio esse pura deuota & quieta. Quare dicit; Leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Nam ut dicitur Matthæi. 5. Si offeras munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, &c. Deus igitur orandus à nobis est, imò & importunè exorandus, securi quod non fastidiet preces nostras, etiam si assiduæ sint. Nam ideo comparatur incenso oratio, secundum illud, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; ut significetur nobis quod Deo placent orationes nostræ, suauesque sicut odor incensi sint. Videmus enim effectus omnes conuerti ad suas causas, ut ab ipsis semper id quo indigent accipiant. Nonne vides terram quasi aperto ore inhiantem, & celum semper respicientem, ut ab eo rorem & pluuiam recipiat, cæterasque influentias, quibus fructus suos proferre queat? videmus plantas, herbas & flores Solem semper inspicientes, & quasi ipsum insequentes, ut calore suo vitificatæ prodeant, sua que pulchritudine ornent, suo que odore lætificent vniuersum. Oculi filiorum

*1. Paralip. lip.*

*1. Tim. 2.*

*D. Aug.*

*Thren. 3.*

*Matth. 5.*

*Cur oratio comparatur incenso. Psal. 40.*

*Simile.*

filiorum non auertuntur à parentibus, vt eos alāt, nutriant, atque ad perfectum perducant, quo pos-  
 sint vitam absque indigentia transigere. Omnes  
 ergo effectus in suas videmus conuerti causas,  
 & causæ istę licet respectu talium effectuum causę  
 sint, tamen respectu superiorum sunt effectus, at-  
 que etiam ipsę attendere debent. Quare non pos-  
 sunt adeo intentē suis effectibus prouidere, cum  
 & sibi necessum sit etiam à superiori causa, quę  
 defunt mendicare. Solus Deus taliter est causa, q̄  
 nullo modo est effectus, causa causarum om-  
 nium effectuum productrix, à qua omnis pater-  
 nitas, idest, omnis causalitas in cęlo & in terra no-  
 minatur, vt dicit Paulus; Qui à nullo accipit nec  
 mendicat, sed omnia ab eo. Quis enim prior de-  
 dit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso & per ip-  
 sum & in ipso sunt omnia, vt dicitur Romanorum  
 10. Vnde totus incumbit suis effectibus prouiden-  
 dis, cum ipse nullius indigeat. Ergo dixit, Deus  
 meus es tu, quoniam bonorum meorum non in-  
 diges. Si ergo alia causę, quę ab alijs & ab hac pri-  
 ma pendent, talem de suis effectibus curam ha-  
 bent, quanto maiorem prouidentiam hęc prima  
 habebit, quę nullius alterius indiget. Vides galli-  
 nam suis incubantem ouis, nec ab eis disceden-  
 tem, vt suo calore foueat atque in pullos con-  
 uertantur: multo magis Deus suis assistit effecti-  
 bus prouidendis, nutriendis, perficiendis, & con-  
 seruandis; Nam à principio spiritus Domini fere-  
 batur super aquas, vel vt alia lirera dicit, incubaba-  
 bat, hoc est fouebat, perficiebat & conseruabat. Si  
 ergo omnes effectus ad suas conuertuntur cau-  
 sas, quę deficere possunt, & de facto aliquando  
 deficiunt: cur non ad hanc indeficientem cau-  
 sam conuertemur, nostra quę omnia in eū projij-  
 ciamus, vt ab ipso quod deficit accipiamus? Hęc  
 autem

autem conuersio per orationem fit, quę mentem  
 ad Deum eleuat, atque ab eo quę desiderat poscit;  
 præcipuè cum mundus iste desertum quoddam  
 sit, cui omnia necessaria adueniunt de foris (es lu-  
 gar de acaxreo). Emportum autem vnde necessa-  
 ria sibi vehuntur, cęlum est. Nam omne datum  
 optimum, & omne donum perfectum de sursum  
 est. Vector autem qui hęc huic deserto adducit,  
 oratio est. Si quid tibi deest mitte eam in cęlum, &  
 afferet. Descendit tibi deuotio, salus, gratia, patientia,  
 humilitas; mitte hunc vectorem, orationem dico;  
 nam ipsa in cęlum ascendit, cuncta quę cęlestia  
 perlustrat; & onusta semper his bonis descendit.  
 Vnde de sapiente muliere, hoc est anima iusti, dici-  
 tur Prouerb. 31. Facta est quasi nauis institoris, de  
 longè, hoc est de cęlo, portans panem suum. Est  
 enim scala illa quę vidit Iacob, per quam Angeli  
 ascendunt, atq; descendunt. Ascendunt portantes  
 orationes nostras, vt dixit angelus ad Tobiam, an-  
 te Dei tribunal; & descendunt afferentes dona,  
 quę per talem nuntium ad nos mittuntur. Talem  
 veredarum mitte, quoniam ipse veniet onustus  
 omnibus bonis quibus indiges. Non reuertetur ad  
 te vacuus, sed quęcunque mandaueris faciet. Le-  
 uet ergo Propheta manus in oratione ad Deum  
 vt det illi adimplere mandata, quę sine eius gratia  
 obseruare nequimus.

Sed aduertendū pro morali doctrina, q̄ nō solū  
 manus, sed plura alia, & hęc multipliciter leuare  
 debemus ad Deū; nimirū, oculos, animam, vocē,  
 & manus. Oculos autem ad tria leuare debemus,  
 nempe ad id quę intra nos, & ad id quę extra nos  
 est, & ad illud etiam quod est supra nos. Primo le-  
 uemus oculos ad id quod intra nos est, scilicet ad  
 peccati scditatem aspiciendam, vt videntes nos in  
 fecibus infixos, velociter surgere properemus, si-  
 cut

*Iacobi. 1.*

*Prou. 31.*

*Gen. 21.*

*Tob. 12.*

*Ad tria*

*debemus*

*oculos le-*

*uare.*

*Simile.*



cut qui in luto cecidit, velociter surgere laborat. Vnde Ierem. 3. dicitur: Leua in directum oculos tuos, & vide vbi nō sis prostrata meretrix. Ad illud quod extra nos est, videlicet ad temporis breuitatem: veluti operarius ad solem leuat oculos, vt videat si tempus superat: sibi ad opus suum perficiendū. Ioan. 4. Leuare oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messam. Et qui meruit, mercedem accipit & congregat fructum in vitam æternam. Terriò leuamus oculos, ad id quod est super nos, hoc est ad Deū, ac sanctorum societatem, vt eos humiliter exoremus: sicut pauper leuat oculos ad diuitem, vt ei subueniat. Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi: sed dolendum maximè est; q̄ multi oculos suos statuerunt declinare in terram. Psal. 16. Post oculos animam debemus leuare ad Deum, & hoc propter notitiam veritatis quam præstat: sicut viator leuat oculos ad indigenam, vt eum dirigat, sic & nos animam leuamus ad Deum, vt nos dirigat in vitam æternam. Psal. 142. Notam fac mihi viam, in qua ambulem; quia ad te leuaui animam meam. Secundò propter lætitiã deuotionis, quam nobis largitur, eo Psal. Lætifica animam serui tui: quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Terriò propter fugam confusionis quã declinat; sicut auis leuat se à terra ne capiatur, sic leuare debet homo animam ad Deum, ne à peccato deprehendatur. Psal. 24. Ad te Domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam, nec irideant me inimici mei, &c. De qua animæ ad Deū euectione, D. Gregorius 1. moral. cap. 20. ait. Ad Deum faciem, vel animam leuare, est cor ad sublimia inuestiganda attollere: nam sicut per corporis faciem homini, ita per interiorẽ imaginem Deo noti iam atq; conspicibiles sumus; cum vero reatu cul-

tu culpa deprimimur, ad Deum leuare cordis nostrificiem yeremur: dum vero nulla bonorū operū confidentia fulcitur, inueteri summa mens trepidat, quia ipsa se conscientia accusat: eum vero iam penitentia lamenti culpa diluitur, & sic perpetrata planguntur, vt plangenda minimè perpetrentur, magna in mente fiducia nascitur, & ad inspicienda superne retributionis gaudia cordis nostrifici facies leuatur.

Terriò vocem etiam leuare debemus similiter ad Deum. Primò ad confitendum peccatum, sicut homo leuat vestem, vt ostendat vulnus medico. In cuius figura legitur de Agar Genes. 21. q̄ recedens Agar iuit in desertum, vbi non erat aqua, & sitiuit puer eius, & leuaui vocem suam, & fleuit, & exaudiuit Dominus vocem eius. Secundo ad querendū remediũ, sicut pauper leuat vocem ad querendū panem, sic homo pro remedio peccatorum, vt Luca 17. Decem leprosi leuaerunt vocem dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri. & Dominus ad eos: Ite & ostendite vos sacerdotibus, & factū est dum irent mandati sunt. Secundo ad laudandū Deum, Isa. 52. Vox speculatorum tuorū leuaerunt vocem, simul laudabunt. Et Psal. 92. Eleuaerunt flumina Domine, eleuaerunt flumina vocem suam.

Demum & leuare debemus manus ob tria quæ nobis maximè conducunt; primò ad impugandum malum; vt qui est in pugna leuat gladium, vt aduersarium impugnet: & hoc fit opera misericordiar. Psal. 62. In nomine tuo leuabo manus meas. cuius figura habetur Iosue 8. Leua clypeum, qui in manu tua est contra urbem Hai, quoniam tibi tradidi eam. Et Exodi 17. Cum leuaret manus Moy ses vincebat Israel, cum deprimeret vincebat Amalech. Secundo ad operandum bonum, sicut operator leuat manus ad laborandum. Et hoc fit per

*Simile.*

*Gen. 21.*

*Figura.*

*Simile.*

*Luca 17*

*Isa. 52.*

*Psal. 92.*

*Simile.*

*Psal. 62.*

*Figura.*

*Iosue 8.*

*Exod. 17*

*Simile.*

opera obedientiae, sicut in presenti carmine dicitur; Leuavi manus meas ad mandata tua, quae dilexi &c. Tertio ad orandum Deum, sicut pauper in praesentia leuat manus suas ad diuitem, ut aliquid ab eo recipiat, & hoc fit per orationem, ut dictum est. Haec ex quodam non contemnendo doctore ad literam decerpimus, quoniam ad id quod principaliter intendimus, commoda via fuit; nec hoc vitio mihi dandum est, sed labori ac diligentiae non nihil concedendum, quoniam non solum pro profectionibus, sed & pro incipientibus, haec in publicum damus.

(Et exercebor in iustificationibus tuis.) Consuetudo est altera natura, unde qui ex habitu operantur, quasi naturaliter operantur, quare exercitium in operibus virtutis quasi connaturalitatem quandam parit cum ipsa virtute, ex quo proferunt, quaedam tales melius iudicium de ipsa virtute proferunt, quoniam per habitum & exercitium propinquiores sibi & connaturalem illam fecerunt propinquiora autem, & nobis connaturalia melius iudicamus. Vnde Paulus Hebr. 5. ait. Perfectiorum autem est solidus cibus, eorum qui praesentia consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. & Diuus Dionysius de quodam amico suo dicit: Ieromens sapiens est, non solum sentiens, sed & patiens diuina; nam sicuti subiectum per connaturalitatem dicitur pati ab his, quae tanquam naturale subiectum recipit, ut aqua a calore quem recipit; sic studiosus per habitum virtutis, connaturalem & propinquam eam sibi facit, ut ab ea tanquam a propria passione patiat, quare solum ille qui habet habitum virtutis, solidum de ea iudicium proferre potest. Hoc ergo commodum inter alia quae supra diximus, exercitio virtutum capitur.

Hebr. 5.

D. Dionysius.

Simile.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi <sup>1. Zain.</sup> spem dedisti.  
 Haec me consolata est in humilitate mea: quia <sup>2. Zain.</sup> eloquium tuum viuificauit me.  
 Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege <sup>3. Zain.</sup> autem tua non declinaui.  
 Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine: & consolatus sum. <sup>4. Zain.</sup>  
 Defectio tenuit me: pro peccatoribus dereliquentibus legem tuam. <sup>5. Zain.</sup>  
 Cantabiles mihi erant iustificationes tuae: in <sup>6. Zain.</sup> loco peregrinationis meae.  
 Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam. <sup>7. Zain.</sup>  
 Haec facta est mihi: quia iustificationes tuas <sup>8. Zain.</sup> exquisiui.

INCIPIT TRACTATUS Septimus.

VERSVS PRIMVS.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi <sup>Hic propheta induit personam sperantis in Deum</sup> spem dedisti.

Personam sperantis in Deum assumit in hoc octonario Propheta, quae serè per omnes versus

sus explicatur, & signatè in ultimo, ubi dicitur: Hęc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisivi, vel custodiui, ut dicit alia litera. Nam hæc est vera spes, quæ per media à Deo decreta sperat beatitudinem, nempe per observantiam mandatorum Dei; nam alia potius est præsumptio, quam spes, ut statim videbimus. Litera etiam huic personæ addita quæ est Zain, septima in alphabeto Hebræo, quæ significat, huc, vel duc te, optime proposito congruit; quia hic agit de spe, quæ non est de præsentibus, sed tantum ad futura attendit; quasi dicat, huc tende, huc dirige iter tuum, tanquam tui ductor & rector quò vocat te verbum Dei, nempe ad cœlestem gratiam & ad æternitatem, cum ait Matth. vi. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vós, sic Cassiodorus, Duc te de temporalibus ad æterna; de visibilibus ad invisibilia, in quibus vera est mentis requies atq; tranquillitas. Quare non immerito hæc litera in septimo ponitur octonario, quia in septimo die Sabbathum, id est, requies est, quia in eo requieuit Deus ab omni opere quod parat; illuc ergo ubi vera requies est, duc te per spem quam habes.

Circa quod notandum, quod in viro Christiano ordine quodam diuino & supernaturali post fidem generatur spes, imò ab ea ortū habet; nam cum per fidem intelligit Christianus quod in Deo consistit sua vltima beatitudo, statim generatur spes eam adipiscendi, inde originem ducit fons ille aquæ vitæ salientis in vitam æternam, quæ Dominus promisit Samaritanæ Ioan. 4. Nam eo ipso quod Deus creaturam ad aliquem dirigit finem, ex cōsequenti debetur illi inclinatio & propensio ad talem finem. Hoc enim ipsamet natura flagitat, & iustitia Dei, quæ in vniuersi gubernatione splendet,

Zain, id est Huc, vel Duce.

Mat. 11

Cassiodorus

Genes. 1.

Post fidem generatur spes.

Ioan. 4.

det, id efficit; nam quia finis lapidis est centrum, & ignis locus sursum, eo ipso vtriusq; inclinationem & pondus indidit, quo ad suos se inclināt fines & mouent; q; si ad aliquid altius eleuasset lapidem, certè pondus & propensionem etiam ei debebat tribuere; qua ad illum altiore finē dirigeretur, ut si ei tribueret alterū lapidem generare, ad hoc debebatur ei etiam inclinatio, qua ad id traheretur. Homini quidē scopum assignatur, quò secundum naturam tenderet. Nam in quantum est ens, habet pro scopo se in illo conseruare, ad quod naturalem habet inclinationem. Videmus enim, q; absq; vllō rationis imperio, sed ipsa instigante & imperante natura, pars pro conseruatione totius se periculo dat, ut cum ad defensionem capitis brachiū ictus suscipit gladij; in quantum viuens & animal suos etiā habet fines, ad quos etiam inclinatur, nempe ad motum & generationē; sed in quantum homo habet etiam Deum pro fine naturali, nempe cognoscere illū in quantum prima omnium causa & vltimus omnium finis, ad quod non deest homini propensio maxima, imò illud naturale desiderium sciendi, quod Philosophus in prologo suæ metaphysicæ docet, summaq; illa sollicitudo atq; curiositas, quæ Philosophi ad hoc indagandum adhibuerūt, indicium non minimū talis inclinationis præbent. Ceterum per gratiam hominē ad altiore finē euexit Deus, nempe ad beatitudinē, quæ in clara ipsius Dei visione consistit, ad quod nō vires nature suffecerāt, nec sine supernis auxilijs assequeretur. Euectus ergo ad nouum finē ad quem natura non inclinabat, oportet, ut & noua ei imprineretur propensio, qua ad talem ferretur scopum; hæc autem est spes Christiana, vna Theologarum virtutum, quæ non nisi per diuinam infusionem habetur, quam generat fides;

Aristot.

estque aqua illa saliens in vitam æternam, argentum quoddam vitæ in animâ faciens illam salire in vitam æternam, inquietumque tenens cor, donec talem assequatur scopum, secundum illud quod dicit Augustinus in confess. Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniamus ad te. Vnde titulus Psalm. 38. in quo dicit Propheta; Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus est substantia mea? (hoc est beatitudo mea, in cuius comparatione cætera omnia accidentia sunt) titulus, inquam, huius Psalmi est. In finem, pro Idithum canticum David. Idithum transiliens interpretatur, & significat vitæ omnia hæc temporalia transilientem, inquietudineque quadam in supernum finem ebullientem: & Diuus Augustinus Epist. 12. tomo. 2. sic explicat illud Psalmi 21. Spes mea ab vberibus matris meæ; hoc est, tu me transilire fecisti ab vberibus matris meæ ad te tuaque promissa, id est, vt à temporalium amore, quæ in vberibus matris meæ luxi, ad tua transirem speranda bona, ab lactasti me à temporalibus, & in æternorum spe educaisti me. Et 1. Petri. 2. dicitur; Regenerauit nos in spem vitam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Per gratiam regeneratur homo, & quasi de nouo creatur, fit enim noua creatura, vt ait Paulus. Vnde omnia ei de nouo conferuntur, nouam formam, nouas inclinationes, ac desiderium, nouas ac supernas cognitiones accipit; informatur enim tota eius anima gratia, infunditur ei cognitio fidei, ex qua ortum habet spes, quæ est noua inclinatio ad futura, vnde oritur charitas, nouus amor & maximus; ex hoc enim quod à Deo speramus tot bona, in amore prorumpimus eius, qui largiturus est. Loquitur igitur D. Petrus de spe viua quæ est in omnibus habentibus gratiam,

tiam, quæ impellit animam ad æterna, quæ est fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam, fons autem iste in ipso homine est, nempe in voluntate, in qua subiectatur spes, quæ desiderat bonum arduum, & superexcellens, cuius non est capax appetitus sensitiuus: nam etsi vena & origo à qua fons iste scaturit, in cælo sit, vnde Theologicæ virtutes originem suam trahunt, atque ideo nos confortes diuinæ naturæ efficiunt, secundum illud 1. Petri 1. Per quem maxima & pretiosa promissa nobis donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ; nihilominus fons ipse in nobis est; sicuti etsi manale fontis, qui est in horro tuo, aliud est, fons tamen ipse in horro tuo est. Vnde etsi viri Christiani iustitia, quia iustificatur, sit communicata à Christo: tamen iustitia sibi in hærente iustus est, & ego ipse iustificor, mereor, spero, credo, amo, licet omnia hæc à Deo sint nobis infusa: veluti aqua postquam ab igne accepit calorem, ipsa calefacit, licet ab alio mutuauit hanc formam. Sed quoniam manale & origo huius fontis est in cælo, hinc est, quod illucitque tendit spes: sicuti aqua in ea mensura & æqualitate ascendit, in qua est principium & vena vbi scaturit; ideo enim videmus aliquos fontes emittere aquas, tres vel quatuor cubitos supra, quia in ea erat æqualitate sicut principium. Cum ergo origo spei sit supremus omnium locus, hoc est empyreum cælum, illuc vsque salit & ascendit, salit enim in vitam æternam. Vnde pisces illi qui habent alas quibus super aquas saliant, mundi sunt, ille ergo mundus est, qui per hanc spem & temporalia transilit, & ad æterna capienda se proijcit. De hac ergo spe in hoc octonario loquitur Propheta, qui personam hominis sperantis in Deo in eo agit, & dicit. Memor esto verbi tui ad seruum tuum, vel quod loquutus es ad seruum

D. Aug.

Psal. 38.

D. Aug.

1. Pet. 2.

1. Cor. 5.

1. Pet. 1.

seruum

seruum tuum, Committitur enim eclipſis figura, quæ interuenit, quando est aliquid ſupplendum in oratione, quod frequentiffimè accidit in ſcriptura.

*D. Aug.* (Memor eſto uerbi tui ſeruo tuo &c.) Auguſt. ſic ait in hoc loco. Morali & conſueta loquutione, qua humanus moueatur affectus, dicitur; memor eſto, non enim obliuio cadit in Deū, ſed ſicne dicitur penitere Deus, quando præter hominum ſpem res mutat, conſilio non mutato; ita dicitur & obliuifci, quando tardat; & memor eſſe, cum ita dat; hoc tamen Deus facit certa diſpoſitione non deſiciente memoria, nec obſcurata intelligentia, nec uoluntate mutata. Seruo tuo, Ambroſius; Cuius oculi ſunt in manus Domini, uerecunde ſe dignum oſtendit, quaſi diceret, non uſurpauit ſpero, & peto; ſeruus ſum, expecto alimentū à Domino; miles ſum, exigo ab imperatore ſtipendium.

*Lyran.* Lyranus in hoc loco affirmat, q̄ hic petat Prophetæ à Deo promiſſa regni cælorum, quæ olim promiſit Abrahæ, q̄n Gene. 25. dixit ei. Suſpice cælum, & numera ſtellas ſi potes, ſic erit ſemen tuū; ubi dicit q̄ ſecundum ſenſum literalem promittitur ei hæreditas regni cælorum, in qua beati fulgebunt, ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates, ut dicitur Dan. 12. nam ſupra c. 13. dixerat. q̄ ſemen ſuū futurum erat ſicut puluis terræ; nunc autē ait, qd̄ erit ſicut ſtellæ cæli. Diuerſa uidetur hæc promiſſio à priori, ibi promittebatur terrena propagatio ſeminiſ ſicut puluis terræ; hic autem æterna ſicut ſtellæ cæli; ibi arenæ & pulueri cōparatur propter ſterilitatem ſpiritus, quæ in ſynagoga ſemper fuit; hic autem aſſimilatur ſtellis cæli, quæ innumera- biles ſunt, ut oſtenderet ſpiritualē propagationē filiorū Abrahæ ſecundum promiſſionis ſpiritum, quæ tã in militanti quã in triumphanti Eccleſia florere

florere debebat, ut uult Rabanus; de utraque intelligitur teſtimonium illud Iſa. 54. quod Apoſt. Gala. 4. cita. Latere ſterilis quæ non parit, erumpe & clama, quæ non parturit; quia multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habuit uirum, ut Diuus Thom. & alij interpretantur; & ita Eccleſia in officio mortuorum canit & dicit, Signifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam, quam olim Abrahæ promiſiſti & ſemini eius. & ſic intelligit Lyranus illud Ioan. 8. Abraham pater ueſter exultauit ut uideret diem meum, uidit, & gauiſus eſt. Dies Chriſti Dñi fuit dies mortis eius, quando hominē iuſtificauit, iuſtificatiſq; reſerauit cælum: tunc ergo Abraham talem diem uidit & gauiſus eſt, quando talis reuelatio ei facta fuit; & certè Abulenſis idem uidetur ſentire: ratio eius eſt; quia ad ſenſum literalem nō debet attendi, quid uerba ſonent, ſed quid intendat principaliter proferens, nam intentio non debet ſeruire uerbis, ſed uerba intentioni. cap. In intelligentia. extra, de uerb. ſignific. nam uerba adiuuenta ſunt, ut abditos animæ reſerarent conceptus, ut dicitur. i. Periherm. Si ergo principaliter uoluit Deus reuelare Abrahæ æterna promiſſa, id illa uerba ſignificare credenda ſunt: nec tunc duo erunt ſenſus in illa litera, vnus qui loquatur de terrena promiſſione & corporali, alter de ſpirituali, ſed vnus tantū; nam ſub illis uerbis, quæ promiſſionem temporalē ſonabant, æternam uoluit Deus polliceri, & ubi unum propter aliud ibi tantum unum eſt, ut in regulis topicis docet Ariſt. Sed an ibi, uel in alijs locis legis ueteris fuerit facta promiſſio ſpiritualis; uel ea legi gratiæ reſeruetur, difficultas eſt, quæ longiorem exigit diſputationem, in aliud tempus commodius diſferendam; conſule interim Diuum Thom. 3. ſenten. diſtin. 40. art. 4. quaſt. 1.

*Raban.*  
*Iſa. 54.*  
*Galat. 4.*

*D. Tho.*  
*Eccleſia.*

*Ioan. 8.*

*Abulen-*  
*ſis.*

*Ariſtot.*

*Idem in*  
*topicis.*

*D. Tho.*

(In

(In quo mihi spem dedisti.) Nam promissio illa fuit facta semini Abraham non tam secundum carnem quam secundum spiritum; quoniam de hoc spiritali semine altissime intelligit Diuus Paulus, & quod Abraham pater multarum gentium à Deo constitutus est, & in semine eius benedictiones essent adimplendæ, ut in cap. 9. epist. ad Roma. diuinitissime & abditissime explanat.

Rom. 9.

(In quo mihi spem dedisti) spes nostra roborata in promissionibus diuinis certissima est, atque ad cumulum beneficiorum Dei expectat, quod quasi sigillata in diuina scriptura, quod firmiorem haberemus sermonem promissa Dei habemus, quæ sigilla nobis credidit, quod maxime dilectionis & amplitudinis indicium est. Ut Paul. Rom. 8. Quid ergo amplius Iudæo est, aut quæ utilitas circumcisionis? multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Et cap. 9. Enumerans populi Iudæorum excellencias peculiare sibi à Deo collatas ait: Qui sunt Israelitæ? quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum & legislatio, & obsequium & promissa, &c. Veluti si rex non solum re aliquem honoribus & privilegijs decorauerit, verum id scripto, & anulo suo signauerit, atque in sua commiserit potestate; est in hoc veluti privilegij dati stabilis & integra confirmatio, & promissæ felicitatis expectatio secunda.

Rom. 8.

Idē c. 9.

Simile.

VERSUS SECVNDVS.

*Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.*

**H**Æc scilicet spes consolata est me in afflictione mea, Hoc enim significat humilitas frequentissime

quentissime in scriptura, ut ex Græco nomine patet, quod significat afflictionem in multis locis, ubi nos legimus humilitatem. Ruth. 1. Cur vocatis me Nohemi, quæ Dominus humiliavit, & afflixit omnipotens? Et Psal. 34. Humiliasti nos in loco afflictionis. Deuteronom. 26. Respexit Dominus humilitatem nostram, hoc est afflictionem. Et Psal. 24. Vide humilitatem meam & laborem meum; hoc est, afflictionem & laborem; & ita vertunt Hieronymus & Felix pro humilitate afflictionem in hoc loco. Spes ergo fortissimum solatium est in omni tribulatione iustorum, secundum illud Hebræorum 6. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ nostræ, tutam ac firmam. Nam sicut anchora tenet fluctuantem nauem, ne ab impetu uentium fluctuum huc illucque rapiatur & pereat, sic spes futurorum in quibuscumque aduersis animam firmam derinet ne succumbat. Leuit. 20. Præcipiebatur ut passer qui pro emundatione Leprosi immolabatur, in aquis viuis mactaretur; supra spem aquis illis viuis, quas Dominus promisit Samaritanæ, comparauimus; sancti ergo in his viuis aquis delibantur, immolantur, & mactantur; propter has quippe spes futurorum bonorum sanguinem suum fundebant, & mundabantur tali baptismate. Vnde Paulus ad Roman. Spe salui facti sumus: Hæc sanctum virum Tobiam in sua cæcitate consolabatur, quando insultantibus, & iridentibus cognatis eius atque dicentibus: Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? increpans eos, respondebat: Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his; qui fidem suam nunquam mutant ab eo; id est, his qui fiduciam & spem nunquam

Ruth. 1.

Psal. 34.

Psal. 24.

D. Hieronymus

Hebr. 6.

Leui. 20

Rom. 8.

Tob. 2.

quam auertunt ab eo, secundum illud Pauli *Coloss. 1.* *l. 1.* Si permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Euangelij. Hæc patientissimum *Iob 13. et 16.* Iob solabatur in tor aduersis & miserijs constitutum, cum dicebat: Etiam si me occiderit, sperabo in eum, *cap. 13. & cap. 6.* Er hæc mihi sit consolatio, si affligens me doloribus, non parcat. & Paul. *Rom. 15.* Roman. 15. sic ait, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus; continentur quippe in scripturis patientia sanctorum in malis sustinendis. Iacobi ultimo: Patientiam, Iob audistis. continetur etiam consolatio exhibita eis à Deo ad tot mala sustinenda, secundum illud *Psal. 93.* Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et *1. Pet. 1.* dicitur; Prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, quæ pertinent ad patientiã, & posteriores glorias, quod pertinet ad consolationem. Fructus autem ex hac doctrina consequutus, est spes maxima, quam ex his capimus, sperantes nos in nostris tribulationibus consolationem & solatium accipere à Deo. Vnde & subdit Paulus ubi supra: Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & virtute Spiritus sancti. Vbi spei tribuit gaudium & pacem, tali quippe titulo prænotatur Deus, quali proposito maxime congruebat: & quoniam de effectibus spei agebat, cuius immediata causa Deus est, ideo vocat eum Deum spei, qui cum infundat causam, effectus subsequentes & dabit, quales sunt gaudium & pax & alij, qui ita firmant animum in præsentibus laboribus spe futurorum, ut leuius & quietius eos ferant iusti. Vnde & sponsa Cant. 2. dicebat, Sub umbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, hoc est spes vmbriam

vmbriam mihi facit, & refrigerium tribuit à calore præsentium, ut spe futuri fructus animus leuigetur; nam & fructus qui in hac vita prægustantur à iustis (quorum vnus est spes futurorum, quæ & gaudium & longanimitatem generat) dulcissimi simul & suauissimi sunt, prælibationes enim sunt futurorum. Vnde Iob 7. Sicut ceruus desiderat vmbriam, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui. Vbi Gregorius ait lib. 8. moral. cap. 5. Mercenarius etenim cum faciendâ opera conspicit, mentem protinus longinquitate & pōdere laboris addicit; cum verò laceffentem animum ad considerandum operis præmium reuocat, vigorem mox animi ad exercitium laboris reformat, & quod graue perpendit ex opere, leue existimat ex remuneratione; sic electi quique dum mundi huius aduersa patiuntur, cum inhonestates, contumelias, rerum damna, cruciatus corporis tolerant, esse grauiâ quibus exercentur pensant; sed cum mentis oculum ad æternæ patriæ considerationem tendunt, ex comparatione præmij, quàm sit leue quod patiuntur inueniunt; quod enim valde esse importabile ex dolore ostenditur, consideratione prouida ex remuneratione leuigatur; Hæc namque spes *Figura.* nubes est illa, quæ vmbriam populo Israelitico per desertum faciebat. Liber ex Diuo Augustino *Enchiridionum* huius altissimæ virtutis afferre, de qua in *D. Augustinus.* sermone 10. ad fratres in Eremo tom. 20. sic loquitur: O spes sanctorum & turris fortitudinis eorum, quæ non confundis, sed te expectantibus gratiam infundis, non cæcas, sed illuminas, non famelicas, sed reficis; O felix spes cælestis, tu timorem seculi expungas, consolationes mundanas extirpas, per te timor non augetur, per te falsa cupiditas non somniatur, per te superbia auellitur, per te inuidia non dominatur, per te cuncta vitia terminantur: O spes

O spes celestis curiæ in te regnat charitas, quæ cre-  
dit omnia quæ ad salutem pertinent, omnia spe-  
rat, quæ promissa sunt; O fratres mei, quis homi-  
num potest mentem seruorum Dei infirmare, si  
apud Deum spes celestis allegat, in quò nocebunt  
eis tyrannorum fulmina? fortunæ præcipitia, quid  
agent? O spes, tu cogitationes dirigis, tu in chari-  
tate altitudinem ponis, vt in ea perseueremus vsq;  
ad mortem, tu in charitate latitudinem extendis  
vsque ad inimicum: O spes celestis gloriæ, per te  
Patriarchæ mala patienter sustinuerunt, per te Pro-  
phetæ cuncta mala portauerunt, per te Apostoli  
ad mortem gaudenter perrexerunt, per te Marty-  
res afflicti sunt, per te Virgines combustæ sunt, per  
te Confessores vituperati sunt, per te Viduæ castita-  
tem astringunt, per te maritatæ lumbos præcin-  
gunt, per te populi languentes & orphani sperant  
ridere, per te pauperes confidunt gaudere, per te  
peregrini sperant terminum, & ad finem laboris  
peruenire; o spes tu omnia portare facis dulciter  
& suaviter: Eia ergo fratres hanc amate, hanc re-  
nete, non tamen sine timore, quia qui sperat & nõ  
timet negligens est, qui autem timet & non spe-  
rat, depressus est, & descendit in profundum quasi  
lapis, à quo descensu liberet nos ille, qui de cælo  
descendit, vt nobis vitam donaret & ascensum,  
Christus Deus noster, amen. ¶ D. Augustinus  
id intelligit de humilitate (hæc me consolata est  
in humilitate mea) de humilitate inquam, quæ  
est virtus, qua quis se & suos defectus agnoscens se  
subdit Deo, & spes consolatur humiles dicente scri-  
ptura; Deus superbis resistit, humilibus autem dat  
gratiam. & Dominus Luc. 4. Qui se humiliat exal-  
tabitur. sed D. Ambrosius id intelligit de humili-  
tate, quæ est afflictio; De qua Psal. 43. Humiliasti  
nos in loco afflictionis, sed eloquium Dei hos affli-

*D. Augu-  
stinus.*

*Lucæ 4.*

*D. Am-  
brosius.*

*Psal. 43.*

ctos

ctos viuificat, quia scriptum est: Non sunt condi-  
guæ passiones huius temporis ad futuram glo-  
riam, quæ reuelabitur in nobis. Quilibet enim  
meliora sperat, nusquam leuioribus frangitur.  
Hæc Ambr. (Quia eloquium tuum viuificauit me)  
quia verbum Dei est vita interioris hominis, di-  
cente Christo Matth. 4. Non in solo pane viuunt  
homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore  
Dei, nam si tentaris, scriptum est, 1. Cor. 10. Fidelis  
Deus qui non permittet vos tentari super id quod  
potestis, sed facit etiam cum tentatione prouen-  
tum, vt possitis sustinere. Et Luc. 22. Ecce Satan  
expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego au-  
tem rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua.  
& in oratione Dominica petimus, & ne nos indu-  
cas in tentationem. Si afflixeris, Eccl. 2. dicitur, in do-  
lore sustine, & in humilitate patientiam habe, quoniam  
in igne probatur aurum & argentum, homines vero  
receptibiles in camino humilitationis. Si persecu-  
tus fueris, beati qui persecutionem patiuntur propter iu-  
sticiam, & sic de alijs. Plurima. n. sunt eloquia Dei  
ad roborandum animum in quibuslibet aduersis.

*Rom. 8.*

*D. Am-  
brosius.*

*Matt. 4.*

*1. Cor. 10*

*Lucæ 22*

*Eccles. 2.*

VERSUS TERTIVS.

*Superbi inique agebant vsquequaque: à lege  
autem tua non declinavi.*

**Q**Via ergo ex constantia martyrum, Tyranni  
affligebantur, & truculentius sequebantur  
in eos, ideo subdit. Superbi inique age-  
bant vsquequaque valde nimis. Quid  
est autem valde nimis inique agere,  
nisi non sat tibi esse, quod sis impius, nisi &  
pios impios feceris; hoc est enim in cathe-

*Psal. 1.*

X dra



dra pestilentie sedere, non solum patror, sed & doctor iniquitatis fieri; vt & alios verbis & exemplis ad mala prouoces. Hinc illud malorum inuitatorium, quod Sapien. 2. canebant, quasi omnes inuitantes ad mala cum dicebant. Venite & fruamur bonis, quæ sunt, & vramur creatura in iuuentute celeriter, vino pretioso & vnguento nos impleamus, & non pertranseat nos flos temporis, coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra; opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ nec veterano, circumueniamus iustum &c.

*Sapient. 2.*

Peccator comparatur leproso, qui lepram suam alta voce predicabat. Sic peccatores peccatum suum sicut Sodoma predicauerunt, nec absconderunt, vt alios erit ad suos alliciant mores. Naturale quippe est, cuiuscumque sibi similem generare, vnde peccator peccatorum gignit, hæreticus hæreticum generat: igni comparatur iniquitas, qui inter elementa maximæ actiuitatis est, omniaque inuenta comburit. Sic peccatores vbiue relinquunt iniquitatis sue signa, sermo enim eorum, vt cancer serpit, ait Paulus, errantes & in errorem inducentes. Vnde Eccle. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam (vestire ha de se libera.) Vnde Gregorius 8. moral. c. 30. dicit; Sed vti nam hypocritis sua perditio sola sufficeret: & nequaquam peruersa eorum studia ardentem alios ad vitam dupliciter instigarent, Hoc namque vniuscuiusque proprium esse solet, vt qualis ipse fuerit, tales sibi coniungi & alios velit, diuersitatemque vite fugiat, atque hoc imitandum imprimat, quod amat. Vnde & subdit Iob. Hæc enim lætitia vite eius, vt rursum de terra alij germinetur, hoc est, similes illis germinentur. Vbi diligenter aduertendum est, quod superbia est maxi-

maximam peccatorum, & hoc quadrupliciter, origine, genere, numerositate, temporis antiquitate, quia vt dicitur Eccle. 10. Initium omnis peccati est superbia. Genere, quia vt dicit glo. Gregorij, Superbia natione celestis, sublimium metris inhabitat. Numerositate, quia fere omnes superbi sunt, & omnium virtutum superbia est pariter. Nam vt statim infert gl. Sub cinere latitat, & cilicio. Temporis antiquitate, quia hoc fuit primum peccatum in diabolo, cum dixit, Isai. 14. Ascendam in celum, similis ero altissimo, & in homine cum ei suggerit diabolus Gene. 3. Eritis sicut dii. Vnde Tob. 4. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Et Num. 15. dicitur; Anima quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis ille sit, siue peregrinus, quoniam aduersus Deum rebellis fuit, peribit de populo suo. Ecce quod cum alia peccata in lege sacrificia habebant ad expiationem, sola superbia quasi maxima non habet. Hæc omnia tumultuarie selecta, sanctorum testimonijs comprobare libet. Primum Ambr. super hunc locum sic dicit. Maximum peccatum in homine superbia est: quoniam quidem inde manauit nostri origo delicti, hoc telo primum nos diabolus vulnerauit & percussit: nam nisi homo serpentis suasionem deceptus, sicut Deus esse voluisset, & verum falsumque cognoscere, penitus discernere humana fragilitas non poterat, ideoque quod sequeretur acceperat, nec temeraria usurpatione de illa paradisi felicitate decidere; nisi inquam homo suis non contentus finibus interdicta temerasset, nunquam feralis culpæ ad nos transisset hereditas; & quid de homine dicam; ipse diabolus per superbiam naturæ suæ amisit gratiam. Denique cum dicit, Ponam thronum meum super altitudinem nubium, X 2 & ero

Eccle. 10

Isa. 14.

Gen. 3.

Tom. 5.

Num. 15

D. Ambr. brosius.

& ero similis altissimo, cum consortijs cecidit Angelorum, cuius criminis digna mercede damnatus, hominem sibi paricipem requisit, in quem consortium suæ transfunderet offensæ. Quid igitur hoc peccato potest esse deterius, quod à Dei incipit iniuria? ideoque & scriptura dicit, Iacobi 4. Superbis Deus resistit, tanquam suæ contumeliæ propulsator, veluti quoddam suscipit aduersus superbiam speciale certamen: tanquam dicat; meus iste aduersarius est, qui me laceffit, mihi debetur ista congressio. Vnde Psalmista commendare volens humilitatem suam, nulla superbiorum iniquitate attentatus, ait: Superbi iniquè agebant nimis, vnde non solum iniquitatem superbiorum, sed nimiam iniquitatem declarauit, quæ euenit superbis; quorum ne aliquo tentaretur contagio, alibi dicit, Psalm. 100. Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. D. Augustinus tom. 2. ad Dioscor. epist. 59. ait: Iam nobis, de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu superbia, vitia quippe cetera in peccatis, superbia vero etiam in rectè factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. & Tom 4. De salutar. docum. ait, loquens de superbia. Ipsa est omnium peccatorum initium & finis & causa: quia non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum esse potuit, aut potest, aut poterit, sine superbia. Siquidem nihil aliud omne peccatum est nisi Dei contemptus, quo eius præcepta contempnimus, & hoc nulla res alia persuadet homini nisi superbia. Porro superbia & cupiditas in tantum est vni mali, vt neq; superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit cupidus inueniri; de superbia namque nascuntur hæreses, schismata, detractiones, inuidiæ & iræ, rixæ, dissensiones, contentiones, animosi-

*Ex sepe  
bit na-  
scuntur  
hæreses  
schisma-  
ta.*

animositates, ambitiones, electiones, præsumptiones, iactantia, verboritas, vanitas, inquietudo, mendacium, periurium, & cetera huiusmodi, quæ dinumerare per singula, longum esset. Et D. Gregor. lib. 3. mor. c. 7. super illud Iob. 40. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo, subaudi, vt ego, ait. Superbi enim ex respectu Domini confunduntur, aut hic de pietate Domini cognoscentes & damnantes crimina, aut illic supplicia de iustitia sentientes. Impiorum vero locus ipsa superbia est, quia cum scriptum sit, Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia, vnde oritur impietas, ibi continetur, quantum nec quicquid à superbia distat impietas, valde enim superbire est impia de autore sentire. Impius ergo in loco suo conteritur, quia ipsa superbia, qua eleuatur opprimitur, cumque efferendo se in cogitationibus erigit, lumen sibi iustitiæ, quod inuenire debuisset, abscondit. Sepè autem dum contra Deum falsa gloria exteriùs proficit, vera miseria cordi interius inanescit. Vnde Propheta ait, Psal. 72. Deiecisti eos dum alleuarentur, non enim ait, Deiecisti eos postquam eleuati sunt, sed dum alleuarentur; quia hoc ipsum fit superbis inerior deijci, quod eis falsa contigit gloria exteriùs eleuari, ordinante diuino iudicio, non eis hic aliud culpa est & aliud pena, sed sua illis in pœnam vertitur culpa; vt elatis factu superbiæ, hoc ipsum fit vere intus cadere, quod foris ostenditur profecisse. & alibi ait Augustinus; Alta siccantur, & ima replentur. Bernard. Superbia, siue iam existens, siue non, semper causa erit subtractæ gratiæ; Nunquid, qui humilibus dat gratiam subtrahit datam? Ergo argumentum est superbiæ, subtractio gratiæ, & Gregorius. 8. moral. cap. 30. Sicut virtus humilitatis omne vitium enervat, sic arrogantia robo-

*D. Greg.*

*Ecol. 10.*

*Psal. 72.*

*D. Aug.*

*D. Bern.*

*D. Greg.*

*ubi supr.*

rat; cogit nanque mentem iuuenescere, & contra vires valere; Quia & quod negat vigor valetudinis, amor imperat latidis. Vnde Scirpus inter lapides commoratur, hoc est, hypocrita inter terrenas laudes. Superbia certe impedit gratiam & dona Dei; dicitur enim; Tumor infusa depellit. Nam sicut humilitas non solum gratia est, sed etiam vas aliarum gratiarum. Sic superbia non solummodo est malum, sed impedimentum etiam bonorum.

*Dictum* Vnde quidam Sapiens dixit Alexandro, cum cognosceret eum superbū Deus præsto est largiri sapientiam, sed tu non habes ubi eam recipias. Conseruat etiam superbia vitia: cætera quippè vitia quando cum superbia coeunt, sunt veluti domus iuncta fortissimæ turri, quæ non de facili impugnantur, quia turris defendit eam; Difficillimè etiam

*Eccles. 3. Simile.* curatur. Eccles. 3. Synagogæ superborum non erit sanitas; Nam sicut castrum quod hostis expugnauit, defendit ne in potestate reddat eius à quo abstulit; Sic vitium superbiæ animam, quam semel

*D. Greg. ubi supr. Poeta quidam.* incolit, difficulter dimittit. Deniq; Gregorius ait, super Iob cap. 40. Evidentissimum reproborum signum est superbia, humilitas electorum: & Poeta quidam, de superbia dicit:

*Inquinat egregios adiuncta superbia mores.*  
Cuius admirabilem accipe descriptionem, ex quodam sapiente. Omnis superbus est intollerabilis, habitu superfluus, incessu pomposus, huic cervix erecta, facies torua, truces oculi, pro loco superiori decernat, & melioribus se præferri affectat, sententias suas, & facta & verba iactat, reuerentiam in obsequio non seruat. Quare hoc vitium omni cura à nobis repellendum est, quod est caput omnium vitiorum: Serpenti enim nisi contruideris caput, etiam si caudam præscindas, nihil profeceris; caput serpentis rescandum est. Vnde de anima

a anima iusti dicitur ad serpentem. Genesis 3. Ipsa conteret caput tuum. & Ecclesiast. 21. dicitur; Quasi à facie colubri fuge peccatum; Facies colubri, superbia est, quæ est caput & initium vitiorum; Ab hoc ergo maximè fugiendum est. De quo etiam potest intelligi illud Ecclesiast. 30. Non est caput nequius super caput colubri, contrito hoc capite, facile cætera extirpabis vitia. Vnde Chryso-  
*Chryso-*  
*stom.* ait, Tolle hoc vitium, ut non velint nomines apparere hominibus, & sine labore omnia vitia rescantur. Superbia est primogenitus Pharaonis, in morte cuius filij Israel liberantur; Goliath in fronte percussus, cecidit in faciem suam, & prævaluit David aduersus eum. 1. Reg. 17. Sic qui superbiæ deuicerit aduersus demone præualebit. Est quippè turris illa Babel, quæ usque ad cælum pertingere contendit, iuxta quam cætera coalescunt vitia; hac expugnata & alia etiam conditionem facient.

Sed quoniam contraria contrarijs curantur, per humilitatem extirpandum est hoc vitium, unde subdit. A lege autem tua non declinaui. Obedientia filia humilitatis est, & effectus eius, secundum illud Philip. 2. Humiliauit semetipsum Dominus noster Iesus Christus factus obediens usque ad mortem. Imo est veluti radix, vel fundamentum aliarum virtutum: nã & ait D. Bernar. Magna virtus humilitas est, sine cuius obtentu, non solū virtus non sit, sed etiam in superbiæ erumpit. & D. August. loco proximè citato ad Dioscoridē dicit; Quod sicut rethor ille (nobilissimum Demosthenem intelligit) cum interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere, Pronuntiationem dicitur respondisse, cum quæreretur quid secundò eandem pronuntiationem, quid tertio, nihil aliud quàm pronuntiationē dixisse.

*Gen. 3. Eccl. 21.*

*Idem 30*

*Chryso-*  
*stom.*

*Figura*

*1. Reg. 17.*

*Humili-*  
*tas.*

*Ad Phi-*  
*lip. 2.*

*D. Bern.*

*D. Aug.*

*Respon-*  
*ditio*  
*Demost-*  
*henis.*

dixisse. Si interrogares, & quories interrogares de  
 præceptis Christianæ religionis, nihil me aliud re-  
 spondere, nisi humilitatē, putes. Accipe pulcherri-  
 mam anthitesum sitte contra positionem inter hu-  
 milem Christum, & diabolū superbum, ex D. Au-  
 gust. loco proximè citato de Salutaribus documē-  
 tis, ait enim. Per superbiam diabolus dicit; In cælum  
 ascendam, Christus cū humilitate dicit; Humilia-  
 ra est in terra anima mea. Diabolus per superbiam  
 dicit; Ero similis altissimo: Christus per humilita-  
 tem, Cum esset in forma Dei, exinanivit semetip-  
 sum formam serui accipiēs, patri factus obediens  
 usq; ad mortem. Diabolus per superbiam dicit; Su-  
 per astra Dei exaltabo folium meum: Christus cū  
 humilitate dicit; Discite à me quia mitis sum & hu-  
 millis corde. Diabolus superbus per Pharaonem lo-  
 quitur, dicens; Nescio Dominum, & Israel non di-  
 mittam: Christus cum humilitate dicit; Si dixero  
 quia non noui eum, ero similis vobis mendax, sed  
 noui eum, & mandata eius seruo. Diabolus super-  
 bus dicit; Mea sunt flumina, & ego feci ea: Chri-  
 stus cū humilitate dicit; Non possum à me ipso fa-  
 cere quicquam, sed pater meus in me manens ipse  
 facit opera. Diabolus superbus & cupidus dicit;  
 Mea sunt omnia regna mundi, & gloriā eorū, cui  
 volo do ea: Christus cum diues efficit pro nobis fa-  
 ctus est pauper, vt eius inopia nos diuites reddere-  
 mur. Diabolus superbus & cupidus dicit; Sicut col-  
 liguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam ter-  
 ram ego congregaui, & non fuit qui moueret pē-  
 nam, & aperiret os, & ganniret. Christus cum hu-  
 militate dicit; Similis factus sum pellicano solita-  
 rio, vigilauit & factus sum sicut passer solitari-  
 us in tecto. Diabolus per superbiam dicit; Exiccaui ve-  
 stigia pedum meorum omnes riuos aggerū. Chri-  
 stus cum humilitate dicit; Nunquid non possum  
 rogare

rogare patrem meū, & exhibebit mihi plusquam  
 duodecim legiones Angelorum? & vt ad vltimum  
 concludam, Diabolus cum ruina magna per su-  
 perbiam & cupiditatem ad infernum præcipita-  
 tur, Christus cum humilitate ad cælos subleuatur.  
 Hæc Augustinus. Beatus Antonius vidit vniuer-  
 sum plenum laqueis, & exclamauit, dicens; Quis  
 effugiet hoc Domine Deus? cui Dominus respon-  
 dit; Sola humilitas Antoni.

Mat. 26

Dicitur  
 Christi  
 ad B. An-  
 tonium.

VERSUS QUARTVS.

Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domi-  
 ne, & consolatus sum.

**I**udiciorum Dei recordatio, quib. & malos pu-  
 niet, & bonos premit, maximū solatiū Dei  
 cultoribus affert, sperantes, quoniam momen-  
 tanæ hoc & leuæ tribulationis eorū, supra  
 modum in sublimitate æternū gloriæ pondus  
 in eis operabitur, & q̄ consummato præsentis vitæ  
 cursu (quæ velut vmbra præterit) & mali quibus  
 nunc aridet mundus, deprimentur, & boni quos  
 odio habet, exaltabuntur; hæc autem consolatio  
 ex his quæ in præsentī seculo cernimus incipit.  
 Iudicia quippè Dei à primò homine, vsque nunc  
 spem roborant, & quasi vmbra quandam præ-  
 bent futurorum: vbi vnicuique secundum meri-  
 ta proprius deputabitur locus in sempiternum;  
 nam licet in præsentī seculo aliquos sceleratos  
 visibiliter punierit Deus, tamen multos videmus  
 facinorosissimos homines, quibus omnia prospere  
 cedunt, omnia arident, omnia sibi ad nutum  
 eueniunt; è contra tamen plurimos virtute cla-  
 ros, iustitiæ studiosos, in vltimis miseris constitutos  
 æterni.

1. Cor. 4

cernimus, mundo exosos, ab hominibus abiectos, omniq̄ue præsentis vitæ solatio exutos; si in mentem aliquando iustis non veniret, quod & si in præsentia ita sit, in futuro tamen commutabuntur sortes (sicut Iacob moriturus, commutauit manus, ponens dexteram super minorem ex filijs Ioseph, sinistram autem super maiorem) penè mouerentur eorum pedes, penè effuderent gressus suos, zelantes super iniquos, & pacem peccatorum videntes, vt contigit Dauid. Nunc autem hæc memoria eos in officio continet, integrosq̄ue atque æquales eorum animos, tam in prosperis, quàm in aduersis facit. Vnde D. Chryost. hom. 5. de prouidentia & fato, hac subtilissima ratione vtitur, ad probandum animam esse immortalem, aliudq̄; iudicium futurum, in quo æquitas, quæ hic aliquando minimè cernitur, appareat; ait enim. Quod si transacta hac vita nullum aliud iudicium restat, sequeretur quod Deus omnium princeps iniustissimus super omnes homines esset; quod audire aures perhorrescunt. Sed probat quod tale incõueniens consequatur. Quoniam ad rectum iudicem expectat, & iustis præmia, & malis supplicia decernere. In præsentia autem sæculo, videmus diuersum accidere, nam quàm plurimos facinorosos cernas, qui loco suppliciorum delitijs maximis affluant, diuitijs voluptatibusq̄ue fruantur: è contra iustos multa mala perpeti, omniq̄ue præsentis vitæ refrigerio destitui. Ergo vel iniquissimè Deus iudicat, quod impossibile est, in eo qui norma iustitiæ, imo iustitia ipsa est, iniquitatem cadere; hoc enim esset dicere, quod ipse calor est frigidus, & ipsa albedo est nigra, quorum virtumq̄ue naturæ lumini repugnat: vel fateri debes aliud expectandum tribunal, aliudq̄ue iudicium restare, vbi hæc æqualitas fiat, & boni qui hic mercedem

non

non receperant, copiosissimam accipiant; è contra, mali qui hic non sunt puniti, æternas tunc pœnas pro suis sceleribus luant. Quare Paulus ait, Statutum est omnibus hominibus semel mori, & post hoc, iudicium. Vnde sapiens Ecclesiastes 3. hac consideratione sibi met respondens aiebat, Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo, iustum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Videntes enim quæ in hoc sæculo nequam contingunt, quomodo iusti mala recipiunt, è contra mali bona, quo quid iniustius excogitari potest? loco iustitiæ, quæ æqualitatem in rebus facit, non æqua sed inæqualia fieri. Ex his principijs, diuersa colligunt mali æ boni; Iniquus enim dicit in corde suo, Non est Deus, Psalm. 13. Alij diuinam prouidentiam ab his inferioribus auferunt, secundum quod apud Iob dicebant; Nubes latibulum eius, iuxta cardines cœli perambulant: nec nostra considerat, & Ezech. 8. dicit; Non videt nos Deus, dereliquit Dominus terram. Ecce quid colligunt mali. Iusti autem inferunt & dicunt, iustum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Vbi in Hebræo ponitur Hæloyim, quod est nomen Dei, in quantum iudex & tempus omnis rei tunc erit. Præcesserat enim in principio capitis huius, Omnia tempus habent & suis spatijs trãscunt vniuersa sub cœlo, tempus tacendi, & tempus loquendi, tempus belli, & tempus pacis. Tacuit enim & siluit in hac vita Deus, sed tunc quasi parturiens loquetur, vt dicit Isaias; cum amaritudine & ira contra impios sententiam æternæ damnationis profèrens: Tunc autem erit tempus omnis rei. Erit enim tempus iustorum, erit & malorum, & Dei & omnium creaturarum.

Primum

Gen. 49.

Psal. 72.

D. Chry  
st.

Eccles. 3

Psal. 13.

Ezech. 8

Eccles. vbi  
supra.

Isa. 42.

Primum tunc erit tempus malorum, quando stipendium pro peccatis recipient, quod est mors aeterna, secundam illud Pauli: Stipendia peccati mors. Vnde Psal. 8. Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Vbi Augustinus: Mentiti sunt ei in baptismo, vnum proficientes, & aliud facientes, renuntias? renuntio, & reddit ad quae renuntiauerat, utique quibus rebus renuntias nisi factis malis, nisi factis diabolicis, factis à Deo damnatis, furtis, rapinis, periturijs, homicidijs, adulterijs, sacrilegijs, sacris abominandis, curiositatibus? his omnibus renuntias, & rursus his inflexus superaris, facta sunt tibi posteriora peiora prioribus. Canis reuersus ad vomitum &c. Inimici ergo Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in seculis; erit tempus eorum sine tempore, desinet tempus bonorum, & incipiet aeternitas suppliciorum. Nam Angelus Apocal. 10. Iurauit quod amplius non esset futurum tempus, sed aeternitas. Erit ergo tunc tempus peccatoris; Nam tunc peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.

*Mors aeterna stipendium malorum.*  
*Rom. 6. Psal. 8.*  
*Apoc. 10.*  
*Pf. 111.*  
*Pfal. 49.*  
*Pfal. 6.*  
*D. Aug.*  
*Sapient. 6.*

Nunc non se videt peccator, nam seipsum ad tergum, alios coram se habet: Tunc autem conuerter eum Deus, ut propria conscientia cõuictus, videat se. Arguam te & statuam te contra faciem tuam. Psal. 49. Ponam te coram te, ut videas te & confundaris ex te, conuertantur & erubescant valde velociter, Psal. 6. Antea erat auersus à se, tunc autem conuertet eum iustitia diuina ad se: ut videat se & pudeat de se. Videbit ergo tunc & irascetur; Cui magis quam sibi ipsi? ait Augustinus, Contra seipsum arma conuertet, Quoniam ipsum sibi causam tanti supplicij esse videbit, Sapientie 5. Pœnitentiam agentes & prae angustia spiritus gementes &c. Quid profecit nobis superbia? & diuitiarum

tiarum iactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa &c. Ergo errauimus & sol intelligentiae non est ortus nobis &c. Dentibus suis fremet & tabescet. Ibi enim erit fletus & stridor dentium, sed lachrymae illae tabescunt, arescent, sine fructu erunt, quia serotinae sunt & intempestivae: lachrymae iustorum sunt pluuiae tempestivae & opportunae: quia suo tempore, nempe quando seminandi tempus est. Peccatorum autem importunae, quia tempore messis erunt. De bonis dicitur; Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient, cum exultatione portantes manipulos suos, sed malis dicitur; Nescio vos, quia clausa est ianua. Flebunt, sed tabescunt lachrymae, quia intempestivae & serotinae. Flebunt igitur, sed irremediabilibus lachrymis velut alter Elau, qui post datam fratri suo (quem elegerat Dominus) benedictionem, venit & non inuenit locum pœnitentiae, etiam si cum lachrymis inquisisset eam, ut dicitur Hebr. 12. Sed in caelo non audietur ultra vox fletus. Isa. 65. Quia absterget Deus omnem lachrymam &c. Desiderium peccatorum peribit, radicitus euellatur, quicquid desiderabunt non eueniet eis, quoniam non derelinquet eis radicem nec germen. Malach. 4. (atrapa rayz.) In hac vita nullus despondere animum debet, quantumuis in miserijs magis abiectus sit, quia potest ab eis releuari, ibi minime, nec radicem nec germen derelinquetur eis, hoc est, nec bona, nec spem aliquando habendi, imò nec à malis quiescendi: desiderium peccatorum peribit in tantum quod desiderabunt mortem, & non veniet, imò fugiet mors ab eis. Id pro maximo solatio elegerat Cain, quando eiectus à facie Domini tremebundus poscebat ut quicumque eum videret interficeret. Sed dictum est ei nequaquam ita erit, nec hoc tibi pro refrigerio erit, sed erit mors tua

*Pf. 125.*

*Mat. 25*

*Hebr. 12*  
*Isa. 65.*

*Malach. 4.*

*Iob 3.*  
*Apoc. 9.*  
*Gen. 4.*

*Iob 3.* tua immortalis, & dices illud Iob 3. Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt? qui expectant mortem & non venit quasi effodientes sepulchrum, sed quicumque interfecerit Cain reddet septuplum, hoc est, septem vindictas exoluet, vt 70. transferunt, id est, non vt tu existimas morieris & mortem pro remedio accipies, verum viues vsque ad septimam generationem, & conscientia tua igne torqueberis, ita vt quicumque te occiderit, aut in septima generatione, aut in septimo te liberet cruciati, non quod ipse qui occiderit Cain septem vltionibus subiiciendus sit, sed quod septem vindictas quæ in Cain tantopere cucurrerunt, soluat ac finiat interfector occidens eum qui vitæ fuerat derelictus ad pœnam, veluti si seruus inter verbera diceret Domino, quia incendi domum tuam, & vniuersam tuam substantiam dissipauit, interfice me. Dominusq; responderet, nõ vt vis morieris & finies morte supplicia, verũ longo tempore custodieris ad vitam, & iam infeliciter in hac luce versaberis, vt quicumque te occiderit beneficium præster occiso, dum de tam multis te liberet cruciatis, sic Hieronymus ad Damasc. quæst. 1. tomo 3. imò nec à se nec à suis doloribus auertere poterunt tantillum mentem, sed ibi mens fixa manebit, vt nec per momentum quiescat, in hac vita attentio auerti potest ab eo quod te contristat, tunc minimè, nec per instans, Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiã &c. Stultus Adam sub ficu delitescere voluit à facie Domini, & folijs ficus se protegere, sed ibi deprehensus est à Deo, quo auertetur, vel conuertetur peccator tuus? Si cœlum respicit, iudicem videt iratum euaginato gladio minantem; si terram, hiantem videt, vt eum deuoret, flamasque iam vomentem abyssum vt rapiat; si in orbem se verteret creaturas omnes in vltionem

tionem suam armatas circumspicit, si ad vtrunque latus demones terribilibus oculis eum aspiciẽtes, si ad se seipsum se conuertat, in seipso inuenit accusatorem, conscientiam nimirum suam, quæ eum accusat confundit conuincitque. Vnde D. Greg. 8. moral. cap. 3. ait, Quis igitur dignè penset iniquorum confusio quanta tunc erit, quando & foris æternus iudex cernitur, & intus ante oculos culpa versatur. Heu miserum & flebilem hominem, sed iam minimè miserandum nec flendum, quoniam iam præteribit tempus miserendi eius, & aduenit plectendi.

Erit etiam tempus iustorum, erit enim matutinum illud quãdo impiorum dominabuntur iusti, in iustorũ. Psal. 48. Vbi aduerte ex D. Augustino, super Psal. 48. quod iusti sunt arbores, Et erit tanquã lignum quod plantatum est secus decursus aquarũ, Psal. 1. Impij verò comparantur herba; Erat tanquam fœnum testorum. Arbores in hyeme siccantur, sed verè reuiescunt, è contra herba hyeme viret verè exsiccat. Vita præsens hiems est, futura ver, igitur in præsentia vita iusti exiccati videntur, non enim virorem & splendorem mundi huius diligunt, imò floccipendunt. Vnde sicci sine flore & folijs huius seculi apparent, at in verè futuri seculi reuiescunt, florent, fructificant, manet enim radix viuã sicut in arboribus in hyeme, hoc est charitas, quæ radix bonorum fructuum est, secundum illud Pauli: In charitate radicati & fundati. Vnde & ipse alibi ad Colossen. 3. Mortui estis, sed vita vestra abscondita est cum Christo in gloria, cum autè Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Cæterum iniqui sunt fœnum & herba, quæ hyeme viger, verè arescit, sic in hoc præsentia seculo florent, splendent, olent, fructificant, in futuro tamen, arescēt, & veterascet in inferno gloria eorum,

*D. Greg.*

*Tempus iustorũ.*

*Psal. 48.*

*Ibidem.*

*D. Aug.*

*Simile.*

*Psal. 1.*

*Pf. 128.*

*Ephes. 3.*

*Coloss. 3.*

*Coloss. 1.*

*Pfal. 48.* eorum, ut dicitur in eodem Psalmo. Vnde Luc. 16. dicitur epuloni illi qui erat in inferno: Fili recorde quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc verò hic consolatur, tu verò cruciaris. Quare cum herba sint reprobi, à morte

*Pfal. 48.* pascuntur, ut eo Psalmo dicitur; Mors depascet eos, non eradicatur herba quæ pascitur, sed iterum pullulat, ut iterum pascatur; sic reprobi in inferno pascuntur à morte, quia mors illis perpetua est, pullulant enim ut semper à morte pascantur; hoc est morientes viuunt, habet enim ex morte id quod maximè cruciat, nimirum dolores illos, quos & in anima & in corpore ex tali separatione sentiunt morituri; & illud quod maximè contristat ex vita, nempe quòd cum tot doloribus perseueret; quod si hominem moriturum diu agonizantem videmus, miseremur ei, & iam quòd cruciatus illi sine habeant appetimus; quod nam miserabilius spectaculum videri potest; quam reproborum mors, quæ semper in cruciatibus vnanimiter perseuerat, nec deinde in æternum desinet? vnde aliter interpretantur illud, mors depascet eos, nã Augustinus legit: mors pastor est eorum, nimirum quia pascit eos; hoc est, ipsa mors quæ eos cruciat ipsa pascit & sustentat, ut in illis cruciatibus in æternum viuunt; quare in inferno dicitur quòd est umbra mortis, non enim est mors, sed umbra mortis; est enim horror ille & timor & pena, quæ in morte est (ombra que a ombra) non autem est ipsa mors, quia nunquam tam horrenda vita finitur, sed ibi plurima mortis imago. Duo ibi contraria compatiuntur, scilicet, vita cum morte, & mors cum vita; est quippe ibi vita mortalis, & mors cum vita; est quippe ibi vita mortalis, & mors vitalis; heu miseram mortem, heu miseram vitam, nec quid miserabilius sit diiudico, cum vitæque & mors & vita miseranda sint...

*August.* *Umbra mortis in inferno.*

Erit

Erit etiam tunc tempus Dei secundum illud Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Ideo dies ille vocatur dies Domini; quia in illo se totum manifestabit Deus, palam enim faciet iudicia iustitiæ suæ; nunc totus misericors apparet, tunc totus iustus manifestabitur. Vnde Sap. 5. dicitur de eo. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum; hoc est, tunc armatus iustitia totus apparebit, gladium suum vibrabit, hoc est euaginato gladio iustitiæ suæ percutiet impios. In hac vita gladius iustitiæ suæ in vagina continetur misericordiæ, quare non ita percutit nos ut disperdat, veluti si quis cum gladio in vagina incluso te percutiat; non enim vsque ad internecionem gladius situs deficiet dum viuimus, quare non ad eò experimur penetrantem gladium ire suæ; tunc autem euaginabit gladium vaginamque; misericordiæ proijciet; ut tu cum congregare vis cum alio, districto gladio vaginam longe à te proijcis, quasi tunc potius impedimentum, quàm commodum prestat; sic Deus in illa die, vnde Ezech. 12. Ecce ego ad te, eijciam gladium meum de vagina sua, eijciam dicit, quasi à se remouere debeat misericordiã; nunc ipsa simul cum iustitia iudicat, ac veluti patronus noster rigorẽ illius reperat, nosque cõmunis; tunc autem iudicium sine misericordia fiet ei, qui nõ fecit misericordiã, ut dicitur Iacobi 2. & Iob 24. Obluiscatur eius misericordia, vixit vix illi, quæ Dei misericordia defert, eiusque; obliuiscitur: non obliuiscitur passerum; nõne duo passeres à se veniunt, & vnus illorum non est in obliuione apud patrem vestrum? Et ille, qui nec passeruli quidem qui dipondio venditur obliuiscitur, reproborum tamen ad misericordiam non recordabitur: erit ergo tempus Dei, quando iudicium impiorum exequetur, & statuet oues ad dexterã, hædos verò ad sinistram. Hic formã iudicij depingere poteris,

*Pfal. 74.*

*Sap. 5.*

*Simila.*

*Ezech. 12.*

*Iacobi 2.*

*Iob 24.*

*Matth. 10.*

Y

poteris,



*Pfal. 2.* poteris, seueritatemq; iudicis, atque rigorem sententia, secundum illud Psal. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo turbabit eos, ite maledicti, &c. E contra bonos blande alloquetur, benignoq; vultu respiciens, benedicet eos, & dicit: Venite benedicti, &c.

*Rom. 8.* Erit etiam tempus omnium creaturarum: nam vt dicitur Rom. 8. Expectatio creaturae reuelatione filiorum Dei expectat, vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Nunc creatura etiam peccatorum vanitati deseruit illuminando & fouendo; tunc autem viceversa suo creatori deseruiet contra peccatores, pugnabit. n. illo die pro eo orbis terrarum contra insensatos. Cum ergo dies ille erit tempus iustorum, maximo eius memoria gaudio eos afficiet, & videntes iudicia, quae in praesenti vita Deus exercet, quae tanquam praeludia sunt futurorum, erigitur eorum animus ad contemplandum futura, & gaudent, & consolantur vehementer, cum Dominus dixerit eis: Cū autem videritis haec fieri, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et illud Cant. 3. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni; iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. hoc est, iam non erit amplius, nec luctus, nec clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transferunt, surgent à miseria, & stabunt in fortitudine, & magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, vernantibus amicti floribus, perpetuum alleluia canentes, non erit amplius luctus sed laetitia sempiterna super capita eorum, gaudium & laetitiam obtinebunt, & dicent illud Isaia 14. In die illa cum requiem dederit tibi Dominus à labore

bore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum, contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cedentem populos in indignatione plaga insanabili. Haec tu poteris latius, prout Dominus dederit, ampliari.

VERSUS QVINTVS.

*Defectio tenuit me, pro peccatoribus dereliquentibus legem tuam.*

**I**N Psalterio Romano legitur: Defectio animi tenuit me. Hieronymus & alij vertunt: Horror tenuit me. Primū hoc iustos afficit taedio, quod peccatores videant floccipendere Deum, cuius iudicia seuerissima sunt, & ita in Deum procaces esse, ac si non beneficis in eis, cui omnia bona accepta deberent, sed impius ac malignus in eos extirisset: quod Dominus Hierem. 2. impropere eis dicens; Quid inuenerunt patres vestri in iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt & non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti? &c. Et post pauca, Et induxi vos in terram carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius: & ingressi cōtaminastis terram meam, hereditatem meam posuistis in abominationem. Quia iustus seueritatem iudiciorum Dei timet, horrore maximo concutitur, videns inuerecundē malos quasi nihil facere iudicē, quod prouenit tum ex affectu ad Deum, cuius honorē maximē amulatur, tum ex cōmiseratione ad ipsos peccatores, de quorum interitu vehementissimē dolet; vnde Cassiod.

*Hieromy.*

*Hiere. 2.*

*Cassiod.*

sic dicit: Hic pietas sanctæ conuersationis exponitur, vt dolore se defecisse dicat, quia peccatores legem Domini deserere videbantur; necesse est enim vt sanctum virtum alterius culpa contrister, dum animus pius saluos fieri desiderat vniuersos: vnde sancta cohors martyrum, non tantum pœnis suis quam tyrannicis torquebatur excessibus; & Diuus Augustinus ait: Plangis mortuum, magis plange viuum; an non sunt in te viscera Christianæ miserationis, vt plangas corpus, à quo recessit anima, & non plangas animā à qua recessit Deus? id in suis

*Thre. 2.* Threnis lamentabatur Hieremias cap. 2. dicens, Defecerūt prælachrymis oculi mei. & Diuus Paulus: Quis infirmatur & ego nō infirmor? quis scandalizatur & ego non vtor? & Rom. 9. Optabā ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Anathema olim dicebantur, quæ in cultū Deorum separabantur, quasi seorsum posita, & segregata à prophanis in honorem Dei. Cupiebat ergo Paulus separari à Christo, non per culpam, hoc enim nullo modo eligibile est, sed carere fruitione amici saltem ad tempus pro salute Israel. Quia & hoc in gloriā Christi cedebat, vt & Iudæi ipsi tanquā vero

*Prou. 14.* Messie deferrent honorē secundum illud Prou. 14. In multitudine populi dignitas Regis. vnde Chryso. lib. de compunctione cordis ait, ita totam eius mentem deuicit amor, vt etiam eo quod præ ceteris omnibus amabilius erat, nempe esse cū Christo, rursum id ipsum, quia ita placeret Christo, contēneret, sed & cœlorum regnū, quod videbatur laborum esse remuneratio, pro Christo nihilominus cedere pateretur. Hæc expositio placet D. Thom. licet etiam posset dici, quod anathema olim dicebatur id quod in honorem Dei totum cremabatur, sicut ciuitatem Iericho vocauit Deus anathema, quia in vltionem diuini iudicij voluit totam consummi

*August.*

*Thre. 2.*  
*1. Cor. 11*

*Rom. 9.*

*Prou. 14.*  
*Chryso-*  
*stomus.*

*Thom.*

summi & conflagrari: desiderabat ergo D. Paulus totum se flammis & morti tradere tanquam anathema, si id pro salute fratrum oportuisset fieri.

Vel etiam potest intelligi carmen istud sic: O Domine quoniam & si maxima mihi consolatio fuit iudiciorum tuorum memoria, quibus & bonis præmia & peccatoribus supplicia decernis, tamen cōsiderans malorum procacem interecundamq; audaciam, quibus te ad iracundiam quotidie prouocant, graui horrore concutitur animus meus; sed exinde ad meipsum cogitatum flectens, cum videā me ex eadem massa coagulatum, carnem labilem ad malumq; flexibilem, & pronam sicut cæteri habentem, minus mihi fidens horret animus, tremit cor, deficiuntq; omnia intima mea, ne mihi quod illis mei similibus accidat, vt & ego in peccatis prolapsus seueritatem iudiciorum tuorum incurram. Voluit noster artifex Deus fragilem nobis naturam, facilem, labentemq; permittere, ad malaq; procliuem, vt minimè nobis ipsis fidentes ab eo semper penderet animus, à quo & velle & perficere & facultatem & opus habemus, nunquā securi sed semper pauidi ageremus vitam; nā beatus homo qui semper est pauidus, vt adimpleremus illud Pauli: Cum timore & tremore vestram salutē operamini. & Iob 9. Verebar omnia opera mea, sciens qd non parceres delinquenti. & illud Eccl. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu. & vt in alijs decidentibus meam agnoscerem ad malum procliuem naturā: sicut enim in alijs hominibus quos obire diē video, meam mortalem cognosco naturā; sic in alijs in peccatis labentibus eandē ad malum pronā fateri cogor: vnde quidā ex Eremitis quotiēs aliquem in peccatū prolapsū audiebat, fiebat vberissime, clamās & dicens, ille hodie & ego cras. & Iob 5. nos admonet dicēs: Visitans speciem tuam

*Prou. 14.*  
*Philip. 2.*  
*Iob 9.*  
*Eccl. 5.*

*Fletus*  
*cuiusdā*  
*S. Eremitæ.*  
*Iob 5.*

tuam non peccabis, hoc est, vidisti aliquē propter fragilitatem naturæ in peccatum aliquod incidisse, teipsum ergo in illo met peccatore fingito, speciemq; tuam atq; conditionem propriam & naturam in illo attento animo cōtemplare, inueniesq; naturam tuam in illo peccasse, quippe quæ defectibilis est, & cum eandem in teipso videas, pauens ac tremens Dominum semper deprecari cogaris, quatenus naturam miseratus fragilem cōtinuum suppeditet auxilium, ne eadem natura in te similiter deficiat sicut in alio. Plange ergo teipsum in alio peccatore, quem vidisti labentem, cum naturam quam geris, in alio videris deficientem, & pauidus atque humilis cum nostro Propheta clama & dic: Defectio animi tenuit me pro peccatoribus dereliquentibus legē tuam: quia in illis meipsum peccatis obnoxium atque procliuem considero.

VERSVS SEXTVS.

*Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.*

Comicus

**O**Mnium rerū vicissitudo est, ait Comicus, quod & ipsi iusti in hac vita experimento probant, nunc tēdio afficiuntur, nunc gaudio, nunc iterū tristitia premit, nūc rediens gaudiū lætificat, atq; tali vicissitudine vita præsens transigitur. Memoria iudiciorū Dei lætum reddiderat animū iusti, sed prauorum audacia proprięq; fragilitatis timor horrorē ac tēdiū incusserat, nunc denuo lætitia erigitur iustificationum Dei recordatione, quæ cum pulcherrimo procedant ordine, quasi quædā ordinata musica animæ aures voluptate afficiunt.

Quare

Quare Diuus Augustinus vult, quod præcedens eam men respondeat dimidio, quod ipsum præcessit, & hoc præsens alio dimidio, nimirum eo quod dixerat: Memor fui iudiciorum tuorum, respondit illud, Defectio tenuit me &c. Sed illi sententiæ, & consolatus sum, arridet hoc carmen præsens cum dicit: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. Burgenfis hoc ordine procedit ex memoria iudiciorum Dei, quibus impijs supplicia inferit, consolatio iustus oritur, nam lætabitur iustus cum viderit vindictam. Ne autem oriretur suspicio, quod illi, qui de vindicta malorum gaudebat, etiam ipsa peccata placerent, subdit tēdium & horrorem quem ipsi peccatores sibi incutiebant; sed rursus memor iudiciorum Dei, quibus in alio sæculo in eos vindictam exercet, tēdio abiecto delectatur. Vnde sensus huius versus est secundum Burgensem, licet de culpa delinquentium doleam, gaudeo tamen in loco peregrinationis meæ, idest, in hoc sæculo, considerans iustificationes tuas in alia vita, & ideo cantabiles mihi sunt, idest delectabiles.

Sed quoniam alij interpretes volunt hic innuere prophetam esse delectatione persusum maxima, ex hoc quod corde & ore iustitias Dei canebat, veluti carmina cantari solent (vnde Hieron. vertit, carmina mihi erant iustificationes tuæ) aduertendum est ex D. August. lib. 2. de ordine contra Academicos tom. 1. r. 14. quod ipsa ratio hominis musicam & carmina adinuenit, voluit enim (ait) seipsam ad rerum diuinarum contemplationem rapere, sed ne de alto caderet quæsiuit gradus, atque ipsa sibi viam per suas possessiones ordinemque molita est; desiderabat enim pulchritudinem, quam ne sola & simplex posset sine istius oculis intueri, impeditur a sensibus, itaque

August.

Burgenfis.

Psal. 57.

Burgenfis.

Hieron.

August.

in eos ipsos paululum aciem torfit, qui veritatem se se habere couantes, festinantem ad alia pergere importuno strepitu reuocabant; & primò ab auribus cepit, & intellexit nihil aliud ad aurium iudicium pertinere quàm sonum, vbi delectatione pulchritudinemq; sonis tribuit, sonis inquam ordinatis, nam subdit, videbant hanc materiã scilicet sonum, que sunt arte, esse vilissimã, nisi certa dimensione temporum & acuminis grauitatisq; moderata varietate soni figurarentur, & lib. 1. de musica. c. 5. ait, quòd sensus musice inest à natura; vnde fieri inquit putas, vt imperita multitudo explodat sæpè tibicinem nugatorios sonos afferentem, rursusq; que plaudat bene canenti, & prorsus quanto suauitùs canitur, tanto amplius & studiosius moueatur? nunquid nam id à vulgo per artem credendum est musice fieri? non: quid igitur in natura id fieri puto, quam omnibus dedit sensum audiendi quo ista dijudicantur, musica tamẽ colligantiam habet cum intelligentia & ratione (ait ibi Augustinus) nam sonos etiam ipsa bellua carpit, ordinẽ tamen vocum consonantiamq; ex illis resulantẽ, solus animus rationis & ordinis capax percipit: quare vt author est Arist. 2. Polit. & Boetius in prologo musica, per diuersas melodias sonorum animarum hominum diuersimodè disponuntur. Vnde idem Diuus pater Augustinus libro 20. confess. cap. 33. ait omnes affectus spiritus nostri pro suauit diuersitate habere proprios modos in voce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitentur; nam præmiserat quòd ipsis sacris cantibus religiosus & ardentius mouebatur animus suus in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur; quare sonoros cantus in Ecclesia approbat atque laudat, vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum

*Idē lib. 1.  
de musica.  
cap. 5.*

*Arist. 2.  
Polit.  
Boetius  
August.*

etiam pietatis assurgat: vnde cap. 6. dixerat; Quantum fleui in hymnis & canticis tuis suauẽ sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus, acriter voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas in cor meum, & ex ea aestuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. & cap. 7. ait. Tunc hymni & psalms vt canerentur secũdum morem Orientalium partium, ne populus meroris tædio contabesceret, institutum est. Ex quibus omnibus colligendum est, & ad mœrores subleuandos, & ad animos erigendos mirisq;ue modis mouendos, musicam cantusq;ue cõducere maximè. vnde vt legitur. 1. Reg. 16. cum spiritus malus exagitabat Saulem (qui absque dubio humor melancholicus mœrorem maximum atque pauorem ingerens erat) psallebat David manu sua, & leuius habebat. Dilatat enim animus musica, quæ dilatio lætitiã generat mœrore contrariam. Verum est quòd in rebus diuinis sic cantibus attendendum est, vt ne omnino animus post sensus taliter rapiatur, vt à diuinis deflectatur, potiusq;ue cantus quam id quod canitur attendat: quod Diuus August. loco supra citato, cap. 33. confess. vituperat, & veluti culpam detestando confitetur, dicens. Tamen cum mihi accidit vt me amplius cantus quam res quæ canitur moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc malle non audire cantantem. Quinimo non solum hominum animos musica allicit, verum etiam insensibilia mouet. Nam Solinus libro de mirabilibus mundi dicit, quòd in Aleſſa regione est fons quietus, qui semper scaturiens intra aluei sui ripas continetur; at verò ad sonitum tibie vel citharæ intumescit supra alueum, ripasq;ue & terram omnem implet, quid mirum si deuota anima spiritualibus canticis, hoc est, Ecclesiæ hymnis

*1. Reg. 16.*

*August.*

hymnis ac carnibus quæ canit allecta, extra se in cœlestem Angelorum melodiam rapiatur, quæ prius in seipsa tantum contenta quiescebat? Dicit ergo egregius psaltes noster. Cantabiles mihi erant, &c. hoc contra merorem medicamine vtebar, hoc tædium expellebam & horrorem, cum tanquam carmina ad sonum citharæ & organi iustificaciones tuas summa voluptate canebā. Vita præsens iter est, ad cuius releuandas grauedines velut carmina, tuas iustitias concinebam; alii bona, alij impudica, alij prophana cantica canunt, ego tamen iustificaciones tuas in Psalterio decem cordarum canebam, carmina mea iustitiarum, de quo & in proemio non nihil præfati sumus, vide D. Thom. 2. 2. q. 9 l. artic. 1. & 2.

Thom.

Et cerè spes Christiana, de qua in hoc octonario fit mentio, hæc spiritus dilatatione & lætitiā efficit; nā si spes lucri temporalis lætificat homines, multo fortius spes Christiana, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis, quæ in Dei visione sita est, vnde Psalm. Memor fui Dei & delectatus sum, & ideo læti gratias agunt Deo, qui ipsos iustificauit, & in spe constituit, Psalm. Labijs exultationis laudabit meū, quare hæc exterior laudū decantatio, inter alia, adiuuenta est, vt ore cordis pariter & corporis gratias summo redderemus auctori pro tot in nobis mirificis collatis donis. vnde Isai. 63. Miserationū Domini recordabor, laudem Domini, super omnibus quæ reddidit nobis Dñs. Nā licet Deus in se ipso mente cōceptus maior sit omni laude, de quo dicitur, Quantū potes tantū plaude, quia maior omni laude, nec laudare sufficis,

Ecc. 43.

Aristot.

Psalm. 64.

& Ecc. 43. Exaltate eū quantū potestis, superualet adhuc, imo & Arist. i. Ethic. dicit q̄ optimorum non est laus, sed maius aliquid & melius. Et Psalm. 64. Te decet hymnus, secundum Hebræos, & Hieron.

Hieron. legitur, Tibi silet laus Deus in Sion, & si inquā in se ipso Deus maior sit omni laude, propter eius infinitam excellentiam; tñ si eū in suis effectibus consideremus, qui in nostrā vtilitatē ordinantur, summas ei laudes sine cessatōe cantare debemus; nam vt ait D. August. sicut nullū est nec minimum quidē momentum, aut instans, in quo non aliquod beneficium ex eius nobis liberalitate pueniat, ita nulla debet præteriri hora, quin ei ab accepta beneficia regratiare debeamus: vnde Paulus. In omnibus gratias agentes Deo & Diuus Bernardus ad hoc propositum hoc carmen exponit dicens; quoties tentatio superatur, aut vitium subiugatur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus insidiantis depræhenditur, aut vitiosa, aut inueterata quæcumq̄ animæ passio semel perfecteque sanatur, aut multum cupita & petita virtus, tandem aliquando Dei munere obtinetur, totiens iuxta Psalmistam perfonet gratiarum actio, & vox laudis, & ad singula quæque beneficia benedicatur Deus in donis suis, alioquin ingratus reputabitur cum diuerso aduenerit, qui non poterit Deo dicere: Cantabiles mihi erant iustificaciones tuæ, &c.

August.

Ephe. 5.

Bernar.

Secundò confert maximè ad memorię tenacitatē, fixius quippe hærent memorię quæ alta voce cantatur, vnde Diuus Ambrosius hic ait. Quæ enim bene memoriā tenemus, cantare consueuimus; & quæ melius cantantur, melius nostris adhærent sensibus. Dicit ergo, Cantabiles mihi erāt &c. Quia nō perfuntoriè transire debemus, quando legimus, vt tunc tantum, cum legerimus ea, in memoriā eorum redire videamur; sed et cum abest codex manibus, non tanquam animalia quæ probantur immunda in lege, sed tanquam animalia munda, quæ etiam canendo pascuntur, quæ ruminare

Ambros.

ruminare consueverunt, ex semetipsis alimenta sibi recōdita proferentes, & ita nos de nostræ memoriæ thesauro de interioribus nostris ruminandi nobis pabulū spirituale promamus nobis hymni, nobis cantica, nobis Psalms, nobis iustificationes Dei sint; psallamus spiritu, psallamus & mēte; ne si oblitri fuerimus tempore necessitatis dicatur vnicuiq;: Abiecisti sermones meos retrorsum. Et ideo vt expelleret & dimoueret oblivionem à domo sancta sua, cantores sibi fecit verus Salomon, qui toto spiritu conquirendæ cognitionis diuinitatis intēderent; ex quibus apparet, id quod hic dicitur; Cantabiles mihi erant, idem esse, ac dicere, memoriter retinebam iustificationes tuas. Hæc *August.* Ambros. Imò D. August. loco proxime citato de ordine dicit. Ideo poetas finxisse musas esse Iouis & memoriæ filias, vnde ista disciplina sensus intellectusque particeps musicæ nomen inuenit.

Conducit tercio ad retinendum animū in officio, ne per multa distractus nō quiescat. Vnde Dominus Isa. 48. Laude mea infrenabo te, ne intereas, veluti freno quodā continetur animus in Dei laudibus, ne per inania diuagatus intereat, & Cant. Sicut vitta coccinea labia tua sponsa. nam sicuti vitta colligit superfluentes capillos atque coarctat, ne huc illuc à vento circumferantur: sic labia Ecclesiæ, quibus laudes decantantur Deo, animā colligūt ne diuersis agiteretur curis: sed in eo quod canit tota eius attentio & acies dirigatur, sed quā pro beneficio redēptionis cuius pretium sanguis Christi fuit, præcipuè laudes canit Deo Ecclesia, ideo vitæ coccinæ siue purpureæ comparantur eius labia, quæ nimirū sanguinē agni labunt, ruminant atq; sugūt laudando. Colligūt ergo cogitatus cantus diuinorumque laudes; vnde D. Bern. quotiescunq; chorū ingrediebatur, curas oēs ad ostium

ostium remittebat dicens, hic me expectate estraneæ alieneq; curæ, vt in Dei laudibus solus absq; vobis sim, & D. Aug. in prologo super Psal. ait. Laudari à te vult Deus, vt per hoc tu proficias, non vt ille sublimetur, non à te amat quā illū augeat, sed quā te ad illū perducatur. Imò vt veteres historiū nobis tradunt, Agamemnon iturus ad bellū Troianū Doriacam musicū Clitemnestræ vxori reliquit, qui suis modulationibus eā in pudicitiam contineret, nec prius ab Egisto vitiari potuit, quā impius musicū interimeret. Deniq; Angelorum beatorumq; omnium continuum exercitiū est laudes incessanter decantare Deo dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. & Psal. 121. dicitur. Illuc enim ascenderunt tribus Domini testimonium Israel ad confitendum nomini Domini; hoc est ad laudes concinendas Deo, & Tob. 13. loquens de illa celesti Hierusalem, quæ sursum est mater nostra ait. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per vicos eius Alleluia cantabitur. Hoc est laudes Deo modulatis vocibus per vicos & plateas eius decantabuntur. Quid autem felicius huic militanti Hierusalem continere potest, quā illius triumphātis imitricē esse, quodq; illa incessanter facit, statutis temporibus ipsam reddere, ac dicere, cum regio psalte, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ? hoc est in hoc exilio; nam Apost. nō vult nos in domo Dei aduenas esse, atq; peregrinos, sed ciues sanctorū & domesticos Dei: qui enim domesticus est Dei & conciuis beatorum, exul est in mūdo; qui conuersatur in celestibus, peregrinus est in terris: qui ergo hic cantat iustificationes Dei, in loco peregrinationis debet esse, qui. n. cantat vacuus est & diuersarū cogitationū curas abijcit, sequestrat auaritiā, nō solū corporis voce

*August.*  
*in prol.*  
*psal.*

*Historia*  
*Agamem-*  
*nonis*

*Psal. 121.*

*Tob. 13.*

*psal. 118.*  
*Ephes. 2.*

voce sed etiā mentis viuaciter se mulcet: non enim tanquam mēstus inopiā solitudine, sed tanquam liber ab omnibus affectibus corporalium passionū debet esse. Sic enim alibi cantabat dicens Psal. 70. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quam redemisti.

*D. Greg.* Diuus Greg. hom. 22. super Ezech. sic explicat hunc versum dicens, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco incolatus mei; Iustificationes Dei dicimus præcepta diuina, quæ nos iustos faciunt si impleantur: quæ tunc nobis in loco incolatus nostri cantabiles fiunt, quando in hac peregrinatione vitæ præsentis ipsa eadem mandata diligimus, & ex de fiderio implemus.

VERSUS SEPTIMVS.

*Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.*

*Ps. 118.*

**N**on solum dies sed etiam noctes in Dei laudibus expendi debent, vt infra dicit. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ, & ideo in hoc versu dicit, quod etiam in nocte memor erat nominis Dei eius que iustitiæ; sed quia orationes & gratiarum actiones debet sancta comitari operatio, infert, & custodiui legem tuam; illa quippe accepta erit vox laudis, quam manus recti sublequitur operis; aliàs factus erit velut æs sonans, aut cymbalum tinniens, vt dicitur. 2. Cor. 13.

*2. Cor. 13  
Augu. f.*

Sed aduerte quod D. August. in præsentī loco per noctem intelligit tempus aduersitatis, sicuti per diē intelligi solet prosperitas; sicut enim dies natu-

naturalis nocte & die cōstituitur, sic vita præsens, quæ breuissimus dies est, nocte & die, luce & tenebris, prosperis & aduersis, constat. Gen. 1. Factum est vespere & mane dies vnus. prius nominatur vespere, quia aduersitas præcedit prosperitatem; primam vocem plorantes emittimus, vt de seipso ait Salomon, Primam vocem similem omnibus emisi plorans. Et alibi. Gloriam præcedit humilitas: hoc est lætitiā antecedit tristitia: iustus ergo æquanimitatem in vtroque seruare debet, & tam in prosperis, quam in aduersis, Deo pro omnibus gratias referre. vnde D. Ambros. hic ait. Non est magnum si tunc nominis Dei sis memor, & Domino gratias agas, quādo es in prosperis & secundis; sed si tunc adhæres Christo, quādo persecutor te exagitat, quādo aliqua procella perturbat: amissisti filium? in illo dolore, in illa nocte, in illa destitutione, memento Domini Dei tui, ne quasi nō exauditus, ingratus sis, & in tua præuariceris erumna: pulsus es in exilium? memento Domini Dei tui, ne patriæ interdictæ tibi charitatem Deo præferas; Alicuius diuitis oppressus es potētia? amissisti proprias facultates? indiges sumptu? memento Domini Dei tui, ne nox te egestatis abducat à deuotionis effectu, hoc est enim mandatum legis vt in nocte magis queras, quādo magis exaudiaris à Domino, & possis dicere, In tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine; sic ergo in nocte memor est nominis Dei, qui in aduersitate Deo gratias agit, Deum laudat: hæc Ambros. Vn de illud Iob 35. Qui dedit carmina in nocte, hoc est, qui docet laudes canere Deo in tribulatione: in Evangelio enim hoc docetur, quippe quod liber est ille, quem vidit Ezech. 2. in quo erant scriptæ lamentationes & carmen, hoc est tribulationes & laudes: instruimur enim in Evangelio in tribulationi.

*Genes. 1.*

*Sapient. 7*

*Prou. 15*

*Iob 35.*

*Ezech. 2.*

tionibus laudare Deum. Vnde & Psal. 41. dicitur.  
*Psal. 41.* In die mandauit Dominus misericordiam suam,  
 & nocte canticum eius. Hoc est in die prosperita-  
 tis misericordiam Domini prædica, in nocte ad-  
 uersitatis ei laudes decantare non pigeat. Vnde &  
 subdit: Apud me oratio Deo vitæ meæ, idest ad  
 manum orationem habeo præparatam, vt cum  
 in aduersis me sensero pronotatum, ad ipsum per  
 orationem quasi ad tutissimum portum accurrã,  
 quem vt vitæ meæ authorem & conseruatorem  
*Iacob. 5.* colo. Quare Iacobi. 5. dicitur. Tristatur aliquis in-  
 ter vos? oret. Aequo animo est? psallat; hoc est, ad-  
 uersis opprimeris? ora. tibi prospera ardent? psal-  
 le, æquo animo in vtramque sis partem oportet;  
*Ps. 138.* tunc enim adimplebitur in te illud Psal. 138.  
 Nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius;  
 ita & lumen eius. Nox illuminatur sicut dies, quan-  
 do aduersa tanquam Dei beneficia recipimus: &  
*Iob 1.* pro eis gratias ipsi summas referimus; sicut Iob  
 post tot flagella carmina cantabat in nocte, & di-  
 cebat: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Do-  
 mino placuit, ita factum est, sit nomen Domini  
 benedictum. Est autem lumen sicut & tenebræ;  
*Deu. 25* quando æquo animo in aduersis & prosperis te-  
 geris; ideo enim præcipiebatur olim in lege, ne ha-  
 beres diuersa pondera in domo tua, sed vnum si-  
*Prou. 20* dele pro omnibus, hoc est ne alio pondere æstima-  
 res aduersa, alio prospera, sed æqualis & rectus in  
 vtramque partem confisteres; nam pondus & pon-  
 dus, mensura & mensura abominabilis est apud  
 Deum; eodem pondere vtrumque æstima, quia  
 ab eodem Domino vtraque proueniunt; quod cõ-  
*Vbi su-* siderans Iob aiebat, Si bona suscepimus de manu  
*præ Iob.* Domini, mala autem quare non sustineamus? ecce  
 equabilitatē pöderis in vtroque. Nam qui in pro-  
 speris benedicit Deum, & in aduersis ipsum de-  
 relinquit,

relinquit, iam diuerso pondere vtraque æstimat,  
 abominabilis erit apud Deum, in quo & iactabitur  
 illud Psal. 28. Cõfitebitur tibi cum benefeceris ei. & *Psal. 48.*  
 illud Prou. Est amicus socius mensæ, & in tẽpore *Eccles. 6.*  
 tribulationis recedit, sed debet esse verus Dei cul- *Iud. 3.*  
 tor, velut alter Ator ambidexter, qui vtraque manu *1. Mac. 6*  
 pro dextra vtebatur, & velut alter Eleazarus à dex-  
 tris & sinistris inimicos feriẽs, secundum illud Paul.  
 ad Cor. 10. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.  
 idest, æquus in prosperis & aduersis. Vnde Greg. *Greg. li.*  
 lib. 11. mor. super illud c. 39. Iob. Exultat audacter, *3 1. mor.*  
 in occursum pergit armatis, ait. Exultat audacter, *c. 14. in*  
 quia sic aduersis non frangitur, sicut neque; prospe- *princip.*  
 ris eleuat; aduersa namque non deficiunt que prospe-  
 ra nulla corrumpunt; ne ergo prematur aduersis,  
 habet vim fortitudinis; ne eleuetur prosperis, ha-  
 bet pondus insuper infidentis; & statim. Irata deij-  
 ciunt quos blanda sustollunt. & Aug. Psal. 83. ait. *August.*  
 Aduersitas nulla confringit, quem felicitas non *Psal. 83.*  
 corrumpit, qui se habet æquanimiter ad vtrum-  
 que, integer & illæsus per vtraque transilit.

Intelligit etiam Diuus Augustinus per no-  
 ctem, præsens sæculum, quod tenebris peccato-  
 rum & errorum circumfulsum est, quapropter  
 comparatur Aegypto, qui tenebræ interpretat-  
 us dicitur, In mundo ergo tenebris obfuscato ius-  
 tus luce diuina circumfulsus vidit & memor est  
 Dei. Vnde cum Aegypti tenebris opprimeren-  
 tur, filij Israel splendidissima fruebantur luce, vt  
 dicitur Sapien. 17. & 18. Solis autem illis super *Sapien. 17*  
 posita erat grauis nox, sanctis autem tuis maxi- *18.*  
 ma erat lux, hoc enim lucem in tenebris luce-  
 re Ioan. 1. iustos inter iniquos sanctè & religiosè *Ioan. 1.*  
 viuere, vt de iusto Loth dicitur. 2. Petr. 2. Quod *2. Pet. 2.*  
 aspectu & auditu iustus erat, habitans apud eos  
 qui de die in diem animam iusti iniquis operibus



cruciabant. & Psalm. 62. In terra deserta intua & Psal. 62. inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Vide Gregor. Greg. in super 1. cap. Job in priora verba. Erat vir in terra 1. c. Job. Hus nomine Iob &c.

(Et custodiui legem tuam) nimirum quia memor fui nominis tui, nam in nomine Domini, hoc est in virtute eius, lex Dei custodiri potest, quoniam sine eius gratia impossibile est totam adimplere legem, ut ipse dicit. Sine me nihil potestis facere. ipse enim dat velle & perficere pro bona voluntate sua, & in nomine eius debemus virtutes multas facere, & in nomine eius etiam demonia nobis subijciuntur; nam non est aliud nomen relictum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri preter nomen Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus vita & resurrectio nostra, per quem saluati & liberati sumus. Igitur per virtutem eius legem Dei custodimus, quare Augustinus frequenter postulat dicens, Domine da quod iubes, & iube quod vis.

VERSVS OCTAVVS.

Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

**M**ulta referre potest pronomen, hæc, nam referre poterit legem, hoc est, ipsa lex contingit mihi, quia tuas iustitias exquisiui. Illis enim contingit assequi legem Dei, qui in toto corde præcepta eius exquirunt, licet hoc Græcæ linguæ peritis non placeat, eo quod in Græco lex est masculinum, pronomen autem femininum, aliàs solecismus committeretur. Vnde D. Hieron. in genere **neu**

Hierony.

110

tro trāsferret, quo caret Hebræa lingua, & ideo multoties ab illa femininum pro neutro usurparur, ut sensus sit, hoc factum est mihi, vel hæc quæ retuli contigerunt mihi, quia iustificationes tuas exquisiui. & alibi dicitur: Vnam petij à Domino, loco huius, vnum petij à Domino. Vel rursus potest referre, vel demonstrare, id quod præcedenti carmine dixerat, Memor fui nocte nominis tui Domine, & infert, hæc nox facta est mihi, id est dicere, tribulationes & aduersitates mihi euenerunt pro eo quod iustificationes tuas exquisiui, quod certè verissimū est; nam ut dicitur. 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. & Eccles. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animā tuā ad tentationem. vnde & Christus Dominus statim post baptismum tentationis pericula subiit; nam & diabolus ferocius sæuit contra iustos, nimirum cuius cibis electus est, & veluti cupidus pyræ onustas naues rapere quærit non vacuas; quare Isa. 59. dicit: Qui recessit à malo prædæ patuit. Seueriores facti sunt Aegyptij contra filios Israel postquam audierunt eos velle sacrificare Domino. Statim ut Maria Magdalena ad meliorem frugem conuersa est, omnes aduersus eam murmurare ceperunt, Phariseus, discipuli, ipsa soror eius Martha: vnde Rabbanus in quadam Epistola sic ait: Mundus aduersus desertores suos fortius pugnat, & egredientes vitæ secularis illæcebras, grauior concursus expectat: nam & in exitu Israel de Aegypto pro Pharaone vehementius scanduit: & sathanas egrediens ab homine, quem ab infantia tenuerat, ipsum grauius in egressu decerpuit: & Deus etiam id permittit suis, quia cupit amicos igne tribulationis & aduersitatis examinatos & probatos habere, vnde Angelus ad Tobiam capit. 12. Tob. 12.

2. Tim.

3.

Eccles. 2.

Abac. 1.

Simile.

Isa. 59.

Exod. 5.

Luce 10

Rabban.

Z 2 dicit,

*Sapient. 3* dicit, Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt  
*Iob 1.* tentatio probaret te. & Sap. 3. dicitur, Tanquam  
 aurum in fornace probabit illos, vt omni expur-  
 gata arguine stannum ab auro secerneretur, pu-  
 riores que iusti absque vlla extranea admixtione  
 inuenirentur: idè quippè & Iob tentari ab aduer-  
 sario permisit, vt de probato & examinato amico  
 contra aduersarium quasi se iactaret Dominus  
 dicens, Nunquid considerasti feruum meum Iob,  
 quod non sit ei similis super terram? tu autem  
 commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum  
 frustra, idem in Abraham cõtigit, & in q̃ plurimis  
 amicis Dei. ¶ Mihi tamen cum Dño Caietan. qui  
*Quieta-*  
*mus.* in principio huius octonarij ita videtur sentire,  
 alia relatio huius pronominis se offert, quæ præ-  
 senti maxime proposito congruit, nimirum vt re-  
 ferat & demonstret spem, de qua in presenti octo-  
 nario fit mentio: hæc videlicet spes facta est mihi,  
 quia iustificationes tuas exquisiui, non inaniter  
 nec debili suffulens auxilio, tã arduã rē, qualis est  
 tuæ celsitudinis quieta possessio expecto, sed eo  
 quem tu statuiisti ordine spero, nepe mandata tua  
 per fidẽ & amorẽ exequẽdo, q̃ per nominis tui gra-  
*Præsum-*  
*ptio.* tiã atque virtutẽ adimplere possum. Præsumptio  
 vitium est virtuti spei oppositum per excessum, quẽ  
 admodum desperatio per defectum ex parte sub-  
 iecti sperantis, vt Theologi docent, nempè cum  
 quis sperat consequi beatitudinem absq; meritis  
 & gratia, vt cum quis vitijs irretitus est plurimis,  
 nec ab eis cessare intendit, & tã nihilominus spe-  
 rat beatitudinem; adeo. n. superbia intumescit ani-  
 mus eius, vt credat se tantæ molis esse, vt quantũ-  
 nis peccator sit, nec damnari, nec excludi à regno  
 Dei debeat: iustus autem non in hoc prolabitur  
 extremum, sed iustitias Dei exequendo, sperat per  
 gratiam Dei se posse consequi felicem fore: nam  
 vt

*Rom. 5.* ait Paulus, Patientia probationem ope-  
 ratur, probatio verò spem, spes autem non con-  
 fundit, idest, non pudefacit, nimirum illa quæ  
 suis bonis operibus quatenus ex gratia Dei pro-  
 cedunt confidit: principaliter ergo gratiæ & me-  
 ritis Christi fidit iustus, secundario autem suis ope-  
 ribus quatenus gratia informata sunt: nam Scri-  
 ptura diuina spei quæ de Deo habenda est addit  
 opera nostra. Psal. 4. Sacrificate sacrificium iusti-  
 tiæ, & sperate in Domino, Spera in Domino, &  
 fac bonitatem: imò qui solum sperant in Deo  
 absque illo opere bono, in scriptura repræhen-  
 sos legimus. Hiere. 7. Nolite confidere in verbis  
*Psal. 4.*  
*Psal. 34.* mendatij dicentes, templum Domini, templum  
 Domini est. Impiorum autem spes, quæ talibus  
 non innitur fundamentis vana est, & præsum-  
 ptio spiritus. Alij sunt præterea, qui cum totam  
 vitam suis cupiditatibus inservientes transigant,  
 nimia inscitia, ne dicam arrogancia excæcati, spe-  
 rant nihilominus impauidi se saluos fore: q̃ si ab  
 eis scisciteris quibus nã sanctis operibus fulcian-  
 tur, vel cui rei tanta spes innitur eorũ, respon-  
 debunt intrepidi se de Dei maxima misericordiã  
 confidere, qui latronem in cruce vno momento  
 saluum fecit, cum totam vitam in furtis & alie-  
 narum rerum rapinis expenderit, O insanam  
 hominum mente corruptorum impudentiam,  
 qui ea q̃ summa & specialia Dei misericordiæ pri-  
 uilegia sũt, sibi absq; vllis meritis arrogare audeãt,  
 atq; id qd̃ priuilegiũ & illud specialissimũ sit, in  
 vniuersalem legẽ extendere præsumant. Tanquã  
 si lex omnibus statuta foret, vt quantumuis sce-  
 leratus fueris, totamq; vitam in peccatis expen-  
 dis, tamen in hora obitus tui Deus misericordiam  
 suam tecum ostendet, sicut fecit cum latrone in  
 cruce. Si hoc ita verũ esset, quis periret? ad qd̃ gehẽ-

*Simile.*

na & infernus? ad quid parata est ab heri Tophet? attende obsecro homo audacissime. Solent hi qui pingendi arte celebres & strenui sunt, graphicè summâq; diligentia imaginem aliquâ depingere, in qua summâ suę sapientię industriam aperiunt, eamq; ad ostentationem suę artis pro foribus suspensam habent, vt qui viderint intelligant quam metam deliniandi figuras tanti artificis sapientia attigerit; sed si ab eo petieris, vt tibi, vel alij iusto pretio vendat, respondebit utiq; minime id facturum, quoniam illa pictura ad ostensionem suę artis deliniata est, non vt venunderetur alijs. Intus in officina mea inuenies (inquit) alias quàm plurimas optimo artificio depictas, has eme, hanc quę ad memoriã meã industric depinxit, relinque. Sic nimirum Deus Optimus maximus, vt ostenderet magnitudinem ac diuitias misericordię suę, atq; ad quantam celsitudinem ascendere valeat, quãdam singularissimę pietatis opera edidit, ad eò excellã & insolita, vt excellẽtia singulari inter omnes alias effulgeant; sed tamen talia opera ad ostentationem potiùs suę artis miserendi, quàm ad hoc vt omnibus communia & venalia essent ædita sunt, & hæc pro foribus suę Ecclesię præfixit; à principio certè quando fundamenta iacere cęperat, valuas eleuare incepisset, à peccatrice extemplo septem eiecit dæmonia, in momentoq; temporis ex læbere phiala facta est, Mathæum ex publicano in Apostolum & Euangelistam suum euexit, Paulus in ictu oculi ex persecutore effectus est vas electiõnis; aliosq; quàm paucissimos inuenies tali ac tanto priuilegio potitos; hæc enim non omnibus peruia sunt, alia pro alijs remedia supersunt, nempe opportunè pœnitere, præterita plangere, plangenda iterum non committere, bonis operibus semper incũbere, hæc si faciat saluus erit. Alia quę

quę pro sui gloria efficit Christus, vt ostenderet quam excellã metam sua pertingeret pietas, illis numeratis relinq; , vel alijs quàm rarissimis certè. Vnde ipse idem Apost. Paul. r. ad Tim. r. hoc idem *1. Tim. 5* de seipso his manifestat verbis dicens. Venit Christus Iesus peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum, sed ideo misericordiam cõsequutus sum, vt in me primo ostenderet. Christus Iesus omnem patientiam ad informationẽ eorum, qui credituri sunt in vitam eternam. ad informationem ait, hoc est vt ostenderet formam & exemplar suę pietissimę misericordię, de qua nullus quantumuis peccator dum viuut diffidere debet, licet nõ omnibus talem misericordiam concedat qualem & mihi, in quo voluit ostendere celsitudinem & diuitias suę copiosissimę pietatis, quam effundere potest abunde in quibus sibi placitum fuerit, fateor quòd in quacumq; hora ingemuerit peccator, veniam consequetur. Hęc lex vniuersalis est, sed quòd omnibus, qui pœnitere de peccatis vsque ad horam exitus sui protrahunt, talem in fluat pœnitudinem, incertissimum est, imò de his maxime dubitat August. *Dubitat. August.* volo dicere, quòd licet Deus nulli quantumuis facinoroso auxilium sufficiens denegat, quo se possit in Deũ conuerrere; tamen illud eximium, quod latroni tribuit, quàm paucissimis elargitur; *Prou. 14.* iustus tamen sperat in morte sua, quoniam iustitias Dei dum viueret exquisiuit, & ideo confitenter ait. Hęc (nimirum spes) facta est mihi, quia iustificaciones tuas exquisiui.

O C T A V V S  
Octonarius.

Portio mea Domine, dixi custodire legẽ tuam. *1. Heccl. 1. Heccl.*  
Z 4 Deprs-

2. Heth *Deprecatus sum faciem tuā in toto corde meo : miserere mei secundum eloquium tuum.*
3. Heth *Cogitavi vias meas : & conuerti pedes meos in testimonia tua.*
4. Heth *Paratus sum & non sum turbatus : vt custodiam mandata tua.*
5. Heth *Funes peccatorum circumplexi sunt me : & legem tuam non sum oblitus.*
6. Heth *Media nocte surgebam ad confitendum tibi : super iudicia iustificationis tue.*
7. Heth *Particeps ego sum omnium timentium te : & custodientium mandata tua.*
8. Heth *Misericordia tua Domine plena est terra : iustificationes tuas doce me.*

INCIPIT TRACTATUS  
Octauus.

VERSVS PRIMVS.

*Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam.*

*Hic introducitur homo q. pro sua parte eligit Deū.*



Persona quæ in hoc octonario introducitur, est homo qui Deū eligit pro parte sua, quod explicat in primo versu dicens. Portio mea, vel pars mea, vt in Hebræo legitur, tu Domine es; ita quod ex vna parte propositis

positis quibuslibet appetibilibus cuiuscunque generis, siue sint delectabilia, siue vtilia, siue honorabilia, si ex alia parte Deus ipse proponatur, positus Deum quam cætera omnia eligat, & ideo dicit, Portio mea Domine dixi. Hoc est animo firmo atque constanti decreti, vt te Deum meum præ omnibus in partem & meæ sortis portionem eligerem, & hoc ad custodiendam legem tuam, vt legitur in Hebræo; vel secundum nostram vulgatam; Quia te in sortem & partem meam elegeri, animo firmam meo semper custodire legem tuam. Litera autem est Heth, quæ est octaua in Alphabeto Hebræo, quæ interpretatur pauor, qui differt à timore, qui in quarta litera prædictus est, illo enim præuidet ne grauat corpore cadat, isto sollicitus est acquirere bonum quod amat, & hic est pauor sanctorum qui nos facit beatos, quia nos facit sollicitos, ad inquirendum illud bonum quod speramus; quod quia in octaua resurrectionis præstabitur, ideo octauus iste octonarius ponitur. Hanc sollicitudinem à nobis postulat Deus Michæ 6. dicens; Iudicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te; vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. & sic intelligo ego modo illud. 1. Pet. 5. Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, hoc est quod omnis nostra sollicitudo impendenda est in his quæ ad Deum continent, in rebus ferijs & diuinis, non in his temporalibus ac minimis. Vel dicitur hic pauor admirationis super amplissimam portionem quæ Deus est, secundum quod dicitur Osee 3. Pauebunt ad Dominum & ad bonum eius. Tanquam ergo verus leuita, cui non est fors inter fratres dicit iustus nihil huius mundi cupiens; Portio mea Domine &c. Quod sic intellige, o Dñe portio mea fit, & hæc

*Litera Heth, id est pauor*

*Mich. 6.*

*1. Pet. 5.*

*Osee 3.*

hæc pars ex tuo munere mihi contingat, vt custodiam semper atque obseruem legem tuam; hæc est enim pars, portio, fors atque hæreditas, quam super omnia desiderare debet omnis fidelis seruus tuus, eo modo loquendi, quo in communi conuictu hominum dicitur, cū quis sese alicui ex animo offert, & ille sibi aliqua pollicetur præmia, vel bona, responder, hoc vnū mihi bonum & præmium sat erit, si tibi obsequi atque placere contigerit. ¶ Vel potest legi per modum indicatiuum, vt significet bonum propositū cordis ad hūc sensum: Ego dixi, ò Domine, portio mea hæc est, vel erit hoc in portionem, vel partem meam reputo, custodire legem tuam; habeant alij alias partes, eligant quod sibi placuerit, hæc est vna quam ego elegi, & in qua mihi bene complacui.

*Hierony.* Hieron. sic dicit, qui relinquit mundi superbiam atq; honorū fastigia diuitiarumq; iactantiam, & in cælo collocat thesauros, huius portio efficit Deus,

*Athor. 3.* sicut Petrus ait Paralytico; Argentum & aurum non est mihi, sed quod habeo hoc tibi do: in nomine Christi Iesu surge & ambula. ò magnus thesaurus, ò felicitum diuitiarum egregius cumulus, vt qui legem custodit, & cuius Deus est portio, morbida curret infirmitatum; hoc autem præcipue clericis poterūt dicere, quorū pars & portio Deus est. Vnde Hieron. in libello de vita clericorum ad Neporianum sic ait. Clericus qui Christi seruit Ecclesie, interpretetur primò vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim clerus Græcè, fors Latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus fors, id est pars clericorum est; qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum &

*Hierony.* possi-

possideatur à Domino; qui Dominum possidet & cū Propheta dicit, pars mea Domine, nihil extra Dominum habere potest, quòd si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. v.g. si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignabitur; si autem ego pars Dñi sum & funiculus hæreditatis eius, non accipio partem inter cetera tribus, sed quasi leuita & sacerdos viuo decimis, & altari seruiens altaris oblatione sustentor, habens victum & vestitum his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar &c. Et D. Hilarius in cōmentarijs hæc exponens ait. Renuntiandum est seculo omnibusque rebus vt nobis Deus portio sit. Cæterum si nos ambitio detineat, si cura pecuniarum occupet, si negotia rerum familiarium demorentur, portio nobis Dominus non erit, secularium curarum atque vitiorum possessione detentis. Moyse cum iussu esset portiones incolatus distribuere duodecim gentibus Israel, ita de tribu leuitica præceptum est. Filis Leui non erit portio neque fors in medio fratrum suorum, quia Dominus Deus est pars eorum, nullā ergo Deo seruientibus lex terre nam voluit esse portionem, quia Deus pars eorū est. Meminit & Euāgelij prædicator Petrus nullā sibi esse portionem possessionis humanæ, cum oranti alimoniam, respondit: Aurum & argentum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, quid est illud, quid est illud Petre quod possides? renūtiare-ras omnia, Deo tuo dicens: Ecce nos reliquimus omnia. ¶ Et D. Ambrosius super hūc Psal. ait. Portio mea Dñs (sic. n. ipse legit per nominatiuū) ò quā rarus in terris qui dicere possit portio mea Dñs, quā alienus à vitijs, quā segregatus ab omni labe peccati, qui nihil habet cōmune cū seculo, nihil mundi huius

*Hilarius*

*Num. 35.*

*Ambros.*

di huius sibi vendicer, non sit corporaliū possessor cupiditatum, quem non inflammet libido, non stimulet auaritia, non lasciuia effeminet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua negotiorum seculariū cura sollicitet. Verus minister altaris Dei Deo non sibi natus. Leui vt habet interpretatio, significat, ipse mihi assumptus, & ipse meus; idem ergo Leui & mihi & Deo est; quomodo mihi idem sacerdos & Deo? est mihi aduocatus, & Deo deprecator pro me offerēs sacrificium, & idem offerens Deo. Denique cum Moyfi dictum est, vt populo Israel per singulas tribus diuideret terras, & tribueret singulis tribubus portionem, tribum Leuiticā excepit Deus, dicens: *Num. 35* Filijs Leui non erit fors nec portio in medio fratru suorum, quia Dominus Deus pars eorum est. & alibi: Ego Dominus portio eorum. Negatur his terra diuisio, vt ipsi sibi, dum non vendicant secularem portionem, fiant cœlestis possessio; vel hoc solum nouerint possidere, hoc est fidei & deuotionis obsequium, multo ditiores quàm qui possessionum suarum spatia ampla diffundunt; quantumlibet enim suos fines extendant, & terra deficit, & mare includit insanas cupiditates, & impendunt tributa maiora quàm fructus sinuat; verò iste nihil sibi possidens, nulli nisi Deo militat supra terram, eius portio non cum terra deficit, non mari clauditur, cui portio Deus est, possessor est totius naturæ. Pro agris igitur ipse sibi satis est habens bonum fructum, qui nunquam possit perire; pro domibus satis est sibi vt sit habitator Domini & Dei templum, quo nihil potest esse pretiosius; quid enim pretiosius Deo? aut quid deest ei viro, qui potest dicere, absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mundus crucifixus est, & ego mundo? tibi ergo Christus portio, tibi Christus

stus possessio est, illius nomen tibi mirificū, illius nomen tibi fructuosum, portio tua non ariditate ficcatur, non imbre diluitur, non frigore vritur, non tempestate quassatur, serua ergo possessionē quam elegisti. Et infra: Habes ergo homo multa tibi proposita, vt eligas tibi portionem. Proposuit tibi Dominus in portionem, possessiones, aurum, argentum, honores, nobilitatem, proposuit etiam portionem seipsum; habes ergo plurimas portiones, elige quam puras meliorem, non te numerus perurbet, sed excitet gratia, non te labor auertat, sed fructus inuitet. Sed Proh dolendum, quòd multi tantum excæcati portionem suam, non ipsum Deum sed libidinem ponunt, de quibus dicitur Psal. 49. *Psal. 49.* Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. nos autem non sic, sed orando dicamus illud Psal. 141. *Pf. 141.* Clamaui ad te Domine, dixi tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium. Hæc quia dilucidè & luculenter à sanctis istis Doctoribus pertractata sunt, hic ad literā transcripsi; nam cur meis incultis verbis grauissimas eorum sententias immutare ausus fuissē? dicat ergo Propheta: Portio mea tu es Domine, & ideo firmiter in animo meo statui legem tuam custodire.

## VERSUS SECVNDVS.

*Deprecatus sum faciem tuā in toto corde meo:  
miserere mei secundum eloquium tuum.*

**M**ultipliciter facies Dei in sacris literis sumitur: aliquādo enim facies Dei respectus gratiæ dicitur, vt ait D. Gregorius super illud Iob 1. *Gregor.* Nisi in faciē benedixerit tibi. Nos nempe, ait, quod Iob 1. amamus

amamus respicimus, quod vero aduersari volumus ab eo faciem declinamus; quid itaque Dei facies, nisi respectus eius gratiæ perhibetur intelligi? Nisi in faciem benedixerit tibi; ac si diceret, ea quæ dedisti subtrahe; nam si accepta perdiderit, respectu gratiæ tuæ ablatis rebus temporalibus non requirit; si enim ea quibus delectatur non habuerit, fauorem tuum & maledicendo contemnit. Sumitur aliquando Dei facies pro eius cognitione, sicuti idem sanctus Doctor docet lib. 24. moral. c. 6. & 7. exponens illud Iob 33. Et videbit faciem eius in iubilo. Quia per faciem (ait) quemlibet agnoscimus, non immerito cognitionem Dei faciem eius vocamus; & sic intelligit illud Genes. 32. quod Iacob post luctam cum Angelo dixit: Vidi Dominum facie ad faciem. hoc est quod post laborum certamina, post tentationum fluctus sæpè in excessu anima suspenditur, vt cognitionem diuinæ præsentia contempletur; vnde & auertere Deum facie suam dicitur, dum non dat animæ notitiam sui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet, vt docet *Psal. 12.* Augustinus super illud *Psal. 12.* Viquequo auertris facie tuam à me? & exponens illud *Psal. 20.* Equitatem vidit facies eius, ait, Facies Dei est potentia, qua dignis innotescit. Vnde idem est dicere æquitatem vidit facies eius, ac si diceret æquitas visa est in facie eius, hoc est in notitia eius; vel certè æquitatem vidit facies eius, quia non se præbet cognoscendum malis sed bonis, & ipsa est æquitas: sed vt idem Doctor docet super illud *Psal. 104.* Quærite faciem eius semper. Faciem præsentiam Dei intelligit, quæ semper quærenda est, quia absque villo tædio & nausea semper prospicitur & amatur, sicut cum dicit idem Propheta *Psal. 82.* Sicut stipulam ante faciem venti, & sicut stuit cæra à facie ignis, hoc est à præsentia venti vel ignis.

Sed

Sed tamen quod ad præsentem attinet rem, per Dei faciem eius maiestas intelligitur, quæ præcipuè in facie respundet; vt patet apud *Esther*, quæ cum vidisset tantam maiestatem in facie Regis Assueri resplenduisse, penè exanimata corruit, caput super ancillulam reclinans. Dicit ergo iustus postquam Deum in sortem partis suæ cœpit habere, se maiestatem Domini deprecarum fuisse in toto corde suo, ac idèd exposcere Dei misericordiam, quam humiliter deprecantibus pollicitus est Deus.

Vel potest intelligi quod hic petat iustus clarã Dei visionem, quæ à Theologis appellatur facialis, illam nimirum quæ erit in patria, de qua Paulus *1. Corinth. 13.* ait, Videmus nunc per speculum in ænigmatate, tunc autem facie ad faciem. quia in hac vita videmus Deum in alio, nempe, vel in creaturis, vel per species quas nos abstrahimus à sensibilibus; quæ dicitur visio specularis & ænigmatica, sicut res quæ videtur in speculo, vel per aliud medium, vt quæ videmus per conspicienda, vel vitrea ocularia; in patria autem videbimus facie ad faciem, hoc est absque medio, tam ex parte videntis, quàm ex parte rei visæ; videbimus enim nostris oculis faciem Dei, intellectus noster absque vlla specie creata intelliget ipsum Deum sicuti est, & hæc dicitur facialis visio, quod si aliquando in scriptura inuenitur aliqua alia visio hoc nomine nuncupata, vt cum *Genes. 32.* Iacob post luctam cum Angelo dixit, Vidi Dominum facie ad faciem, id dicit ad explicandum excellentiam visionis illius; quia vidit Deum non in seipso, sed in illo viro cū quo luctabatur, quem vidit facie ad faciem. Sed quoniam nihil pollutum intrat in regnum cælorum, & solùm mundi eum videre possunt, iuxta illud, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. idèd petit Propheta, vt per misericordiam Dei

- Dei eius deleantur peccata, ne his præpeditis desiderata careat uisionem. Dicit autem, secundum eib quum tuum, quoniam uerè poenitentibus ueniã per misericordiam suam promisit Deus, ac deinde præmium; igitur ut uerificentur Dei promissa, id exposcit Propheta iuxta illud Ecclesiastici 36. Da mercedem Domine sustinentibus te, ut Prophetæ tui fideles inueniantur. hoc est, ut uera appareant eloquia & promissa tua per ora Prophetarum promulgata. Dicit autem in toto corde meo, hoc est integro intellectu & affectu, uel in toto corde meo, quia ut dicit Aug. mens diuina non impetrat. Osee 10. Diuisim est cor eorum, nunc interibunt.
- Sed licet prædicti sensus accommodatissimi huic carmini uideantur, & sint, tamen de Christo Domino potest optimè interpretari, ut sit ueluti quædam expostulatio Messie, quam frequentissimè præci patres reperebant summa cordis auiditate & fide: dicitur autè Christus Dominus facies Dei, per metaphoram & similitudinem; nam sicut per faciem cognoscitur homo, ita per Christum Dei notitia nobis manifestata est, ut ipse dicit Ioan. 17. Pater manifestauit nomen tuum hominibus. uerum est quod nulla corporalis similitudo faciem Dei exprimere ualeat sicuti est, secundum illud Isa. 40. Cui similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? cæterum si quidpiam exprimere potest, aut aliqua res corporalis similitudinem cum Deo habere ualeat, quæ ipsum mirificè referat, atq; imitetur ipsum uerbum Dei, quod est similitudo expressa ipsius, in carne uisibili mirificis id efficit modis. Primum quoniam cum nostra cognitio à sensu ortum trahat, dum in carne sumus, etiam notitiam quam de Deo in præsentis statu habemus, per sensibilem similitudinem adipiscimur; ut enim percipiamus efficacissimam intelligendi uim, qua
- Deus

Deus cunctos cordis recessus penetrat, ei oculus per metaphoram attribuius, sed quia oculus nõ omnia penetrat, lucidissimo Soli uniuersa illuminanti eos comparamus, unde oculi Domini multo lucidiores sunt quàm Sol, quo modo loquendi ei, os, aures, manus, brachia, & cætera membra tribuimus, ut passim est uidere in Scriptura. De quo uidendus est Augustinus lib. 83. quæstionum, quæstione 52. cum ergo in facie hi sensus resplendeant, Christo Domino excellentissimè congruunt; nam si Dei oculi acutissimi sunt, hic sponsus noster Christus comparatur capræ, quæ perspicacissimi uisus est. Et Cantic. 7. dicitur, Oculi tui piscinæ in Esebom, quæ sunt in porta silvæ multitudinis. Erant quippe aquæ istæ limpidissimæ, ac ceu cristallum splendentes, ad quas frequentia populi concurrebat, quoniam iuxta publicam portam omnibus conspicabiles erant: sic oculi Christi Domini nimia claritate perspicui multitudinem cogitationum nostrarum intuentur, omniaque abdita nostra in illo, tanquam in limpidissima aqua patent, sibi que omnia occulta nostra peruia, & tanquam in propatulo sunt; de eo enim pluries Euangelistæ referunt dicentes: Iesus uerò, ut uidit cogitationes eorum, non solum in quantum Deus, ante cuius conspectum nulla creatura est inuisibilis, ut ait Paulus, uerum etiam secundum quod homo abdita nostrorum cordium ei manifesta sunt; quoniam secundum quod homo iudex noster constitutus est, qui & manifestare debet abscondita tenebrarum, & illuminare occulta cordium, quare omnia peruia & dilucida sunt in oculis eius. Vide linceos eius oculos etiam cordis recessus penetrantes, uide acutissimi uisus perspicuitatem, qui Nathanaelem uidit cum esset sub ficu, anrequam Philippus uocaret eum, quo miraculo conuictus

Eccle. 23.

August.

Cant. 2.3

Cant. 2.

Matt. 9.

Hebr. 4.

I. Cor. 4.

Aa

Natha-



Nathanael dixit; Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex  
*Ioan. 1.* Israel, ut dicitur Ioan. 1. Quod si Deo odorem tri-  
 butum propter discretionis iudicium, de Christo  
 Domino dicitur in eodem loco. Nafus tuus sicut  
*Cant. 7.* turris Libani, quæ respicit contra Damascum. per  
 nafum iudicium discretionis intelligimus, ea enim  
 quæ à longe iudicamus, quasi fabolare dicimur;  
 turris autem hæc erat veluti specula cõtra Siriam;  
 de qua speculator (vt Hebræi referunt) etiam sin-  
 gulas domos ciuitatis Damasci, quæ caput Syriæ  
 erat, diuinerare poterat: vt ergo significaretur no-  
 bis summum discretionis iudicium, quæ & futura  
 & longo interstitio distantia etiam præuidet, na-  
*Psal. 44.* fus eius turri Libani assimilatur. Quod si faciem  
 Dei pulcherrimã dicimus, Christus Dominus spe-  
 ciosus forma patris filij hominum, à regio Prophe-  
 ta prædicatur, candidum & rubicundum cum no-  
*Cant. 5.* bis sponsa depinxit; nec te multum moueat, quod  
 aliqua quæ hic sponso tribuimus, hoc est Christo  
 Domino, in Canticis potius de sponsa, idest, de Ec-  
 clesia dicantur; sed memento regulæ Diui Augu-  
 stini 3. de doctrina Christiana, à c. 30. vsque in fi-  
 nem, in qua docet quod multotiens vna persona  
 incimatur nobis capitis & corporis, hoc est Christi  
 & Ecclesiæ; nec enim frustra dictum est fidelibus  
*Gala. 3.* Gala. 3. Ergo Abraham semen estis, cum sit vnum se-  
 men Abraham quod est Christus; vnde frequenter à  
 capite ad corpus, à corpore ad caput fit in sacris li-  
 teris transitus, & tamen non receditur ab vna ea-  
 demque persona. Vna enim persona loquitur di-  
*Isa. 61.* cens Isa. 61. Quasi sponsum decoratum corona, &  
 quasi sponsam ornatum monilibus suis. & tamen  
 quid horum duorum capiti, quid corpori, hoc est  
 quid Christo, & quid Ecclesiæ conueniat, intelli-  
 gendum est. Quare non mireris, si nonnulla quæ  
 de corpore hoc est Ecclesia dicuntur, etiam capiti  
 conueniant,

conueniant, & è contra, propter cohærentiã, vniõ-  
 nem, & similitudinem capitis cum membris; cum  
 ergo in figuris & notis faciei ad eodẽ similis appareat  
 Christus ipsi Deo, rectè facies eius dicitur. Vnde  
 idem Dominus Philippo: Philippe qui videt me,  
 videt & patrem meum.

Secundò dicitur etiam Christus facies Dei; nam  
 sicut solum in facie omnes sensus continentur, &  
 in nulla alia parte corporis (nam facies per oculos  
 videt, per aures audit, per nares odoratur, per lin-  
 guam gustat, & per tactum sentit) sic solus Christus  
 omnes sensus spirituales hoc est dona gratiarum  
 habuit, de quo dicit Greg. 29. moral. Redemptor no-  
*Gregor.* ster in carne viuens operationes septiformis spiri-  
 tus simul in se iunctas & manentes habuit, de quo  
 dicitur Isa. Egredietur virga de radice Iesse, & flos  
 de radice eius ascendet, & requiescet super eũ spiri-  
*Isa. 11.* tus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiri-  
 tus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pieta-  
 tis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Et Za-  
*Zach. 3.* char. 3. dicitur; Super lapidem vnum septem oculi  
 sunt. Nullus verò hominum operationes Spiritus  
 sancti omnes simul habuit nisi mediator Dei & ho-  
 minum; alius nãq; prophetiam, alius virtutes, alius  
 scientiam, alius genera linguarũ, alius interpreta-  
 tionem sermonum iuxta distributionem Spiritus  
 sancti accepit, ad habenda verò cuncta eiuẽ spiri-  
 tus munera, nemo pertingit; at verò conditor no-  
 ster infirma nostra suscipiens per diuinitatis sue po-  
 tentiam se simul habere omnes Spiritus sancti vir-  
 tutes docuit. Hæc Greg. itaq; quæ ipse vt caput cu-  
 mulata accepit, ceteri quasi membra diuisa com-  
*Dionys.* municant (nam secundum doctrinam magni Dio-  
 nyij) quæ in superioribus sunt vnica, in inferiorib.  
 diuiditur. Vnde Paul. Ephes. 1. Ipsum dedit caput  
*Ephes. 1.* super omnem Ecclesiam, qui est corpus ipsius &  
 plenitudo

plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. hoc est, Christus, qui omnia simul charismata gratiarum habet, adimpletur in omnibus, in omnibus non in vno aliquo membro singulari, quoniam nullum omnia participat, sed in omnibus, quorum singuli, vel aliqui, quædam eius dona communicant, atque vnus eum refert in vno, alius in alio, vt sic in omnibus singulæ eius gratiæ adimpleantur, eo modo quo dicimus animã in organis & membris corporis adimpleri; habet quippe anima virtutem videndi, audiendi, odorandi, sentiendi; has autem virtutes non per vnum membrum adimplet, sed per singula; per aures audit, per oculos videt, per nares odoratur, per tactum sentit & palpat, & sic in suis mēbris & organis adimpletur: quo etiam modo dicitur Ecclesia plenitudo Christi; nam in ea sunt mēbra & organa diuersas accipientia virtutes, quibus operationes, quæ sunt in capite patefiant. Christus ergo facies est Dei, vnde

*Esther 15* Esther c. 15. dicitur, Facies tua plena est gratiarum. Hanc faciem deprecatur noster Psalmista in hoc versu dicens: Deprecatus sum faciē tuam in toto corde meo. imo vt ex traditionibus Hebræorū accepimus, quando arca Domini trāsferabatur à domo Obededom Gerhei ad domum Dauid, concinebant sacerdotes dicentes: Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciē Christi tui, Psal. 131. Hanc antiqui magnis precibus efflagitabant dicentes: Ostende nobis Domine faciē tuam, & salui erimus. & sic intelligit D. Augustinus illud Psal. 79.

*Psal. 79.* Ostende faciē tuam, & salui erimus: pro quo ipse legit, & illumina faciē tuam, hoc est Christum.

*Tob 13.* Et Tob 13. cōquerabatur dicens: Cur faciē tuam abscondis? Et illud Psal. 12. Vsq̄quo auertis faciē tuam à me? id est, non ostendis mihi Christum incarnatum, De ista illustrata facie, quæ tāquam Sol

in

in transfiguratione resplicuit, profluit radius omnium sapiētīæ, facies eius sicut Sol lucet in virtute sua, Apocal. 1. manat fluminis omnis gratiæ, facies tua plena est gratiarū, deriuatur salus omnibus, ostende faciē tuā & salui erimus: Vidi Dominum facie ad faciē, & salua facta est anima mea, Gene. 32. Scaturit fructus omnis felicitatis & letitiæ, Exo. 33. dixit Moyses ad Dominum, Ostende mihi faciē tuam; cui respondit Dominus, Ego ostendam tibi omne bonū; sed his non obstantibus, tam pulcherrima & splēdida facies in passione fuit spūis obliata; nam spuerūt in faciē eius, Matt. 26. & Tob 30. Faciē meam conspuere non verentur; fuit & per irrisiōnem velata, alapis cęsa, pugnisque percussa, indignisq̄; alijs modis deturpata; quare ad patrem orātes dicimus, Protector noster aspice Deus, & respice in faciē Christi tui: & miserere mei secundum eloquium tuum, i. secundū promissa quibus pollicitus es misericordiā per Christum filiū tuum; nā ipsum posuit pater propitiatorē per fidem in sanguine ipsius, vt dicitur Rom 3. Miserere mei secundum eloquiū tuum. Aduertendum ex D. Ambrosio quod duplex est misericordia, quædā iusta & quædā iniusta. Misericordia Dei quæ per lignū crucis nostra deler peccata, iusta est; & istā petit: donare quippe peccata (ait Ambros.) & misericordia & iustitia est; nā iustitiæ ascribit diuina Scriptura donare peccata, cū Sap. 14. dicitur, Benedictum lignū per quod fit iustitia. sed sciens Deus corporis fragilitatē, corruptelę patere hominē, quasi iustus fragili naturæ delicta concessit, & sic fuit ista misericordia iusta; iniusta autem misericordia est, quam Saul exercuit cum Rege Amalech cōtra Dei præceptum. 1. Reg. 14. Et si quis iudex latronem, filijs deprecāribus motus, & lachrymis coniugis eius inflexus, absoluēdum putet, cui adhuc latrocinandi

Aa 3 aspiret

*Apoc. 1.**Esther 15**Psal. 79.**Gen. 32.**Exod. 33**Mat. 26**Iob 30.**Psal. 83.**Rom. 3.**Ambros.**Sap. 14.**1. Reg. 14*

aspiret affectus; nam cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsus contagium prouocari, facilitas huius veniæ inuentiuum tribuit delinquendi; & etiam qui misericordia motus tribuit infirmo nocua quæ petit, qui non fecat membrum fecandum motus prece infirmantis, quoniam talis misericordia crudelitas est. Ad propositum ergo, Psalmista petens à Deo, miserere mei secundum eloquium tuum, misericordiam quam petit discernit ab iniusta misericordia dicens, Secundum verbum tuum, verbum enim Dei iustitia est, petit ergo misericordiam iustam secundum verbum Dei, quia verbi Dei sententia est, vt conuersis venia donetur, si legitime est facta conuersio. hæc Ambrosius.

## VERSUS TERTIVS.

*Cogitavi vias meas, & conuerti pedes meos  
in testimonia tua.*

Isa. 38.

**I**Saiæ 38. dixit Ezechias, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Prius debet homo sua singula recogitare peccata atque flere, deinde cum emendandi proposito proprio sacerdoti ea confiteri. Helias prius ligna sigillatim composuit atque in aceruum copulauit; deinde aquam super ea fudit, imò aque ductum fecit super ea, postea ignis de cælo venit, qui ea consumpsit. Peccator holocaustum sui ipsius coram Deo suo faciat; sed prius per considerationem in aceruum componat peccata sua sigillatim ea cogitando, lachrymas exprimat & effundat super ea, quinimo aquæ ductum à corde suo ad peccata sua faciat, vt ignis contritionis & amoris Dei, qui de supernis venit, ea omnia consummat; sed

sed cogitando peccata clamer super ea, excitet dolorem tu videndo peccata sicut Publicanus; & veluti *Iudith.* Holophernem quem dormire existimabant perstrependo & plausu manuum excitare contendebant Assyrij, sic peccatoris animam in peccatis sopitâ clamoribus, suspirijs, singultibus, flagellis, consimiliq; strepitu excitet ipse peccator, gemitibusq; ad alta leuetur. Sed heu peccatorum misericordiam, multi enim peccata deplorant, quousque ea sacerdoti confiteantur; sed statim ad perniciosissimam eorum delectationem reuertuntur, similes baiulis, hoc est illis qui onera portant, qui dum pondera gerunt, gemit, sed statim vt ea deponit, *Similitudo.* rident, atq; lætatur. Debet ergo peccator prius præmeditari & cogitare peccata veluti villicus qui rationem debet reddere Domino sumptuum quos *Luc. 16.* fecit, prius apud se computat, atq; recogitat, quos fecerit sumptus. Confessor est constitutus à Deo ad ratiocinia hæc à peccatoribus exigenda, computet ergo ipse peccator sumptus peccatorum quos fecit, vt sciat rationem reddere villicationis suæ, aliàs ligatus manus atque pedes mittetur in tenebras exteriores, donec reddat nouissimam quadrantem; inuenietur enim tot ratiocinijs obligatus, vt nullo pacto possit reddere, et si ipse vxor & filij veniant; veluti ille qui veniens imparatus ad ratiocinia, inuentus est debitor decem millium talentorum. *Mat. 18.* Quod si penitens absq; tali præmeditatione ad pedes confessoris venerit, repellendus est, & dicatur ei quod dixit Dominus Samaritanæ, quando eam iustificare volebat *Ioan. 4.* Vade voca virum tuum, hoc est rationem; nam vt docet D. August. ratio viri vices in homine gerit respectu sensualitatis, que mulierem refert; & sicut prothoparentum delictum nusquam generale factum est, nec perfecte in tota natura consummatum, quousque Adâ *August.*

consensit in esu ligni, etiam si iam Eva fuerat se-  
ducta; ita in quolibet homine nusquam peccatum  
cōsummat, vsq; dū ratio, quæ vir est, cōsentiat,  
quantumuis caro & inferior pars id appetat: sicut  
ergo ad integram peccati rationē rationis præsen-  
tia & assensus requiritur, siue formalis, siue vir-  
tualis, aut interpretatiuus; similiter ad iustifica-  
tionē rationis exigitur assistētia: quæ & vocari de-  
bet, & adesse & assentiri. Igitur peccator qui sine  
rationis præmeditatione iustificationem querit,  
quasi absente viro matrimoniū hoc spirituale effi-  
cere cōtendit, sine cuius assensu impossibile est; di-  
catur ergo illi à confessorē, vade voca virū tuum,  
hoc est rationem & iudiciū ad tuorū delictorum  
præmeditationem affer, priusq; ea in memoriam  
reuoca, cogitationemq; præueni, & tūc veniens iu-  
stificaberis: secundum illud, Dic tu prior peccata  
tua, vt iustificeris, dic apud te prius, deinde apud  
facerdotē, & sic iustificatus abibis. Dicat ergo Pro-  
pheta; Cogitavi vias meas, hoc est peccata, quæ  
sunt viæ hominis, quæ præuæ sunt, vt ait Propheta.  
Vel secundò. Cogitavi vias meas, hoc est in qui-  
bus versarer periculis ob delicta mea, & ad quæ  
mala tenderem; nam vt dicitur Eccl. 2. 1. via pecca-  
tium cōplantata lapidibus, & in fine illorū inferi  
& tenebræ & penæ. Et Prou. 5. Pedes eius descen-  
dunt ad mortem, & ad inferos gressus eius pen-  
trant, cōsidera filiā regis velatis oculis in cōualle  
deduci, in quo & serpentes & leones & immanissi-  
mæ bestię habitant, si velamē auferatur ab oculis  
eius, cū se tot ferocissimis & venenosis bestijs cir-  
cundatā viderit, heu qd faciet? qd nō faciet? quis  
pauor, quis stupor? quot eam agitabūt tremores?  
clamabit, auxilia poscet, si quis funē miserit, vt eā  
extrahat, quā fortiter manu apprehēdet, sic nimi-  
um peccator, qui velatis oculis in contralle pecca-  
torum

torum est, nec respicit quibus sit vallatus mōstris,  
si apertis oculis intueatur, si Deus velamē ab ocu-  
lis auferat, heu quid sentiet, quā stupidus & trepi-  
dus remanebit, heu me miserū, tot malis circun-  
datus eram, tot portentis, dæmonibus, peccatorū  
mōstris obuolutus? clamabit, auxilia poscet & di-  
cet, Deus in adiutoriū meū intende, Dñe ad adiu-  
uandum me festina, de ore leonis libera me Dñe,  
erte à framea Deus animam meam. conuertet pe-  
des & fugiet, si quis manum, vel penitentię funē  
porrexerit, fortiter apprehendet vt resiliat. Vnde  
Ierem. 2. dicitur peccatori. Vide vias tuas in con-  
ualli, & Greg. si ad quas currunt impij pænas aspi-  
cetent, puto gressus reflecterent. Dicat ergo, Co-  
gitavi vias meas, hoc est in quibus essem periculis  
constitutus, ad quæ damna pergerem, & conuerti  
pedes meos in testimonia tua, ad meliorem frugem  
à tot resiliens periculis, ad tua mandata con-  
fugi: nā vt dicitur Nahum. 3. Omnis qui viderit te  
resiliat à te, hoc est cum peccator in quæ mala sit  
animaduertit, quasi à seipso resilit atq; fugit, sibi-  
que meripso pauor & horror est, secundum illud  
Sap. 17. Sæpe enim præsumit se qua perturbata con-  
scientia.

D. Aug. legit, Auertisti vel cōuertisti pedes meos  
in testimonia tua, qd in idē recidit; nā cū Deus ad  
conuersionē peccatoris primus concurrat, pecca-  
tor aut ipse per liberū arbitriū Deo mouēti cōsen-  
tiat, atq; ad eū se conuertat, & dicitur Deum con-  
uerrere peccatorē, & ipsum ēt impiū seipsum ad  
Deū vertere; vnde in Cōcil. Trident. Sessi. 6. c. 5. de-  
finitur, Vt ostēdatur qd Deus primitus mouet cor  
impij ad seipsum, dicitur, Cōuerte nos Dñe ad te,  
& conuerremur; vt aut patefiat, qd ipse peccator  
Deo cōsentit, atq; eius suffultus auxilio ad Deū se  
per contritionē mouet, dicitur Zach. 1. Cōuertimini  
ni

Psal. 69.

Psal. 21.

Ierem. 2

Gregor.

Nabū. 3

Sap. 17.

August.

Thom. 5

Zach. 1.

ni ad me, & ego cōuertar ad vos. Dicit ergo noster  
 Psaltes, Cogitauī vias meas, hoc est peccata mea, &  
 cōuertī pedes meos in testimonia tua; id est in ope  
 ra; quæ testimonium perhibent quòd sumus filij  
 Dei, vt ait hic Dominus Caietanus.

Caieta-  
 nus.

### VERSVS QVARTVS.

*Paratus sum, & non sum turbatus, vt custo-  
 diam mandata tua.*

**A** Libi dicit Psalmista, Paratum cor meū  
 Deus, paratum cor meum. Postquam  
 Dei gratia homo ad Deum reuersus  
 est, ipsamet gratia ipsum promptum  
 paratum quæ reddit ad Dei mandata  
 absq; vlla hæsitacione exequenda: vnde Isaias, qui  
 prius se pollutum labijs fatebatur, quasi ad loquē-  
 dum ineptus esset, postquam labia eius ab Angelo  
 calculo ignito sunt mundata, statim paratum se  
 inuenit ad Domini legationem exequendā. Nam  
 cum audisset vocem dicentis; *Quem mittam? &  
 quis ibit nobis?* ipse respondit, *Ecce ego, mitte me.*  
 cap. 6. Quare Angelici illi spiritus qui coram Deo  
 ministraturi astant, semper quasi parati ad eius im-  
 peria adimplenda inueniuntur; nam vel volantes  
 describuntur, vel extensis alis & aperto ore intuen-  
 tes, quid nam illis imperare velit diuina maiestas:  
 vnde cum Tobias iunior quæretet virum, qui se vs-  
 que ad Rages ciuitatem Medorum deduceret, Ra-  
 phaelum Angelum adinuenit quasi iuuenem præ-  
 paratum ad iter: & ingressa Agnes turpitudinis  
 locum, Angelum Domini præparatum inuenit:  
 adeo prompti, & alacres sunt ad diuina imperia,  
 vt semper præparati videantur. Animalia illa sancta,  
 quæ

Isa. 6.

Tob. 5.

quæ vidit Ezech. habebant pedes rectos & penna-  
 ros, vt ostenderetur eorum præparatio & agilitas  
 ad obsequendum diuinis imperijs; sic nimirum ve-  
 rus Dei seruus non deses aut negligens, sed sem-  
 per expeditus ad bona opera inueniri debet: vnde  
 Dominus; Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ  
 ardentes in manibus vestris, & vos similes homi-  
 nibus expectantibus Dominum suum, præcinctos  
 vult ministros suos Deus, quasi semper præparatos  
 ad opus: vnde alia litera dicit. Festinaui, & nō tar-  
 daui, & non sum turbatus, hoc est nec aduersa  
 quæ Dei cultoribus obuenire solēt me perturbāt,  
 nec opprobria confundunt, vt Dei semper nō ob-  
 temperem iussionibus. ideo Diuus Paulus 2. Ti-  
 moth. 2. suum admonebat Timothæum, vt se ex-  
 hiberet operarium inconfusibilem. Hoc est qui  
 absq; pauore & pudore Christi nomen fateretur,  
 atque doceret: vnde Ierem. 17. Et ego non sum  
 turbatus te pastorem sequens. Improvisa (ait Cas-  
 siodorus) fortē conturbant, non enim facit formi-  
 dare animum deliberata sententia; quare Domi-  
 nus suorum corda discipulorum à perturbatione  
 libera esse suadet dicens; Non turberet cor vestrū  
 nec formidet. cor iustorum non turbatur, etiam si  
 corpus quibuscuque affligatur tormentis; nam  
 sicuti nonnunquam videmus in media regione  
 aeris nubes obscurissimas congregari, quæ solis  
 prospectum impedire videntur, fulgura, tonitrua  
 sonare, ignem ac fulmina non sine magno morta-  
 lium pauore descendere; tamen omnes hi terribi-  
 les sonitus, formidolosaque fulmina, in ipsa aeris  
 regione duntaxat contingunt; sol quippe ipse nō  
 has in se patitur perturbationes, sed in sua sphaera  
 liber illuminat, consuetisque splendoribus micat,  
 imo & suis ardentissimis radijs hæc omnia subuer-  
 tit; sic certè animus corq; iustorum se habet, cum  
 corpus

Ezech. 1.

Luc. 11.

2. Tim. 2.

Iere. 17.

Cassiod.

Ioan. 14

Simile.

corpus affligitur, dilaniatur, percutitur, exurit, constringitur, membrarumque dilaceratur, fluit cruor, sonat ungula, emittit comminuta ossa stridorem, commiserantiū gemitus aerem quatit, animus tamen liber solitis virtutis splendoribus emicat, caro sola perturbatur, cor immune à pauore cōstans tot mala libentissimè suffert, imò amoris igne ac virtutum viribus munitum hæc omnia subuertit, atq; cum palma triumphans euadit. Vnde debatur quidem insipientiū oculis perturbari, putabant iam tenebris eius lumen extinctum, cū tamen tunc maioribus splenderet micatibus, mitiori tranquillitate frueretur. Et quomodo duo nobiles athletæ ferreis loriceis induti, galeis circumnunti capita, inter se disidentes in palestra pugnant, resonant ictibus percussa arma, volitant per aera contractæ hastæ fragmenta, facies tamen eorum tunc maximè rubent ardoreque pugnae succensa pulchriores apparent, sic iustorum corda inter carnificum ictus flagellorumq; vulnera rubicundiora ex nimio Saluatoris amore redduntur, sonitusque atque pauores exterius tantum audiuntur; scēda in oculis hominū dilacerata videtur caro, cum tamen animi species tunc sole ipso rubicundior, splendidior, atque pulchrior appareat: dicat ergo confidenter Propheta. Paratus sum & non sum turbatus, vt custodiā mandata tua. nam tunc mandata bene ac integrè seruantur, cū aduersitas nulla metuitur, vt ait Cassiod. yel aliter, paratus sum, & nō sum turbatus, & custodiā mandata tua, hoc est propter mandata tua paratus sum pati, sciens beatos qui persecutionem patiuntur propter iustitiam à te predicari, & quod Apostolus tuus Petrus dicit; Si quid patimini propter iustitiā beati.

Aliud similit.

Cassiod. Matt. 5.

1. Pet. 3.

VER.

VERSVS QVINTVS.

*Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.*

**D**iuus Greg. super illud Iob 40. Et fune ligabis linguam eius, ait q̄ in diuinis literis aliquādo per funem dimensionū sortes, aliquando peccata, aliquando fides designari solet. De primo dicitur Psal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. funes quippe in præclaris cadunt, dū per humilitatē vitæ sortes nos patriæ melioris excipiunt. Rursum, ait, quia fune peccata signantur, per Propheta dicitur, Vt qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis. Isa. 5. Iniquitas nanq; in funiculis vanitatis trahitur, dum per augmentū culpa protelatur; quia. n. funis addendo torquetur vt crescat, non immerito peccator in fune figuratur, quod puerfo corde sep̄ dū defenditur multiplicat. Rursum fune fines exprimitur, Salomone attestante, qui ait. Funiculus triplex difficilè rūpitur, Eccl. 4. Quia fides videlicet, que de cognitione Trinitatis ab ore predicantiū texti, fortis in electis permanens, in solo reprobiorū corde dissipatur: sed in hoc loco p̄ funes peccatorū non solū peccata, quæ vincula sūnt, que animā hominis circumligatā habent, sed potius ipsos peccatores intelligit, qui iustos circumsep̄iūt, atq; per peccata sua scandalizādo ligare cōtendūt: vnde genitiuus iste (peccatorū) peccatores designat, nō peccata: quare Psal. 11. In circuitu impij ambulat, hoc est in circuitu iustorū, eos prauis exēplis circumnuentes; vnde & domum Loth Sodomitarū circumierunt; & Saul cum exercitu suo Dauid per

Gregor.

Psal. 15.

Isa. 5.

Eccl. 4.

Psal. 11.

Gen. 19.

1. Reg. 24.

*Pf. 117.* per modum coronæ circumsēpsit. Et Psalm. 117. dicitur, Circūdedērunt me sicut apes. Vetus-  
 quædam similitas est inter iustos & peccatores; iusti quippe vita quasi impiorum condemnatio est, iuxta illud: Cōdemnat autem iustus mortuus viuos impios. & ideo ipsum circūuentum, imò & enecatū vellēt; hinc conspiratio illa ortū habuit, quam Sapiens cap. 2. Sapientia depinxit dicens: Dixerunt impij cogitantes apud se nō recte, circūueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarū, grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutata sunt viæ illius. Et ex his præmissis inferunt illum dignum morte, dicentes. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuētium, ad hoc ergo impij iustum circūuenire volunt, vt perdant: ideo ergo dicitur, quōd circūdant eum sicut apes, quæ quidem homines circūcingūt, vt pungant, feriant, venenososq; aculeos in eum infigant, & hoc quia inutilis sibi apparet; ea quippe quæ iustus docet non ad voluptates, honores, diuitias, vindictas, & cætera, quæ scelerati quærunt attinent; sed omnino contraria atque his aduersa prædicat, imò illa demoliri satagit; quare non solum inutilis, sed & contrarius operibus eorum videtur. Dicitur etiam *Psal. 21.* alibi. Circūdedērunt me canes multi, tauri pinguis obsederant me, canes vt ringentes contra eū bona eius facta obmurmurando lacerent, ac veluti tauri in eum impetunt faciant; taurus quippe oculos claudit, vt fortius feriat, sic mali oculos suos claudunt ne videant lucem iusti, ideo enim dicunt, grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, dissimilitudo autem

sem est causa odij, sicut & similitudo amoris, cor autem impiorum dissimile erit. Peccatores ergo obsident iustum, & funes eorum circūplectunt eum. Vnde Felix vertit. Cōgregationes impiorum depredatæ sunt me. & Chaldaica paraphrasis. Cohors, vel caterua impiorum congregata est contra me. vnde & Christum Dominum circūdedērunt in porticu Salomonis, vt refert Ioan. cap. 10. *Ioan. 10.* Ipse quippe Dominus noster Iesus omnium iustorum personam gerit, vt ea quæ iustis omnibus accidere solent, in seipso prius experimento ostenderet; iustus autem à quàm plurimis inimicis obsidetur, à dæmone qui tanquam Leo rugiens eum circuit ad deuorandum, ab hominibus impijs qui in circuitu eius ambulant, vt perdant, à seipso qui contra seipsum inimicitias gerit, nam caro contra spiritū scandala & bella concitat, imò ab ipso Deo qui iustū frequenter in tentationes permittit, sicut Christus Dominus à Spiritu sancto est ductus in desertum, vt tentaretur à diabolo, & iustus Iacob qui luctator dicitur post luctam cum socero, cum leuiris & affinis, cum Esau fratre suo, postremò cum Angelo luctatus est; quapropter iustus tot facies habere debet, quot inimicos aduersum se videt, vt vnumquemque suo ordine oppugnet. Vnde animal sanctum, quod vidit Ezechiel, *Ezech. 7.* habebat faciem Leonis contra diabolū; nam iustus quasi Leo confidens absque terrore erit; habebat faciem hominis contra alios homines, qui virtutem eius oppugnare contendunt, contra quos diuinis rationibus agendum est; faciem vituli habebat, qua sibi ipsi resistere valeat, vitulus quippe sacrificio mactatur, carnem suam ieiunijs macerat, vigilijs extenuat, flagellis mactat, vt subdita spiritui amplius ferocire non velit; sed & faciem aquilæ habebat, aquila prospectus solis intuetur; cognos-

*Apoc. 4.* cognoscat iustus, quod à Deo in tentationem per-  
mittitur, atque cum beato Iob patienter ferat,  
quæ à Deo sibi prouenire cognoscit, quinimo &  
alia animalia, quæ uiderat Ioannes in Apocal. ple-  
na erant oculis ante & retro; uelut alter argos, iu-  
stus plenus oculis incedere debet, cū se obsessum  
tot aduersarijs uideat luce cęlesti circumfusus, ut  
vndique eminentia damna animadaertat. Sunt  
ergo peccatores vincula & funes, quæ iustum cir-  
cumplexum tenent; & quod peccatores sunt vin-  
*Eccles. 7.* cula ex cap. 7. Eccl. accipere possumus, ubi depin-  
gens peccatricem mulierem, totam ipsam la-  
queos ac vincula facit dicens; Et inueni a mario-  
rem morte mulierem, quæ laqueus venatorum  
est; & sagena cor eius, vincula sunt manus illius;  
imò apud Hebręos legitur ipsa laquei, ac si tota  
integra laqueus ac vincula foret.

Sed quoniam à principio diximus ex sententiã  
*D. Greg.* Diui Gregorij, quod etiam peccata ipsa dicuntur  
funes & vincula, non incongruè & de ijs carmen  
hoc intelligi poterit; nam & idem Sanctus doctor  
super illud Iob. 12. Balthæum Regum dissoluit, &  
præcinxit fune renes eorum, ait. Qui membrorum  
suorum motus bene gerere sciunt, non immeritò  
reges vocantur; Regum itaque balthæum dissol-  
uit, quando in ijs qui bene regere sua membra vi-  
debantur, propter elationis culpam castitatis in  
eis cingulum destruit, & quia in renibus carnis  
delectatio principatur, & in fune accipitur pecca-  
tum, districtus conscientię iudex, qui regum bal-  
thæum dissoluit, fune præcinxit renes eorum,  
quatenus dissoluto castitatis cingulo, scilicet eo-  
rum membris delectatio peccati dominetur, ut  
quos in occulto superbia inquinat, quàm sint de-  
*Prov. 5.* testabiles etiam in publico ostendat, & Prouerb.  
5. dicitur; Iniquitates suæ capinnt impium, & su-  
nibus

nibus peccatorum suorum quisque constringi-  
tur, quod dupliciter potest intelligi; primò sic, quod  
peccata dicantur vincula, eo quod peccatorem li-  
gatum tenent, ne possit euadere diuinum iudiciũ;  
*Peccata vincula dicitur.*  
sunt enim peccata ueluti satellites, compedes, &  
manicę, quibus ad luendas penas & diuinum sup-  
plicium perferendum detinetur impius; dum.n.  
peccata habuerit, effugere diuinam vindictam  
minimè poterit; & nisi diuinitus per veram peni-  
*Ps. 115.* tentiã conteratur, ut possit dicere peccator, Diru-  
pisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam lau-  
dis, semper ligatus quasi bos obnoxius supplicio  
permanebit. Secundo dicuntur vincula peccata,  
quia animam captiuam & impeditam detinent,  
ne ad opera meritoria progrediatur, iuxta illud  
Pauli, Ut respiciant à laqueis diaboli, à quo capti  
ui tenentur; nam qui facit peccatum, seruus est  
peccati; quàm miseram captiuitatem in suis plan-  
gebat Threnis Ieremias dicens; Quia tradita est  
*Thren. 1* in captiuitatem filia Sion, hoc est anima fidelis, &  
pulchritudo eius in manus inimici, oportet ergo  
quod à Deo vincula hæc dissoluantur, & ideo di-  
cit, legem tuam non sum oblitus, in quo & capti-  
uis redemptionem & uinctis libertatem promit-  
tis; & ideo Lazarum ligatum manus & pedes in-  
*Ioan. 11* stitis soluendum Apostolis commisit Dominus;  
nam per absolutionis beneficium vincula pecca-  
torum dissoluantur, quod & ipsa absolutionis for-  
ma significat, qua dicitur, Ego te absoluo. Nimi-  
*Forma solutio-*  
rum ab his uinculis quibus te teneri constrictum  
fateris; & id mandauit Dominus duobus discipu-  
*nis.* lis, Iohanni uidelicet & Petro, quando eis iniun-  
xit, ut bestias soluerent, & ad se adducerent, hoc est  
cum potestatem tradidit Ecclesię suę, ut pecca-  
tores à criminibus absolutos ad se reuerti iube-  
*Mat. 16* ret. Fortissimus ille Samson, dñi Dei auxilio fulcie-  
batur,  
B b



*Iudic. 16* batur, facillimè Philistinorū ligamenta soluebat; at vero postquam Dñs ab eo recessit, ligatus ab eis euadere iam non potuit, quia sine Dei specialissimo auxilio solui peccatorum vincula nequeunt.

VERSVS SEXTVS.

*Media nocte surgebam ad confitendum tibi :  
super iudicia iustificationis tuæ.*

*Nox dupliciter  
distinguitur.*

**N**Ox dupliciter sumitur, & pro tempore nocturno, vt nox distinguitur contra diem, & pro statu aduersitatis & tribulationis; & de vtraq; nocte intelligitur carmen, licet plura de hoc dicta sunt suprâ in versu septimo octonarij & tractatus septimi, quare breuiter nunc pertranseundum erit. Hi qui virtutē colūt, quæ meliora atq; aptiora sunt ad virtutem eligere semper debent, media autem noctis tēpus oportunius, atq; commodius est ad spiritalia quæque quàm aliud. Primū quoniam tunc somnus maximè animos hominum oppressos, atq; interclusos tenet, somnus autem maximam similitudinem cū morte habet; nam Poetę fingunt somnum & mortē fratres esse, & alij mortem ferream somnum appellant, vnde Catullus.

*Somnus cum morte  
assimilatur.*

*Ouidius.* Nox est omnibus vna dormienda, & Ouidius.

*Stulte quid est somnus, gelida nisi mortis imago?*

*Longa quiescendi tempora fata dabunt.*

In morte autem quis vitalia opera exercere poterit? quod autem vitalius opus quam quod spiritus operatur? à quo & corpus ipsum vitā habet, & operationes eius vitales dicuntur; præterea animus liberior tunc est atq; spiritalium capatior, quoniā vapores illi qui ex stomacho ad caput ex cibo & potu

potu ascendunt, vel in subtiliores resoluti, vel omnino euacuati sunt. Silētium etiam ipsum ac omnium rerum tranquillitas ad cœlestia meditanda animam ipsam inuitat; quare Psalmista noster alibi dicit, In die madauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius; hoc est, in die iusti misericordiæ operibus vacant, nocte autem cœlestia meditantur mysteria, atq; in Dei laudibus inuigilat; vnde & Christus Dominus in orationibus pernoctabat, & Nicodemus nocte in mysterijs fidei edoctus est, & de beato Dominico nostri instituti Patriarcha dignissimo legitur in officio suo, Sic nocte celi perlustrans limina, die terris dar verbi semina. Quin & in primitiua ecclesia, vt Plinius in iunior lib. 1. Epist. scribit ad Traianum, nihil se sceleris in Christianus reperisse aiebat, nisi quod obstinatè nolebant sacrificare dijs gentium, & quod summo mane surgētes ante lucem Christum tanquam Deum carminibus laudabant: & etiam refert ex Tertulliano Nicephorus 3. lib. eccles. histor. capit. 17. & lib. 14. cap. 3. Theodosium minorem Imperatorem mane cōsurgere solitum cum fororibus, & hymnis Deum & Christum laudare. & D. August. 9. confess. cap. 12. dicit se summo mane, vt à matre quem ex morte matris conceperat releuaretur, his verbis quos ab Ambrosio acceperat vti solitum, Tu es enim Deus creator omnium, poli que rector: vestiens diem decoro lumine, noctem soporis gratia, artus solutos, vt quies reddat laboris vsui, mentes que fessas alleuet, luctus que soluat anxios. Imò & reuelationes sanctis nocte & per somnium fiebant, vt patet in scripturis sanctis, & Iob 4. dicitur; Per noctem in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, & media nocte clamor factus est, ecce sponsus

*Psal. 41.*

*Christus pernoctabat.*

*B. P. Dominicus.*

*Plinius.*

*Nicephorus.*

*D. Aug.*

*Iob 4.*

venit, & quæ paratæ erant introierunt cū eo ad nu-  
*Mat. 25* prias, & media nocte venit Iesus ad discipulos suos  
*Mat. 14* ambulans super mare, media nocte primogenita  
*Exod. 12.* Aegypti interfecta sunt, quia tunc insurgunt pri-  
*Pf. 100.* mordia vitiorū, quæ statim per vigilias, orationes  
 & laudes diuinas interimenda sunt, vnde Psal. In  
 matutino interficiebam omnes peccatores terræ,  
 antequam adolerent & per diei calorem augesce-  
 rent. Qui manna illud suauissimū volebant colligere,  
 oportebat q̄ ante solis ortū surgerent ad col-  
 ligendum, aliās orto sole liquefiebat. Sic dulcedi-  
 nem suam his qui mane vigilauerint ad eū ostendit  
*Sapie. 16* Dominus. Vnde Sapientia 16. dicitur de illo cę-  
 lesti ædulo, quod, man, dicebarur, Quod enim ab  
 igne non poterat exterminari, statim ab exiguo so-  
 lis radio calefactū tabescebat, vt notum omnibus  
 esset, qm̄ oportebat præuenire solē ad benedictio-  
 nem tuam, & ad orientem lucis te adorare. Quare  
 D. Ambrosius super hūc versum, sic ait, Tunc ten-  
 tator assistit, tūc retia iacit, quibus turbare mentē  
 possit improuidam, tunc spirituales nequitia tene-  
 bras ostentant, tunc omne nefas suadere contē-  
 dunt, qm̄ nullus culpę arbiter, nullus criminis con-  
 sciens, nullus pōt esse testis erroris, inserit cordi va-  
 nas disceptationes, vt dicat sibi, quis me videt? &  
 tenebrę & parietes circundant me, quem vereor?  
 Surge igitur ad deprecandū media nocte; hæc ho-  
 ra est, qua tentator & nocere consuevit, & irruere;  
 hæc hora est, qua solet aduersus graues tērationes  
 cęleste venire remedium; surgendum est ergo, ne  
 qua fraude vincaris, prouidendum est tibi eo tem-  
 pore, quo potes vincere, nequaquam tempus vin-  
 cendi amittas, Surge ergo ad confitendum Domi-  
 no, vt gratias agas. Vnde Dominus Ieremia 2. di-  
 cit; Cōsurge lauda in nocte in principio vigiliarū.  
 Si autem de nocte tērationis intelligatur, per me-  
 diam

diām noctem intelligit D. August. quando tenta-  
 tio maiores vires habet, quando est in toto seruo-  
 re ac vi sua, tunc & feruētius Deus exorandus est,  
 vt suppetias ferat ne vincamur, vt Ionas de ventre  
*D. Aug.* cęti Deū deprecatus est, vt latro in cruce, etiam in  
*10na 2.* afflictionibus ipsis Deus deprecandus, vt opitule-  
*Lucæ 23* tur, vnde Iacobi 5. Tristatur aliquis inter vos, oret,  
 & tres pueri in medio flammaram benedicebant  
*Iacob. 5.* Deum, & Daniel in lacu leonum orabat, & exau-  
*Dan. 14.* ditus est, atque à Deo pastus.

Vel tertio sic, si placet; Media nocte surgebam,  
 &c. hoc est tempore naturalis quietis somni, quan-  
 uis ligatus funibus peccatorum, surgam à som-  
 no ad confitendum tibi, ad laudandum te super  
 iudicia iustitiæ tuæ, infra quorum numerum est  
 iudicium vinculorum meorum. Intendit enim  
 quod ligatus non solum non obliuiscetur Dei le-  
 gem, verumetiam gratias referat Deo super abdi-  
 ta iudicia iustitiæ Dei, & hoc media nocte, hoc est  
 omni tempore, quod describitur à tempore, quod  
 maximè necessarium est, nempe ab eo quod est  
 naturali adscriptum quieti; qui enim illo tem-  
 pore surgit ad laudandum Deum, quod maxi-  
 mè sibi necessarium est ad quiescendum, à for-  
 tiori id faciet quando talis non instauerit neces-  
 sitas. Vnde semper id faciet. Hæc perdoctè Do-  
 minus Caietanus.

## VERSVS SEPTIMVS.

*Particeps ego sum omnium timentium te: &  
 custodientium mandata tua.*

**C**um secundum doctrinam Pauli pluribus in *Rom. 12.*  
 locis suarū sacrarum epistolarum, oēs vnum  
 B b 3 corpus

corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra, sit inde ut omnes Christi cultores in charitate vitam agentes, participes fiant omnium aliorum, qui tanquam diuersa membra in vnum mysticum corpus coherent; quod si vnum membrum tristatur, cetera merore afficiuntur, si gaudet etiam & alia læticia implentur, Sed obseruandum, quod quemadmodum vnio membrorum in corpore & inter se consistit in communicatione eiusdem vitæ, quæ ab eadem anima procedit, ita hæc participatio & communio Christianorum in eiusdem spiritus communicatione perstat, secundum illud Pauli. 2. Corinthiorum 12. Nonne eodem spiritu ambulauimus? hic autem spiritus per virtutem charitatis communicatur, quæ perfectam vnionem hanc constituit, ideo quippe appellatur à Paulo vinculum perfectionis, nam sola hæc vnionem facit in voluntate; idem autem velle, & idem nolle, ea demum perfecta amicitia est, ut dicitur in Prouerbio. Sicut igitur membra mutuis functionibus se iuuant, ita & Christi cultores in charitate degentes; vnde fit quod sicut membrum emortuum per paralytismum, vel alio morbo confectum & exiccatum, non communicat vitam, nec calorem animæ, quem alia membra participant, imo nec alimentis quibus alia cibantur membra alitur; sic qui extra charitatem est per quodcunque peccatum mortale, expers omnino à tali communicatione tanquam membrum dissolutum erit, vnde hic Propheta dicit; Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua, hoc est eorum qui fide & operibus te colunt; & in Symbolo fidei sanctorum cōmunicationem confitemur, id est eorum qui sunt in charitate, quæ sola amicos & Prophetas Dei cōstituit, ut dicitur Sapient. 7.

Igitur

Igitur opus satisfactorium cuiuscunque in charitate existentis omnibus sanctis commune est, nam amicorum omnia sunt communia; etenim vel sibi tota illa satisfactio necessaria est, & tunc dicitur omnibus communis, quia omnes gaudio perfunduntur de illo maximo amici bono, quod sibi in tantam vtilitatem cessit, gaudent dico, vel gaudebunt quando ad eorum notitiam peruenerit, quæ erit in patria; vel non tanta satisfactione indigebat, & tunc cedit in Ecclesiæ thesauros, quorum summus Pontifex dispensator ac distributor est, hæc est enim alia fidelium omnium in charitate existentium communicatio, quæ merita Christi & sanctorum satisfactiones, quæ superfluerunt, ad Ecclesiæ thesaurum veniunt, quæ summus Pontifex certis temporibus necessitate poscente aperit, ac omnibus aliquam partem illorum bonorum elargitur, quibus & sua debita soluât, & penę debitæ peccatis, vel omnino dimittantur, vel miriores fiant. Quæ communicatio ad animas quæ in purgatorio sunt extenditur, ut fides orthodoxa contra hæreticos docet, & D. Aug. 20. de ciuit. c. 9. Vel tertio iustus ille qui in charitate opus satisfactorium operatur, intendit illud cæteris iustis applicare, vel animabus, quæ in purgatorio patiuntur, tribuere, ut noster Patriarcha Dominicus faciebat, per singulas noctes flagella pro eorum requie accipiens; & tunc Deus ipse disponit quomodo omnes communicent talia bona, vel proportionabiliter, vel secundum maiorem minorēve recipientium dispositionem quæ secundum auctiorē, vel remissiorē charitatē dijudicatur, vel saltem, sic omnibus commune tale opus fit, quod omnes propter vnitatem amoris gaudent de bono illo, quod vni, vel alijs cōgruit, quod si isti, vel illi applicuerit operans plus ei quàm alijs prodesse creditur, nisi aliquid oblatas impedierit: & sicut membra omnia eo-

*Thesaurus ecclesie propositus maxime dispensatur.*

*D. Aug.*

B b 4 dem

dem alimento pascuntur, sic iusti fideles eisdem sacramentis; nam impius etiam si eadem communiceat sacramenta, non tñ eis pascitur cum nō ad vitam, sed ad mortem sumat, nō ad meritū augmentum, sed ad suppliciorum incrementum accipiat: præcipue autem hæc alimtorum communicatio in sacrosancto Eucharistiæ sacramento fit, quod sinaxis seu vno appellatur, vnde Paul. *i. Cor. 10.* Vnus panis, & vnum corpus multi sumus oēs qui de vno pane & de vno calice participamus, quare in oratione Dominica doceamur petere in cōmuni panem nostrum quotidianū, hoc est commune omnibus viuificatis mēbris alimentum. Vnde *D. Ambr. brosius.* hoc loco sic dicit; Sicut mēbrum participes esse dicimus totius corporis, sic coniunctū omnibus rimentibus Deum. Explicatur et hæc cōmunicatio præter hanc corporis & membrorū analogiam, in hoc qđ omnes sumus eiusdē familiæ domestici. Ecclesia quippe à Paulo domus Dei dicitur; Hæc scribo tibi fili Timothee, vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viui: oēs aut familiares & domestici vnius domus, si inter eos amicitia viger, mutuis se iuuat officijs, atq; societate quadā inter se cōnexi, quasi cōmunia opera inuicē faciunt: sic in Christi fidelibus charitatis amicitia coniunctis considerā dum est. Vnde *i. Ioan. 1.* dicitur; Vt & vos societatem habeatis nobiscū, & societas nostra sit cum Patre & cū Filio eius Iesu Christo & Paul. *Col. 1.* Cū gaudio gratias agētes Deo Patri, qđ dignos nos fecit in partē sortis sanctorū in lumine. Inter eos quippè est vnitas fidei, doctrina consentiēs cōformis vsus sacramentorū, qui et qualescunq; dāmū quorundā errores aut dissensiones incidāt, solliciti sunt seruare vnitate spiritus in vinculo pacis. De quo vide *D. August. trac. 3. 2. in Ioan. & 2. de doct. Christ.*

Christ. c. 6. & epist. 19. idem de vera religione. c. 6.  
 Extenditur & communio hæc non solum ad fidelium animas, qui in purgatorio satisfaciunt, vt supra docuimus, verum etiam ad illā cælestem Ierusalem, quæ sursum est mater nostra, & libera est, quæ vnā nobiscum societatem facit, vnumque regnum constituit, idē quippè præsens Ecclesia passim in Evangelio appellatur regnum cælorum, quoniam vnum regnum cum illa cælesti constituit, nam est idem vtriusque Ecclesiæ, tam militantis quam triumphantis princeps, Christus. scilicet Dominus noster, ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam, & super omnem principatum & potestatem, vt ait Paulus. *Ephes. 1.* Sunt eadē leges, mores, atque institutiones regales, quia vtrouique lex charitatis viger, eadēque lex vtrinq; seruatur, licet perfectius in cælo, vbi Deus erit omnia in omnibus: idem ergo regnum constituit terrena Ierusalem cum cælesti, sicuti Hispaniarum vnum atque idē dicitur cum orbe illo no uo, qui India del Pyru nūcupatur, qm̄ & si maximo secernamur locorum intervallo, tñ quoniam idem princeps vtrunq; moderatur imperium, eadēque leges vtrinque seruantur, idem omnino regnum nūcupabitur, hac tamen differentia se iungimur, qđ illi iam tranquilla pace promissionis terra æterna possessione fruuntur, nos adhuc tanquā peregrini ad eā meritorijs operibus properamus, veluti cū filij Israel Iordanē transibat, il li qui iā sicco pede promissam terrā attingerāt, ad eundē populum pertinebant cū illis qui adhuc ex altera parte ripæ consistebant, accincti tñ ad transeundum, arca aut testamēti in medio fluminis erat; eadē ergo gens atq; idem populus vterq; nisi quod illi iam ad alteram ripam appulerant, promissamque terrā tenebāt, sed isti adhuc in itinere erant

*Ephes. 1.**Simile.**Figura. Iosue 4.*

erant prosperantes transire. Cēlites illius ciuitatis almæ Ierusalē, vnum nobiscū populū cōstituant, nisi q̄ illiam tranquilla pace fruuntur, promissamq̄; attigerūt terrā, nos adhuc in itinere sumus, adhuc arca testamenti, hoc est lex diuina nobiscum est, id est, adhuc legē & mandata adimplere debemus, supersuntq̄; faciēda opera quibus illam beatam patriam mereamur. Vnde & Dominus Ezechielī præcepit vt ciuitatē Ierusalem in latere deliniaret, vt ostenderet quōd terrena hæc veluti pictura quædam ac sculptura est illius celestis, quę in hac veluti in imagine quadā sculpta est, cum ergo tāta societate iungamur, quid mirū si & illi nostri & nos illorū participes sumus. Vnde & nos illorū precibus adiuuamur, & illi de nostris lærantur benefactis, nam & gaudium est in cęlo super vno peccatore penitentia agente, vt dicitur. Luc. 15. Quare D. Aug. in Enchiridion. c. 56. ait. Tota Ecclesia accipienda est non solum ex parte qua peregrinatur in terris à solis ortu vsque ad occasum laudans nomen Domini, & post vultus captiuitatem cantans canticum nouum, verumetiam ex illa quæ in cęlis semper ex quo cōdita est cōhæsit Deo, nec vllum sui casus malum experta est; hæc in sanctis angelis beata persistit, & suæ parti peregrināti sicut oportet opitulatur, quia vtraque vna erit consortio æternitatis, & nūc vna est vinculo charitatis: hæc autem oēs communicationes ex alia oriuntur: hoc est ex hoc quod iūgimur Christo à quo tanquā à capite cōmunes omnia mēbra influentias accepimus. Vnde Pau. Eph. 4. sic ait. Vt in charitate crescāmus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totū corpus compactū & connexū per omnē iuncturā subministrationis secundum operationē in mensuram vniuscunq̄; membri augmentū corporū facit in ædificatio-

*Figura.*  
*Ezech. 4*

*Luc. 15.*  
*D. Aug.*

*Ephes. 4.*

ædificationē sui in charitate. Hic vides hæc mirabilem sanctorū communionē à Paulo altissime obūbratam, declarauerat in fluxū Christi in membra, declarauerat & ipsa mēbra corporis, modo docet officiū mēbrorum esse virtute capitis augere, omnia membra corporis, augeamus inquit nos in illo, qui est caput Christus; In quo incrementū capiant mēbra quæ augere debemus in illo, augeamus autē ad similitudinem corporis naturalis, quæ seipsum auget omnibus suis mēbris proportionabiliter incrementa dādo, cōiunctis suis partibus augmentum subministrādo; sic corpus mysticū Christi, quæ tamdiu est in statu augmenti, quādiu est in carne, donec occurrāmus oēs in virum perfectum, ex virtute Christi capitis, non solum compactum seu coniunctū est, sed & connexum, seu conglutinatum. Cōiunguntur huius corporis mēbra per fidē, connectuntur nexu charitatis, sicut mēbra corporis naturalis connexa sunt inuicem per neruos, fides quippè & charitas cōnectunt membra corporis mystici ad mutuā subministrationem in spiritualibus, vt dicitur ad Philip. 1. Scio enim q̄ in hoc proueniet in salutem per nostram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi secundum operationē in mensurā vniuscuiusq̄; mēbri augmentum corporis faciat, hoc est nō solum à capite nostro Christo est mēbrorum Ecclesiæ cōpactio per fidē, nec sola cōnexio vel colligatio per mutuam subministrationem charitatis, sed et est ab ipso actualis membrorum operatio secundum mensuram cuiuslibet membri, quę augmentum corporis facit proportionale secundum cuiuslibet mēbri dispositionem, vt in corpore naturali fit in ædificationē ipsius in charitate, quæ charitas ædificat (mirabile dictū,) vt intelligamus corporis Ecclesiæ verū augmentū nō cōsistere in ædificatione doctrinæ,

*Philip. 1*

doctrinæ, prædicationis, prophetiæ, & huiusmodi, sed in additione dilectionis; quia enim ædificatio continuè auget ædificium, ideo augmentum corporis per ædificationem explicuit. Ecce mirabilem vniõnem membrorum in capite, à quo tot bona communicantia inuicè se augent in charitate per subministratõnem, & operationem spiritus Christi Iesu. Ideo placet Diuo Augustino, quod hoc carmen etiam intelligatur de hac mirabili communicatione, qua & ipsum Christum communicamus, cõsortes esse diuinæ naturæ, vt ait Petrus, per vniõnem illam qua nostra natura diuinæ personæ vni-  
*D. Aug.* ta est. Vnde & mutuo ipse à nobis communicauit naturam; qui enim sanctificat, & qui sanctificatur ex vno omnes. *Hebr. 2.* Hoc est tam Christus sanctificans adoptionis filios quam ipsi filij qui sanctificantur ex vno Adam omnes sunt. Propter quam causam subinfert; Non confunditur fratres eos vocare dicens; Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. & iterum, quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem,  
 T ex qua participatõne ipse mortalitatis nostræ miserias & nos diuinitatis illius diuitias communicamus, ipse homo, nos dij facti sumus, ipse mortalis, nos immortales, ipse infans vnius diei, nos æternitatis participes; imo & per ipsum ait Paulus; Cõfedere nos fecit Deus ad dexteram suam ad quam supra Christus homo confedit. Quare deuotissimè  
*Ephes. 2.* D. pater August. in Manuali, quod vulgo circunfer-  
*D. Aug.* tur cap. 12. sic ait, Est in te Deo, & Domino nostro dulcissimo & benignissimo vniuersi; nostrum portio & sanguis & caro; vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo; vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me confido; vbi caro mea glorificatur, ibi gloriosum me esse cognosco; quamuis peccator sim, de hac tamen cõmunionem gratiæ nõ diffido;

diffido; & si peccata mea prohibent, substantia mea requirit; & si delicta propria me excludunt, naturæ communiõ non repellit, ecce mirabile & diuinam simul participatõnem membrorum Christi inter se & à capite, à qua ethnicus, hæreticus, schismaticus, & excommunicatus excluduntur, imò & qui est in mortali peccato; quoniam sicuti qui extra Noë arcam extiterunt, omnes extincti sunt; sic qui ab Ecclesiæ vnitatē quomodolibet auulsi sunt nisi eisdem reconciliantur, vel per fidem hæretici & infideles simul cum charitate, vel per amorem & penitentiam qui in mortali peccato sunt, hanc mirabilem communicationem per subministratõnem spiritus non participat, sed pereunt. Vera quippè est illa *D. Augustini & Cypriani regula.* Non habebit Deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem. *Cypria. lib. 1. epist. 11. Aug. l. 4. D. Cypri. de Symb. ad Cate. c. 20. & Psal. 88.*

*Cassiodorus sic dicit; Particeps ego sum omnium timentium te, ita portio Dominus, vt particeps sit non vnius, sed omnium Ecclesiarum tanta virtus vnitatis; cum sit particeps Christi humiliter, dicitur particeps famulorum, quod est & Christi esse participem. Vnde Paulus Hebr. 3. Participes Christi facti sumus.* *Cassiod. Hebr. 3.*

## VERSUS OCTAVVS.

*Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.*

**A**ugustinus sic exponit, dicens propter. *D. Aug.* hoc quod Christus particeps factus *exposiro.* est fratrum suorum, Deus hominum, immortalis mortalium, ideo grantum cæcidit in terram, vt multiplicat multum faceret

faceret fructū . Vnde de ipso fructu adiungit Psal-  
*Miseri-*  
*cordia.* mista, dicens; Misericordia tua Domine plena est  
 terra, & vnde hoc nisi cum iustificatur impius, sci-  
 licet, in cuius gratiæ scientia, vt proficiatur adiun-  
 git ( iustificationes tuas doce me . ) Itaque D. Au-  
 gustinus hanc misericordiam Christum intelligit.  
 Cuius gratia & meritis iustificatur peccator, cui in  
 scriptura dicitur; Terra es. repletus est ergo pecca-  
 tor misericordia Christi, quia iustificatio impij pu-  
 ra gratia ac misericordia est, nulla enim merita no-  
 stra primam gratiam præcedere possunt. Aliàs gra-  
 tia iam non esset gratia, sed merces, vt Paul. infert,  
*Thren.3* vnde Thre. 3. dicitur; Misericordia Dei, quod non  
 consumpti sumus. Dicitur autem terram esse ple-  
 nã hac misericordia Dei, hoc est Christo, quia iam  
 non solum notus in Iudæa Deus, sed à Solis ortu  
 vsque ad occasum magnum est nomen Dei, quia  
 iam nomen Christi divulgatū est in vniuersa terra,  
 & vt ait Ambros. Plena est terra misericordia Do-  
 mini, quia omnibus data est remissio peccatorum.  
 Super omnes Sol oriri inbetur, & hic quidem Sol  
 super omnes quotidie oritur. Mysticus autem Sol  
 ille iustitiæ omnibus ortus est, & omnibus venit,  
 omnibus passus est, & omnibus resurrexit, ideo au-  
 tem passus est, vt tolleretur peccatum mundi, si quis  
 autem nõ credit in Christum, generali benedictio-  
*Simile.* ne ipse se fraudat, vt si quis clausis fenestris radios  
 Solis excludat, non ideo Sol non est ortus omni-  
 bus, si calore eius ipse se fraudat; sed quod Solis est,  
 prærogatiuam suam seruat, quod impediens est  
 communis à se gratiam lucis excludit, & hoc diui-  
*Matt. 5.* næ misericordiæ imputatur, quia pluit super iustos  
 & iniustos, vt dicitur Matthæi 5. Dicitur autem  
 Christus Dei misericordia, quia quicquid miseri-  
 cordiæ à Deo habemus, totum per Christum com-  
 municamus. Sicuti & dicitur nostra iustitia, quia  
 quicquid

quicquid iustitiæ ad Deum habemus ab ipso est.  
 Vel dicitur Christus Dei misericordia, quia per ip-  
 sum maxime patefacta est; nam vt ostenderet in se-  
 culis superuenientibus inestimabiles diuitias gra-  
 tiæ suæ filium suum nobis misit, vt dicit Paulus: *Ephes. 2.*  
 Patefacta sunt viscera misericordiæ Dei per Chri-  
 stum, quæ antea clausa & operta erāt, vnde clamor  
 ille propheticus *Isa. 63.* Vbi nunc fortitudo tua, &  
 zelus tuus, multitudo viscerum tuorum & misera-  
 tionum? super me continuerunt se; sed nunc iam  
 alius Propheta clamore magno laudat Deum di-  
 cens; Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus  
 visitauit nos oriens ex alto. & D. Bernardus dicit; *D. Bern.*  
 Patent mihi viscera Dei per Christi vulnera; nam  
 aduentus ille Christi ad misericordiam fuit non ad  
 iustitiam; nam vt ipse dicit *Ioan. 3.* Nõ misit Deus  
 filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed  
 vt saluetur mundus per ipsum. & *Isa. 61.* dicitur:  
*Isa. 61.* Spiritus Domini super me, eo quod vixerit me ad  
 euangelizandum pauperibus misit me, vt mederer  
 contritis corde, & prædicarem captiuis indulgen-  
 tiam & clausis apertionem, & prædicarem annun-  
 tiabilem Domino, vt consolarem omnes iugen-  
 tes &c. adeò audius Deus fuit suam nobis patefa-  
 ciendi misericordiam, vt eam visibilem nobis atq;  
 palpabilem præbuerit, vt eam manibus, quasi pro-  
 prium bonum nostrum contrectaremus, atq; ocu-  
 lis in eius pulcherrima specie delectaremur, auri-  
 bus dulcissimum eius sonum hauriremus, demum  
 suauissima eius fragrantia allecti, post illum cum  
 sponsa curreremus dicentes, In odorem vnguen-  
 torum tuorum currimus. vt & sic illud *Ioan. dice-*  
*1. Ioan. 1.* re possemus. Quod vidimus, quod audiuius,  
 quod manus nostræ contrectauerunt de verbo vi-  
 tæ. & illud *Luc. 10.* Beati oculi qui vident quæ vos  
 videris, & aures vestræ quia audiunt.

Sed

*Miseri-*  
*cordia.* Sed simplicius versus iste intelligi potest. de ipsa  
Dei misericordia, quæ omnem repleuit orbem ter-  
rarum : nã & si iustitia & misericordia in Deo, imo  
& omnes virtutes æquales sint, cum sint ipsemet  
Deus : tamen quia in præsentem plures nobis miseri-  
cordiæ, quam iustitiæ effectus innotescunt, ideo di-  
citur orbis repletus Dei misericordia ; nam licet  
*D. Aug.* D. Augustinus super Psal. 16. hoc explicet de iusti-  
ficatione peccatorum, quoniam repleta est terra  
peccatoribus, ita & misericordia Dei quæ illos iu-  
stificat; tamen etiam intelligitur de alijs miseri-  
cordiæ operibus, quibus replet terram ; nam effudit il-  
lam super omnia opera sua, nõ distillauit, sed pro-  
digè effudit, non parè communicauit, quinimo  
prius misericordiæ opera nobis ostendit quàm iu-  
stitiæ, secundum illud Psal. Misericordiam & iudi-  
cium cantabo tibi Domine, vt disertus rhetor blã-  
ditijs misericordiæ animos hominum captat atq;  
aucupat, vt attentius cetera audiant. Præterea plu-  
res misericordiæ quàm iustitiæ demonstrat opera;  
mille millibus misericordiæ compensatur; imo &  
circumcingitur iustitia à misericordia ita, vt vix in  
præsentem seculo appareat; ipsæ quippè pœnæ dum  
hanc agimus vitam, medicinæ sunt ex miseri-  
cordiæ apotheca educatæ. Vnde Psal. 114. Misericors  
*Pf. 114.* Dominus & iustus, & Deus noster miseretur. Ecce  
circumseptam iustitiam à misericordia, & tãquam  
in medio clausam, vt nec ingredi, nec egredi nisi  
per misericordiæ ianuam queat; mixta quippè ac-  
temperata iustitia Dei, cū misericordia nobis pro-  
pinatur, vt eam absque mortis periculo haurire  
possimus; quis enim puram ac nudam Dei iusti-  
tiam sustinere possit, cū nec angeli iudicium eius  
portare queant? vt dicitur 1. Pet. 4. Vtuti medi-  
*1. Pet. 4.*  
*Simile.* cus forte ac venenosum medicamen propinaturus  
ægroto

ægroto alijs benedictis herbis immiscet, quibus  
contemperatum absque interitu ebibere possit;  
quod autem pœnæ ipsæ ex Dei misericordia nobis  
in hac vita proueniant, attestatur comminatio il-  
la prophetica Ezech. 16. Aufertur zelus meus à te,  
*Ezech. 16.* & quiescam vt non irascar amplius. Vbi ira Dei  
amoris ac beneuolentiæ effectus designatur; fla-  
gellat enim, vt pius pater, omnem filium quem di-  
ligit, *Prover. 3.* Quare pronior semper Deus est ad  
*Prou. 3.*  
*2. Reg. 8.* miserendum. 2. Reg. 8. dicitur, quod Dauid men-  
sus est duos funiculos, vnum ad occidendum, &  
vnum ad viuificandum; & dicunt Hebræi, quod  
funiculum ad viuificandum maiorem constituit,  
quàm illum qui fuit ad occidendum, vnde & le-  
gunt, Mensus est duos funiculos ad mortifican-  
dum, & impleuit funiculum ad viuificandum, vt  
plures vita donaret quàm interficeret. quod Deo  
potius attribui debet, qui vult omnes homines sal-  
uos fieri, & implet funiculum ad miserendum. ali-  
*1. The. 2*  
*Pf. 111.* bi etiam in Psalmo 111. dicitur; Misericors & mi-  
serator & iustus Dominus. Vbi pro vno iustitiæ ti-  
tulo duplex misericordiæ ei tribuitur. Hoc enim  
*2. Cor. 1.*  
nomine potissimè gloriatur Deus, vt dicatur pater  
misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui  
olim dicebatur Deus vltionũ; quare sponsa *Cant. 1.*  
Oleum effusum nomen tuũ. Per oleum autem mi-  
sericordia designatur; quia enim misericordiã suã  
*Oleũ mi-*  
*sericor--*  
*diã desi-*  
*gnat.* effudit super omnia opera sua, ex frequentissimis  
pietatis effectibus ei nomen imponimus; vnde di-  
citur misericors & miserator, hoc est quod non so-  
lum in se habet misericordiam, sed quod in omni-  
bus operibus eius maximè eam manifestat; dicat  
ergo Sponsa; Oleum effusum nomen tuũ. hoc est  
ex misericordiæ tuæ effectibus cõmunicatis te mi-  
sericordem & miseratorem nuncupamus, omnia  
quippè opera tua redolent misericordiam tuam.  
Cc Vnde



Vnde alia litera vnguentū effusum nomen tuum, ad cuius fragrantiam vnguenti, peccatores post te currunt, ita vt de te tuus Euangelista dicat; Erant appropinquantēs ad Iesum publicani & peccatores. Hi sunt effectus illi epitecta ac tituli quos Dominus Moyſi manifestare voluit Exod. 33. cum ei dixit; Ego ostendam tibi omne bonum. & vt ostenderet quod hoc bonū non esset id, quod Deus habet in se, quod communicat creature, ait: Posteriora mea videbis, faciem autē meam videre non poteris, hoc est effectus profundissimos meæ bonitatis quibus creata omnia colo; Quare super faciem Moyſi secundū Hebræos transiturum se promissit Deus; experientia autem nobis constat, q̄ eorum quę supra nos sunt tantum superficiem illam conuexam, quæ versus nos est cernimus, cætera tecta manent, ad insinuandum id solum reuelasse Deum Moyſi, nempe bona sua quæ nobis communicat, quæ versus nos sunt, nosq; respiciunt, quę potissimæ sunt misericordię opera, vnde illud: Ego ostendam tibi omne bonū, hoc est maximum bonum. Sic enim frequenter loquitur scriptura, vt est illud *Ecclesiast. vltimo*; Time Deum, & mādāta eius obserua, hoc est enim omnis homo, hoc est maximus homo. & *Proverbiorum vndecimo*. Desiderium iustorum omne bonum, hoc est maximum bonum: misericordia autem in Deo est maxima virtutum, quippē quæ omnem defectum excludit; nam misereri est miseriam subleuare, qui autem aliquam miseriam subleuat ea carere debet; vt qui pauperi subuenit, egenus esse non potest; qui ignoransem docet, ignorantia carere debet, qui debili opem fert, fortis vt sit oportet: cum ergo Deus omnem subleuet miseriam, omnibus expertem oportet esse miserijs. Est ergo in Deo misericordia maxima virtutum, quæ hic omne bonum nuncupatur.

Igitur

Igitur promissit Deus Moyſi, se specimen aliquod gloriæ suæ ei manifestaturum, ac deinde nomina recondita ac bonitatis suæ epitecta, cū subiungit; Et vocabor in nomine Domini corā te, hoc est nomina propria & ingenita mea tibi reuelabo: Deo autem proprium est misereri semper & parcere, in cuius signum subdit, & miserebor cui voluero; & clemens ero, in quem mihi placuerit; quod capite sequenti clarius apparet, in quo nomen Dei Theouah, quod est nomen propriū eius, quatenus fons essendi, ei patefacit, & postquam quæ pollicitus fuerat ei Deus vidit, ait Scriptura, Cumq; descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo inuocans nomen Domini, quo transeunte cotam eo ait: Dominator Domine Deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem & scelera atque peccata; ac si hæc fuissent epitecta quæ Deus illi, secundum quod fuerat pollicitus, manifestauit: & credo hunc sensum non longe abesse à literalī illius loci, atque hoc obsecro aduertant legentes me creberrime literalem explicare sensum testimoniorum quæ ex scriptura adduco. Igitur cum frequentiores effectus diuinæ misericordię experiamur quàm iustitiæ, talibus etiam titulis frequentius honoramus Deum. *Exodi 24.* Ascendit Moyses in montem, & cum eo septuaginta senes ex Israel, qui viderunt Deū Israel, & sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphyrini, & quasi cœlum cum serenum est. Nam cum in hac vita faciem Dei cernere non valeamus, pedū vestigia quibus terram calcāt videmus, hoc est effectus quibus ab eo gubernamur, experimur; hi autem sunt misericordię opera designata per lapidē sapphyrum & per cœlum serenum, non turbulentum quod exprimat iram, sed serenum ac rutilans, ce-

Cc 2 rulumq;

*Exod. 24*

Richard.

rulemque sapphyri colorem, quæ omnia tranquillitatem pacemque nobis ostendunt. Dicitur autem misericordia Domini plenam esse terram, quia cæli non indigent misericordia, ubi nulla est miseria; in terra hominum abundat miseria, & superabundat Dei misericordia; vt alibi ait Psalmista, Miserationes eius super omnia opera eius. Vbi aduertendum ex Richardo, quod Dei misericordia & replet cælum, & replet terram; nam alibi etiam dicitur; Domine in cælo misericordia tua. & reuera, ait Richardus, persister totum quod Deus fecerat, nisi misericordia Domini subuenisset. Culpa & vltio quicquid in hunc mundum venerat auferebant, quia & fragiles semper tendebat ad lapsum, & cogebat ad vindictam semper iudicantis censura; sic Angelus eicitur à cælo, sic de paradiso exulat homo, sic mundus deletur diluio, sic gentes confunduntur linguis, sic vrbes diuino exuruntur incendio, sic Iudæam vltor Christi sanguinis Romanus delet exercitus; hæc est Christi magna & longa misericordia, qui iudicium omne seruauit ad vnum, & totum hominis tempus ad penitentiam deputauit inducias, vt quod de vitij suscipit infantia, capit adolescentia, inuadit iuuentus, contingit senectus; de peccato vel tunc pœniteat, quando se sentit iam non posse peccare; & tunc saltem reatum deserat, quando iam illum relinquit reatus; faciat de necessitate virtutem, vt moriatur innocens, qui totus in crimine vixit; sic ergo Deus per misericordiam reddit, quod per iudicium deperierat, vt merito dicat Psalmista; Misericordia Domini plena est terra. Hæc Richardus.

(Iustificationes tuas doce me.) Creberrimè hanc repetit petitionem, quia semper querenda ad perfectum, nec vnquam est bonæ rei facietas, vt ait Cassio-

Cassiodorus; sed tamen ideo (vt docet Ambrosius) iustificationes Dei ab ipso Domino petit doceri, quia difficile est in terra huiusmodi magistrum inuenire, qui ea doceat quæ ipse non videt. Ad illum ergo Doctorem intimo Propheta concedit affectu, qui solus magister est verus, de quo in Apocalyp. scribitur cap. 5. quod agnus librum signatum aperuerit, quem nullus antea poterat aperire, solus enim Christus clauem habet scientiæ, quam cui vult communicat, & ideo ad ipsum conuersus Psalmista ait, Tu me doce iustificationes tuas, quia tu es vera iustitia; tu doce me quæ sapienter dicta sunt, quia tu ipse es vera sapientia; tu aperi cor meum, quia aperuisti librum; tu aperi illud ostium quod in cælo est, quia tu ipse es ianua; per te si quis intrauerit regnum illud possidebit æternum, per te si quis intrauerit non decipietur, quia falli non potest quicumque veritatis domicilium fuerit ingressus.

Vel, si vis, per iustificationes intellige iustitiam Dei, nec enim de misericordia gaudebit, qui iustitiam contempserit, vnde post relatum misericordiam iustitiarum Dei meminit. Vbi aduertendum ex Diuo Gregorio 19. moralium, cap. 16. quod iustitia misericordiam in omnibus operibus nostris præcedere debet, vt opera pietatis, vel misericordiam rectè possint nuncupari. Ait quippè Gregorius: Ille bene agit quæ piâ sunt, qui prius seruat quæ iusta sunt, & collatus in proximis misericordiam riuus de iustitiæ fonte ducatur, nam multi proximis misericordiam opera impendunt, sed iniustitiæ facta non deserunt. Vide alia &c.

Cassiod.  
Ambros.

Apoc. 5.

D. Greg.

1. Teht. *Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine: secundum verbum tuum.*
4. Teht. *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.*
3. Teht. *Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiu.*
4. Teht. *Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.*
5. Teth. *Multiplicata est super me iniquitas superbiorum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.*
6. Thet. *Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.*
7. Teht. *Bonum mihi quia humiliasti me: ut discam iustificationes tuas.*
3. Teht. *Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.*

INCIPIT TRACTATUS  
Nonus.

VERSUS PRIMVS.

*Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine: secundum verbum tuum.*

Hic propheta ac I N hoc nono octonario induit Propheta personam viri iusti, iniuste & absq; causa ab iniustis vexati,

vexati, vt in quinto versiculo patet, vbi dicit: Multiplicata est super me iniquitas superbiorum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Quod clarius in Hebræo habetur, vbi sic legitur. Applicauerunt super me falsitatem superbi, ego in toto corde seruabo præcepta tua. Vbi clare videtur personam iusti, cuius est in toto corde scrutari, & seruare mandata Dei. Introducitur autem hic iustus quasi cupidus discendi ab ipso Deo, cur iusti sic in præsentia afflicterentur, cur tot calamitatibus pateant, tot hostium persecutionibus subfint. Cui quæstioni in duobus vltimis versiculis satisficit. Fateretur quidem in primo versiculo cum sancto Iob, se bona de manu Domini recepisse cū dicit. Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine secundum verbum tuum, hoc est, secundum occultas rationes agendorum, quibus Deus orbem gubernat. Ac si diceret. Etiam mala quæ patior, sunt arcana tuæ prouidentiae iudicia, quæ inter bona connumerare non dubito. Scio. n. te tam bonū, vt nullū permitteres malum, nisi simul tanta præstares sapientia, vt ex malo bonum emolumenta quæ multa eliceres. Sed hoc à te discere volo, qua mente, quæ intèrione me iustum diu vexare placuit, ac simul scientiam legis tuæ de hac iustorū in præsentia depressione doceri à te valde cupit anima mea. Respondet autem quæsto duobus vltimis versiculis, cum in penultimo dicit. Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. vel bonum mihi quia afflictus sum (quod idē est) ac si diceret; quod vexatio dat intellectum, atq; præsentis vitæ afflictiones in æternorum memoriam nos reducunt. Et in vltimo carmine, dicit. Nihil nocet iustis temporalia ab eis subtrahendo, cum præstantiora bona conferas, qualia sunt spiritalia & cœlestia, quæ in lege tua promittis obseru-

*Teht, significat exclusionem.*

*Paulus.*

*Luc. 16.*

*1. Cor. 3.*

toribus: quæ pretiosiora quæque auri & argenti longo intervallo antecellunt. Atq; hæc iustorum confidentia metum temporalem excludit, unde li-  
tera quæ huic octonario contigit est Teht, nona in ordine alphabeti Hebraici, significat autem exclusionem quasi per hæc sperata omnem metum à se excludant electi; nec enim metuit temporalia amittere, qui æterna tanta cum fiducia expectat: nec corporis mortem horret, qui perpetuam à Deo nancisci confidit vitam; minus terrenam substantiam perdere formidat, qui cœlestem super aurum & topazion præstantem desiderat. Hæc autem vna est & credo potissima. inter abditissimas rationes diuinas, quare iustis mala, & malis bona in hac vita proueniant, quoniam iustorum retributio in melioribus promissionibus (vt ait Paulus) sita est, mali autem in futuram reseruatur vindictam, cui collata temporalia bona quasi nihil sunt. Videmus multotiens primogenitum, atque totius substantiæ paternæ hæredem futurum, disutis atq; veteranis vestimētis indutum, cum seruus melioribus vestiatur; quoniam iste cras in pistrinum recludetur, ille perendiē in omnem ingredietur hæreditatem. Quid quod iustus Lazarus laceratis vestibus cruore ac vulneribus plenus ad ianuam diuitis iaceat, diues vero pretiosis vestibus indutus laetis cibus pastus ipsum despiciat, cum ille cras in sinum Abrahæ recipiendus sit, hic in inferno sepeliendus? Vnde Paulus electis dicit. 1. Corint. 3. Omnia vestra sunt siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt. Cum igitur iusti sint hæredes Dei, talia tantaque bona expectent, nihil refert, si in præsen- i seculo, dum adhuc paruuli sunt, nihil à seruo differant, imo & viliora patiantur; mali verò quoniam ad æterna refer-

reseruantur tormenta, parum est quidquid hic recipiant boni, vt Diuus Gregor. docet super illud Iob 21. Quoniam in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Interrogauerat in principio capitis, & dixerat; Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs, & cætera quæ ibi videbis, vbi temporalem eorum felicitatem depinxit, atque breuissime respondet dicens; Quoniam in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Veluti cum sceleratus homo ad supplicium ducitur, permittitur vt ei in via delicatus cibus subministretur, & hæretici qui cras igni tradendi sunt, cœna opulenta pridie pascuntur; quare ergo delicijs permittuntur pasci retri facinorosiq; homines? quoniam statim supplicium de eis sumendum est; quid facit buccella dulcis? cras flammis exurendus est; Sic quia in diem furoris seruatur malus, quid magnum quæ hæc permittatur delitiosè viuere? ducunt enim in bonis dies suos, in puncto ad inferos descendunt. Vide D. Chrysost. hom. 1. ad populum Antiochenum, vbi plures rationes congerit quare iusti hic permittantur affligi. Hæc igitur est huius octonarij doctrina, (Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine,) hoc est bonum fecisti, vel bene fecisti, hæbraismus est, vt illud Sapien. 1. Sentite de Domino in bonitate, hoc est bene. Tunc ergo benefecisti cum seruo tuo, cum hominem ad imaginem & similitudinem tuam creasti, ad imaginem cum animam tui compotem ei infudisti, ad similitudinem cum dona gratiæ quasi superaddita tribuisti, (Secundum verbum tuum,) id est, cum dixisti; Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Genes. 1. Sic Lyranus.

Diuus Augustinus legit. Suauitatem fecisti eum seruo tuo, hoc est fecisti vt me delectaret bonum, quando

*D. Greg.*

*Simile.*

*Iob 21.*

*D. Chrysost.*

*Sapien. 1.*

*Gen. 1.*

*Lyranus*

*D. Aug.*

quando enim delectat, & bonum & magnum Dei donū est; qñ autem bonū opus quod lex imperat, fit timore pēnē nō amore iustitię, cū Deus metuitur non amatur, seruiliter fit, non liberaliter.

1. Ioan. 4. uis. n. non manet in domo in eternum, quia perfecta charitas foras mittit timorē; filius autē hoc est qui amore seruit, manet. Et certē qui timore pēnē operantur, minimē permāsuros existimes, non. n. operantur quia volunt, sed quia timent. Facerent enim malū, vel desisterent à bono, si vindictam nō timerent. Vnde q̄ primum serpens absoluit timorem mortis à muliere dicens; Nequaquam moriemini; deligno vetito edit. Suauitatē itaque (ait Augustinus) fecisti cum seruo tuo Domine, eum faciendo filiū qui seruus fuit. (Secundum eloquium tuum,) hoc est, secundum promissum tuum, vt secundum fidem firma sit promissio omni semini.

Rom. 4. Hieron. de bonis, quæ Ecclesię suæ contulit Deus, per verbum suum, quod est Christus, carmen hoc intelligit.

August.

Rom. 4.  
D. Hiero  
nym.

VERSVS SECVNDVS.

*Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.*

**Q**ua connexionē atque consequentiā hæc carmina inter se iunguntur in præcedenti versu explicuimus, cum argumentum totius huius octonarij proponebamus, sed quoniam plures hosque selectos sensus habent sequentes versiculi, in eis deinceps immorandum est. Bonitatem quidem passus fuerat se accepisse à Domino, sed hæc iterum petit se doceri atque instrui; quoniam,

vt

vt ait Cassiodorus, Boni cupiditas nunquam satietur, instar flagrantis flammæ in arundinero, quæ quo plus flagrat, magis æstuat. Per bonitatem tamen D. August. reliqui que sacri Doctores charitatem intelligunt, quippè quæ sola bonum gratumque animum veri Dei cultoris facit. Docet Paul. i. Corin. 13. Reliqua omnia sine charitate nihil sunt, nec apud Scholasticos viros vlla virtus hoc nomine gaudet nisi charitate coniuncta sit; nam virtus est quæ bonum facit habentem & opus eius bonum, charitas autem prophetas Dei & amicos constituit, vt dicitur Sapient. Nec aliquem diligit Deus nisi eum, qui cum charitate habitat; opera autem nostra, vt fides Catholica docet, absque charitate meritoria non sunt; fides quippè facit hominem verum; spes rectum, quia in rectum verum & bonum eum dirigit; charitas vero bonū, quia voluntatem perficit à qua bonus vel malus quis denominatur: vnde in abstracto vocat eam bonitatem, quasi insinuans eam esse formam cæterarum virtutum quatum ad meritoriam supernaturalemque bonitatem & disciplinam; quoniam quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit, Prou. 3. Cui ergo donatur à Deo charitas Dei, & propter Deum charitas proximi, profecto instanter orare debet, quod tantum sibi augeatur hoc donum, vt non solum pro illo contemnat delectationes cæteras, sed etiā pro illo quaslibet perferat passiones. Ita suauitati salubriter additur disciplina. Tam magna quippè debet esse charitas, vt sub discipline pressura nō possit extingui, sed sicut ingens flamma sub impetu venti quanto magis reprimitur tanto ardentius excitatur, hæc D. August. Quare per disciplinam, patientiam, tollerantiam que in tribulationibus intelligit ipse, & alij interpretes; patientiam quippè

Cassiod.

D. Aug.

i. Cor. 13

Sapient. 7

Prou. 3.

Simile.

quippè charitatis & amoris probatio est, secundū illud Pauli. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. Intellegatur etiam per disciplinam, carnis mortificatio atque subiectio per ieiuniorum vigiliarū & similium actionum macerationem. Sancti quippè in carnem suam deserviunt, ut eam spiritu subiectam reddant vnde Paulus. Ego sic pugno non quasi aerē verberans, sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, qui enim absq; membrorum mortificatione carnis que ad spiritum debita subiectione virtutum culmina aggredere nititur, quasi qui aerem verberat, frustra laborē assumit; veluti q̄ proprios subditos aut seruos rebellatos relinquens, alienos oppugnare contenderet. Contra se ergo arma verrunt electi, ne domesticis hostibus sequentibus frustra in alienos belligerasse dicantur. Vnde Cant. 3. dicitur; En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis super femur suum, quasi contra se ipsos ipsimet arma vertissent. Nā cum intelligant communem omnium hostem diabolū nostris proprijs armis nobis bella inferre: hoc est qđ proprijs membris nostris nos debellare contendit, arma ipsa hebetare satagunt, ne vulnera infligere queant, vnde carnem ieiunijs, vigilijs, disciplinarumq; ictibus extenuare hebetareq; contendunt, ut sic obtuso gladio minus ferire aduersarius posset. Caueant Philistini ne esset faber ferrarius in terra Israel, qui lanceā vel gladium actere possit. Sic sancti Patres religionum institutores sanxerūt ne essent deliciae in victu nec in vestitu in religionibus, sed omnes abstinentiæ ieiunijsque vacarent, ut nō esset qui hostium gladios lanceasque acueret, sed recunderet potius atque haberetur.

Sed

Sed quoniam hæc carnis maceratio nisi discretionē ac prudentia moderatur, in culpam vergeat & in malum, ideo addit Propheta. Scientiam etiam doce me; hoc est illam moderatiōem nostrarum actionū, quæ eas in medio contineat: ne se in extremum aliquod protrahant, vel constringant. Vnde ut in collationibus patrum legitur, q̄ cum corā beato Antonio aliquādo disputatio oriretur, quæ nam virtus magis necessaria monacho videretur, alijs alia dicentibus B. Antonius subintulit: Nolla plus indigere monachum virtute, q̄ discretionē, quæ eum per medium dirigit, nec ad dexteram, nec ad sinistrā declinare patitur, quæ modū in rebus ponit, ut nec necessaria corpori subtrahat, nec superflua largiatur. Et sic intelligitur illud Matthæi. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus, hoc est prudentia quæ omnia circumspicit, quæ etiam & discretio nominatur. Et illud Romanorum 8. Sol non occidat super iracundiam vestram, id est, discretio non desit, cum irasci debeas, ne in furorem aut sæuitiam prolaberis, hæc quippè virtus Sol est, quo illuminatæ actiones nostræ in vitiorum tenebras non deueniunt. Vnde Proverbiorum 24. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur, id est, (modo loquēdi Hebræorū) res familiaris per prudentiā rectè instituta perseverat, id. n. significatur per ædificatiōem domus, non materialis parietū erectio, sed studiosa & rectè instituta domus vniuscuiusque; domus autē monachi ipsamet est, & per prudentiam gubernare seipsum debet, ne corruat; & licet in omnibus actionibus prudentia veluti auriga uti debeamus, in illis tamen quæ feruore spiritus fiunt, cautiore ac prudentiores esse debemus. Nam ut ait D. Thom. quanto equus velocior est in cursu, lumine oculorum plus indiget. Nā si in medio perniciosissimi

Dictum  
B. Anto-  
nij.

Matt. 6.

Rom. 8.

Prov. 24

D. Tho.

niciſſimi curſus eius oculos operires, ſeipſum & aſcenſorem præcipites daret; ſic quo maiori ferues virtutis amore, maiori etiam indiges charitate; ne ſi velatis oculis abſque prudentia per virtutis ſpatia curras, in extremis vitiorum præcipitatus corruas. Vnde Diuus Bernardus ait: Non habet callidus hoſtis machinamentum efficacem ad tollendam de corde noſtro charitatem, quàm ſi efficere poſſit, vt in ea incautè & non cum diſcretionè ambulemus. Et Paulus Ephe. 5. cum antea dixiſſet; Ambulate in dilectione, ſubiungit. Videte quomodo cautè ambuletis non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes. Et Romanorum 12. Obſecro vos per miſericordiam Chriſti vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentè, rationabile obſequium veſtrum. Primum dicit; Hoſtiam viuentem, hoc eſt, ne quis ita ieiunio aut carnis maceratione extenuetur, vt intereat, vel minus aptus ad maiora munera ſubeūda fiat, rationabile obſequium veſtrum, id eſt, cum diſcretionè, nequid nimis ſit, ſed cum temperantia, vt dicit glo. Nam ſiſ perfectionis non conſiſtit in his exterioribus virtutis exercitijs, non enim eſt regnum Dei eſca & potus, ſiſ autem præcepti eſt charitas, hæc autem media ſunt & inſtrumenta ad virtutem; medium autem ex ſine menſurandū eſt, quare tantum hæc neceſſaria ſunt, quantum ad virtutem aſſequendam ſufficiunt, quòd ſi potius impediunt, iam in vitium & peccatum deſciſcunt; vnde Hieron. in quadam epiſtola, Nonne rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiuniū vel vigilias præfert ſenſus integritati, vt propter Pſal morum, atq; officiorū decantationē amentiz vel triſtitiæ quis notā incurrit? Rectè ergo poſt diſciplinam ſcientiā poſtulat noſter Propheta, ne in interitum vergat, quod pro ſalute ſumendum eſt.

Sed

Sed obſerua pulcherrimum ordinem in poſtulat. poſtquàm charitatem diſciplinam que flagitauerat, ſcientiam recto ordine poſpoſcit, hæc enim animum bene morigeratum caſtigatum que requirit, ne ſi abſque huiuſmodi firmamēto veniat, ſuperbiam potius quam ædificationem præſtet; ſcriptum quippe eſt, ſcientia inflat, charitas vero ædificat. Tunc optimè pretioſa margarita incluſa fulgebit, cum ei lucidum præparaueris locum, excluſis prius quæ ſedare ſolebant; ſcientia nãque in animo charitate diſciplina que præparato tãquam pretioſa margarita optimo auro incluſa, miro ſplendore micabit, ſi prius inde quæ dedecorant animam abſtuleris; vnde Eccleſ. 5. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. & Pſal. 24. Docebit mites vias ſuas. & Iacob. 1. Cum manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. Quæ omnia humilitatem diſciplinam que deſignant, vt ſcientia diſciplina que Chriſti fructuoſe inſeratur cordibus noſtris, aliàs ſcientia his comitibus orbata in ſuperbiam erigit animum, vanitatie que ſubiectum occidit; vnde cum ſerpens ad decipiendam mulierem acceſſiſſet, ſtatim per ſcientie cupiditatem animum eius inſlauit dicens: Eritis ſcientes, quare non gula quæ carnis peccatum eſt, ſed ſuperbia quæ inter ſpiritalia vitia computatur, primum peccatum hominis fuit. Hæc tria bonitatem, ſcilicet, & diſciplinam, ac ſcientiam explicat Paul. Ephe. 5. cum dicit, Fructus autem lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate. veritas quippe intellectum illuminat, iuſtitia voluntatem rectificat, quæ carnem ſpiritu ſubiicit, vt ſic & iuſtitia ſeruetur. In hoc autem quod dicit, doce me, petit vt cum effectu erudiat a Deo; nã aliud eſt diſcere, aliud docere; ille qui nunquam didicit nunquam fuit doctus, dixit quidem illi uagifter

D. Bernard.

Epheſ. 5.

Rom. 12.

1. Tim. 1

D. Hieronymus.

1. Cor. 8

Eccleſ. 5.

Pſal. 24.

Iacobi 1

Geneſ. 3.

Epheſ. 5.

gister veritatem, sed non docuit, quia non didicit. Deus autem quos vult doctrina sua imbuit, ut docti scientesque euadant, atque ad agenda quae viderint praeualeant; potest enim & intellectui novas species agendorum infundere, & voluntatem ad ea exequenda efficaciter mouere, cum solus ipse Deus, super totam animam hominis potestatem exerceat; quare de Christo Domino dicit Marc. Erat docens eos tanquam potestatem habens, & non sicut scribae eorum Pharisei, & illud. Est scriptum in Prophetis, erunt omnes docibiles Dei. Ioan. 6. (Quia mandatis tuis credidi) nam accedentem ad Deum oportet primum credere, & Isa. 7. Nisi credideritis non intelligens. Certè fides necessaria est ad hoc quod reuelata intelligantur, donum enim intellectus praesupponit fidem. Septuaginta legunt. Nisi credideritis non permanentibus, vel non stabiliemini, fides quippe stabilitum est totius Christiani aedificij, cum sine fide impossibile sit placere Deo, Hebr. 11. & 2. Paralip. 20. dixit Iosaphat ad populum. Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, ubi in Hebraeo est, stabiliemini; credere ergo mandatis, hoc modo loquendi, est in eis stabiliri & confirmari: ac si diceret; ideo haec peto, quia mandatis tuis firmiter adhaesi; vel hoc est reddere rationem quare à Deo petit doceri, nam credere diuinis efficit hominem docilem Deo; sic Caietanus. D. August. quaerit cur dicatur credere mandatis tuis, cum mandata potius in opere exerceantur; alia enim sunt mandata (ait August.) alia promissa, mandata facienda suscipimus, ut accipere promissa mereamur, promissis ergo credimus, mandatis obtemperamus: quid est ergo, mandatis credidi tuis, nisi credidi quod tu illa mandaueris, non aliquis homo, quamuis per homines hominibus ministrata & man-

data sunt: quia ita credidi tua mandata esse, ipsa fides mea, qua id credidi impetret abs te gratiam, qua faciam quod mandasti. Cassiodorus aliter soluit quaestionem dicens; Ideo mandatis dicitur credere, quia seruatoribus promittitur regnum caelorum, credidit ergo mandatis Dei, quia promissis à Deo ea obseruantibus fidem habuit.

Cassiod.

VERSVS TERTIVS.

*Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.*

**I**Am in hoc carmine fatetur Propheta, quod propter peccata, quibus nunc iusti in hac vita carent, humiliantur aliquando, atque poenis & tribulationibus subduntur, & ideo subdit; propterea eloquium tuum custodiui; hoc est ne iterum humiliarer, deprimererque ob transgressa mandata tua, ideo decreui ea deinceps in defesse custodire, unde hic humilitas pro pena non pro humilitatis virtute accipitur. D. August. August. ad poenam originalis peccati hoc refert dicens; Haec ad illam melius refertur humiliationem, quae facta est in Adam, in quo omnis creatura tanquam in radice vitiata est, quoniam veritati subiecta esse noluit, subiecta facta est vanitati, quod tamen vasis misericordiae profuit experiri, ut deiecta superbia diligatur obedientia, & pereat non radicata miseria: & ideo expertus miseria, ut illam euadat dicit; propterea eloquium tuum custodiui; quia si Adam custodisset, non fuisset humiliatus. haec Augustinus, & certe generaliter loquendo omnes praesentes vitae poenalarum sunt, ex ea quippe

D. Aug.

D d omnia



*Gen. 3.*

omnia hæc mala penæ consequuta sunt; nam ante peccatum benedixit Dominus Adam & uxori eius, sed post culpam maledictionibus eos replevit; mulieri dixit, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos; virtum autem immensis laboribus subdidit, & terram ipsam maledixit, ut spinas & tribulos germinaret, & in sudore vesceretur pane, denique sententiam iam capitis contra eos atque filios suos protulit dicens, Quoniam pulvis es & in pulverem reuerteris. vide 27. & 28. cap. Deuter. vbi tot maledicta contra transgressores legis videbis congesta, licet hæc omnes maledictiones expressiones quædam ac veluti vmbre fuerunt illius vltimæ horribilisque, qua omnes impios maledictos à patre, in infernum æternaliter puniendos detruget; hinc illæ omnes vindictæ Dei, atque strages in orbem terrarum ortum habuerunt, miseranda illa totius orbis per aquam submersio, ciuitatum pessimiarum conflagratio, hyatus terræ viuos deglutiens peccatores, serpentum ignitorum immisio, aliæque complures, quæ in scripturis referuntur quasi exactiones quædam illius primorum parentum transgressionis fuerunt, quæ nisi per vni-genitum eius expiari nec solui poterant.

Sed obseruandum, ut cautè atque secundum veritatem nostra procedat doctrina, quod licet generaliter loquendo semper penam præcedat culpa, quoniam vt D. August. ait, Deus non est prius vltor, quam homo sit peccator; vnde, vt dicimus, omnes penæ in culpam illam priorem primordialiter referendæ sint; tamen ad singularia descendendo, non omnes pœnalitates quas hic patiuntur iusti, in actualem culpam eorum astruendæ sunt, sed in diuinam prouidentiam, quæ ob alias & alias suæ sapietia abditissimas rationes iustos hæc puniri

puniri permittit. Amici illi Iob in hoc errore hærebant, quod nullus sustinebat penam nisi ob propriam & actualem culpam, ac sic contra ipsum Iob diffiniebant. c. 4. Recordare obsecro, quis vnquam innocens periit, aut quâdo recti deleri sunt: quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos, stante Deo perijisse, & spiritu ire eius esse consumptos. Ad quos simplicissimè simul ac sapientissimè Iob c. 7. respondit dicēs; Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Aestimabant illi ad diuinam prouidentiam expectare malos quidè punire, in iustos non vindicem, sed beneficium ac præmiatorem existere debere; in quo errore videbantur etiam fuisse Apostoli, cū dominum Ioan. 9. de cæco illo nato interrogauerunt dicētes, Magister quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Iob vero è contra respondit, quia homo est veluti miles in acie, & operarius in labore. Ad prouidentiam aut optimi ducis non expectat strenuum militem domi relinquere, vt delictijs vacet, sed è contra maioribus periculis eum obijcere, in quàm difficiliora exponere. Sed quod ad eius prouidentiam attinet est, postea maioribus eū stipendijs honorare, præmiaq; auctiora elargiri. Idè de prudente patre familias dicimus, non erit rectè prouidus si proficuum operarium in otio sinat, sed eum potius ad maiores labores exponere debet, durioraq; onera ei superponere, cum ad ea aptior sit ceteris. Sed tamen postea copiosorem ei mercedem soluere, tenebitur. Sic nimirum cum Deus summus dux primusq; paterfamilias totius orbis sit, ad eius expectat prouidentiam meliores ac optimos milites ac seruos in maiora conijcere pericula, in summos permittere labores. Non. n. vt vacarent otio eos ex omnibus elegit, sed vt ma-

*Ioan. 15* iora subirent onera, vberioresq; profectus sibi ac ecclesie suae facerent; vt dixit Dominus discipulis suis; Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Et beatus Sixtus ad sanctum Laurentium dixit; Nos quasi senes leuioris pugnae cursum recipimus, tibi autem quasi iuueni maiora debentur pro Christi fide certamina; sed id exigit prouidentia diuina, vt eis maiorem statuatur mercedem auctioribusque pretijs honorentur. Obseruandum etiam, quod Deus in vniuersi gubernatione plura opera facit non tanquam iudex, sed tanquam Dominus & gubernator, hoc est, multotiens in infligendis poenis non tam attendit quid exigant merita operum, quam quid conueniat bono communi: vt in punitione Iob videret licet, cui poenae & afflictiones inflictae sunt non ad delicti mensuram, sic enim exuberantes erant, vt ipse dicit Iob, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera: quasi arena maris haec grauior appareret: sed ob bonum publicum ecclesiae, vt tantum patientiae specimen haberetur, tot ei iniungit plagas, non tanquam iudex puniens, sed tanquam vniuersi gubernator, quid pluribus conduceret attendens. Vnde & ipse Iob. c. 19. dicit; Scitote quoniam non aequo iudicio mecum contenderit Deus: hoc est non vt iudex merita delictorum librans, sed tanquam Dominus ob aliorum utilitatem me flagellat; & sic intellige illud Sap. 12. Ipsum quoque, qui non debet puniri condemnas. Sic etiam praecipit Abraham vt sacrificaret filium suum, non eius demerita tanquam iudex vindicans, sed absoluta potestate eaque ordinata tanquam Dominus imperans; vt rex plerumque praecipit diruere domum cuius non ob eius delicta, sed quia sic expedit ciuitati tanquam gubernator, non vt iudex. Ecce ergo quo pacto humilitas, hoc est afflictio

afflictio & punitione ad peccata consequatur, & quo sensu Propheta dicat, Prius quam humiliter ego deliqui. Sed quid ex hac afflictione consequutum sit subintulit dicens. Propterea eloquium tuum custodiui. Recte Prouerb. 20. dicit Sapiens, Liuor vulneris absterget mala, & plaga in secretioribus ventris. Quod testimonium exponens D. Gregor. in 3. p. Pastor. admo. 13. Per liuorem vulneris intellegit exterius affligens malum, per plagas vero in secretioribus ventris dolor internus, qui sequitur ex exteriori afflictione, hoc est compunctio cordis, vt significetur tum demum extremam afflictionem purgare hominem, cum sequitur in animo dolor compunctionis ac contritionis. Ait quippe ibidem, Liuor vulneris absterget mala, & quia dum exterius percutimur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictique reuocamur, atque ante oculos nostros cuncta quae a nobis sunt male gesta reducimus, & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus dolemus; vnde fit, vt inter operata vulnera corporis amplius nos abluat plaga secreta ventris, quia sanat nequitias prauis operis occultum vulnus doloris. Haec ille. Licet per liuorem vulneris leuiora mala, per plagas in secretioribus ventris, grauiora non incongrue intelligantur, quasi viscera penetrant, & non tantum in exteriori cute consistant. & Isaia. 26. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Gedeon (vt legitur Iudi. 7.) quando missus est a Deo contra Madianitas, lagenas lutheas cum lapidibus intus dedit militibus, quas cum confregissent, luccernaeque apparuissent, victus est Madiam. Sic Deus optimus maximus, vt hominem sibi subderet, animam (quae lucidissima lapas est) intra lutheum vas nostri corporis recondidit interclusaque, & cum lutheum vas, corpus scilicet, flagellis, doloribus,

Dd 3 agri-

*Prou. 20*

*D. Greg.*

*Isa. 26.*

*Figura*

*Gedeon*

*nis.*

*Iudic. 7.*

ægritudinibusque conerit, tunc anima circumfusa luce splendidior apparet, suamque infirmitatem agnoscens suam proteritiam retundit, subditaque Deo fit. Vnde Isa. 9. Iugum enim oneris eius & scelerum exactoris eius superasti, sicut in die Madian hoc est ea sapientia qua Madianitas deuicisti, superbiam etiam filiorum Adam ceteris repellisque. Sic Manasses, Nabuchodonosor, & alij persecutionibus attriti confusi à superbia sua coram omnipotente humiliati sunt; hisque attriti penis mortales ad mandata Dei exequenda conuertuntur, vnde D. Ambrosius super hunc locum sic dicit. Sed quantum humilitas ista sit quedam deiectio perturbationis, non virtutis, generat tamen sepe virtutem, & fit non pena, sed remedium delinquentis; nam si peccatis tuis tribuas quod humiliatus es, quicquid acciderit in te reorques; ex reo incipis esse iustus, qui te ipsum condemnas, iustus. n. accusator est sui in exordio sermonis, Prouer. 18. Nec potes indignum te iudicare humilitate, qui propria errata cognoscis in quibus erubescendo non utique extolleris, sed humiliaris. Vides ergo, quia ideo humiliatus es, quia deliquisti, & non seruasti eloquia: vnde serua diligentius, ne pecces, ne iterum quia deiectus es et absorbearis, & fiat tibi deiectio tua incrementum iniquitatis, quæ debet esse erectionis occasio, etenim tentationibus homo sicut aurum in confatorio probatur. Vides ergo Propheeta quid dicat, Prius quam humiliarer ego deliqui. Iure ergo tentationibus traditus est, quoniam deliquerat, delinquebat autem, quia Dei eloquium non tenebat; verum inde ordinem emendationis inuenit, ubi culpa præcesserat, cepit esse subditus eloquio diuino, & culpa desinit. Ceterum & si in quibusdam hoc verum sit, quod attriti tribulationibus corriguntur, alij veluti Pharaon peiores fiunt. vnde Ierem. 5, Vulnerasti eos, sed non

non doluerunt, attriuiti eos & noluerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerri. & Prou. 27. Si contuderis stultum in pila quasi pisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Pisana est hordeum decorticatum, quod in mortarijs sine adesum sine ad medicorum usum teritur, quod cum durissimum granum sit, tamen in mortariolo conteritur. Stultus autem & impius nullis contusionibus resipiscunt, de quibus Isa. 9. Populus (inquit) non est reuersus ad percutientem se, frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt. Et quod hic sit huius loci sensus pater ex translatione septuaginta, qui sensum potius quam verba transcribentes, sic dicunt; si verberaueris stultum, in medio concilij inhonorans, non tolles stultitiam eius. Aliter potest intelligi versus iste; prius quam humiliarer ego deliqui; hoc est, tandiu mihi dominabatur iniquitas, quandiu iugum tuum recusavi ferre; nam postquam humiliter ceruicem tuæ legis vinculis subdidi, statim aufugit grauedo peccati; hoc est dicere, quod absque Dei gratia, quæ per mandatorum debitam obseruantiam communicatur, impossibile est peccati pondus excutere.

VERSVS QUARTVS.

Bonus es tu: & in bonitate tua doce me in iustificationes tuas.

**H**ic modus loquendi, ait Cassiodorus, est figuratiuus, dicitur autem hæc figura paranomasia, latine denominatio, quando similitudine verbi trahit ad se auditoris affectum; hoc est, quia

Dd 4 bonus

bonus magister es, in tua bonitate doce me iustificationes tuas. Apud topicos tamen vocatur locus hic argumentum à coniugatis, si est bonus, ergo habet bonitatem; in ea ergo doce me. Scriptura quippe sancta omnibus passim virtur figuris, vt experientia constat, & nostris loquendi modis se accommodat, vt omnibus peruia sit, quæ omnium salutiferam doctrinam cõtinet. Dicitur autem Deus bonus, imò summe bonus, imò & ipsa bonitas, à quo bona cuncta procedunt: quòd Deus sit bonus ex eo probat D. Thomas 1. par. q. 6. art. 1. quia est primum agens, cuius similitudinem appetit effectus, cum vnaquæq; res naturaliter desideret assimilari suo agenti, hæc autem similitudo agentis in effectu est expressio & participatio ipsius, ergo necessariò consequitur, quòd primum agens sit bonum, cuius similitudinem tanquam bonum quoddam appetunt effectus; vnde etiam consequitur quòd ex hoc quòd omnia appetunt proprias perfectiones, appetunt ipsum Deum; nam perfectiones omnium rerum sunt quedam similitudines diuini esse; in ipso autem desiderio boni includitur necessariò quòd Deus ipse desideretur; nam sicut Deus est primum agens, ita & est vltimus finis, est enim Alpha & Omega, principium & finis: & sicut nihil operatur, nisi quatenus mouetur à primo efficienti, ita nihil mouet tanquam finis, nisi quatenus participat bonitatẽ vltimi finis, nec habet aliquam rationem appetibilis, nisi quatenus Dei bonitatem quoquo modo communicat. Vnde dicit Dionysius lib. de diu. nomi. Bonus dicitur Deus, sicut ex quo omnia subsistunt; dicitur autem summe bonus, quia ab eo omnes perfectiones desideratæ fluunt, sed quæ fluunt ab ipso excellentiori modo sunt in ipso: Quare Deus totus est bonus, imò ipsa bonitas, nihil admixtum habens mali: & sic intelli-

intelligitur illud Marc. Nemo bonus nisi solus Deus; hoc est, quòd solus Deus bonitatem habet puram absq; imperfectionis admixtione, quòd nulli alia creaturæ cõuenit. Est etiam bonus per essentiam, quia solius Dei esse est sua essentia, & sua bonitas, & sua sapientia, nec ei adueniunt aliqua accidentia, sed quæ de alijs dicuntur accidentaliter, sibi conueniunt essentialiter, vt esse sapientem, esse bonum; & sic intelligitur etiam illud proximè citatum, Nemo bonus nisi solus Deus; hoc est, essentialiter; cetera nõ sunt bona bonitate propria, sed participata ab hac prima bonitate; sicut aqua dicitur calida calore in hærente sibi, quem tamen ab igne communicauit: hoc recta philosophia docet. Sed quoniam omnem notitiam, quam de Deo in hac vita habemus ab effectibus mendicamus, per quos aliquantulum Dei cognitionem adipiscimur, etiam ipsam bonitatem Dei per effectus ipsiusmet bonitatis cognoscere debemus; nam ipsius bonitatis Dei nulla est causa, ipsa autem bonitas omnium bonorum quæ in rebus sunt, est causa: & quoniam bonum est diffusiuum sui, Deus autem suam bonitatem super omnia opera sua effudit; hinc est quòd ex ipsis effectibus bonitatem Dei cognoscimus. Omnia autem Dei effecta bona sunt. Vidit Deus cuncta qua fecerat, & erant valde bona. Quare Sapient. 1. dicitur; Sentire de Domino in bonitate; hoc est, experientiam sumite etiam per sensus, quòd Deus sit bonus, sensus enim ipsi experiantur ipsam Dei bonitatem. Matth. 7. dicit Christus; Ex fructu cognoscitur arbor, quia arbor bona bonos fructus facit; arbor mala malos fructus facit; cum ergo fructus Dei sit bonus, etiam ipse bonus est, quinimo & ipsa bonitas in rebus bonitatem causans, quare quicquid boni in rebus creatis est, à prima bonitate est, adeò vt dicat Diuus

Marc. 10

Gen. 1.  
Sapient. 1

Matt. 7.

Diuus August. Quia Deus bonus est, nos sumus.  
*D. Aug.* Obserua; Bonum tripliciter dicitur, vile, dele-  
*T. hren. 3* ctabile, & honestum, & Deus his tribus modis bo-  
 nus est; est enim bonus Dominus sperantibus in  
 eum, animæ quærenti illum; est etiam vilis iudex  
 eo quod absoluit reum confitentem crimen suū,  
*Pf. 117.* Psalm. 117. Confitemini Domino quoniam bo-  
*Isa. 63.* nus; est & vilis miles, *Isa. 63.* Propugnator sum ad  
*Pf. 146.* saluandum: Vilis etiam medicus, *Psalm. 146.* Qui  
 sanat omnes infirmitates tuas: Vilis magister, *Lu-*  
*Luc. 18.* cæ 18. Magister bone, *Et Isaia 48.* Ego Dominus  
*Isa. 48.* docens te vilia. Vilis consolator, *Nahum 1.* Bo-  
*Nabū. 1.* nus Dominus, & confortans in die tribulationis.  
 Est etiam secundo modo bonus, hoc est iucundus  
 & delectabilis omni sensui; primò visui, *Ierem. 31.*  
*Iere. 31.* Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ: *Pfal*  
*Pfal. 44.* mo 44. Speciosus forma præ filiis hominum. *Et*  
*1. Pet. 1.* 1. Petri 1. In quem desiderant Angeli prospicere.  
*Cant. 2.* Cant. 2. Incundus auditui, *Cant. 2.* Sonet vox tua in auri-  
*Cant. 5.* bus meis, vox enim tua dulcis. *Et Cant. 5.* Anima  
 mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est. Item  
 gustui, *Ioan. 6.* Ioan. 6. Ego sum panis viuus, qui de cælo  
*Pfal. 33.* *Pfal. 33.* descendi. *Pfal. 33.* Gustate & videre quoniam sua-  
 uis est Dominus. *Bernar.* Iesus mel in ore, melos in  
 aure, & in corde iubilus. Est etiam suavis tactui,  
*Pfal. 83.* *Pfal. 83.* Psalm. 83. Suavis Dominus & mitis. *2. Reg. 3.* Ipse  
*2. Re. 23* quasi tenerimus ligni vermiculus. Item odorati,  
*Ecccl. 24.* *Eccles. 24.* Sicut Cinamomū & balsamum aroma-  
 tizans odorem dedi. De bono honesto patet, quia  
 est splendor gloriæ, portans omnia verbo virtutis  
 suæ, vnde fructus eius sunt honoris & honestatis,  
*Ecccl. 61.* *Eccles. 61.* Item summè bonus, quia cum impijs  
*August.* etiam bonus; vnde D. Augustinus in Manuali, cap.  
 cap. 32. Cum totus & summè iustus sis, tamen id-  
 circo malis etiam benignus es, quia totus & sum-  
 mè bonus es; minus nanque bonus esses, si nulli  
 malo

malo esses benignus; melior est enim qui & bonis  
 simul & malis bonus est, quàm qui bonis tantum  
 bonus est. Et melior est qui malis & parcendo &  
 puniendo bonus est, quàm qui puniendo tantum;  
 ideo ergo misericors es, quia totus & sume bonus  
 es. Ergo quia bonus omnibus modis es, in bonita-  
 re tua doce me iustificationes tuas, hoc est opera  
 iustitiæ non in terrore & austeritate, sicut docuisti  
 legem veterem, secundum illud *Hebræor. 12.* *Hebr. 12.*  
 Moy ses dixit, Extremus sum & tremebundus, ita vt nō  
 auderent Hebræi aspicere montem fumigantem,  
 & fulgurantem, sed dicerent Moy si: Loquere tu  
 nobis, non loquatur nobis Dominus; Sed in sua-  
 uitate doce me legem gratiæ. Beatus quippe vir  
 quem tu erudieris Domine, & de lege tua docue-  
 ris eum. *Pfal. m. 99.*

## VERSUS QUINTVS.

*Multiplicata est super me iniquitas superbo-  
 rum: ego autem in toto corde meo scru-  
 tabor mandata tua.*

**A**

C si diceret. Ideo posco, vt in bonità-  
 te tua me doceas, quoniam multipli-  
 cata est super me iniquitas superbo-  
 rū. Ex hoc quod iusti nouam vitā in-  
 choare præsumūt, seq; diuino cultui  
 mācipare student, statim scūiores cōtra eos insur-  
 gunt hostes, atq; & vi & numero multiplican̄t. Sa-  
 tis id nobis ī peccatrice illa manifestū fuit, q̄ post-  
 quā ad meliorē frugē conuersa veteris vitæ peni-  
 tuit, nouā eāq; religiosissimā inchoauit, protinus  
 oēs contra eā murmurare ceperūt, Discipuli, Pha-  
 riseus, soror eius Martha: quos oēs inuidia motus  
 diabo-

diabolus contra eam exagitabat, vt à bono perterrita reuocaretur, vnde Eccl. 2. *Fili accedens ad seruitutē Dei sta in iustitia & timore, & præpara animā tuam ad tentationem.* Diabolus quidem cū mā lignissimus sit, optima ferocius conatur diruere, nā omne sublimē videt, & sperat quod Iordanis infuat in os eius, & cibus electus est esca eius. Vnde Christum Dñm tentare ausus est, & aduersus meliores maiora machinatur mala, fortiusq; insistere cōtendit. Quare vt in vitis Parrū legitur: *Quidā vir sanctus in vna populosa ciuitate solū vnū diabolū vidit per muros ac tecta ludentem, sed in cœnobio quodā vbi patrici monachi morabatur, legiones demoniorū vidit super tecta, super cellulas, in atrio, in ianuis, in fenestris; cumq; diabolū ipsum quem oppressum secū imperio diuino ferebat, percōtaretur quid nā id sibi vellet quod vidisset, respondit; Huius ciuitatis incolæ mei sunt ferè omnes, nec vnquā meq; resistunt volūtati, sufficit aduersariolus ille, qui eos in nostra obediētia cōtineat. At in ædícula illa monachorū viri habitāt selecti, iusti, diuinis semper intenti mandatis, orationi, ieiunijs, atq; vigilijs operā dantes, maioribus opus est expeditionibus vbi maiores vigent vires ad repugnandum.*

*D. Greg.* Hoc docet Greg. dicens, Illos pulsare diabolus negligit, quos quieto iure possidere se sentit. quod & in Euang. Luc. 11. nobis patefacit Christus Dominus docens quomodo postquam per Dei gratiam malignus spiritus expulsus est à iustis, assumit se cum aliis septem spiritus nequiores, vt maioribus viribus illum oppugnet ac vincant. Ecce quomodo & vi & numero multiplicentur hostes aduersus iustum. Ipsi etiam satellites dæmonis, quales sunt viri pessimi ac peccatores, pristinas similtates ac inimicitias iam ab initio contra bonos gerunt, nec reclusis oculis aspiciunt, sed toruis, ac inuidia plenis, vt à

vt à principio in primis fratribus patuit. Ratiō autem huius est, quoniam vita iusti quasi condemnatio quædam est vitæ impiorum, in ea quippe quasi in speculo maculæ, nequæ, ac defectus eorum videntur. Vnde cum dicitur Dan. 7. *Liber apertus est & libri aperti sunt, per librum propriam conscientia, per libros verò sanctorum vitas ac facta intelligit August. per quæ impiorum opera condemnantur. Quare hanc limpidissimam aquam turbare, taleq; speculum maculare contendunt impij. Camelus cum ad bibendum ad clarissimas aquas accedit, prius eas pedibus conculcat, ac turbat, ne in eis scæda eius gibbositas appareat. Apud bonos tanquam in limpidissimis aquis scæditas prauorum apparet; nam vt ait sapiens: Sicut in aquis resplendent vultus prospicientium se, ita corda hominum manifesta sunt sapientibus. Has ergo aquas pedibus conculcare ac perturbare satagunt impij, ne nequitia eorum coram eis manifesta fiat. Hinc falsa prodeunt testimonia contra eos, de quibus Psalmista in hoc versu iuxta Hebræū, vt supra citauimus. Applicuerunt super me falsitatem superbi, vel addiderunt, quod idem est cum nostra editione. Nam multiplicare idem est quod addere, & omnis iniquitas falsitas quædam est; hinc insidiæ, temeritasq; iudiciorū. Nam si quid aduersitatis iustis accidar, hoc eorum vitij ascribere prauis conantur; vt amici illi Iob faciebant; mala illa quæ ei contigerant in eius scelera retorquentes. Sic & S. Tobia insultabant consanguinei, & vxor eius, irridentes ac dicentes, Vbi est spes tua, pro qua elemosynas & sepulturas faciebas? Vnde & Ambr. in hoc loco dicit: Quātō magis quis Deo seruire desiderat, tātō magis in se excitat aduersarios, & tanquā athleta fortis coronā iustitiæ reportare desiderans, irritat in se plurimos, & laceffit qui inuidet nostro profectui.*

Sed

*Dan. 7.**August.**Prom. 27**Tobia 2.**Ambros.*

*Exod. 1.* Sed tamen iustus subdit, & dicit; Ego autē in toto corde meo scrutabor mandata tua. Iustus persecutionibus solidatur, & fortior fit, ut de filijs Israel legitur, quod quanto Ægyptij plus eos affligebant, tanto magis multiplicabantur, & replebant terrā; nam confusa unguenta, plus redolent. Vnde martyr Vincentius respondit tyranno, Videbis me plus posse dum torqueor, quam possis ipse qui torques. Quanto magis columna, quæ figuratur in terra, ictibus quatitur desuper, tanto magis solidatur. Sic iustus persecutionibus afflictus in Dei amore plus firmatur. Vnde Paul. Cum infirmor tunc fortior sum. Et de B. Ioan. Euang. dicit Theophyl. q. ex dolio illo ardentis olei solidior athleta ad pugnam exiit. Solent enim athletæ oleo ungi, ut aptiores sint ad pugnam. Quare Iob uxori insultanti, & ad iram contra Deum prouocanti dicebat; Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, quare mala non sustineamus? & Tobias affinis iridentibus bona sua opera, respondit; Nolite ita loqui, quia filij sanctorum sumus, & expectamus illam requiem. Ecce quomodo attriti fortiores iusti euadunt; quare statura sponsæ assimilatur palmæ, quæ quanto inferius deprimitur, tanto fortius ad altiora se erigit. Sic iusti quanto in hoc seculo plus aduersus deijciuntur, tanto animi virtute se ad cœlestia contemplananda subleuant.

VERSVS SEXTVS.

*Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.*

*Caiet.* Caietanus ex Hebræo sic legit; Impinguatum velut adeps cor eorum, ego doctrina tua delectatus

status sum. Quare existimat, quod hæc sit quæstionis à principio huius octonarij propositæ solutio. Quam solutionem incipit ab euidenti differentia inter iustos & impios, qui eos miris modis diuexant. Est autem hoc discrimen, quod pessimi impinguantur sicut adeps; hoc est ex eo quod omnia prosperè & ad nutum eis eueniunt, intumescunt superbia; è contra iusti afflictionibus oppressi proficiunt, & delicias reputant non vana mundi gaudia, sed Dei obsecundare mandatis, atque pro eorum obseruatione affligi; sicut & de Moyse dicit Paul. Hebr. 11. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias existmans thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Vnde & in sequenti versu subdit; Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas, id est, hoc mihi emolumentum attulit afflictio, ut discerem, quo pacto ad iustitiam erudias tuos. Hæc est versuum horum connexio, & non contemnenda Domini Caiet. interpretatio. Et quod prauis homines, & peruersi prosperis intumescant, atque in praua opera labantur, quotidiana experientia constat; quare de his dicit Moyses Deut. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilata tus, dereliquit Deum factorem suum. Ecce quo pacto mali delictijs presentibus impinguati contra Dei mandata recalcitrant, atque Deum factorem suum contemnunt. Vnde & noster Propheta super Psal. 72. de impijs dixit; Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum; transierunt in affectum cordis. Hoc est, ex preconceptis iam atque omnino compressis & coagulatis iniquitatibus; quasi ex adipe quodam praua iniquitatis opera stilant; erumpit enim iniquitas animo preconcepta, & per omnis malitiæ scelera grassatur, vnde & subdit; Transierunt in affectum cordis. Hoc est quidquid

*Ephes. 4.*  
*Hierony.* quid libet etiam si sceleratissimum tetrumque facinus sit, opere complent, quia nec timore, nec pudore aliquo à præconcepta malitia derinētur, quin in terra facinora prodeat; de quibus Paul. Ephes. 4. sic ait, Qui desperantes, vel ut Hieronymus censer potius transferendum, indolentes, hoc est absque dolore & remorsu peccantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem omnis immunditiae. Hæc est peccatorum prosperitas, quod nec interius conscientiae stimulis compungantur, nec exterius poenae timore arceantur, sed ex sententia omnia desiderata sibi eueniant. Quare D. Gregor. de talibus sic ait: Manifestum perditionis indicium est, quando affectatis iniquitatibus subsequens fauet effectus, & nulla contrarietas impedit, quod mens peruersa cõcipit. Et Aug. contra Epist. Fund. ait, Nihil infelicius felicitate peccandi.

*Gregor.* Cæterum reliqui interpretes hoc carmen intelligunt sic, quod quemadmodum lac in sua natura purum est & tractabile ac dulce, sed per coagulum aciescit & induratur; sic hominum impiorum corda mollia ex sua prima conditione sunt, atque ad rectum & bonum prona; sed per peccatum tanquam per coagulum indurantur, & coacescunt. Nam ut dicitur Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum, & ipse se infinitis miscuit quaestionibus. Sed cor iustorum molle, ac suauē est. Vnde D. Ambrosius ait super hunc locum; Subtile cor sanctorum est, sed coagulatum cor superbiorum; ut enim lac natura sui purum, speciosum, ac sincerum est, sed corruptione coacescit; sic mentis & cordis humani natura pura, sincera, & perspicua est, priusquam vitiorum admixtione coacescat; coagulato enim lacte fit quadam concretio, nec suauitatem habens eandem nec gratiam. Sic in hominibus contingit &c. vide Ambrosium. Hæc omnia experientia comprobantur.

Homines

Homines aliàs pij, ac mansueti, si in peccatum desciscant seutos truculentosque euadere. Exemplo sit nobis; ut ille mansuetissimus Propheta noster David, qui cum aliàs proprijs hostibus pepercis-  
*1. Re. 26*  
*27.* fer, & cum in manus semel & iterum inimicus ac persequutor suus incidisset, continuit se, nec manus misit in Christum Domini, ita quod potuit ipse mansuetudinem suam Deo opponere, ut eum ad se flecteret dicens; Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. Tamen cum postea in peccatum prolapsus est alienam rapiens uxorem, adeo indurati ac seuiissimi cordis effectus est, ut infontem, imo & strenuū militem ac fidelem Vriam Etheum gladio filiorum Amon crudeliter simul ac infideliter trucidauerit. Vnde & D. Paul. Hebr. monet, Ne obduretur quis fallacia peccati. Et Ps. 94. etiã nos monet ne obduremus corda nostra. Hinc peccatores durum habentes cor dicuntur. Induratum est cor Pharaonis, & de impio Sedechia dicitur. 2. Paralip. 36. quod indurauit cervicem suam, & cor. Et Iob 41. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Durum est quod suis terminis continetur, molle & liquidum ad alia rarefit & dilatur. Impij in seipsis continentur, nec aliud quam seiplos respiciunt, in modum suum omnia referunt, nec alijs communicant, nec rarefiunt, aut dilatantur ad alios. Vnde vox impij Nabal. 2. Reg. 25. Tollam ergo panes meos & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonforibus meis, & dabo viris, quos nescio unde sint. Hinc vides quomodo in seipso cõstringitur impius, nec ad alios dilatur. Vnde Prou. 12. Viscera impiorum crudelia. Econtra iusti, quia molles sunt, rarefiunt, & ad alios extenduntur; hinc illa vox Pauli. Cor meum dilatatum est ad vos o Corinthij, & sapientibus, & insipientibus debitor sum, oibus omnia factus sum,  
*2. Cor. 5.*

Et Itaque



Itaque rarefiebat, & ad omnes dilarabatur; hanc autē cordis duritiā avaritia maximè caufat, vt in diuite illo epulone perfpicuum est, qui super pauperem Lazarum vlceribus plenū, iacentem ad ianuam eius, minimè compatiebatur. Sic intelligunt aliqui sancti Doctores illud Psalms, Mons coagulatus, mons pinguis, hoc est, ex hoc quod diuites pinguescunt diuitijs, indurātur, & coagulatur cor eorum.

*Amos 6.* Hinc est illud Amos 6. Vx qui opulenti estis in Sion &c. & statim, Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in strais vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti, bibentes vinū in phialis, & optimo vnguēto delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Et

*Psal. 16.* Psal. 16. de diuitibus dicitur, Adipem suum cōcluserunt. Hoc est misericordiā significatam per adipem. Solent enim pingues aptos esse ad miserendum, è contra macilentos, truculentos, & duros. Et

*i. Ioan. 3.* videtur alludere ad illud 1. Ioan. 3. Qui viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? vel adipem suum concluserunt, hoc est crumenam quæ plena numis adipis speciē refert, ne ex illa vel dipondium egentem porrigerent. Vnde & impietas ponitur avaritiæ filia. Quippe alijs compati, ex hoc fit, quia cōsidero me eisdem posse subdi miserijs, & castibus. At diues cui omnia abundant, nihil tale timet, & longe se à tali miseria distare putat, ac ideo raro, vel nunquam aliorum ærumnis miseretur. Peccato ergo obduratur cor, charitate & Dei gratia emollescit. Hinc illa vox sponsæ, Anima mea liquefacta est. & Iob 24. Deus molliuit cor meum.

*Greg. li. 9. moral. c. 39. in princ.* Sed aduertendum, quod etiam cor iustorum aliquando coagulatur sed ad bonum; nam vt ait Diuus Greg. super illud Iob 10. Nonne sicut lac mulsisti, & sicut caseū coagulasti me, Mens nostra cum per

per sancti spiritus gratiam ab vsu vetustæ conuersionis abstrahitur, sicut lac mulgerur, quia in quadam coagulationis noua teneritudine, & subtilitate formatur; sicut caseus coagulatur, quia in constipatione pinguescentis cogitationis constringitur, vt nequaquam iam per desideria defluat, sed in vno amore se colligens, ad solidam reformationem resurgat, hæc Greg. Vnitur quippe in se ipso, & consolidatur cor iusti, ne dissolutū defluat, quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa. Aliter etiam cor impiorum coagulatur, quoniam ad malū concordens, hoc est vnus cordis efficiuntur, secundum

illud quod impij dicunt, Prou. x. Marsupium vnū fit omnium nostrum. tamen postea facile diuiduntur, quoniam quisque sibi acquirere cupit. Vnus quidem est finis eorū, nempe mala perpetrari: sed quisque singulariter sua propria commoda intendit. Vnde vulpes illæ, quarū caudas alligauit Sampson, & si in caudis erant vnitæ, tamē caput vniuscuiusque ad suam propriam foueam tendebat. In

fine ligantur mali, attendit tamen vnusquisque sibi: vnde Gregor. super illud Iob 24. Et sicut sumitates spicarum conterentur aër, Mali sunt veluti aristæ

spicarum, quæ simul cum tritico succrescunt, sed cum iam in culmum prodeunt, inter se diuisæ apparent & asperitate rigent; Sic prauī homines & impij in eodem sine succrescunt, nēpe scelera perpetrandi, tamen protinus inter se diuiduntur, dum

quilibet sibi & nō alteri lucra vult. Atque hinc asperitæ inter eos rixæ ortum habent. Quare multotiens comparantur latronibus, qui ad rapiendum simul aliena cocunt, & dicunt illud Prouerb. Veni nobiscum, insidiemur sanguini &c. Tamen postea

in diuisione furti rixantur, dum quisque pretiosiora sibi cupit. Iusti autem in bonum copulantur, & dicunt, Ecce quam bonū, & quam iucundū, habitare

Ecce 2 fratres

*Distū B.  
Domini-  
ci ad B.  
Franci-  
scum.  
August.*

fratres in vnum. Atque in charitate vniuntur, dum intelligunt quantum Deus diligit vnitatem, quā-  
riūque momenti sit ad hostes & peccata depellenda. Vnde D. Dominicus beato Francisco cum obuiam  
ijisset dixit; Strenus simul, & nullus aduersarius pre-  
ualebit. Superborum ergo (ait Diuus August.) Job-  
duratur cor, iustorum autem mollescit, & humilia-  
tur, vnde & opponitur iustus eorum duritici, & dicit;  
Ego verò legem tuam meditatus sum, superbis  
enim Deus resistit, vt obdurentur; humilibus autem  
dat gratiam, vt diligant obedientiam; recipiāt  
excellētiā; meditatione quippe legis huius vo-  
luntaria seruatur humilitas, vt pœnalis euadatur,  
nempe illa de qua subdit, Bonum mihi quia humilia-  
sti me, hoc est afflixisti, & hæc Augustinus.

VERSUS SEPTIMVS.

*Bonum mihi, quia humiliasti me: vt discam iu-  
stificationes tuas.*

*a. Cor. 12*

**I**Am in hoc versu fatetur, se didicisse quæ con-  
cupierat: nempe bonitatem Dei, & intentionē  
qua in hac vita punit iustos. Confert enim il-  
lis Deus hoc bonum, vt discant eius iustifica-  
tiones. Ex quo collige finem & intentionem  
Dei in puniendos probos. Quosdam punit, vt eorū  
merita augeantur, vt Job, & Tobiam. Alios ne su-  
perbia intumescant ob Dei dona sibi peculiariter  
collata; & sic affixit Paulū, vt ipse dicit, Ne magni-  
tudo reuelationum extollat me, datus est mihi sti-  
mulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me cola-  
phizat. Nonnullos vt Dei percussionibus respici-  
cant, atque in Dei obedientia solidentur, vt in Da-  
uid manifestum fuit. Sed in prauos vindictā exercet

*ob*

ob eorum peccata, vt quando Mariam Moyfi so-  
rorem scedauit lepra, quia contra fratrem suum  
murmurabat, & vt ostenderet quantum eius ocu-  
lis tale vitium displiceat. Alios vt eorum æterna  
pœna hic aliquo modo incipiat, & in inferno con-  
tinueretur, vt in Pharaone, Antiocho, & Herode  
patuit. Alios ob manifestationem gloriæ suæ, qua-  
lis fuit infirmitas Lazari, de qua Dominus dixit,  
Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria  
Dei; & de cæco nato Ioan. 9. respondit, Nec hic pec-  
cauit, nec parentes eius, sed vt manifestentur ope-  
ra Dei in illo. Dauid punitus est, vt disceret Dei  
iudicia, & corā Deo humiliaretur. Nam mali qui-  
bus omnia prospera fiunt, ex hoc intumescunt, quia  
Dei flagella non sentiunt, vnde Psal. 72. In labo-  
re hominum non sunt, & cum hominibus non  
flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, cogita-  
uerunt, & loquuti sunt nequitiam. Quare D. Au-  
gust. cōtra Epistolam Fund. sic ait, Nihil infelicius  
felicitate peccandi. Per hanc enim & pœnalis nu-  
tritur impunitas, & mala voluntas velut hostis in-  
terior roboratur. Ac si diceret quod impunitate &  
felicitate peccandi nutrita robur accipit depraua-  
ta voluntas. Vnde idem Diuus Augustinus ait, Ne-  
mo gratuletur homini qui prosperatur in via sua,  
cuius peccati deest vltor, & adest laudator. Ma-  
ior hinc ira Domini est, vt correctionis flagello non  
puniat. Vnde Job: Ego vidi stultum firma radi-  
ce, & maledixi pulchritudini eius statim. Hæc Au-  
gustinus. Imò & Diuus Paulus Hebræorum 13. Hebr. 13  
adulteros & nothos vocat illos qui extra discipli-  
nam Domini sunt, & Hierem. 6. secundum aliam  
literam. Per omne flagellum erudicris Hierusa-  
lem, vbi litera nostra habet. Audietur in ea coram  
me semper infirmitas & plaga. Et erudire Hierusa-  
lem, ne forte recedat anima mea à te. & c. 31. Casti-  
gasti

*Num. 12  
Ioan. 11  
Ioan. 9  
Psal. 72  
August.  
Idem  
Job 5  
Hierem. 6  
c. 31*

*Greg.* gasti me Domine & eruditus sum. Et Diuus Gregor. 6. mor. c. 15. & 16. sic ait: Torpens animus passione tangitur vt exciretur, quatenus qui statum suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus confideret quod iacet, hinc namque ipsa asperitas humiliationis origo fit luminis; vnde per Paulum dicitur *Ephes. 5.* Omne quod arguitur, lumine manifestatur, argumentum ergo salutis est vis doloris. Hinc est quod Salomon ait, Curatio facit cessare peccata maxima, *Ecclesiast. 20.* Hinc Paulus ait *Hebr. 12.* Omnis autem disciplina in præsentem quidem non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis reddit per eam iustitiæ. Quamuis ergo conuenire simul nequeant dolor & beatitudo, rectè tamen nunc dicitur beatus homo qui corripitur à Domino, quia per hoc quod peccator dolore humiliationis premitur, quandoque ad beatitudinem, quæ sine interuentu est doloris, eruditur.

VERSVS OCTAVVS.

*Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.*

*Cassiod.* **P**ræstat omnibus concupitis lex Dei, vnde iusti etiam si cæteris huius seculi bonis careant, tamen in hac veritate legis Dei eruditos ac doctos esse, tam in opere, quàm in affectu, & intellectu plus æstimant quàm cætera omnia, vnde soluitur quæstio à principio proposita, vt iã in primo versu diximus, crebro bonum repetit, nunquam enim hac dulcedine satiatur, ait Cassiodorus. Ideò quippe passim repetit bonum, quoniam omne bonum Deus est, nec

nec bonum aliquod vnquam offendes quod non à Deo sit: bonum autem dicit concretive, quia bonum sibi ipsi est in se cõtinens ac coaceruans omnia bona: mihi dico, quoniam legem tuam mihi volo, vt ego ipse eam obseruem, ne sim sicut plures, qui alligant onera grauiâ, & importabilia, & imponunt super humeros hominum, digito autè suo nolunt ea mouere (Lex oris tui.) De lege Euangelica loquitur, quæ miris modis alijs præeminet legibus, quoniam ex ore altissimi processit. Olim per Angelum loquebatur Deus, & per Moysen & reliquos Prophetas, Euangelicam legem ipse Dominus proprio promulgauit ore, quod Diuus Paulus in initio Epistolæ ad Hebræos magni facit dicens. Multifariè multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio; nimirum vt verum fieret vaticinium illud *Isai. 52.* Ego ipse qui loquebar ecce adsum. Vt ore proprio omnia antedicta confirmaret, hoc vtiq; erat flagrans illud desiderium sponsæ, in quod velut ab extasi expergefata prorupit dicens, Osculetur me osculo oris sui. Hoc est os ad os loquatur mihi, non sibi soli hoc arroget ipse Moyses, quod os ad os cum illo loquebatur quasi solet homo ad amicum suum, sed omnibus hinc largire fauorè, & ex ore tuo tua verba audiamus: non cum Hebræis dicimus ad Moysen; Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus; sed potius taceat iam Moyses, veteraque intereat sacrificia, & tu loquere nobis, noua condens gratiæ sacramenta; osculetur me ergo osculo oris sui. Quousq; sponsus meus mittit oscula per Moysen, mittit oscula per Prophetas? iam ipsius cupio ora contingere, ipse veniat, ipse descendat, ipse loquatur. Vnde cum in monte ascenderet cū discipulis suis docturus eos, vt omnibus do

Ec 4 Strina

- Mat. 5.* Crina sua mirabilis appareat ait Euangelista: Aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes &c. Mira res, noua doctrina, felicitatem miseriam, luctum gaudium, famem saturitatem, ignominiam gloriam docere, quæ nisi ab ipso ore altissimi prodijset, quis crederet? Quare Diuus
- August.* Augustinus summopere docet colenda Evangelica verba, quoniam os & linguam Christi tenuerunt, si eam vestem Christi summa religione colimus, quia sanctissimum eius corpus tetigit, cur non & verba que gutture lingua & labijs eius pronuntiata sunt? Aperiens ergo os suum docebat dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ideo melior mihi lex oris tui, quàm millia auri & argenti, quia pauperibus maximas promittis diuitias, lugentibus summa gaudia, famelicis omnium rerum copiam, denique despectis summum polliceris honorem, ideo
- Mat. 13* Euangelium tuum thesauro abscondito in agro comparatur, quoniam in paupertate diuitias, & in morte vitam, & in luctu risum, inclusa gerit;
- Cassiod.* recte ergo dicit (ait Cassiodorus) bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti, quoniam infinita est distantia, nec aliqua similitudine intercludi potest, sed super omnia semper excellet, ut tali excessu prius mente concepto vilescat protinus argentum & aurum quæ sunt maiora hominis concupita; facta est ergo comparatio absque similitudine, pretium sine modo, amor sine fine, ut
- D. Aug.* amplius diligit charitas legem Dei (ait Augustinus,) quàm diligit cupiditas millia auri & argenti. Vnde Sapient. 7. dicitur. Nec comparauit illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.
- Iob 28.* & Iob 28. Non conferetur tinctis indix coloribus,

bus, nec lapidi sardonico pretiosissimo, vel Saphyro; quoniam hæc omnia corpori tantum mendentur, nec ad animam penetrare possunt. Lex verò diuina medela est anime, æternam que ei confert sanitatem & vitam. Vnde Prouerb. 11. ait sapiens. Non proderunt diuitiæ in die ultionis, iustitia vero liberatit à morte: hæc autem iustitia in lege Dei continetur.

Prou. 11

## D E C I M V S

## Octonarius.

- Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua.* 1. Iod.
- Qui timent te videbunt me, & letabuntur: quia in verba tua supersperaui.* 2. Iod.
- Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.* 3. Iod.
- Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.* 4. Iod.
- Veniant mihi miserationes tuæ & viam: quia lex tua meditatio mea est.* 5. Iod.
- Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.* 6. Iod.
- Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.* 7. Iod.
- Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.* 8. Iod.

INCI-

INCIPIT TRACTATUS  
Decimus.

VERSUS PRIMVS.

*Manus tua fecerunt me & plasmauerunt me:  
da mihi intellectum vt discam man-  
data tua.*



Adem persona introducit in hoc octonario, quæ in præcedenti, aliter tamē affecta: nempe iustus iniuste ab iniustis vexatus, desiderans tamen consilium qui finem propter quem vexatus est, nimirum obseruare mandata Dei, & perfectionem adipisci, quæ per tolerantiam vexationum nancisci solet. Vnde in ultimo versu dicit. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar: hoc est ne me hostes tentationibus suis ac vexationibus subruant, & cōfusus abscedam ab eis, fiat cor meum immaculatum in huiusmodi persecutionibus, ne cedere cogar eis. Vnde in Hebr. dicitur. Erit cor meum perfectum in statutis tuis, propterea non confundar: tribulationes patienter tolleratæ cor meum in tuis mādatis perficient. Et ad hanc cordis perfectionem postulandam duplici virtutis medio. Primò ex parte creationis, quia cū Dei sit plasma atque factura, proprium artificis est suis operibus subuenire atque ad perfectionem adducere: effice ergo plasmator meus, vt mandata tua plenè addiscam, atq; perficiam. Secundò ex parte Ange-

Angelorum seu hominum perfectorum, qui vident res meam sustinentiā in tribulationibus quas parior in nixus verbis tuis, letabuntur in me, atq; laudabunt te factorem & perfectorem meum. Vnde & litera decima, Iod, huic præmittitur octonario, quæ secundū Ambros. interpretatur, confessio, vel desolatio, quæ inuicem pulchrè conueniunt. Vexatio quippè iniustus desolationem parit, ex qua ad confessionem tam suæ fragilitatis ad sustinendū, quàm Dei potentia ad subueniendum adducimur. Nam (vt ait Ambros. & experientia docet) desolati citius consentitur; magis enim secundis rebus animus extolli solet, cum autem videntur aduersis, tunc diuinum implorant auxilium: nam & in his quæ humana sunt, hunc usum esse cognoscimus, vt cui succedunt prospera animus elatior fit, cui autem mundi huius infesta sunt & potentia alicuius aduersa, tunc consergit, tunc opem querit, vel vt rogandò superioris mitiget potestatem, vel se viribus armet adiunctis, ne quasi inferior superioris viribus superet. Alcuinus & Hieron. ad Paulam vrbicam aliter interpretantur hanc literam, dicunt. n. significare principium, vel scientiam. Quoniā iustus vult addiscere mandata Dei, quæ sunt veluti principia quædam legis naturæ, vel postulat vt scientiam sui principij quod à creatore & plasmatore suo accepit nascatur, vt per hoc confiteatur Deo, debitas gratias ob tū munus ei referendo. Ait ergo; Manus tuæ Domine fecerunt me & plasmauerunt me. Manus metaphoricè sumuntur hic pro potentia factiua Dei, nam quia nos per manus operamur, virtutem, qua Deus operatur, hoc nomine nuncupamus, tamen quia in numero plurali dicitur manus, Augustin. vult & hoc nomine intelligatur virtus & potentia Dei, qua hominem & vniuersa condidit, secundum illud

*D. Ambros. Iod, confessio, desolatio*

*Alcuin. Hierony.*

*August.*

illud Psal. Omnia in sapientia fecisti, & quia filius  
*Es. 103.* est virtus & sapientia patris (vt Paulus docet) hoc  
*1. Cor. 1.* nomen filius intelligatur; aut per manus intelligamus  
 Dei filium & Spiritum sanctum. Qui cooperator est patris & filij, hæc Aug. D. Tho. dicit  
*Iob 10.* super illud Iob. 10. Manus tuæ Domine fecerunt  
 me &c. Manus dicit in plurali, quia licet sit vna  
 diuina virtus operans, multiplicatur tamen eius  
 operatio in effectibus, tum propter diuersitatem  
 effectuum, tum etiam ob varietatem causarum  
 mediarum, quæ plures sunt, & illis mediantibus  
 quasi per manus suos effectus producit Deus.  
*Ambros.* Sed tamen D. Ambr. videtur sentire ad commē  
 dandam hominis dignitatem manibus Dei fuisse  
 se plasmatum, ait quippe in hoc loco. Manus tuæ  
 Dñe fecerunt me, hoc est dicere, bestias nō fecerunt  
 manus tuæ, sed dixisti producant aquæ reptilia  
 animarum viuentium, & produxit terra te iubente  
 secundum genus quadrupedia & bestias terræ;  
 me autē tu fecisti, me tuis manibus figurasti; hoc  
 est non figurasti bestias manibus tuis, nō reptilia,  
 non volatilia, me autem fecerunt manus tuæ &  
 plasmauerunt me. Aliqui interpretes dicūt quōd  
 hic de totius hominis creatione fit mentio, & dicitur  
 factus quo ad animam, plasmatus verò quo  
 ad corpus; vel è diuerso plasmatus propter ani  
 mam, factus pp corpus dicitur, quia vtrumque à  
 Deo à principio suæ cōditionis accepit, & ita intel  
*Iob 10.* ligūt illud Iob 10. Manus tuæ Dñe fecerunt me,  
*Ibidē D.* & plasmauerunt me totū in circuitu. Vbi D. Greg.  
*Gregor.* ait. Qui plasmatum se & factum totum in circui  
 tu à Deo asserit, tenebrarū gēti, nec in spiritu suo  
 nec in carne aliquid dereliquit. Nam plasmatum  
 se propter internam imaginem reulit: factum ve  
 ro totum in circuitu in eo quōd carnis constare  
*17a. 64.* indumento memorauit. & *Isa. 64.* Et nūc Dñe Pa  
 ter

ter noster es tu, nos vero lutum; & factor noster  
 tu, & opus manū tuarum omnes nos; primum  
 ad animam, secundū ad corpus potest referri, &  
 quo ad vtramq; sumus opus manū Dei, omnia  
 autē hæc maxime hominis dignitatem commen  
 dant. Vnde Greg. vbi suprā. Notandum tñ est hoc  
 quōd se plasmatum manibus asserit conditoris,  
 quia misericordiæ iudicis dignitatem suæ condi  
 tionis opponit, quantis enim per coeternum pa  
 tris verbum cuncta creata sint, in ipsa tamen re  
 latione creationis ostēditur quantum cunctis ani  
 mantibus, quantum rebus, vel cęlestibus, sed tamē  
 insensibilibus homo præferatur. Cuncta quippe  
 dixit & facta sunt, cum vero facere hominem de  
 creuit, hoc quod reuerenter pensandum est præ  
 misit dicens. Faciamus hominem ad imaginē &  
 similitudinem nostram. Neque enim de eo sicut  
 de rebus cæteris scriptum est, fiat & factum est.  
 Nec vt aquæ volatilia sic terra hominem protulit,  
 sed prius quàm fieret, faciamus dicitur, vt videli  
 cet, quia rationalis creatura condebat, quasi cū  
 consilio facta videretur. Quasi per studium de  
 terra plasmatur & inspiratione conditoris, in  
 virtute spiritus vitalis exigitur, vt scilicet, non  
 per visionis vocem sed per dignitatem operatio  
 nis existeret, quæ ad conditoris imaginem per  
 manus conditoris fiebat; hæc Gregor. Diuus Au  
 gustinus 6. super Genesim ad lit. sic docet dicens.  
 Non in hoc præeminer homo alijs rebus, quōd  
 Deus fecit hominem ipsum quasi alia ipse non fe  
 cerit, cum scriptum sit, Opera manuum tuarum  
 sunt cęli, & alibi, Aridam fundauerunt manus  
 tuæ, sed in hoc quōd ad imaginem Dei factus est  
 homo. Vtitur tamen scripta in productione ho  
 minis speciali modo loquendi ad ostendē  
 dum quōd alia propter hominem facta sunt. Ea  
 enim

*Gregor.*  
*vbi sup.*

*Gen. 1.*

*August.*

enim quæ principaliter intendimus, cum maiori deliberatione & studio consueuimus facere, sic  
*D. Tho.* Diuus Thomas 1. Parte quæstione.93. articulo quarto ad primum. Non solum autem ipsum magnificat hominem conditum conditionis modus, sed & ipsam conditoris sapientiam miris modis exaltat, mirabilisque in tali plasimate apparet; unde & noster Psalter Psalmo.138. exclamat dicēs, Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. nec ipse homo conditus capere potest mirabilem sui artificis scientiam in sui ipsius conditione: nam tam in corpore quàm in anima diuina splendet summi opificis sapientia; homo quidem conditus est ad imaginem Dei: Et licet plerique doctores dicant hoc esse secundum animam, quæ secundum tres potentias, quas habet, in intellectum, voluntatem & memoriam Trinitatis summæ imaginem refert, spiritualisque factura spirituales factorem reddit; tamen non desunt authores qui affirmant quod homo secundum corpus est ad imaginem Dei factus, & secundum animam ad similitudinem, ad imaginem dico humanam non diuinam, inter quos Tertullianus libro de Resurrectione, Nazianzenus Sermone, vel Oratione de Epiphania, Ambrosius libro de Fide orthodo. capite.8. Basilius aduersus Eummonium libro.2. Eugubinus in illo versu Psalmi. Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam, August. libro 83. questionum tom.4. quæst. 51. ait, quod quando dicitur quod homo creatus est ad imaginem Dei, hoc refertur ad animam, quando ad similitudinem Dei, ad corpus; itaque secundum corpus homo dicitur & est conditus, vel ad imaginem, vel ad similitudinem Dei. Sed aduertendum quod cum substantia Dei corpus non habeat, non recte intelligitur quomodo ad imaginem

*Tertul.  
Gregor.  
Nazianzen.  
Ambros.  
Basilius.  
August.*

nem Dei sit factus homo secundum corpus, nisi finxeris quod Tertullianus dixit, nimirum quod ipsum verbum Dei à principio conditionis humanæ corpus æreum forte sumpsit, ad cuius similitudinem corpus Adam formatum est. Itaque ad similitudinem illius corporis ærei, quod filius Dei tunc acceperat, ex ipso luto & limbo terræ delinavit Deus corpus hominis integrum cum suis membris, & postea ut ostenderet spiritum de foris aduenire, insufflauit in eo spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, vestitus pelle & carnibus, atque ossibus & nervis compactus. Tanto desiderio flagrabat filius Dei humanam assumendi naturam, ut iam ab initio eius similitudinem sumpsit, quasi exercēs seipsum antequam veram assumeret eius similitudinem. Veluti qui armatus processurus est ad bellum, prius in ludicris bellis se exercet, quæ effigiem aliquam & similitudinem veterum præferant. Et sic potest intelligi forsitan illud Prouer. 8. Ludens coram eo semper, ludens in orbe terrarum, & deliciae meæ esse cum filiis hominum, vel sine infinito ut Hebræi legunt, Deliciae meæ filij hominum. Iam tunc ludebat & iucunditatem capiebat, quia humana induendus erat natura, in cuius similitudine iam delectabatur, atque ad eius effigiem corpus hominis fingebat. Quod si hoc forsitan tibi nouum & incredibile visum fuerit, memineris oportet, quod multi sancti Doctores affirmant apparitiones illas quas Deus faciebat veteris testamenti patribus, factas fuisse in persona ipsius verbi, hoc est quod ipse filius Dei in corporibus illis æreis apparebat eis. Unde Leo Papa Episcopus. 13. sic ait. Poterit quippe omnipotentia filij Dei sic ad docendos iustificandosque homines apparere, quomodo & Patriarchis & Prophetis in specie carnis apparuit, cum

*Gen. 1.*

*Simile.*

*Prou. 8.*

aut

aut luctamen iniuit, aut sermonem conseruit, cū officia hospitalitatis non abnuir, vel etiam appositum cibum sumpsit, sed illa illi imaginis huius hominis erant indicia aut indices, cuius veritatē ex præcedentium patrum stirpe sumendam significationes mysticæ nuntiabant. Imò in Concilio Sirmienti de regulis fidei regula. 14. sic diffinitur. Siquis contra Iacob non filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum aut Patrem eius dixerit, anathema sit. & D. August. q. de nou. test. quæstione. 37. Colluctans (inquit) Iacob cum Salvatore, quem Deum intellexit, quem specie corporis videbat, & idem D. August. 2. de Trinit. à c. 7. & deinceps docet in illis apparitionibus veteris testamenti verbum affuisse, & quando dicit Stephanus Actor. 7. q. Angelus loquutus est ad Moysen, dicit posse interpretari de magno consilij Angelo. & gloss. interlinealis Exod. 33. à principio dicit, q. Angelus qui præcedebat populum per desertum, potest intelligi q. fuerit filius, qui dicitur magni consilij Angelus. Quasi exercens se hoc agebat, vt postea hominis officia rectius representaret. Aut sicut filius Regis priusquam sponsam principem accipiat ad se, & det ei manus, abit incognitus ad itinera quibus ipsa venit, & insinuat se illi varijs modis, nunc super pulcherrimum equum, nunc sicut peregrinus pedes, nunc tanquam venator viridi vestitus colore, quòdque eam in suam accipiat potestatem: sic nimirum verbum ac filius Dei humanam naturam sponsam sibi assumere cupiebat eius amore captus, antequam sponsalia fiant varijs modis se illi insinuat, nunc tanquam luctator fortis, nunc velut peregrinus & hospes, nonnunquam confabulando simul & edendo cum homine, quousque manum ei perpetui coniugij daret, cum verbum caro ex Maria Virgine

Concil.  
Sirmien-  
si de re-  
gul. fidei  
regula.  
14.  
August.

Actor. 7.

Exod. 33

Simile.

gine fieret, vnde Paulus Hebræ. 1. Multifarie  
multisque modis, olim Deus loquens patribus  
in Prophetis. Quòd si hæc vera sunt, vt Con-  
cilium videtur diffinire, ac citati patres sentire,  
probabile etiam apparet quòd in hominis crea-  
tione similiter in naturæ humanæ similitudine  
apparuerit, vt primus Adam etiam in corpore  
typum eius exprimeret. Aduertenda tamen  
duo hic sunt, alterum quòd si formam tunc ac-  
cepit humanam, non fuit in vnitatem suppositi,  
sed sicut Spiritus sanctus accepit columbam,  
hoc est similitudinem columbæ, vt exprimit  
Euangelista dicens; Spiritus sanctus visus est si-  
cut columba super ipsum, hoc est in similitudi-  
ne & effigie columbæ: & tunc opus fuit rotius  
Trinitatis, licet secundum appropriationem fi-  
lij. Secundo tamen aduerte quòd hæc curiosita-  
tis ac studiorum gratia dicta sunt, quoniam ego  
non multum probabile existimo. quod Tertullianus  
dicit, nempe hominem secundum corpus  
factum esse ad imaginem Dei, & multo minu-  
quòd verbum tunc assumpserit in creatione ho-  
minis corpus aereum, ad cuius similitudinem ex-  
pressum fuerit corpus Adam. Quoniam id ne-  
scio quid nouitatis imò & asperitatis præsert,  
ita quod non tam suauiter pijs auribus sonet, nec  
ita placide accipiatur, licet forsitan potuit ita  
contingere. Imò & ipse Diuus Augustinus in  
locis citatis videtur ex opinione aliorum loqui;  
nam si attente legatur, asseueranter videtur dif-  
finire, non personam verbi sed Angelos patribus  
apparuisse, vt lib. 3. de Trinitate cap. vltimo. & lib.  
4. cap. vltim. videre poteris. De quo etiam dispu-  
tat lib. 10. de ciuitate c. 5. & 15. & 16. & D. Tho. 1. D. Tho.  
part. q. 93. art. 3. asseueranter tenet, quòd homo  
solum secundum mentem est ad imaginem Dei

Hebr. 1.

August.

D. Tho.



conditus, & ad tertium dicit, quod quia corpus ho-  
minis solum inter terrenorum animantium cor-  
pora non prouum in alium prostratum est, sed  
tale ut ad contemplandum cælum sit aptum, ma-  
gis in hoc ad imaginem & similitudinem Dei q̄  
cætera corpora animalium factum iure uideri po-  
test, ut dicit Aug. lib. 83. quæstionum. Quod ta-  
men non est sic intelligendum quasi in corpore  
hominis sit imago Dei; sed quia ipsa figura huma-  
ni corporis representat imaginem Dei in anima  
per modum vestigij, hæc sunt uerba, D. Tho. hoc  
est, quod quia corpus humanum erectum uersus  
cælum formatum est, uestigium quoddam ac si-  
gnum est, quod anima sit imago Dei, cuius cor-  
pus quod propter ipsam animam cõditum est, id  
in erecta statura repræsentat, uide D. Thom. 1. par.  
quæst. 91. art. 1. Corporea quidem hominis stru-  
ctura nulli dubium est quin præ cæteris animali-  
bus subtilior sit: quoniã cū materia  
sit propter formam, & corpus se habeat ueluti ma-  
teria anime rationalis, quæ forma & actus est cor-  
poris Physici organici (ut ait Aristoteles) talem de-  
cuit esse materiam, qualem talis forma exigebat.  
Primum secundum Hebræos fecit Deus hominem  
de puluere terræ non ex uapore nec ex grossiori &  
rudiori parte terræ, sed ex subtilissimo terræ, quod  
significatur per puluerem; significatur enim per  
hoc quod terra redacta in supermam subtilitatem  
quam potest habere, est illa ex qua constat cor-  
pus humanum, quod perfectissimus hominis  
tactus significat, erectaque nec prona statura  
eius, & ut intelligas, quod corpus hominis est red-  
actum ad æqualitatem remotissimam à contrarijs  
qualem exigit terra subtilissima optime mixta, per  
quæ sit instrumentum consonum anime ad ima-  
ginem Dei factæ, quæ sursum respicit, & congruã

vas

uas anime rationalis ad suas exercendas opera-  
tiones; quoniam cerebrum non nisi eleuatum  
idoneum est ad spiritualia phantasmata ministrã-  
dum intellectualem anime; nam tunc interiores vi-  
res liberius suas operationes habet, dum cerebrũ  
in quo quodammodo perficiuntur, non est depres-  
sum, sed super omnes partes corporis eleuatum:  
quare homo inter cætera animalia est maximi  
cerebri, ut liberius in eo perficerentur operatio-  
nes interiorum uirium sensituarum, quæ sunt  
necessariæ ad intellectus operationes. Sed cor ha-  
bet plus cæteris calidum, ut recta sit statura eius.  
Calor quippe sursum dirigit ac tendit, cerebrum  
autem oportet quod sit humidum ac frigidum,  
ut calorem cordis temperet, ex quo fit quod non  
sit ita perfecti odoratus, ut alia animalia, quo-  
niam olfactus requirit siccitatem, cui opponi-  
tur humiditas cerebri, qua homo ex necessitate  
sue complexionis abundat. Et ob hoc etiam ali-  
qua animalia sunt acutioris uisus & auditus uelo-  
ciorisque cursus quam homo, quoniam ijs excel-  
lentij repugnat æqualitas humane cõplexionis;  
præterea alijs animalibus dati sunt sensus solũ ad  
cibum exquirendum, homini uero et ad cogno-  
scendum. Quare cætera animalia non delectantur  
sensibilibus nisi per ordinem ad cibum, uel uene-  
rea; homo uero in ipsa pulchritudine sensibilibus  
secundum seipsam delectationem capit. Quare  
quia sensus præcipuè uiget in facie, cætera anima-  
lia prona facie terrã respiciunt, quasi uictum sibi  
quærant; homo uero uultus habet sursum erectos,  
ut per sensus & præcipuè per uisum qui subtilior  
est, & plures differentias rerum demonstrat, libe-  
re possit ex omni parte sensibilia cognoscere &  
cælestia & terrena, ex quibus omnibus intelli-  
gibilem colligat ueritatem. Vnde poeta quidam,

Ff 2 Pro-

*Onidius* *Pronaq; cum aspiciant animalia cetera terram,  
Os homini sublime dedit, calumq; videre  
Iussit. Et erectos ad sidera tollere vultus.*

Et Empedocles dicebat se ad conspicienda celorum astra natum. Ecce mirabilem opificis sapientiam in humani corporis structura: quare Psal. 138. vbi nos legimus, & substantia mea in inferioribus terræ, legunt alij vt Reelinus & Caieta. acupictus sum, siue polimitatus, sum, hoc est subtilissimè simul ac pulcherrimè sicut vestis diuersorum colorum in diuersis perfectionibus me formasti; ac si diceret (ait Caiet.) labrasse me de recamado.) Vnde Ambr. hic, manus tuæ Domine fecerunt me, magnæ commendationis vsus exordio est, vt opus Dei se esse diceret, quo facilius circa operis sui gratiam fauor inclinaretur authoris, Grandis etiam pærogatiua est in rebus humanis, vt aliquis operibus & beneficijs faueat suis, ne meritum spectet alienum, sed in suæ gratiæ munus intendat, ne videatur abrogare qd ipse donauit; itaque etsi de luto nostri corporis substantia est, carnem induamur, corpus ossibus in textatur & neruis, tamen quod sumus perfectissimum opus Dei nemo dubitauerit; nam & si fabricam ipsam humani corporis quis considerare voluerit, nihil poterit in terra pretiosius ipdicare. Est enim homo statu celsus, vultu decorus, cæsurie gratus, non cæterorum more curuatus animantium, sed ipso naturæ iure sublimis, qui cælum libero spectet obrutu, nulla captiua seruitute ceruicis depressus in terram, sed tanquam propriæ conficius libertatis, & locuples sui testis authoris. Hæc Ambro. ¶ Animæ vero pulchritudinem quis sanis mirari quæat; spiritus incorporeus est, non ex traduce sed à Deo creatus, incorruptibilis & immortalis, operationes habens à tempore independentes,

quæ maximè eius æternitatem attestantur, materiæ omnino expers, extra corpus subsistere compos: verum vniuersale intelligens ac bonum in communi amans, gratiæ supernaturaliumque honorum capax: Imò per lumen gloriæ cleuata ipsum Deum in seipso videre potens, cuiusque æternitatis particeps esse. Et sic intelligit D. Greg. illud Iob. 14. Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transfiret. Paululum roboratus est homo (ait) quia hic viuendi vires ad modicum accepit, vt in perpetuum transeat, vbi vitam eius terminus non concludat. Vnde & si in omnibus operibus suis complacuit Deo, sed præcipue in homine. De cæteris quidem dicitur Prou. 8. Et delectabar per singulos dies ludens coram eo semper, ludens in orbem terrarum: quasi iustus & lætitia erant Deo opera sua; vnde Genesis 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Complacencia Dei significatur in rebus à se factis, nam prius de singulis dixerat, vidit Deus. quod esset bonum. nunc de omnibus simul, quasi qui iterum opera à se facta respicit, nouum gaudium de omnibus simul concipit, ac si in nostro vulgari diceremus. (mire y remise ea ellas.) vnde Sapientia. 11. Diligis enim ea quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Cæterum de homine singulariter dicitur. Deliciae meæ esse cum filijs hominum, vel deliciae meæ filij hominum, singulariter de hominis conditione conditor lætabatur complacereque sibi in illo: vnde post hominem conditum dicitur: Requieuit Dominus die septimo ab omni opere quod patrarat. Sabbathū egit Dñs post hominis creationem, quasi qui iam perfectū opus haberet. Quoniã cætera omnia propter hominem creauerat, nondum quieuerat, quia nondum præcipuum finē quem in opere suo intenderat, Deus

*Gregor.  
lib. 10.  
mor. ca.  
13. in fine.*

*Prou. 8.*

*Gen. 1.*

*Sapientia.*

atrigerat: sed post hominis fabricā nihil iam mūn-  
di perfectioni deerat, cum domus iam suum pro-  
prium haberet incolam, illeq; propter quem om-  
nia facta fuerant, iam præsens adesset; itaque in  
corporis fabrica mirabilis apparet Deus, sed mi-  
rabilius in animæ immortalis creatione. Vnde Domi-nus  
Ambrosius hic statim post verba supra relatā  
subiungit. Veruntamen in cæteris animantibus  
membrorum forma laudatur, in quibus præter  
gratiam corporis nihil aliud est quod requiratur,  
homo in eo est pulchrior quod non videtur, non  
in corpore quod videtur, in se habens æternitatis  
gratiam & præsentium venustatem; quæ enim vi-  
dentur temporalia sunt, quæ non videntur æter-  
na; in hoc terrestri hospitio indutus habitatione  
cælesti, cui simul cōpetit & in terris videri & Deo  
iungi. Et infra. Nofce ergo te ipsum o homo, cō-  
gnosce te anima, quia non de luto, non de terra  
es, quia sufflauit in te Deus, & fecit animam viuen-  
tem, opus es magnificum Dei generatione inspi-  
ratum, secularia te & mundana non teneant, ad il-  
lum tota intentione festina, cuius inspiratione  
consistis. Rectè ergo Propheta dicit; Manus tuæ  
Domine fecerunt me; hoc est rectè opus manuum  
tuarum videor, cui tot præ cæteris contuleris  
pretiosa dona.

(Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.)  
Acti diceret in hoc gratus esse volo conditionis  
meæ beneficio, in addiscendo opere & veritate  
mādata tua, sed quia hoc minimè ex viribus meis  
valeo, obsecro vt ex tua benignitate intellectum  
largiaris mihi, quo perfecte discam mandata tua,  
opere scilicet adimplendo. Intellectum perit non  
quidem potentiam intellectuam, iam enim illam  
in creatione acceperat, sed actum intelligendi, qui  
etiam vocatur intellectus, sicut actus voluntatis  
vocatur

vocatur voluntas; actus autem iste augetur secun-  
dum quod intellectus à Deo subleuatur ad maio-  
ra intelligenda. Talem ergo actū intelligendi po-  
stulat Propheta, nimirum vt à Deo intellectus eius  
subleuatur ad cælestia & diuina intelligenda. Om-  
nia in suas conuertuntur causas, vt ab eis qd deest  
accipiant, ab eis acceperunt quod habent, ab eis  
susceptura sunt quod deest. Terra indefinenter so-  
lè aspicit, à quo & quod habet, & quod habere po-  
test, mutuari sperat. Pulli vix ab ovo exuti sub alis  
gallinæ sese recipiunt. Agniculus protinus vt ab  
utroq; exit, lateribus adheret matris; Nam qui ab  
ea acceperunt quod habent, accepturos se sperant  
quod eis deest. Quod si picturæ intellectus esset,  
quā depinxit pictor, nec oculos posuit, non ad do-  
mos regum aut diuitum, sed ad ipsum properaret  
artificem, vt quod ei deficit, daret. Eodem modo iu-  
stus à Deo agnoscit se accepisse quod habet, ab eo  
petit quod deficit, dicēs. Manus tuæ Domine fece-  
runt me, da mihi intellectum &c. acsi diceret, hoc  
quod deficit, tribue, qui cætera iam dedisti mihi;  
Oculos corporis habeo, oculos mihi dona mētis,  
qui desunt. Vnde Ambros. intellectum poseit, vt ip-  
se se ipsum nouerit, & naturæ suæ possit scire rati-  
onem. (Da mihi intellectū, vt discam mandata  
tua.) Obserua cum beato Ambros. qd perfecte intel-  
ligere mandata Dei nō est cuiuscumque, sed solū  
sapientis; sapiens autem solum ille est, qui bonum  
quod intelligit facit, vnde Dominus Matt. 7. Om-  
nis qui audierit verba mea hæc, & fecerit ea, assimi-  
labitur viro sapiēti. Qui audierit & fecerit hæc ait,  
ergo nec factū sine auditu nec auditio sine facto  
pōt esse sapientis, sed qui audit & facit. Audiamus  
igitur, vt intelligamus, intelligamus vt faciamus,  
vt intellexisse nos quod audiuimus cōprobemus.  
Aliqui, n. intelligunt verba legis, sed nō vt faciāt.

de quibus dicitur. Noluit intelligere ut bene age-  
*Pfal.* 35. rer, & tales non plenè dicuntur intelligere, sed po-  
 tius negligere iuxta prouerbiū; Legere & non  
 intelligere negligere est, legunt enim & non in-  
 telligunt quòd illa mandata posita sunt ut opere  
 compleantur, non ut memoriter teneantur.

*August.* D. August. sic ait. Da mihi intellectum, ut discā  
 mandata tua. & si in hominibus intellectus est per  
 naturam quo discernitur homo à pecore, tamen  
 peccando deformatus est, & quotidie renouatur,  
*Ephes.* 4. propter quòd Apostolus ait Ephes. 4. Renouamini spi-  
 ritu mēis vestre, intellectum ergo renouari petit  
*August.* sibi, ut discat mandata Dei, hæc August. Quippe  
 ad hoc donatus est nobis intellectus & voluntas  
 cæteraque dona tam naturalia quàm gratuita,  
 ut in Dei obsequium ea impenderemus, cætera  
 enim propter hominem facta sunt, homo verò  
 propter Deum, ut illum agnosceret amaretque,  
 atque eius obtemperaret mandatis, in cuius si-  
 gnum protinus ut creatus est præceptum acce-  
 pit à Domino ne de ligno illo vetito quod erat in  
 medio paradisi vesceretur: quasi ei diceret, cætera  
 ut tibi obsecundarent feci, te autem ut mihi obe-  
 dires plasmaui, non solum autem animæ po-  
 tentias in Dei cultum exhibere debemus, sed &  
 corporis membra ad id etiam munus aptare fas  
*Mat.* 22. est, secundum illud præceptum Matthæi 22.  
 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde  
 tuo, mente, anima, & viribus tuis. Per cor volunta-  
 rem intellige, per animam inferiores animæ vires,  
 secundum quas dicitur forma corporis ipsi vitam  
 ac animales actiones præbens, per mentem supre-  
 mam animæ partem rationalis. Cuius actiones  
 nec à corpore nec à tempore pendent, sed exuta à  
 corpore exercere eas potest, per vires autem cor-  
 poris membra quibus ad peccatum uti nō decet,  
 sed

sed ad opera virtutis tanquā animæ instrumenta  
 adaptare, secundum illud Paul. Rom. 6. Humanū  
 dico propter infirmitatē carnis vestra, sicut enim  
 exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad ini-  
 quitatem, ita nunc exhibere seruire iustitiæ in san-  
 ctificationem. Quippe ingratiudinis genus est,  
 his quibus ab alio donatus es, in perniciem, vel  
 offensam illius abutis, qui per hæc Dei dona pecca-  
 tis deseruit, ingratiūssimus est, cōtra quos Dñs: De-  
 di eis argentū & aurum, ipsi autem fabricati sunt  
 Baal. Per aurum animæ, per argentū, quod minus  
 est, bona corporis intellige. His autē non Deo qui  
 dedit, sed idolis & peccatis inservire, impiūssimum  
 est. Similes enim tales sunt Christi Dñi tortoribus,  
 qui arundine quā de manu ipsius tollebant, percu-  
 tiebant sacrum caput eius: sic isti ijs quæ de manu  
 Domini accipiūt, & fratres percutiūt, & in ipsum  
 Deum peccatores sunt; ad hoc quippe hæc dona  
 accepimus, ut ad virtutem tanquā instrumentis eis  
 uteremur, non ut ad vana, vel iniusta abuteremur;  
 contra quos dicitur Sapien. 15. quòd æstimaue-  
 runt lusum esse vitam nostrā, quasi Deus tot splen-  
 didissimas potentias ad res ludicras donasset ho-  
 mini, & non magis ad seria & in æternum vi-  
 ctura. Vnde Tullius de officijs, non ita (inquit) à  
 natura generati sumus, ut ad ludum, vel iocum fa-  
 cti esse videamur, sed ad seueritatem potius, &  
 quedam studia grauiora atque maiora. Qua-  
 re Aristoteles decimo Ethicorum capite. 9. irridet  
 quorundam opinionem, qui beatitudinem in lu-  
 dis constituebant; quomodo enim beatus eris in  
 illo, de quo erubescis? In fabulis est quomo-  
 do Minerva inuentis tibijs canere cœpit, &  
 cum iuxta splendidissimas aquas quadam vice in-  
 sufflatis buccis caneret, & se in aqua perspexis-  
 set quàm fœdus sic appareret vultus eius, proje-  
 ctis

Rom. 6.

Hierem.  
32.

Sapiē. 15

Cico. in  
lib. offic.Arist. 10  
Ethic. 9.Fabula  
Miner-  
uæ.

Cicero  
primo de  
offic.

Etis tibijs atq; erubescens abijt. Erubescat homo, qui ad seriora senecioraq; vocatus est officia, his vanis & ludicris venustatem ac decorem pulcherrimi sui vultus scdare. Vnde idem Tullius primo de officijs ait, quod nec puerilibus annis licentia ludendi danda est, sed solum circa ea quæ ab honestis actionibus nō sunt aliena, vt sic in ipso ioco semper aliquid probi ingenij eluceat. Quare Propheta noster intelligens ad Dei cultum intellectum sibi datum, ad hoc petit intelligentiam sibi largiri, non vt ea ad voluptatem, vel lusum abutatur, sed ad addiscenda mandata Dei. Vide quam altē intelligentia sunt mandata (ait Augustinus) ad quæ petit ipse intellectū dicens, vt discam mandata tua. Multi quippe nolunt ea addiscere, quia nolunt ea adimplere, non loquor modo de illis, qui adeo in mandatis Dei torpent, vt nec decem quidē verba legis memoriter addiscere velint, sed de illis qui nolunt doceri quod ea quæ eis placent sint contra Dei mādata. Videbis quam plures peccatores adeo suis affectos cupiditatibus, vt velint ipsam legem Dei illis fauere non contrariē, atq; id fatagunt vt lex Dei suis adquerat desiderijs potius quam ipsi legi Dei, cum tamen lex diuina sit virga ferrea, quæ integra semper in ipsa æquitate consistit, non plūmbea vt tuis cedat affectibus. Hi sunt homines, qui centies interrogant Theologos, vt suos approbent contractus quantumuis iniustos, quod si iste vel ille eos condemnat, alios & alios adeunt, nec vnquam quiescunt vsq; dum approbatorem inueniant, cui quantumuis stulto maiorem adhibent fidem, quam multis viris doctis qui contrarium doceant. Sed falluntur in caput suum, & mentita est iniquitas sibi, vnde Proverbiorum 18. de talibus dicitur. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur

in

in corde suo; hoc est nisi ea quæ ipsis placēt docueris. & Isa. 30 dicitur. Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legē Dei, qui dicunt vidētib; nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, videre nobis errores &c. & Paul. etiam de his prophetauit dicens. 2. ad Timotheum. 4. Erit enim tempus, cum sanā doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autē conuertentur; iustus tamen intellectu verō vult Dei mandata addiscere, vt ea opere compleat.

Isa. 30.

2. Tim.

4.

## VERSVS SECVNDVS.

*Qui timent te videbunt me, & lætabuntur,  
quia in verba tua supersperavi.*

**H**oc est. Ideo quod postulo libentius largiri debes, quia timentes te lætabuntur, vidēs me assequutum quæ poscebam. Proprium autem tibi est omnibus elargiri gratiam, de quo dicitur quod implet corda hominum lætitia. De charitate quidem dicit Paul. 1. Cor. 13. quod non gaudet super iniquitate, congaudet veritati. Gaudere de iniquitate contrarium est maxime charitati, de pessimis quippe dicitur quod lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis; congaudere autem veritati congenitum opus charitatis est, quippe curcunque amoris sua correspondet delectatio, & econuerso amoris carnalis delectatio carnalis, & tali delectationi talis amor, charitatis amor est veritatis non vanitatis, non enim peccati chari-

1. Cor. 13

charitatem vana hæc & peritura diligimus, sed celestia & perenniter duratura. De his ergo delectatur charitas; quare rectè dicit Propheta, Qui timet te, videbunt me, & lætabuntur, quia in verbis tuis (hoc est promissis tuis) super speravi, vnde  
*2. Ioan.* in 2. epist. Ioan. ait, Ideo gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut in charitate ambulas. & dicit: Congaudet, quia non est gaudium singulare, sed mutuum, hoc est simul gaudet cum alio de bono illius. Hoc forsitan adumbrabat mutuus ille aspectus duorum Cherubim, qui in tabernaculo & in templo erant; respiciebant se mutuo (ait Scriptura) hoc est inuicem gaudebāt; nam qui alterutrum gaudent, se inuicem respicere solent; quia ergo iustus ex charitate gaudet de bono alterius, & alter de bono illius, ideo se mutuo respiciunt, atq; vultu hylari interioris lætitiæ stemmata proferunt, & hoc est se inuicem diligere, hoc est mutuo gaudere vel tritari de vtriusque bono, vel malo, iuxta illud  
*Rom. 12* Pauli: Gaudere cum gaudentibus, flere cum fletibus: sed hoc gaudium referunt in gloriam Dei, de hoc quippe gaudet iustus quòd in timore Domini alios videat sperantes in eum, quia in verbis tuis super speravi, ait, ideo lætabuntur. Vnde Dominus Matt. 5. Sic luceat (inquit) lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est, quid enim homo præstare potest Deo? quis prior dedit illi, & retribuetur ei? cum ergo Deus nihil à nobis accipiat boni, quippe qui in se ipso omnem bonitatem includat, hoc solum ei præstare possumus, nempe summo gaudio affici, & quòd Deus in se summè bonus sit, & quòd ab omnibus honoretur; complacere quippe de bono diuino signum est, qd si in nostra fuisset facultate, etiam donaremus id, de quo quia

quia habet, lætitia summa perfundimur. Vnde Apoc. 19. sic sancti gaudio summo afficiebatur dicentes, Alleluia, quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei. de hoc perfundebantur lætitia quòd regnasset Dominus Deus eorum: & cap. 4. & 24. seniores clamabāt, Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Hoc autem gaudium etiā cœlicolas attingit, qui Deum timore filiali reuerentur, nam si gaudiū est angelis in cœlo super vno peccatore penitentiam agente, cur non etiam super vno iusto in timore Domini in dies proficiente? è contra verò pessimi & peccatores invident bono diuino, nec de hoc gaudent, quinimo & tristantur, & dicunt illud Sapient. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum. non dicit ad conuiuendum, conuescendum, vel loquendum, sed quòd mirabilius est, etiam ad videndum. Nam visus inter omnes sensus spiritalior ac delicatior est, ac proinde spiritalius immutatur, vt patet 2. de anima. Spirituality autem immutatio minus grauat quàm corporalis, cur ergo adeò grauantur impiorum oculi ex iustorum aspectu? nisi quia inuidia adeo teneros oculos eorum fecit, vt de visu bonorum grauentur; sicut oculi Lyæ teneri grauebantur ex aspectu pulchritudinis sororis suæ, & inuidia hæc erat lippitudo illa, quæ oculos eius cœdauerat: vnde Ecclesiast. 14. Nequam est oculus inuidi, & auertens faciem, id enim inuidus significat, quòd non libenter alium videat, & apud Hebræos vocatur malus oculo, simili vesperilioni & noctuæ, qui lumen Solis sustinere non possunt, quia oculis agris odiosa est lux, quæ puris est amabilis (ait August. in confes.) Vnde & Seneca dicit, Vtinam inuidi oculos centum haberent

Apoc. 19.

Sap. 2.

Aristot.

Figura.

Ecc. 14.

Simile.

August.

berent in omnibus ciuitatibus, vt de omnium felicitatibus torquerentur, nā quanta felicitum sunt gaudia, tanta sunt inuidorum detrimenta. Quare

*Ambros.* D. Ambr. in hoc loco, Qui videt (inquit) iustum, & gaudet, etiam ipse vult esse iustus; pulchrum est enim quod in alijs delectatur, quod vult ipse in se seruare si possit. Est enim iustum bonis, vt castum pudicum, prudentem sapiens affectu pio diligam, misericors liberalem, & virtutes suas in alijs amem. plerisque enim iusti aspectus admonitio correctio- nis est, perfectioribus verò læticia est. Quam pul- chrum igitur si videris & proferis? & subdit, Sed quem admodum iustus lætificat cor innocentium cum videretur, ita improbi iustorum cognitione torquen- tur, quia vel tacitis iustorum moribus arguuntur; torquet castitas incontinentem, auaritiā libera- litas, impietatem fides. Et subinfert quorundam animalium exempla, Sicut animal visum prodest ictericis, nimirum Merula, si ab ictericio attentè aspiciatur (aiunt medici) quod mirificè prodest illi, sic iusti aspectus & conuictus emolumentum ma- gnum afferre poterit aspicienti. Basiliscus quoque, si quodcunque viderit prior animal fertur occide- re, ipse quoque serpens mori dicitur, si fuerit ho- minis præuentus aspectu; ergo si tanta virtus est in oculis serpentis, vel hominis, vt si alter alterum prior viderit possit occidere, non erit virtus in ocu- lis iusti, qui repletus est virtutis gratia? cum præ- fertim totum operetur fides, vt & illa quæ simbrā Domini tenigit sanaretur, & ille cui intendit Do- minus Iesus, statim ex eius oculis gratiam sanita- tis hauriret. Qui ergo iusti virtutem viderint, quid mirum si perfectum extractatu eius assumant? hæc Ambrosius.

*August.*

Sed aduertendum ex D. August. quod de præ- senti dicitur, Qui inuent te, de futuro vero, vide- bunt

bunt & lætabuntur; quoniam timor duntaxat in præfenti vita locum habet, nam perfecta charitas, quæ erit in patria, foras mittet timorem; in futu- ro autem erit visio, ad quam consequitur delecta- tio; nam vt idem docet Doctor; Visio est tota mer- ces, nunc tristatur iustus, nec gaudia præfentia æstimat aut quærit, omnia simul bona vult ad fu- turam sibi reseruari. Steterunt aquæ Jordanis, nec subito cursu fluebant, sed in modum altissimi mon- tis coaceruatæ siluerunt, donec Israeliticus popu- lus terram promissionis intraret, postquam autem in eam ingressi sunt, simul tumulus illæ aquæ ex- templo totus præcipitem se dedit, atque vehemen- tissimo impetu sicca prætereuntium vestigia abluir, sic nimirum iustis accidit, dū ad patriam promif- sam transeunt, hoc est toto præfentis vitæ cursu vo- luptates detinent, omnes stant delectationes ne fluant, & in modū cumuli coaceruantur; sed post- quam desideratam patriam attigerint, cœlestia q̄; regna feliciter ingressi fuerint, tunc simul omnes coaceruatæ cadunt voluptates, animam q̄; simul & corpus replent, siccam q̄; delectationibus men- te omnibus simul voluptatibus alūt. Vnde Isa. 60.

*Isa. 60.* Tunc videbis & affluēs, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Et Dominus Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. In præfenti statu est luctus, in futuro gaudium & consolatio, ne verearis hic tuas continere voluptates quæ fluunt, qui- bus postea simul & stabiliter frueris.

*Figura.*  
*Exod. 14.*

*Isa. 60.*

*Matth. 5.*

(Quia in verba tua supersperavi.) Non solum dicit speravi, sed supersperavi, quia enim potens est Deus (ait D. August.) facere supra quàm intelli- gimus & petimus, vt dicitur Ephes. 3. parum vide- tur ea tantum sperare quæ intelligimus & petimus, sed supra, id est ampliora sperare debemus, maiora quippe præmia inueniemus quàm sperabamus aut

deside-

*August.*  
*Ephes. 3.*

desiderabamus, quoniam maior est Deus corde  
**1. Ioan. 2.** nostro, ait Ioan. 1. c. 2. hoc est, desiderio nostro, nec  
**1. Cor. 2.** oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis  
 ascenderunt quæ præparauit Deus diligentibus suis.  
 hoc est nec corpore nec anima comprehendi hinc  
 possunt ineffabilia bona quæ electos expectant.  
 bene ergo dicit, super speravi, quia maiora bona  
 percipimus quam sperabamus, & etiam quia plu-  
**Job ult.** ra Deus elargitur quam petimus. Amiserat Job  
 plura bona, & non solum amissa reddita ei sunt  
**2. Reg. 3.** Deo, sed duplicia recepit. Postulauit Salomon sa-  
 pientiam, Deus autem etiam diuitias contulit ei.  
**Matt. 18.** Poposcit miser ille seruus, qui debebat decem mil-  
 lia talentorum, vt temporis indutiæ ei concederen-  
 tur, quibus posset persoluere debitum, nec hoc so-  
 lum impetrauit, verum etiam totius immensi de-  
 biti remissionem. In verba ergo tua super speravi,  
 quoniam pores es supra id quod petimus aut in-  
 telligimus elargiri. Vel tertio, super speravi, hoc est  
 super merita mea, quia vt est proloquium Theolo-  
 gorum, Deus præmiat vltra condignum, & Pauli  
**Rom. 8.** dicit Rom. 8. quod non sunt condignæ passiones  
 huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabi-  
 tur in nobis; hoc est quod vniuersa congeries  
 operum nostrorum quantumuis magna, quantum-  
 uis sancta, secundum se considerata attingere non  
 possunt immensum illud beatorum præmium, nisi  
 per gratiam Dei communicatam nobis per Chri-  
 stum ad tantum præmium eleuarentur. Vnde Di-  
**Hierony.** uus Hieronymus legit in singulari, quia in verbo  
 tuo super speravi, hoc est in Christo, cuius merita,  
 mea opera ad eod sublimia reddiderunt, vt iam subli-  
 mis illa atque excelsa beatitudo iusto atque verissi-  
 mo titulo merces eorum nuncupetur, quamuis  
 sensus literalis huius loci hic sit, quod passiones  
 atque huius temporis ærumnæ æquari tantæ gloriæ  
 minimè

minimè debent, nec possunt. Celsitudo quippe il-  
 lius absque vlla mensura, omnia hæc inferiora ex-  
 cellit, quod in singulis particulis citati testimo-  
 nij dicitur primum, quoniam vocat eam futu-  
 ram, hoc est post hoc tempus, nihil autem est post  
 hoc tempus nisi æternitas, quare illa gloria excel-  
 lit passiones huius temporis, sicut æternum tem-  
 porale. **2. Cor.** Id quod in præsentem est momenta-  
 neum & leue tribulationis nostræ: supra modum  
 in sublimitate æternæ gloriæ pondus operabi-  
 tur in nobis. Secundò vocat eam gloriam, quæ  
 claritatem quandam dignitatis insinuat, vt in  
**Psalm. 149.** Exultabunt sancti in gloria. Tertio su-  
 perat illa gloria quoniam erit manifesta, nam di-  
**Psf. 139.** cit, quæ reuelabitur; nunc quidem gloriam habet  
 sancti, sed in abditis conscientiæ occultâ, vt dicit  
**2. Cor. 1.** Gloria nostra hæc est testimonium  
 conscientiæ nostræ, tunc autem gloria illa in propatu-  
 lū erit, & in conspectu omnium reuelabitur. **Sapient. 5.**  
 Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis.  
 Quarto manifestatur eius excellentia in hoc quod  
 est gloria vera, cum dicit in nobis, quoniam glo-  
 ria huius mundi vana est, quoniam est in his quæ  
 sunt extra hominem, nempe in diuitiarum splendore,  
 in opinione hominum fallaci, secundum illud  
**Psal. 48.** In multitudine diuitiarum suarum gloriatur,  
 sed illa gloria & erit vera, solida & immortalis, eo  
 quod est intra hominem, secundum illud **Luca 17.**  
 Regnum Dei intra vos est, quare passiones hu-  
 ius temporis consideratæ, minimæ quantitatis sunt  
 respectu illius immensæ gloriæ, **Isai. 55.** Ad pun-  
**Isa. 54.** ctum in medio dereliqui te, & in miserationibus  
 magnis congregabo te, sed quatenus similes pas-  
 siones ex charitate tolerantur propter Deum, sic per  
 eas ex condigno meretur iustus vitam æternam;  
 nam Spiritus sanctus, qui huiusmodi charita-



*Ioan. 4.  
Hierony.*

rem infundit, est etiam fons, cuius aquæ, hoc est effectus, saliant in vitam æternā, ut dicitur Ioan. 4. Sed si persistimus in interpretatione Hierony. id vult dicere, In verbo tuo super speravi, hoc est in Christo spes mea innititur, quatenus opera mea supra id quod ex seipsis habent ad meritum æternæ gloriæ eleventur, id enim efficit meritum Christi, ut mea opera suis meritis per fidem & charitatem vitæ tanti ponderis sint. El ambar, y el almizcle, quorum nomina apud Latinos non inuenio, quoniam succinum succini, & electrum electri, non talem liquorem significant sed alium, dico ergo quod almizcle quædo seorsum venditur, pretio & pondere quo solet ipsum vendi emitur & valet; verum cum admiscetur ambari, eo pretio & pondere quo ipsum ambar venit, æstimatur, sic nimirum opera nostra seorsum & per se considerata, tanquam nostra, & à nostris viribus procedentia humana quidem opera sunt, nec plus valoris habent quam opera humana, quæ sic considerata ad beatitudinis meritum nullatenus attingere possunt, sed si eas miscueris cum succo illo pretiosissimo, hoc est cum sanguine Christi, iam pondus & valor Christi illis communicatur; hoc est dicere quod opera nostra studiosa, quæ sunt in fide & charitate Christi, quoniam meritis eius iunguntur, vitam æternam merentur, quam mererunt nobis opera Christi; unde Paulus Roman. 11. Tu autem cum oleaster esses, inferrus es oliuæ, & locius radices & pinguedinis factus es; opera quidem hominis ex suo actu atque natura amara sunt, ut oleaster, hoc est, vel peccata, vel saltem nullius valoris apud Deum, quippe quæ ad meritum vitæ æternæ non pertingunt; attamen si super fidem & charitatem huic oliuæ, hoc est Christo infertus fueris, particeps pinguedinis, hoc est, sanguinis as merito.

*Rom. 11*

meritorum eius efficeris, quippe cum vnaris illi qui radix omnium meritorum est. Contigit aliquando illi qui aurum in bilanci ponderat, ut scutum à veritate ponderis deficiat, & mittit granum auti in pondere illo, vbi est scutum deficiens, ut vero ponderi adæquetur. Pondus nostrum deficiens erat per peccatum, & ex ipsa nostra ex se indeficienti natura. De nobis quippe dicitur illud Dan. 5. Appensus in statera, & inuentus es minus habens, atramen pater, qui omnium rerum ponderator est, granum aureum, hoc est Christum filium suum, qui granum frumenti dicitur, & minimum granum factum, est cum ex utero virginis infans vnus diei prodijt, misit in statera nostra, & iam quod deficiebat nostris operibus, supplerum est, ut æquum & iustum pondus constituat cum Deo, & satisfactoria, & meritoria de condigno sic effecta sunt opera nostra, ad eum ut Paulus premium iam coronam iustitiæ vocet dicens 2. ad Timotheum 4. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, id etiam voluit indicare Iob capite 6. cum dicit; Vnam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera; quasi arena maris hæc grauior apparet, vbi Diuus Gregorius libro 7. moralium. capite. 2. dicit hæc verba dicta fuisse in persona Christi, stateram autem facit crucem, de qua in hymno concinitur; Statera facta corporis, in qua ad eum abundans, & copiosa satisfactio facta est à Christo pro nostris reatibus, ut præponderet satisfactio culpis, quasi arena maris folijs. Vnde & Psal. 129. alibi Psalmista dicit, copiosam esse apud Deum redemptionem, & Paulus Rom. 5. Vbi abundauit delictum superabundabit & donum (sobre la satisfactio) Et ex hac plenitudine, ait Ioannes, accepimus;

*Dan. 5.*

*2. Tim. 4.*

*Iob 6.*

*Gregor.*

*Ps. 129.*

*Rom. 5.*

*Ioan. 1.*

maus; & ideo opera nostra, & si minima, huic inni-  
 xa satisfactioni vitam merentur æternam. Quid  
 vilius quã calix aquæ frigidæ? Sed hic propter Chri-  
 sti amorem porrectus, regno cœlorum sit dignus.  
 Properabat virgo cum puello suo Iesu in Hierusa-  
 lem, vt sifteret eum Domino, & vt offerret pro  
 par turturum aut duos pullos columbarum, veiq;  
 pauperculum munus hoc erat, sed quoniã in alio  
 brachio portabat Iesum, immensi valoris efficieba-  
 tur. Quodcunq; minimũ opus, Christi tamen me-  
 rito associatum vitam meretur æternam. Vnde &  
 accepit eum Simeon in vlnas suas, non dicit in  
 brachijs, sed in vlnis; brachium nomen est mem-  
 bri, vlna nomen mensuræ, quoniam vlnis multa  
 metimur, vt doceremur quod Christus in operi-  
 bus nostris mensuram æquam constituit, vt me-  
 reamur perennem beatitudinẽ. Cum ergo in Chri-  
 sto sint opera tua facta, iam eius meritis mensu-  
 rantur, & cœlestia valent præmia.

Luce. 3.

## VERSUS TERTIVS.

*Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua: &  
 in veritate tua humiliasti me.*

Hierony.

**H**ieronymus. Aequitas tua est, vt pec-  
 catores arguas pro delictis, veritas  
 vt superbos humiles à prosperitati-  
 bus suis; ergo quia me humiliasti vt  
 corrigeres, fiat misericordia tua vt cõ-  
 soletur me, cognoui ergo Domine quia æquitas iu-  
 dicia tua, hoc est, in me expertus sum quam iuste  
 punias, tam peccatores quam iustos, hos tãquam  
 filios corripiendo, in illos tanquam in hostes ani-  
 maduertendo. Nam cum non sint condignæ pas-  
 siones

Rom. 8.

siones huius temporis ad futuram gloriam. quæ-  
 cunque penæ ac tribulationes hic infligantur ius-  
 tis, nullo modo limitem æquitatis aut iustitiæ  
 transcendere possunt, & cum peccator in Deum  
 ipsum infinitæ reuerentiæ dignum contumelio-  
 sus sit, minor est quæcunque pœna. Vnde Prouer-  
 biorum 16. Pondus & statera iudicia Domini sunt  
 & opera eius, omnes lapides sacculi; nam olim per  
 lapides inclusos in sacculo pondera siebant, mo-  
 dõ verò ex ære sunt. Est ergo sensus, quod omnia  
 iudicia Domini sunt æquo pondere facta, immo  
 quodd ab ipso omnis rectorio, & æquitas ponde-  
 rum dimanat, non enim vltra culpæ pondera  
 diuina punitio procedit. Seductus fuit Propheta  
 ille. 3. Regum. 13. ab alio Propheta falso, vt redi-  
 ret in Bethel, & suffocatus fuit in itinere à leone,  
 verum tamen cadaver illius non tetigit, sed obser-  
 uauit illud quousq; traderetur sepulturæ, vt osten-  
 deretur peccatum illius Prophete sufficienter pu-  
 nitum morte illa, in cæteris iustum fuisse. Vel (In  
 veritate tua humiliasti me) hoc est per talia iusta  
 iudicia me fecisti humilem. Vnde ea mihi esse vti-  
 lia fateor. Iob 6. Sagittæ Domini in me sunt, qua-  
 rum indignatio ebibit spiritum meum, hoc est  
 consumit inflatum ac tumescens superbia ani-  
 mum; nam per spiritum qui aerem aliquando in  
 Scriptura significat, tumentem ac inflatum præ  
 superbia & vanitate animum intelligimus. Sic in-  
 telligit Diuus Augustinus illud Matthæi 5. Beati  
 pauperes spiritu, hoc est humiles qui minimum  
 habent spirituum ac superbiæ. Et 1. Petri 5. Hu-  
 miliamini sub potenti manu Dei. per manum  
 potentem, manum percutientem ac flagellantem  
 intelligens: vel sic quodd quia intellectu deficien-  
 tes intelligere non possumus iudiciorum Dei æ-  
 quitatem, saltem in illis humiliari debemus, vt

Prou. 16.

3. Reg. 13.

Iob 6.

1. Pet. 5.

*Gregor.* illa semper esse iusta credamus: exempla; ponit quam plurima Diuus Gregorius 29. moral. cap. 9. quibus ostendit iudicia Dei nobis occulta; sed tamen fide iusta esse credenda. Quis diuina discernat iudicia? ait, multos enim videmus quotidie, quia iustitia resplendent, & tamen ante finem suū nequitia obscuritate tenebrantur; & multos cernimus peccatores tenebris obuolutos, & inde iuxta viam suam terminum repente reddi luci iustitiæ; multos nouimus semel inuentam viam iustitiæ; liberatè usque ad obitum tenuisse, & plerosque conspeximus cœpta semel crimina sine cessatione cummulasse; vide alia. Ergo semper laudanda sunt iudicia Dei, cum semper iusta sint, secundum illud Psal. 96. Exultauerunt filia Iudæ propter iudicia tua Domine.

VERSUS QUARTVS.

*Fiat misericordia tua Domine: vt consoletur me secundum eloquium tuum seruo tuo.*

*Psal. 24.* **H**oc est, Scio & fateor, quod in veritate tua humiliasti me, sed ne in humilatione deficiam, fiat misericordia tua, vt consoletur me, quia vniuersæ viæ tuæ misericordia & veritas, Psal. 24. Multi sunt diuinæ misericordiæ effectus, sed inter cæteros, afflictos consolari, ideo quippe Paulus appellatur Deus pater misericordiarum & Deus totius cōsolationis, pater probatur cum misericors sit, Deus, quia in omni pressura consolatur assitit, vnde supra Psal. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Per virgam Dei flagella (nam virga ferire solemus) per baculum vero

vero in flagellis sustentiam per Dei consolationem intelligit; nam ipsemet qui vt pater infligit vulnera consolatur afflictos, vt sustineant, iuxta illud. Ipse vulnerat & ipse sanat. Sennacherib ergo sensit virgam, sed non baculum, & ideo non est consolatus, & similiter Pharao. Dauid vero & Nabuchodono sor & virgam & baculum senserunt, & ideo consolati sunt; sed hoc intelligitur quando punitio est etiam opus misericordiæ, quod fit quando in hac vita tanquam pater filios flagellat nos Deus; talis quippe punitio & si non nihil iustitiæ redolet, plus tamen misericordiæ includit, vnde Hieronymus ad Amandum. Putridæ carnes, ait, ferro indigent & cauterio, nec est medicinae culpa, sed vulneris, cum clementi crudelitate non parcat medicus vt parcat, scilicet, vt misereatur; post afflictionem ergo qua se à Deo senserat humiliatus iustus solatium misericordiæ flagitat memor illius Saluatoris sententiæ. Tristitia vestra vertetur in gaudium. quod & Genes. 1. expressum est cum dicitur, Factum est vespere & mane dies vnus, quoniam presens vita iustorum ex afflictione (que per vespere significatur in quo tenebræ sunt) & solatio (quod per mane in quo est lux intelligitur) constat, sed prius vespere deinde mane, quoniam prius tristitia deinde gaudium. Sic enim intelligitur illud Prouerb. Gloriam præcedit humilitas, hoc est afflictio solatium, tristitia gaudium, sicuti cælum rubicundum in vesperi, serenitatem subsequens dier significat, secundum illud Mat. 16. Cras serenum erit, rubicundum est enim cælum; Sic præcedentia vulnera à Deo inflicta subsequens sanitate annuntiant. Denique post nubila Phebus; vt est in antiquo prouerbio: vnde & Tob. 3. dicitur post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem

*Tobia 5.*  
*D. Hieronymus.*  
*Ioan. 16 Gen. 1.*  
*Prou. 15 Mat. 16 Tobia 3.*  
G g 4 nem

*Matth. 5.* nem infundis, quare & Matth. 5. dicitur; Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, ideo quippe præfens ecclesia, ubi iusti afflictionibus subditur, comparatur cortici mali punici, *Cant. 2.* Quonia malum punicum sub aspero & rudo cortice pulchritudinem ac dulcedinem granorum continet, sic sub lachrymis lætitia, sub paupertate diuitiæ, sub esurie saturitas includuntur. Vult enim Deus veluti commercium quoddam celebrari inter militantem hanc Ecclesiam & illam triumphantem, ut nos quod in nostra patria est & deest in illa, tribuamus; ut & illi vicissim quod in sua regione est & in nostra deficit retribuant nobis, fiatque inter nos & illos hoc cambij genus, ibi nec sunt lachrymæ, nec fames, nec paupertas, quæ in nobis abundant; sunt tamen solatia, omnium rerum copia ac saturitas, infiniti diuitiarum thesauri, quarum omnium nos maxima inopia laboramus. Demus ergo nos lachrymas, ieiunia, paupertatem voluntariam, persecutionem, tolerantiam; ut illi vicissim solatia, gaudia, diuitias, saturitatem, gloriam, copiosissimaque cætera dona rependant. Hæc autem misericordia quam hic petit Propheta est cum Deus tribulata animæ fidem, spem ac charitatem infundit, vel iam infusas auget atque custodit, nimirum cum per harum virtutum effectus accidiam quæ tristitiam infert, ab animis iustorum eliminat, vel refrigescere aut languescere facit, quod abumbratum est Nehemias. 4. ubi dicitur quod Nehemias reparauit muros Ierusalem, quos Nabuchodonosor destruxerat. Nehemias interpretatur consolator, Nabuchodonosor sedens in angustia, per quod insinuat accidia, muri autem Ierusalem, hoc est, animæ sanctæ sunt virtutes, quibus tanquam mœnibus ab hostium telis & incursumus munitur. Consolator ergo Deus animæ virtutes

infundit,

infundit, vel conseruat & auget, quibus munita accidiam damnosam quæ tristitiam expellit. ¶ Sed obserua quod non petit, ut tribulatio ab eo tolleretur, sed ut in ea consolationem accipere mereretur, ut persistere posset, nam non debemus petere ut tentatio discedat à nobis, sed auxilium poscere ne succumbamus; sic enim responsum est Paulo petenti, ut discederet ab eo Satan. Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur: qui enim in ipso conflictu petit ab hoste, ut discedat, quasi illi succumbere videtur, superiorem quæ se illum fateri, quod inertia timiditasque maximum indiciu est; poscat ergo auxilium à Deo & non cedat hosti, sed viriliter dimicare contendat; sicut & Dauid cum congregeretur cum illo viro spurio proceræ stiracis, non petijt ab eo, ut discederet à certamine, sed inuocato Dei auxilio fortiter aggressus gigante interfecit; & tu similiter facere debes, quoniam fidelis est Deus qui non permittit nos tentari supra id quod possumus, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Quis in palestram ingreditur ut sedeat? non utique nisi ut dimicet & contendat, Vita præfens palestra est qua Dei athletæ exercentur, non ut quiescant, sed ut fortiter pugnent debent agere. Quare Ioan. in Apocal. vii dimidiam horam scribit factum silentium in celo isto, quod Ecclesiam militantem designat. Fiar ergo misericordia tua, ut consoletur me, dicat iustus, quoniam secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam, *Psalm. 24.* (Secundum eloquium tuum seruo tuo) hoc est sicut seruo tuo promisisti per verba tua, *Isaia 15.* Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius. methaphoricus sermo pro hoc, quod est dicere, reparabit omnes ruinas eius pro-

pter

pter quas tristabatur. Cum ergo reparata ac resarci-  
 citæ fuerint, consolabitur moerentes ablata causa  
 moeroris & restituta occasione gaudij, imò etiam  
*Lucæ 22* per Angelos solatium mittet, vt *Lucæ 22*. Appa-  
 ruit Angelus confortans Christum Dominum in  
*Act. 12.* horto, & Actor. 12. Angelus Domini assistit, & lu-  
 men refulsit in habitaculo carceris, vbi Petrus  
*2. Cor. 7* erat vinculus cathenis duabus. Per homines etiam  
*Heb. vlt.* consolationem tribuit, vt Paul. 2. Corinth. 7. Con-  
 solatus sum in aduentu Titi. & Hebr. vlt. Rogo  
 vos fratres, vt sufferatis verbum solatiij. Sed hæc  
*Psal. 4.* promissiones solum his qui pro Christo tribulan-  
*Mat. 10* tur factæ sunt, secundum illud *Psal. 4.* loquens de  
 iusto. Cum ipso sum in tribulatione, & illud *Mat.*  
 10. Cum steteritis ante reges & præfides nolite co-  
 gitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur  
 enim vobis in illa hora quid loquamini, nõ enim  
 vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri,  
 qui loquitur in vobis.

VERSVS QVINTVS.

*Veniant mihi miserationes tuæ, & viam :  
 quia lex tua meditatio mea est.*

**I**N præcedenti versiculo misericordiam popo-  
 scit: in præsentem miserationes postulat, Aliqui  
 intelligunt per miserationes Dei, effectus om-  
 nes prædestinationis, tam vltimum qui erit  
 in gloria consummata, quàm medios quibus  
 in præsentem electos ad finem ducit, vt sit sensus. In  
 hac vita gratiam cæteraque dona concede, & in  
 futura vitam æternam, vt viam in præsentem vita gra-  
 tiæ & in futuro vita gloriæ, vt sic de vita in vitam  
 transeam de medio ad finem properem, Sed obser-

ua q̄ per miserationes, effectus ipsos misericordiæ  
 intelligit tam præsentis vitæ q̄ futuræ, vna quippe  
 Dei misericordia plures parit effectus, est. n. vnica  
 & multiplex, vt dicitur *Sap. 7.* Vna secundum rem,  
*Sapient. 7* multiplex secundum effectus. Cum ergo præceden-  
 ti carmine misericordiæ ad singularem effectum  
 postulauerit, hoc est vt consolaretur, nunc effectus  
 multos misericordiæ poposcit, cū ad multiplicem  
 miseriam humanam multiplices misericordiæ effe-  
 ctus necessarij sint; sed quoniam omnes miserationes Dei  
 in vna includuntur misericordia, nempe in ea qua  
 hominẽ in beatitudine collocat (hic est. n. vltimus  
 misericordiæ diuinæ effectus, quippe quo omnes  
 humanæ miserix subleuantur, & ad quæ ceteri mi-  
 sericordiæ effectus dirigebantur) ideo hanc vltimam  
 misericordiam, in qua omnes includuntur miserationes,  
 in hoc versiculo petit, vt *D. placet August.* Vn-  
*D. Augustinus.* de *Psal. 102.* animam suam excitat propheta ad be-  
*Ps. 102.* nedicendum Deum, & omnia interiora sua in eius  
 laudibus protocat. Atque in ter alias rationes pro-  
 pter quas æquum est Deum totis viribus benedi-  
 cere hanc etiam numerat dicens, Qui coronat te  
 in misericordia & miserationibus. Vna illa miseri-  
 cordia qua te in suam assumit beatitudinem cete-  
 ros misericordiæ effectus eminenter includit, qui-  
 bus te tãquam corona circumsepia & cingat, ita  
 vt nullus iræ aut vindictæ pateat aditus, ad eò mi-  
 sericordia illa circumamictus eris, quæ & corona  
 vocatur. Primum, quia præmium est etiam meri-  
 torium, licet per misericordiam Dei ad tantum  
 præmium ascirus sit. Secundò quoniam hac mi-  
 sericordia te regem in regno suo facit; honoreque  
 maximo te totum circumdat atque ornat. Consi-  
 dera quantum spectaculum erit tot reges in illa  
 coelestium republica videre. Magno stupore affe-  
 ctus fuit quidam homo qui Romam ingressus vi-  
 dit

*Simile.*

dit tot senatores cultu pompaque regali incedentes, & dixit se rempublicam regum vidisse; regalis civitas est illa cælestis Hierusalem, quæ tot reges quot in colas habet, mirabile spectaculum erat cùm Romanus dux triumphans super fornicem civitatem ingrediebatur, mirabilius erit tot triumphis stemmata portantes cernere, quot in illam sanctam civitatem intraverint. Cum palmis quippe ac candidis vestibus eos vidit Ioan. Et viginti quatuor seniores coronis aureis redimitos capita: quod autem de hac misericordia loquatur proposita in hoc Psalmo, ex subiuncto versu patet, ubi dicit: Qui replet in bonis desiderium tuum. nusquam enim hominis desiderium repletur nisi in illa beatitudine omnium bonorum nutrice, iuxta illud Psalms: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Est enim pretiosum illud margaritum, quo habito nihil aliud querendum restat, cùm in eo omnes pretiosæ contineantur gemmæ, desiderabilesque divitiæ includantur. Veniant ergo mihi (ait iustus) hæc miserationes tuæ, & vitam. Ecce dicit, ait Augustinus, ubi beatam illam vitam petit cum absque addito dicit, Vitam, sola quippe illa vita absolute, & absque addito vita est, quæ nihil mortis aut imaginis eius habet. Vnde in scriptura anthonomaticè vocatur vita, cum absque addito vita dicatur: iuxta regulam Summisticam. Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato, quare Matthæi 19. simpliciter & absque addito dixit Dominus iuveni illi: Si vis ad vitam ingredi serua mandata. & Ioannis 5. Et qui bona egerunt ibunt in resurrectionem vitæ. Illa enim vera vita est, in qua nec mors nec ea quæ ad mortem disponunt locum habent. De morte quidem dicitur Isaïæ 25. Præcipitavit mortem in sempiternum. Cum peccatore angelo mors præcipitata ac deturbata est à cælo, ubi nunquam

nunquam ascendet, quia ibi nunquam erit peccatum, vnde nec mors quæ est stimulus peccati & stipendium culpæ iuxta Pauli sententiam: *Rom. 9.* Præcedentia autem mortem & dispositiones interitius, quæ sunt dolor & infirmitas nullum in illa felicissima regione ius habent; Absterget quippe *Apoc. 21* Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius nec luctus nec clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transferunt; hoc est, præsens vita in qua propter peccatum, omnia hæc ius habent & vident. Vita ergo illa vitæ viuens est, in qua nulla mortis imago, at præsens vita potius habet rationem mortis, non solum quia pluribus est immixta miserijs quæ ad interitum pergunt: verum etiam quia tota vita præsens iter quoddam est ad mortem, ita quod quanto plus vivimus magis morti appropinquamus. Imò vita præsens est veluti equus velocissimus, quo properanter mors ipsa ad nos venit, vnde quo velocius transit, citius appropiat mors. Quapropter cum primum mobile velocissimi sit cursus, ac illud sit nostræ vitæ mensura, ea velocitate qua cælum illud mouetur, ad nos properat interitius. Quare *Iob 7.* dicitur, Dies mei velociores transferunt quam à texente tela succiditur. Fingebant poetæ tres sorores vitam nostram texere, ex quibus Atropos fila iam torta, atque in fufum inuoluta acutissimo gladio dirumpebat. Multa fila texit homo, multas sibi sollicitudines asciscit, magnas mète versat curas. Id faciam, illuc ibo, id emam, aliud acquiram, diues, doctus, iudex, prælatusve efficiar, & cum iam ordiri cæpta est tela, vno ictu succiditur tota, filaque diruta in aerem volant, vel protinus ut adeptus es quæ cogitabas mors intercipit omne gaudium, quare & de talibus dicitur, Telas araneæ texerunt. Aranea quippe se euiscerando defatigandoque *Similitudo araneæ* telam

*Iſa. 59.*

*Pſal. 89.*

*Simmachus.*

*Pſal. 41.*

*2. Reg. 14.*

*Mors.*

relam ſuam orditur, quam vel aeris ſtatus, vel ſcopa verrens in momento diſſoluit; ſic hominibus qui immenſis curis aliquid huius mundi acquirit, febricula quædam omnia intercipit atque diſſolvit: unde Pſal. 89. Anni noſtri ſicut aranea meditantur. Imò ea quæ videntur ad vitam iuvare, ut cibus, potus, ſomnus & alia, etiam interitus cauſa eſſe ſolent, quoniam id etiam laborare eſt & humidum radicale atque naturale ſtomachi calorem in quibus vita conſiſtit paulatim conſumitur, unde Eccleſia canit; Media vita in morte ſuavit, & Dominus poſt peccatum maledicens homini dixit; Morte morieris, hoc eſt, ipſa vita qua viuis eſt mors qua morieris, quoniam per ipſam properas ad mortem; vel ut Simmachus transfert, mortaliteris, hoc eſt, viues in vita morti ſubiecta. E contra autem de vita illa beata dicitur his quibus promittitur, vita viues, id eſt vita illa qua fruieris tota eſt vita, nihil habebit admixtum mortis, quoniam bibunt de fonte vitæ & quicquid hauriunt vita eſt iuxta illud Pſal. Siritit anima mea ad Deum fontem viuum, & præceſſerat; Quemadmodum deſiderat certus ad fontes aquarum. itaque vita præſens ad mortem deducit, vivit enim moribundus mortaliter, unde in ea quaſi morte vivitur; quare miſter illa ſapiens Thecures ſic ſaſta eſt ad David. 2. Regum 14. Omnes morimur, & ſicut aquæ dilabimur ſuper terram, quæ non reuertuntur, nã ſicut aquæ properantes & ſe inuicem impellentes ad mare ſeſtinant, ubi iam deſinunt eſſe flumina; ita quæ aquæ quæ præcedunt ſe in tumulos erigant, ut ſequentes propellant, ut ſeſtinanter currant; ſic nimirum vita humana ad mortem properat, ita quæ qui modo naſcuntur iam natos quaſi impellunt, ut adſe pulſuram pergant dentque locum iunioribus, quoniam non capit iam eos mundus. Cum ego cuneos puerorum

puerorum in plateis video, ſtatim venit in mentem quòd illi ſint aquæ intumefcentes, & quæ ſe in tumulos erigunt, ut me & alios ſeniores in mare ſuffocandos propellant; quare quidam Hiſpanus Poeta ſic dicit (Nueſtras vidas ſon los rios que van à dar en la mar.) Vita ergo illa anthonomaticè, & abſque addito vita eſt, ubi nec mors, nec interitus properant, nam aliàs, nec eſſet plena, nec perfecta illa requies, ſi timor irrepſerit quòd ſit amittenda; nam ſi ideo mors ab Ariſtot. omnium terribilium terribilior dicitur, quia nos præſentibus bonis, quæ tot admixta incommoda habent, priuat; quanto terribilior atque horribilior mors illa dicitur, quanto tot bonis perfectiſſimisque gaudijs nos orbaret? ſi cogitas te moriturum, præſentis vitæ gaudia factiſdis amaritudinemque dulcedini eius magnam admisceſ, quid ſi beati cogitent ſe talia bona amiſſuros? certè non beata aut felici fruercntur vita, quoniam ea cogitatio quaſi admixtum quoddam fel mellis ſaporem turbaret. Tota ergo vita eſt, quæ nec morte intercipitur, nec dolore languet, nec malo aliquo perturbatur, & ideo illic ſuam poſcebat portionem Propheta dicēs, Portio mea Domine in terra viventium; utique qui ſine morte vivunt; ideo quippe mors ſanctorum vocatur natalis eorum, quoniam tunc ad veram vitam naſcitur. Veniant ergo miſerationes tuæ magnæ mihi, ut illa fruatur vita quæ ſola vita ſemper vivens ac immortalis eſt, quam hoc nomine ſtagito, quia lex tua meditatio mea eſt. Hæc meditatio ait D. Auguſt. niſi eſſet in fide, quæ per dilectionem operatur, nunquam propter eam poſſet quis ad illam beatam vitam peruenire; hoc ideo dicendum putavi, ne quiſquam cum totam legem memoriæ mandaverit, eamque creberrima recordatione cantaverit non tacens quod præcepit, nec tamen vivens ut præcepit,

*Poeta Hæſpanus.*

*Terribilium omnium mors.*

*Pſal. 26.*

*D. Auguſt. ſimus.*

Præcepit, arbitretur se fecisse quod legit, quia lex tua meditatio mea est, & hinc se adepturum existimet, quod verbis superioribus propter hoc meritum postulauit dicens, Veniant mihi miserationes tuæ & viuam. hæc enim meditatio à mandatis est cogitatio & tantum amantis, vt charitas non frigescat huius meditationis suæ, quãtaliber abundantia confuetur iniquitatis alienæ, hæc Augustinus. Vt fides amator etiã inter speciosas mulieres pulchritudinem ac formam sponsæ suæ in memoriam adducit, vt non rapiatur aliena specie, qui venustissimam sponsam coram se in memoriam habet sic fides Christi amator inter mundi scandala, Dei mandata meditetur, ne illorum oblitus in alienum rapiatur amorem. Ideo quippe tot verbis Deus suæ legis memoriam nobis commendat dicens, Proverb. 3. Fili mi ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat, circunda ea gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, vnde hæc meditatio coniuncta operationi intelligitur, vt supra. Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi: & leuauit manus meas ad mandata tua &c. quoniã opus meditationem subsequatur.

Simile.

Prou. 3.

VERSUS SEXTVS.

*Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.*

Gen. 4.

**F**Reuens in Scriptura est & mutatio temporum & modorum: vt præteritum pro futuro. Benedicam ei, & dedi ex ea tibi filium, pro dabo. Genes. 28. aliquando ponitur præteritum perfectum pro imperfecto, vt est illud

illud Gen. Quia virum occidi in dolore meo, id est, occidebam, hoc est si me quispiam vulnerabat, vel dolore afficiebat occidebam illum, ita exponit quidam Hebræus. Nonnunquam modi ipsi mutantur, vt imperatiuum pro subiunctiuo; Confundantur, hoc est confundentur, & tunc sunt simplices enuntiationes, quia idem est dicere ac si enuntiaret quæ his aduenire debent, nempe confusionem ac cetera mala secundum illud Psal. 6: Erubescant & confundantur in seculum seculi, & confundantur, & pereant. Potest etiã exponi optatiue, hoc est vnam confundantur, & tunc sunt quædam comminationes diuini iudicij, cui se propheta conformare desiderat; ac si diceret, Vtinam Deus iudicia sua in superbos exerceret, tunc enim ego de diuinis oblectarer iudicij; sed quomodo cūq; intelligatur, confusio est propria superbiorum pœna, remanent enim victi à diuina iustitia, victus autem confusus manet. Superbus aduersus Deum se extollit secundum Iob; Tendent aduersus Deum extenso collo, & contra omnipotentem roboratus est. Vnde & Boetius dixit, quod cum omnia vitia fugiãt à Deo, sola superbia se Deo opponit. Quare Deus superbis tãquã impugnatorebus resistit, vt dicitur Iacob. 4. Nec mirum quod aduersus Deum bella gerere audeat superbus, quoniam superbia excæcat eius oculos ne & suã imbecillitatem & Dei maiestatem agnoscat, sic enim Diuus Augustinus & Gregorius intelligunt illud Iob, Operuit crassitudo vultum eius; Sicut enim vultus crassitudo oculorum aciem aliquando occupat; sic cum intumescit animus superbia, excæcatur ne verum cernere possit. Vnde & ad superbum eodem capit. dicitur, Quid tunc contra Deum spiritus tuus igitur confusio accommodata pœna superbis est tam in præsentis seculo quã in futuro: in præsentis quidem auferuntur ab eo virtutes infusæ cæ-

Gen. 4.

Psal. 6.

Iob 15.

Boetius.

Superbia.

Iacobi 4.

D. Augustinus.

D. Gregorius.

Iob ibid.



teraque dona Dei, nam & si fides & spes manent in peccatore à Deo non tamen in genere virtutis, nam qui non cognoscit dona Dei sibi collata, indignum se tam illis, quam alijs ostendit. Vnde *Osee 2.* Dominus *Osee* secundo dicit; Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum quæ fecerunt Baal; idcirco conuertar & sumam frumentum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius, & nunc reuelabo stultitiam eius; hoc est, quia virtutes quæ turpitudinem animæ regebant, noluit intelligere esse dona mea, sed sibi applicuit, ac elatus seipsum sui ipsius idolum fecit, vt sibi cultum referret; idcirco vindicabo ab eis tanquam ab iniquis possessoribus bona mea, & cum sua stultitia confusum coram omnium oculis dabo. Secundo confunduntur etiam in hoc seculo, quoniam in ignominiosas & confusibiles iniquitates permittuntur ruere, vt confusi ab eis respiciant; sicut medicus in minora damna permittit ægrotum, vt à grauioribus liberet. Sic docet Diuus Thomas secunda secunda quæst. 162. art. 6. ad tertium. Nam sicut qui disrutas habet vestes vel sordidas, & nec conluit nec lauat, contingit vt alius maiorem incisuram faciat aut sordidiores reddat, vt sic confusus resarciat, & lauet quod antea negligebat; sic Deus nonnunquam in sordidiores culpas manifestioresque permittit aliquando superbum, vt ab illis confusus, quæ antea negligebat, intelligere cupiat atque emendet; & sic intelligi potest illud *Apoc. 22.* Qui in sordibus est sordescat adhuc, vt qui spirituales sordes cernere negligebat, in carnales incidens respiciat. Quare præcipue in venereis & carnis immunditijs, quæ manifestam habent turpitudinem

*Osee 2.*

*Simile.*

*D. Tho.*

*Simile.*

*Apoc. 22.*

pituidinem eos permittit cadere, vt ab illis confusi humiliari discant: sicut qui falsitatem alicuius propositionis non percipit, ad clariora impedimenta deducitur, vt per ea falsitatem quam non capiebat, cernat, veluti cum aliqua consequentia per aliam instatur, vt hac perspicat defectum quem in alia non intelligebat. Confunduntur etiam in superuenturo seculo à propria conscientia, à iudice, ab assessoribus, à testibus & accusatoribus, qui sunt dæmones, & ab omnibus simul creaturis: interius confunditur à seipso, quoniam propria conscientia eum prodit, estque vermis ille, qui non moritur. Vnde Seneca: Prima & maxima pœna peccantium est peccasse, nec vllum scelus licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est; & Epicurus ait; Mala facinora conscientia flagellari; quod magnum argumentum est, quod natura ipsa nos à scelere abhorreere iubet, quod nulli non etiam inter tuta timor est, multosque fortuna liberat pœna, nemine metu. Libet versus quosdam ex *Sat. 13.* *Iuuenia.* *Saty. 3.* Iuuenalis hic adducere, quoniam multum hanc naturæ veritatem exornant. Ait ergo;

*Seneca.*

*Iuuenia.*

*Saty. 3.*

*Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi  
Displicet auctori: prima est hac ultio quod se  
Iudice, nemo nocens absolvitur. Et post; cur tamen  
Eualisse putas, quos diu conscientia facti  
Mens habet attonitos? & surdo verberare cadit,  
Occultum quatiente animo tortore flagellum?  
Pœna autem vehemens, ac multo sauior illis,  
Quas & Caditius gravis inuenit, aut Radamantus,*

*Conscien-  
tia mille  
Nocte dieque suum gestare in pectore testem. tes.  
Vnde prouerbium, Conscientia mille testes. Et Ci-  
cero nullas alias putat furias infernales, quas Poe-  
ta fingunt scelerum vltices. Chrysolomus dicit, q*

*Cicero.*

*D. Chry.*

ex vnaquaque re oritur exterminium eius, ex vestimento oritur tinea quæ eam dirumpit, ex ligno teredo ipsum consumens, sic ex peccato quod in corde perficitur oritur vermis conscientiæ, qui cor infatigabiliter corrodit, nec satiatur in æternum ipsum affligere. De his enim intelliguntur vermes illi, de quibus dicebat Iob: *Qui me comedunt non dormiunt.* Vnde Proverb. 25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; sic tristitia viri nocet cordi, nempe illa quæ ex peccato concipitur in damnatis; & de hoc conscientia vermes intelligit D. Greg. illud Matth. 5. Estot consentiens aduersario tuo dum es in via cum eo, ne forte aduersarius tradat te iudici, & iudex tradat te ministro & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas novissimum quadrantem, hoc est, dum in præsentia vite accusat conscientia propria, quæ sub nomine aduersarii intelligitur, quoniam recta ratio hominis semper iniquitati aduersatur. Cum ergo tua te propria conscientia nunc accusat, assentire illi, & desine facere mala, alioquin ipsamet conscientia tradet te iudici, condemnabit te apud omnium iudicem Deum, qui tradet te tortori diabolo, qui detrudet te in inferni ergastulo, vnde non liberaberis quoad usque totum persolueris debitum etiam minimum, & cum nunquam solvere poteris, in æternum non exieris. Ecce interiorum impiorum confusionem, quam sequitur exterior nempe illa quam coram cœlicolis & terrigenis patietur, quoniam tunc omnia scelera coram omnibus patebunt, cogitatus scelerum, turpes loquelæ, pessimæ actiones quantumuis occulte omnibus conspicabiles erunt; quoniam dies ille (ait Paulus ad Cor.) illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quare vnusquisque dānatorum à peccatis suis confundetur, quæ omnibus tunc in propatulo erunt, secundum illud Hierem. 12.

Con-

Confundemini à fructibus vestris. & illud Isaiæ 1. Confundentur. n. ab idolis quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua, & erit fortitudo vestra, vt fauilla strage & opus vestrum quasi scintilla, & succedetur vtrique simul, & non erit qui extinguat, hoc est, tunc erit talis confusio, quando hæc eueniet vobis, quod erit in nouissimo die. & Thren. 4. Visitabit iniquitatem tuam filia Edon, discooperunt peccata tua, itaque interius & exterius confundentur. Vnde Iob 8. dicitur: Qui oderunt te induentur confusione, quod exponens Greg. ait, Malos in extremo iudicio confusio induit, quia cum transacta mala redundare sibi ante oculos conspexerint, suus vndique eos reatus deprensus vertit. & post pauca, Quis igitur dignè pascet quanta tunc erit iniquorum confusio, quando & foris æternus iudex cernitur, & intrus ante oculos culpa versatur? Vnde supra, Induantur sicut diploide confusione sua, hoc est, intus & extra in hoc seculo, & in futuro coram Deo, & coram hominibus vestiti, & circumdanti vndique confusione erunt. Quare Gregor. lib. 9. moral. cap. 33. diploidem (ait) duplex vestimentum dicimus; Confusione ergo sicut diploide indui sunt, qui iuxta reatus sui meritum & temporali & æterna animaduersione feriuntur. Solos enim illos pena præsens ab æterno supplicio liberat quos immutat, nam quos præsentia mala non corrigunt, ad supplicia æterna perducunt. Superborum ergo gloriam in confusionem conuertet æternus iudex. Vnde Osee 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. & Philip. 3. Gloria eorum in confusione. & Iob 40. Respice cunctos filios superbiæ & confunde eos. Operepretium erit ex dictis colligere, quanto odio Deus superbiæ vitium prosequatur, in quod tam grauiter animaduertit.

Hh 3 Exempla

Exempla quidem paſſim in ſcriptura occurrunt, ſed ex pluribus hoc vnum accipito. Peccauit Dauid peccatum graue, cū & in alienam mœchatus eſt vxorem, & optimum & ſtrenuum militē Vriam Ethæum in ſontem ac benemeritum peremit. Sed quoniam ad verba Nathan videntis ſe peccaſſe ſciſus eſt, hoc vno verbo, Peccati Dōmino. veniam tanti ſceleris obtinuit, & dūtaxat morte pueri nullus ſtatus eſt; at verò iterum lapſus eſt in aliud crimē, quod ex ſuperbia ortum habuit; nam cum ſe cerneret potentiffimum regem, tot victorijs incluctum, tantiq; populi principem, in ſuperbiam elatus numerare fecit populum à Dan vſque Berſabee, vt ex ſubditorum copioſiſſimo numero in ſe ipſo ſuperbiret, in tantaque poteſtate eleuaretur tanquam potens in potentia ſua. Propter quod Deus iratus contra illum & cōtra populum ſuum, percuffit ex populo ſeptuaginta millia viros poſte; & quod plus mihi graue videtur eximiumque iræ Dei indicium, quod cum per prophetam Gad illi optio à Deo daretur aut ſamis ſeptem annorum in regno ſuo, aut quod tribus menſibus ſurgeret aduerſarios, aut quod tribus diebus ſcutret peſtis in vniuerſa terra ſua, reſpondit, & dixit, Coarctor nimis, ſed melius eſt mihi vt incidam in manus Domini (multæ enim miſericordiæ eius ſunt) quàm in manus hominum. Ad eò fidens fuit in Deo, quod ſe totum in manus eius dimiſit de tanta clementia conſiſus, quod regale nobiliſſimumque Dei omnipotentis pectus quaſi obligare videbatur ad veniam, & nihilominus tam ſeueram vindictam exercuit, vt oſtenderet quantum inter cætera facinora ei diſpliceat ſuperbia. Adde quod aliqui nō ſine aliqua probabilitate arbitrantur peccatum hoc Dauid, quando numerare fecit populum non fuiſſe mortale, ſed veniale, eo quod

eo quod diuina Scriptura, quando recenſet peccata Dauid Regis, non huius mentionem facit, ſed duntaxat illius Vriæ Ethæi, vt eſt illud 3. Reg. 15. Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatuere Ieruſalem, eo quod feciſſet rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Ethæi. Quod ſi ita eſt, plus ſuppōtis parit tam ſeuera vindicta: & grauius indicat quanto odio proſequatur ſuperbiam diuina ſubſtria.

(Ego autem exercebor in mandatis.) In quibus præcipis mihi, vt inimicos meos diligam. Tunc ergo quando iniuſta & iniuſte in me violenter iactabant, intendeſbam ego mandatis tuis, & tunc in opus erumpebat amor etiam in ipſos, qui in me iniuſta ingerebant; imo & ex hoc ipſi cōuerſi ſunt, vt imitarentur me. Vnde & ſubiungit ſtatim.

VERSVS SEPTIMVS.

*Conuertantur mihi timentes te; & qui nouerunt testimonia tua.*

**H**æc eſt victoria quæ vincit mundum, nempe per bona opera inimicum ad te conuere, vt iam timendo Deum cum eius nouerit teſtimonia, tuis delinictis beneficijs ad te ſupplex veniat. In inimico duo ſunt, & natura humana quæ bona eſt, & inimicitia quæ eſt mala; ſi ergo ab eo per bona opera inimicitiam abſtuleris, inimicum quidem peremiſti ac viciciſti, hominem verò cuius natura bona eſt ſeruati. Illuſtris victoria hæc eſt, quæ hoſtem beneficijs deuincit: hoc eſt,

odiu[m] illud perfectu[m] quo inimicos suos persequitur  
 Ps. 138. batur David, quando Psal. dicebat. Perfecto odio  
 oderam illos. Nunquid perfectio in odio proximi  
 inueniri potest? potest certe, vt quando malitiam  
 eius odio prosequeris, secundum quod infra dicit  
 in hoc Psalmo. Iniquos odio habui, hoc est in  
 quitatem horru[m], & hanc beneficijs meis pererant,  
 atq; hoc pacto inimicissimum sibi regem Saule[m]  
 deuicit David. Nam cum semel & iterum in ma-  
 nus eius incidisset, vt historia primi libri Regum  
 narrat, pepercit illi David prima vice in spelunca  
 quadam, vbi delitescerebat David cum socijs, eum  
 ibi forte ad purgandum ventrem introiisset Saul,  
 & posset eum David configere, etiam suadentibus  
 suis non acquieuit, sed abscidit oram clamidis eius,  
 quod cum rescuisset Saul placatus est, & cessante  
 persequi eum. Altera vice cum ad eius castra tran-  
 sisset David cum Abisai filio Saruiz, & intrasset  
 tabernaculum regis, tulit lanceam eius quam ibi  
 inuenit & scyphum, nec voluit eum confodere lan-  
 cea cum posset, sed ex suis castris clamauit contra  
 Abner principem militiae regis, & eum grauius  
 obiurgauit, quia non recte custodierit Dominum  
 suum; quo beneficio confusus Saul abiit ac quietus  
 ab eius persecutione. Ecce perfectum odium  
 quo hostes suos persequatur David, ac insigne  
 trophaeum ex eis tali pacto lucratur. Vnde cum  
 Dicitur ce  
 lebre Re  
 gis Age-  
 silai.  
 quidam dixisset coram rege Lacedaemoniorum  
 Agesilao, Officium regis esse amicis praemia, ini-  
 micis mala reddere, respondit, melius dixisses, Re-  
 gale officium esse ex inimicis amicos suis benefi-  
 cijs facere, quod Sap. Prouerb. 25. his verbis docet,  
 Prou. 25  
 Rom. 12,  
 & Paul. ad Roma. Si sinit inimicus tuus, portum da  
 illi, si esurierit ciba illum, hoc enim faciens carbo-  
 nes ignis congeres super caput eius, hoc est his be-  
 neficijs odium eius extinguet, atque in tui amo-  
 rem

rem inflamabis, & Rom. 12. Noli vinci a malo, sed  
 vince in bono malum; id est, non ad suam mali-  
 tiam te trahat inimicus, vt ipsum odio habeas si-  
 cur & ipse te, sicut ignis dicitur aquam vincere cu[m]  
 eam in se conuertit, & ad suam trahit naturam, sed  
 potius ad te conuertere, vt in te beneuolus sit sicut  
 & tu in ipsum, vt sic adimpleas vaticinium illud  
 Jerem. 15. quod ad iustos dirigitur. Ipsi conuerren-  
 tur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

Alius potest intelligi versiculus iste, quod cum  
 praecedenti versu confusionem malorum enun-  
 tiauerat tanquam qui vellent nauisem, quam ex  
 eorum memoria concepit temperare, in memo-  
 riam reuocat iustos quos optat ad se conuertere,  
 vt in eorum consortio vitam iucundissime pera-  
 gat, quoniam similis similem quaerit, sic iustus  
 cum iusto gaudet conuersari, qui pergit versus  
 Compostellam, quid iungeris illi qui in Hispalim  
 iter agit? diuersa itinera capitis, quomodo simul  
 ambulare poteris? iustus caelos, impius inferos  
 petunt, contrarij & diuersissimi termini, quid cum  
 illo iungeris homo? quomodo poteris cum illo  
 ambulare, quid diuersissima via incedit? Vnde  
 Paulus ad Thessalon. Denunciamus vobis fratres  
 in nomine Domini Iesu Christi, vt abstineatis vos  
 ab omni fratre inordinate ambulante & non se-  
 cundum traditionem quam accepistis a nobis.  
 Conuictus autem iustorum consentaneus maxi-  
 me & vtilissimus est, sunt enim labij vnus & ser-  
 monum eorundem, atq; ad eandem patriam per-  
 gunt, atque se inuicem ad id inuicant, secundum  
 illud Apocalyp. 22. Qui audit dicat veni, hoc est  
 amicus amicum ad caelestem patriam inuiter. &  
 illud Exod. 36. Cortina cortinam trahat, fibula  
 charitatis compacti Christiani, vnus alterum ad  
 virtutem, tam verbis, quam exemplis trahat. Vnde  
 & se

Rom. 12

Jerem. 15

Alius in-  
tellectus  
huius  
versiculi2. Thess.  
3.

Apoc. 22

Exod. 36

& se mutuo iuuant, secundum illud *Ezech. 1.* quod  
*Ezech. 1.* penne animalium sanctorum erant erectae alterius  
ad alterum, ubi dicit Gregorius hoc esse adiutorium  
mutuum, quod sibi prestant iusti. hic electi  
mofynam illi largiuntur, ille orationibus istum iuuant,  
*I. Pet. 4.* & sic de alijs. Vnde D. Petrus 1. Epist. c. 4. Estote pruden-  
tentes & vigilate in orationibus, ante omnia mu-  
tuam in vobismetipsis charitatem habentes, quia  
charitas operit multitudinem peccatorum, hospi-  
tales inuicem sine murmurationibus, unusquisque  
sicut accepit gratiam in alterutrum illam admini-  
strantes, & cap. 3. dicit Ezechiel. 3. quod audiuit  
*Ezech. 3.* sonitum alarum percutientium alteram ad alteram,  
quia virtus vnus in qua splendet, alterum  
excitat. Denotio quippe istius teporem alterius  
percutit; istius vigilia illius somnum flagellat, hu-  
ius abstinentia alterius corripit intemperantiam.  
Ecce ergo quam bonum, & quam iucundum  
(hoc est vtile simul & delectabile) habitare fra-  
tres in vnum. Quare iuste desiderat Prophetam  
*Pf. 132.* mentium Deum consortium, & Deo laudes decan-  
rare in medio iustorum, & congregatione, & dice-  
re. Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt  
testimonia tua.

## VERSUS OCTAVVS.

*Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.*

**Q**uis enim potest dicere mundum est  
cor meum, nisi tu Domine iustificas  
me mundaueris: à te ergo postulo vt  
cor mundum in me crees, qui solus  
corda mundare vales. Ne dicas mihi  
quod

quod Scribis & Phariseis, qui solum mundabant  
quod exterius erat calicis & paropsidis, intrus au-  
tem pleni erant omni spurcia, sed vt cor immacu-  
latum mihi tribuas, posco ac exposcere summope-  
re concupisco. Sic enim & de beata Cecilia dicitur,  
quod cantantibus organis Cecilia soli Domino  
decantabat dicens; Fiat cor meum & corpus meum  
immaculatum, vt non confundar.

Observandum quod pulchritudo anime in cor-  
dis munditia ac claritate sita est; cum autem vt su-  
pra docuimus, duplex sit lux in anima, altera natu-  
ra, altera gratia, in vtriusque puritate speciositas  
anime erit, tunc autem splendor iste obumbratur  
cum rebus inferioribus immisceatur. Quemadmo-  
dum argentum minoris ponderis est cum minori  
mixtum est metallo, puta cum stanno aut cholici-  
di immisceatur; triticum etiam cum zizania, aut  
terra, aut cæteris impuritatibus miscetur, minus  
valet; nam teste Dionysio anima nostra assimila-  
tur speculo, quoquo uersus uerteris id in ipso re-  
splendet. Si enim uersum cælum speculi faciem po-  
sueris, cælum in ipsum cæruleum lucidissima que  
lumina eius in ipso splendoribus suis micabunt  
speculo, sin vero contra terram uersaueris, iam lu-  
tuosæ paludes, sterquiliniaq; ac ceteræ spurcitia,  
quibus scætet terra, in eo cernes reflexas. Sic nimi-  
rum anima, si aciem mentis in superiora eleuaue-  
rit, id in ea resplendet, quod si ad terram respexerit,  
eius immunditiæ commaculabitur; voluntas  
enim ad ea que amat rapitur, & in ea transforma-  
tur, secundum illud *Osee 9.* Facti sunt abominabiles,  
sicut ea quæ dilexerunt. Vnde D. August. Si terram  
diligis, terra es; si cælum diligis, cælum es; minus  
dixi, si Deum diligis, Deus es. Si alicui puella, quæ  
summo opere desiderat speciosa in oculis hominum  
apparere, diceretur, quod quotiescunque uultus  
ad

*B. Cecilia.*

*Pulchritudo anime in cordis munditia sita est.*

*D. Dionysius. Simile.*

*Osee 9. D. Aug.*

ad ſydera erectos habeat, eius facies ſolis ac cœli pulchritudinem accipiet; aureosque capillos, rubicundas genas, nimioque ſplendore refulgentem vultum mutuabitur, quod ſi ad terram depreſerit oculos atque faciem, iam illa pulchritudine amiſſa, pallida, lurulenta ac deformis apparebit, quanta cura cœlum reſpicere ſa taget, nec terram uſquam dignabitur cernere, ut ſpecies quam cupit permaneat. Tibi ò anima mea, hæc adeò intematur ſententia, ſi ad ſydera reſpicias ſyderumque factorem amaueris, pulchrior cunctis aſtris eris, quod ſi in terram depreſeris vultum, amoreque terreno capiaris, iam deformior cunctis immunditijs apparebis. Reſpice ergo cœlum, ut ſpecioſior ſole ſis, nec terram digneris aſpicere, à qua turpiſſima dedecoraris effigie, hanc mentis deformitatem in ſuis lamentationibus deplorabat Propheta dicens; Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphyro pulchriores; Denigrata eſt ſuper carbones ignis facies eorum; & non ſunt agniti in plateis. Nix & lac naturali fulgent candore, per quem naturalis animæ pulchritudo à lumine naturæ deſignatur. Ebur (ait *D. Greg.*) fertur vetuſtate ex albo rubescere, per quæ ſignificatur ſpecies & color quem ex habitu & longo exercitio virtutum animus acquirit; at per ſapphyrum, cuius color cœlum imitatur, ſupernaturalis oſtenditur ſpecies animæ, quæ à gratia & à charitate cæterisque virtutibus, quæ à Deo iniunguntur prouenit, quibus anima ſupra omnes alias pulchritudines decoratur. Per peccatū ergo adeo anima commaculatur, ut vtraque pulchritudo pereat, cum & naturali & ſupernaturali luminini aduerſetur culpa, nec iam candido colore fulgeat, ſed terro ac turpiſſimo deturpetur, ita ut iam non agnoſcantur in plateis, homines quippe

abo.

abominabūtur eos, cū in publicis eos offenderint locis, & Dominus in platea campi Iofaphat reſpō debitor illis, Nefcio vos. His maculis poſt peccatum ſe ſentiebat aſperſum noſter Propheta, cum Pſal. 50. clamabat dicens; Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Vbi aliæ tranſlationes habent, Multum laua me, magis ac magis laua me, ut pannum fordidiſſimum lauantem, dicimus iterum atque iterum aliaque vice munda eum, ut expellantur ſordes; ſic anima deturpata culpa millies lauari debet, donec immaculata maneat, quoniam nihil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum. Et Pſalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. innocens manibus, & mundo corde. & Dominus Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deū videbunt; ſicut enim oculus corporalis ſi vel minima macula aſperſus fuerit, corporalia aſpicere non valet; multo minus mentis oculus culpa commaculatus Deū ipſum omni impuritate expertè cernere poteſt. Vnde *D. Auguſt.* Deus quem non niſi mundi oculi aſpicere valent, & Paul. Heb. 12. Sectamini ſanctimoniam (hoc eſt munditiem) ſine qua nemo vidit Deum. Hoc autem intelligo de viſione beatifica. Igitur ſi per terrenarum rerum commixtionem cor hominis immundum redditur, eo quæ rebus inferioribus ordinis commiſcetur, quemadmodum & argentum per mixturā inferioris metalli ſecundum illud Iſai. Argentū tuū verſum eſt in ſcoriā: hinc cōſequitur, quod purificatio cordis cōſiſtat in coniunctione ad res ſuperioris ordinis, quemadmodū argentū pretioſius fiet ſi auro aut pretioſioribus admiſceatur rebus; ſi ergo depreſſeris intellectum his caducis rebus ac rudibus cœleſtē ac immaterialiſſimā potentiam applicando, ab eis illū diuelle, & ad ſuperna cœleſtiaque appelle,

ut hæc

*Mat. 25.*

*Pſal. 50.*

*Pſal. 14.*

*Mat. 5.*

*D. Aug.*

*Hebr. 12.*

*Iſa. 16.*

ut sic & pristinas deponat sordes, quibus infectus erat, & altioribus unitus perfecta sit affectus munditie; quare fides maximè perficit ac purificat intellectum, secundum illud Actor. Fide purificata corda eorum. fides enim quæ per dilectionem operatur, totos animæ recessus occupat, totam etiam ipsam mundam reddit; nam licet intellectus non ster ea quæ intelligit ad se trahat, tamen fides cum sit superioris ordinis ac diuini, ipsum potius ad se rapit, ut absque rerum euidencia eius assentiat veritatibus, secundum illud Pau. ad Cor. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiū fidei, hoc est, dicere (Dexa os Ileuar de la fe.) Ne illa ad te, sed intellectus tuus ad illam trahatur; charitas deinde (quæ multitudinem operit peccatorum) lucidissimam animam reddit ipsoque pulcherrimo sole speciosiore. Huic ergo mentis puritati toto conatu intendere debet verus Dei seruus ac cultor, ad sacramentaque ieiunia, orationes, vigilias, solitudinem, ceteraque virtutis officia, quæ ad id conferunt, audivissimè recurrere, nec iterum eam ad ablutas iam sordes deprimi permittat, sed dicat cum Sponsa; Laui pedes meos, quomodo iterum coinquinabo illos? imo & quiduis patriaris ne iterum scædam reddas animam tuam, quæ tali iam pulchritudine nitet; quam si oculis cernere liceret, velut alter Narcisus te ipsum ardentissime deperires. De animali quodam albissimo, quod (el armiño) in nostro vulgari nuncupatur (nam Latinum nomen fateor me hucusque non inuenisse) de hoc inquam candido animali fertur, quod qui ad venationem eius pergunt, circumlucum quendam luteum faciunt circa illud, ut nisi per lutum aliò non possit euadere, quod potius capi se permittit quàm in luto pollui. Anima iusti in charitate exiitens super omnia candidissima

ma est, quiduis tollerare debes, & non irerum coinquinare illam. Quare sancti capi, ligari, flagellari, necari se permittebant potius quam semel ablutam Christi sanguine animam vel minima peccati macula polluerent. Vnde Pau. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sursum ergo subleua cor, ut summa pulchritudine decoretur, vel elementa ipsa attentius contemplare qualiter vnumquodque quærat superioris perfectionem attingere: terra enim in aquam conuertitur, quæ superiorem obrinet locum, adhuc & ipsa aqua rarefit quouisque fiat aer, qui & in ignem transferri satagit, quoniam vniuscuiusque perfectio in coniunctione ad superiorem naturam consistit. Inter angelicos spiritus ille maior, qui propius ad Deum accedit: sic & tu propera, o anima mea, ut Deo coniungaris, sursum eleua cor, atque ab his inferioribus diuelle, in quibus veluti depressum atque captiuum habes, ut pote rebus eius nobilitati valde inferioribus. Verum est quod hæc perfecta mundities cordis in hac vita non contingit, in qua habitat anima nostra domos luteas, quæ terrenum habent fundamentum, ex cuius vel minima adhesionemaculatur, sicut vestis, quæ tantum parieti luteo adhæsit: at in illa ciuitate sancta Ierusalem, quæ ex auro purissimo structa est, vbi nihil coinquinatum ingreditur, vbi Deus erit omnia in omnibus, erunt corda beatorum ipsius stellis celi puriora; fulgebunt enim sicut Sol in regno patris eorum, quoniam ibi est caminus ignis, qui omnem excoquit rubiginem, omnique spurcitiæ purificatam reddit animam. Nam licet in hac Ecclesia militante sint consistoria, in quibus animæ spurcitiæ eliquantur, ac defluunt, qualia sunt sacramenta, sed non ita fortiter sicut in triumphante. Vnde Isai. 31. *Isa. 31.*  
Cuius

Cuius ignis est in Sion, & caminus ignis est in Ierusalem. Ignis quidem purificans est in hoc templo, quod est super montem Sion, hoc est, super sedem Romanæ Ecclesiæ, sed caminus ignis est in Ierusalem, ubi est Deus clarè visus qui ignis consumens est. Vnde Isa. 1. Decoquam ad purum scoriam tuam: auferam omne stannum tuum.

Sed ultimo aduertendum, quibus modis in hac vita mundandum est cor. Primo per verbum Dei Ioan. 16. Vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis, quod figurabatur Exodi. 38. per mare illud æneum, ante quod erant specula, quibus quis videre poterat sordes suas, & intus in aqua lauare. Verbum Dei, quod est veritas, est anime speculum; in quo errata sua videt, sic enim illud appellat Iacobus 1. Secundum est contritio cordis, ex qua est aqua lachrymarum, cui si adiungitur cinis, hoc est, consideratio mortis, vel propriæ vilitatis aut passionis Christi, cum lachrymæ ex contritionis & amoris Dñi prunis calidæ exeunt, fit optimum lixiuium ad abstergendas maculas, quo lixiuium per singulas noctes propheta lauabat lectulum conscientiæ suæ. Psal. 6. Tertium est frequens confessio, qua mandandum est templum spirituale; quod adumbratum fuit Machab. 4. ubi legitur, quod Iudas mundauit templum à gentibus pollutum; Iudas autem confitens interpretatur, ubi & dixit Iudas: Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta & renouare. Contritio inimicorum mundationem Iudæ præcessit, sic & contritio de peccatis quæ ex auditu verbi Dei generatur, debet præcedere confessionem. Vnde Psal. Facta est Iudæa sanctificatio eius. 4. Reg. 5. Vade & lauare septies in Iordane, & mundaberis à lepra tua. septies in Iordane lauatur, qui humiliter septem vitia capitalia

talia confitetur; vel septies; hoc est perfectè confiteris, quoniam septenarius numerus perfectionem significat, apud Heb. Vnde Bernar. in Epist. ad quandam Virginem. Ama confessionem, ob quam amaris, ama confessionem, si affectas decorem, confessioni iungitur decor, iungitur pulchritudo. Vnde in Psal. 103. Confessionem & decorum induisti, cōfessio & pulchritudo in conspectu eius. reuera ubi confessio, ibi pulchritudo, ibi decor quantum est vitæ austeritas; Sicut enim vas melius mundatur cum lintheo aspero ac grossiori, sic ad munditiam animæ præstat maximè asperior cultus & victus corporis. Vnde Ioan. Baptista de pilis camellorum induebatur, vescebatur quæ locustis & melle siluestri. Quartum est eleemosynarum largitio Luc. 11. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quintum est oratio, Luc. 9. Facta est dum oraret species eius altera, & vestitus eius albus & resurgens, orando quippe transfiguratus est Christus Dñs. Alia etiã quàm plurima remedia in hac vita sunt ad purificationem cordis conducenda, qualia sunt correptio ignis tribulationis, & alia. Sed hæc dicta sunt potiora, & inter omnia confessio ac contritio, de qua hic loquitur Propheta cum dicit; Fiat cor meum immaculatum in tuis iustificationis, hoc est, in sacramentis in quibus iustificas animas, & præcipue in sacramento confessionis, quod ad abstergendas maculas ex peccatis pristinis contractas immediatius institutum est.

(Vt non confundar.) Cum rectè mundatus fuerit, non confundat etiam ante diuini iudicis tribunal. Est quidè generatio (ait Sap. Prouerb.) quæ sibi munda videtur, & tamen non est: non est lota à fordibus suis, de quibus dicitur Ierem. 20. & Confundetur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquã delebitur: qui

D. Bern.

Pf. 103,

Simile.

Ioan. 2.

Luc. 11.

Luc. 9.

Prou. 30

Icre. 20.



qui autem per veram confessionem cordis & oia à peccatis mundatus est, non confundetur ab eis, nec pudefiet, cui dicitur Sophon. 3. In die illa non confundetis super cunctis adinventionibus tuis, quibus præuicata es in me. & Psal. 36. Nouit Dominus dies immaculorum, & hæreditas eorum in æternum erit, nec confundentur in tempore malo, quoniam peccata per pœnitentiã ablata iam non turpem aut deformem, sed candidam & pulcherrimam ipsam animam reddunt: imo (si fas est dicere) ipsamet peccata per pœnitentiã dealbantur, quoniam peccata ipsa super quæ lachrymas fudit pœnitens, iam in honorem suum & gloriã Dei cedunt, & ea quæ absolute considerata abominabatur à Deo, iã sic abluta placent. Non quia peccata Deo vilo modo sint grata, sed quoniam detestata à peccatore iam ab eis mundatur, & hoc placet Deo, quod peccator detestetur illa. Vnde Isa. 1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis; si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbuntur; & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Ecce quomodo per pœnitentiã lauarum peccata mutantur in melius, & quæ antea turpem reddebant animam, iam decoram faciunt; vt patet in Magdalena, cuius peccata ante Christi pedes lachrymis abluta, vnguentis delibuta, capillis tersa, iam non in confusio nem aut pudorem ipsius cedunt, sed in maximam gloriã Dei, qui dimisit, & ipsius pœnitentis honorem, quæ ea dignis lachrymis abluir: & sic interpretatur D. Gregor. illud 1. Regum. Quando viri quinque ciuitatum qui irreuerenter arcam Dei tractauerant, cũ ad requisita naturæ ibant vulnerabantur in secretioribus partibus à muris, & ideo postea pœnitentiã ducti quinq; anus aureos ante arcam obtulerunt

iuxta

iuxta numerum ciuitatũ suarum: sic nimirum, ait D. Greg. super illũ locũ; Sub pretextu necessitatis, & earum rerũ, quæ ad naturæ conseruationẽ requiruntur in secretioribus animæ partibus nos percutit diabolus, quã sub specie necessarij cibi in gulã nos prostermit, & sub pretextu alendi familiam in auaritiã, & sic de alijs; sed cũ ab his animæ plagis pœnitemus, iam ea quæ pudenda erant & turpia, aurea redduntur, hoc est, ipsa peccata per pœnitentiã dimissa iam non sordida, aut deformia, sed aurea & speciosa apparent, & ante arcã Dei apparere possunt, quia talia peccata sic per pœnitentiã deleta iam nec displicent Deo, nec pœnitentem pudefaciunt, aut cõfundunt, quia ipse homo tunc placet Deo, eo qd peccata detestatus est. Hoc enim Deo gratum est, quod peccata peccator detestetur.

## V N D E C I M V S

### Octonarius.

*Defecit in salutare tuum anima mea: & in* 1. Caph.  
*verbum tuum supersperavi.*

*Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: di-* 2. Caph.  
*centes quando consolaberis me.*

*Quia factus sum sicut vter in pruina: iustifi-* 3. Caph.  
*cationes tuas non sum oblitus.*

*Quot sunt dies serui tui? quando facies de per-* 4. Caph.  
*sequentibus me iudicium?*

*Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed* 5. Caph.  
*non vt lex tua.*

*Omnia mandata tua veritas: iniqui persequu-* 6. Caph.  
*ti sunt me, adiuuu me.*

Ii 2 Paulo

7. Caph. *Paulo minus consummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.*

8. Caph. *Secundum misericordiam tuam vivifica me: & custodiam testimonia oris tui.*

INCIPIT TRACTATUS  
Vndecimus.

VERSVS PRIMVS.

*Defecit in salutare tuum anima mea: & in  
verbum tuum super speravi.*

*Induit p  
sonam o  
ptantis  
vindictam  
à Deo.*



Am aliam accipit personam peregrinus noster, vel eadem alio modo affectam. Introducitur quippe hic iustus adhuc afflictus, ac iniuste vexatus, cupiens tamē à Deo exerceri vindictam in aduersarios, ac emulos suos, quam personam exprimit versu quarto, vbi dicit: Quando facies de persequentibus me iudicium? hanc autem vindictam, vel iudicium intellige à iustis flagitari, ac concupisci non ex vindicta aut liuore, sed vt diuina iustitia appareat in hostes suos, quō iustorū persequutores ipsū Deū & Christū in illis potius persequuntur, ac extinctum iri auerisimē cupiunt. Quod Christus Dñs è cælo explicuit cum Paulū in suos Christianos fauientē alloquutus dixit; Saule Saule, quid me persequeris? iustitia autem vindicatiua in Deo maximum suę diuinitatis splendorē ostendit, quare eam in puniendis sceleribus lucere maximē desiderat iustus; sed

*Actor. 9.*

quoniam hæc vindicta in vltima retributione exequenda est, cum duplici contritione conterendi sunt impij, in corpore nimirū & anima, iusti et duplicibus vestiendi sunt, qui modo vnica contenti stola gradiuntur, hæc postulatio vindictæ resurrectionis exprimit desiderium & præmi, quod cum iustis in hac vita differatur, afflictionē pijs eorum animis ingenerat, qua & animam & oculos deficere cõstitetur. Simile quid legimus apud Ioan. Apoc. 6. c. 6. vbi dixit; Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei & propter testimonium, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsq̄uequo Domine sanctus & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrū, de his qui sunt super terram? Per altare significatur Christus, in quo & per quē Deo patri offerre debemus quicquid boni agimus, nam per illum est acceptabile Deo. Fuit enim altare thimiamatis, & altare holocausti cuius sacrificium fuit acceptū Deo in odorem suauitatis. Sub isto igitur altari proteguntur animæ non solum in hoc sæculo verumetiam in futuro; est. u. umbraculum earum contra omne malum, cuius illa ciuitas expers omnino est. Vnde Psal. Proteges eos in abscondito faciei tuæ. Vel dicitur esse sub eo, vt docet Haimo, quia capiti suo coæquari non possunt, vel sub eo sunt per humilitatem, sublimem eius excellentiam venerantes, secundum illud Ioan. 3. Qui de cælo venit, super omnes est. Hæ animæ interfectorū clamabant dicentes: Vsq̄uequo Dñe cum sis vniversorum Dñs, & quæ velis possis, sanctus qui sanctitati præmia tribuis, & verus in promissis tuis, & noua corporis & animæ præmia pollicitus fueris: vsquequo igitur hæc non exerces iudicia, & impijs condignā pœnam, pijsque merita præmia non largiris? Id poscunt vt Dei vindicatiua iustitia splendeat, per-

*Apoc. 6.*

*Psal. 3  
Haimo.*

*Ioan. 3.*

fectamq; iam corporis & animæ adipiscantur glori-  
 am; hæc aut beatarum animarum postulatio po-  
 tius est huius sancti desiderij continuatio. Nā desi-  
 derare aliquid fieri dupliciter contingit, vel q̄ sta-  
 tim fiat, & hoc sperare affligit animum; aut quod  
 opportuno tempore adimpleatur, & sic dilatio nō  
 diuerxat animum, licet maneat desiderij cōtinua-  
 tio; at in hoc octonario desiderij viatorum descri-  
 bitur, tam eorū, qui in lege veteri vivebant, quam  
 illorum qui in noua agunt vitam. Illi quidem pri-  
 mum Christi Dñi aduentum flagrantissimo deside-  
 rio prætolabantur; nos secundum, in quo præmia  
 largiturus est, summa aueritate expectamus. Qua-  
 re litera quæ huic apponitur octonario est, *Caph,*  
*quæ interpretatur incuruatus, quia longa militia*  
*fessi incuruari solent, sic & longa expectatione las-*  
*fati incuruantur. Prisci patres incuruati erant ab*  
*onere legis veteris noui exoneratorem expectan-*  
*tes. Jerem. 27. Quicumq; non incuruauerint collū*  
*suum. Eccl. 33. Iugum & lorum curuant collū du-*  
*rum. quare Petrus Act. 15. dixit; Nunc ergo quid*  
*tentatis Deū imponere iugum super ceruicem di-*  
*scipulorū, quod nec nos, nec patres nostri portare*  
*potuimus? Quare Dñs Iesus mulierem quæ incur-*  
*uata erat erexit, quasi insinans se ab onere legis,*  
*quæ suo pondere homines incuruabat liberatū*  
*aduēnisse. Desiderium autem primi aduentus Mes-*  
*sia multipliciter in sacro eloquio designatur. Ge-*  
*nes. 49. vocatur desiderium collium æternorum;*  
*nempe priscorum patrum, qui ob sanctitatis celsi-*  
*tudinem colles nuncupantur, æterni autem, vel*  
*propter diurnitatem vitæ, quemadmodū in scri-*  
*ptura res multum duraturæ æternæ dicuntur, vt*  
*montes æterni: vel propter antiquitatem, vel cer-*  
*tè, quia solis excelsis animis ad æternitatē inhan-*  
*tibus notus tunc erat explicè & desideratus ad-*  
*uentus*

*Caph, id est, incuruatus.*

*Jerem. 27.*

*Eccl. 33.*

*Act. 15.*

*Gen. 49.*

uentus Messia, hinc illi clamores. Vtinā dirumpe-  
 res cælos & descenderes, à facie tua montes deflue-  
 rent. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum,  
 aperiat̄ terra & germinet saluatorem; Emitte  
 agnum Dñe dominatorem terræ de petra deserti  
 ad montem filia Sion. Obsecro Dñe mitte quæ mis-  
 surus es, & alia quam plurima quæ passim apud  
 Prophetas reperies, præcipuè apud Isaiam. Hinc  
 quasi lassati longa expectatione, quasi murmuran-  
 tes dicebant apud Isa. c. 28. Et erit eis verbum Dñi,  
 modicum ibi; quasi irridentes has expectationes  
 Messia, vel iam fastidientes eas aiebant, quod om-  
 nia verba Prophetarum erant, expecta modicum,  
 expecta modicum, & expectatus iste nunquā ve-  
 niret, veluti serui murmurantes aduersum Domi-  
 norum imperia referunt ac reduplicant verba eorū  
 (mocos rezongones) quos vulgo dicimus; Tam  
 longa ergo expectatione vexari incuruati erant;  
 Nos etiam melioris testamenti participes facti se-  
 cundum Redemptoris aduentum, quo præmia pu-  
 blicè decernenda sunt expectantes, vitæque presen-  
 tis fastidietes onera, incuruati etiam ambulamus;  
 nā quia corpus quod corrumpitur aggrauat ani-  
 mam, vt dicitur Sap. 9. Quodammodo incuruan-  
 tur velint nolint iusti ad hæc infima, quod nimis  
 graue spiritualibus viris est; cupiuntq; vehemen-  
 tissime hoc onere deposito erecti semper cælestia  
 meditari, vel quod corpore spirituali non animali  
 anima superuestratur, quod erit in resurrectione.  
 Vnde Psal. 37. Miser factus sum, & curuatus vsque  
 in finem, hoc est, vsque ad mortem, nam deinde  
 Saluatorem expectamus Dominum nostrum Ie-  
 sum Christum, qui reformabit corpus humilitatis  
 nostræ configuratum corpori claritatis suæ,  
 vt dicitur Philipp. 3. Hinc vox illa iustorum  
 Apoc.

*Isa. 64.*

*Idem 45*

*Exod. 4.*

*Isa. 28.*

*Sapient. 9.*

*Psal. 37.*

*Philip. 3.*

*Apocal. ult.* Apoc. vlti. Ecce venio cito, amen, veni Dñe Iesu. Quare & iusti dicuntur diligere aduentum eius.  
*1. Tim. 4.* 1. Tim. 4. nondum timere. Non solū autem mihi, sed & his qui diligūt aduentū eius. tunc. n. incituarī iusti, erecti & recti stabunt cū magna constan-  
*Sapient. 5* tia aduersus eos, qui se angustiauerunt, vt dicitur Sap. 5. Et Dñs loquens de die aduentū sui, ait iustis.  
*Luc. 21.* Luc. 21. Cum autē videritis hæc fieri, respicite & leuate capita vestra, quoniā appropinquat redemptio vestra. Itaque in hoc versū desiderium virtutū que aduentus Messīæ designatur. Vnde Hierony-  
*D. Hieronym.* Defecit in salutare tuum anima mea: in Iesu qui venit saluum facere populum suum à peccatis eorum. Et in verbum tuum supersperavi, quod in principio Deus erat apud Deum, vt veniat ad redemptionem humanam. Salutare quippe in Hebr. Iesus dicitur.

Sed aduertendum ex Aug. quod verbum, deficio, si solitariè sumatur, in malum accipitur, sicut verbum proficio in bonum, sed cum addito, proficio in malum & deficio in bonum sumi poterit, vt est illud. 1. Tim. 6. Prophanas vocum novitates deuita, multum enim proficiunt ad impietatem. Et alibi. Viri pessimi & peccatores proficiunt in peius. E contra vero delicere potest in bonum accipi, nam sicut defectus à bono in malum malus est; ita defectus à malo in bonum bonus est, vt est illud Psal. Cōcupiscit & deficit anima mea in atria Dñi; non ab atrijs, sed in atria; bonus defectus est iste, quia non à bono, sed ad bonū. Similiter cum hic dicit propheta; Defecit in salutare tuū anima mea, bonus defectus est, quia non dixit à saluari, sed in salutare; indicat enim desiderium boni nōdum quidē adepti, sed avidissimè cōcupiti; præ lassitudine quippe desiderij dicitur deficere anima, sicut nimium lassus deficere etiam dicitur. ¶ Ob-  
 serua

serua quod anima tendens in Deum multipliciter dicitur deficere, primo suos defectus agnoscens per cordis humilitatem secundum illud Psal. 38. Substantia mea tanquā nihilum ante te. Genes. 18. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. & Isaia. 40. Omnes gētes quasi non sint: sic sunt coram Deo. Secundus defectus est mutationis, quando ex vehementia amoris deficit amans ab eo quā naturaliter appetit, & fluit in voluntate amati, de qua statim dicturi sumus. Tertius est defectus imbecillitatis, sicut dicitur Ezechia. 2. Vidi & cecidi in faciem meam, vbi dicit Gregor. in quantam miseriam cecidimus qui bonū ferre non possumus, ad quod creati sumus. Quartus est defectus cognitionis, vel stupefactionis. Act. 9. Circūfulsit Paulum lux de celo, aperiſque oculis nihil videbat; viri autem qui cum eo commitabantur stabant stupefacti. Matth. 17. Nubes lucida obumbravit eos. Quintus est ex rædio longæ appetitionis Iob. 16. Tæder animam meā vitæ meæ. Sextus est defectus ab amore mūdi, quā alterius vires subtrahit alter amor. Greg. Quāto crescit amor spiritualium, tanto decreſcit amor temporalium. ¶ Cæterum Lyranus alia via procedit in expositione huius octonarij, ita enim, quod cum in hoc Psalmo sermo sit de beatitudine in spe & imperfecta, quæ hic incipit in iustis per exercitia actiue & cōtemplatiue vitæ, postquā actum est de ea prout consistit in perfectione vitæ actiue, hic cōsequenter agit de ea prout consistit in actibus vitæ cōtemplatiue. Circa quod nota, quod vita cōtemplatiua maioris perfectionis ac meriti est quā actiua, nam est circa nobilissimum obiectum quod est Deus, omnibus alijs excellentius ac sublimius & conuenit homini secundum quod est optimum in eo, nempe secundum intellectū qui omnibus alijs ante-

*Psal. 38.*  
*Gen. 18.*  
*Isa. 40.*

*Ezech. 2.*  
*et ibi D.*  
*Gregor.*

*Act. 9.*  
*Mat. 17*

*Iob 10.*  
*D. Greg.*

*Lynn.*

anteponitur potentijs, cum eius obiectū & altitudo & abstractus sit, & respectu propriorum intelligibilium, hoc est Dei omni carens materia maximumque omnium entium, imò ipsum esse; maximumque verum, imò & ipsa veritas, & quia contemplatiua est tantum diuina, actiua tantum humana. Arist. autem docet minimū de rebus diuinis desiderabilius esse omnium aliorum cognoscibilium scientia, vnde Aug. de verbis Dñi, In principio erat verbū, Ecce quod Maria audiebat verbum caro factum est: ecce cui Martha ministrabat. Præterea contemplatiua est secundū id quod est magis propriū homini, nepe secundū intellectū, sed in operationibus actiua vitæ communicant et inferiores vires nobis & brutis cōmunes, vnde in Psal. postq̄ dicitur; Homines & iumenta saluabis Dñe. Subditur id quod est proprium homini. In lumine tuo videbimus lumē. Quare Dñs. Luc. 10. Maria optimam partem elegit. Est etiam delectabilior & iucundior q̄ actiua, quia est operatio nobilissimæ potentia, & circa nobilissimū obiectum, vnde Aug. de verbis Dñi, Martha turbabatur, Maria epulabatur. Est maioris meriti, quia directè & immediatè pertinet ad dilectionē Dei, actiua vero ad dilectionem proximi; charitas autē quæ est principii merēdi cōsistit in dilectione Dei est & diuturnior, quia versatur circa incorruptibilia & immobilia, & quia nō habet contrarietate, delectationi quippe quæ est in considerando, nihil est contrariū, vt dicitur. i. Topic. Agitur ergo in hoc Psalmo ab hoc versu & deinceps primo de suauitate vitæ contemplatiua tā ex parte obiecti contemplati, ibi, Quā dulcia faucibus meis eloquia tua: quam ex parte modi contemplandi cum dicitur; Quomodo dilexi, Tangitur etiam stabilitas huius suauitatis cum dicitur; In æternum Dñe, &c. Verū in primo versu huius

huius octonarij tangitur vis & suauitas contemplationis quæ animā rapit & extra se quodāmodo collocat: nā quāto anima in contemplatione magis eleuatur, tāto magis ab occupatione exteriorū sensū retrahitur, & intentū summi boni cōtemplatio crescere potest & intrēdi, vt omnino actus exterior ab actu suo cesset & impediatur, vt in raptu sanctorū videmus, & sic anima quodāmodo videtur defecere in quantum cessat ab actu exteriori, omnino absorpta & rapta in summi Dei contemplatione & delectatione, quæ inde consequitur, & hoc est quod hic dicit propheta defecisse animā suā in salutaris Dei contemplatione, & in verbi Dei promissis: quæ assidue summa auditate contemplabatur. Vnde glo. dicit hunc defectū animæ esse quā ab animali appetitu abstracta atque disuncta, in spirituali amore atq; meditatione se transfert. Tunc enim ex anima transit in spiritum, & quia Deus spiritus est, qui in eius se exercet contemplatione, deficiens à carnali & animali statu, in spiritum & mentē transit, secundum illud Paul. ad 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo vnus spūs est cū eo: Quare sancti qui se huic exercitio dedicauerūt, quasi morti in hac vita incipiūt, nec mortē multū pauēt, quippe quā iam multis modis experti sunt, quid enim est mors nisi animæ à corpore separatio? hanc per tale exercitium quotidie efficit seruus Dei, cum eam pluries à corporis sensibus atque officijs seūgit. Scire quidam regulus Mahumeranus Granatensis cum ad supplicium duceretur, cuidam sibi dicenti, vt sciret bene mori respondit. Et quomodo scire possum, qui nunquā mortuus sum? tu autem serue Dei discere mori moriendo viuens, hoc est his assiduis officijs animā à corpore seiuendo, vt non eius munia, sed mentis ac spiritus potius adimpleat. In quo etiam exercitio pregruitat quædam

Aristot.

Psal. 35.

Luca 10

D. Aug.

Arist. 1. Topic.

Glossa.

1. Cor. 6.

Mors anime à corpore separatio.

quædam ex his quæ in æterna vita contingunt, illa quippe in mente perficitur, hoc est in continua Dei contemplatione per superiorē animæ vim quæ mens dicitur: iam hic in hac se exercet vita contemplatiua & iustus, cū animā non animalis, sed mentis officia exercere cogat. Quare Petrus de Palude, in quodā sermone de Assumptione beatissime virginis Mariæ docet beatā Virginem amore interijctæ, nempe ex assiduis contemplationibus carnem debilem factam, quia ab eius officijs retrahebat animam in extasimq; sapissimè rapiebat, imbecillisq; reddebatur caro toties ab anima derelicta, & hoc querela illa Marthæ aduersus Mariam significabat; quærebat quippe Martha, quod soror eius Maria ob frequentes eius contemplationes solam eā dimittebat: sic caro virginis de sorore eius, nempe anima, quærebat, eo quod in diuinorum contemplatione rapta eā solam relinquebat, quare debilis impotensq; reddebatur. Vnde vox illa sponsæ, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet. Denique tanto impetu, atque vi rapta est mens beatissimæ Virginis in summi Dei contemplatione, ac desiderio & amore sui dilectissimi filij, vt caro iam illam detinere nequiverit, exanimisq; relicta fuit, & vis amoris raptit animam, vt eo quod tantopere cōcupierat frueretur, nec mirum cum de alijs sanctis quam plurimis manifestum sit eos per vim contemplationis corpus à terra per triginta cubitos eleuasse, atque rapuisse sic & anima beatissimæ Mariæ per vehementiorem raptam vim à corpore seijctæ est. Iacob post luctam cū angelo vno claudicauit pede, vt legitur Gen. 32. Quia anima Dei meditationibus assueta cū eo feruētissimis orationibus luctando iam vno claudicat pede, hoc est iam non carnis officijs detinetur, nec eius ducitur desiderijs, nec ei inuaditur aut fi-

dit, sed spiritu menteq; æternis flagrat desiderijs, atque illis fixa cælestia perlustrat: veluti claudus re-cto & robusto pede innititur non infirmo; vnde Paul. Spiritu ambulare & desideria carnis non perficietis. Hæc autem animæ à corpore seijunctio per contemplationē alio indiget adiutorio, nempe vt prius ipsa caro debilitetur ieiunijs, vigilijs, ceterisq; huiusmodi mortificationibus; prior enim nata est Lya quàm Rachel, & prius Magdalena bluit dominicos pedes quàm ad contemplationis arcem ascenderet, & Lya lippis erat oculis; nimirum quia prius in operibus actiua vitæ fletibus, singulibus, ieiunijs incumbere debes, vt sic afflictæ caro imbecillisq; facta minimū animæ impedimentum præbeat ad maiora munera subeunda, roboreq; diminuta minus huic separationi resistere queat; vnde D. Hieronymus in sermone de assumptione dicit, qd de beata Virgine dicitur ascendisse sicut virgula sumi, quia gracilis & delicata, quia diuinis extenuata disciplinis, & cōcremata intus incendio pij amoris. Et regina Hester cum ad regale solium Assueri regis præiret, super humerum ancillulæ innitebatur, quasi præ nimia teneritudine corpus sustentare non valens, & cum ad thronum Regis accederet, exanimata corruit, atque defecit, quia regalis anima diuinis initiata mysterijs munijsq; altissimis dedicata, nec iam carnem sustinere valens præ nimia amoris teneritudine deficit, atq; diuino quodam timore corā Dei corruit maiestate. In æternorum igitur desiderijs anima iusti deficere dicitur, quia in his cōsecrata studijs assidue perseverat, vnde D. Ambros. super hunc versum sic ait, Et nos igitur illud concupiscamus æternū salutare Dei, non concupiscamus pecuniā quam auari cōcupiscunt, non concupiscamus aliena vxoris decorē, non ambitionis exagitemur desiderio, non seculari intendamus

Galat. 5.

D. Hieronymus.

Hester 15.

D. Ambrosius.

damus gloriæ, non fallacis circūscriptiois studiū occupemur, non proximum circumuenire iniquitate cupiamus, non postremo partes vulpiū simus in terrenæ voluptatis inferiora demersi tanquam exules æternorum, & de illa supernæ spei præsumptione deiecti. Attollatur igitur anima nostra deficientis suis viribus, vt adhæreat salutarī Dei, quod est Christus Dominus Iesus, ipse est salus, veritas, virtus, atque sapientia. Qui igitur deficit sibi, vt virtuti adhæreat, amittit quod suū est, quod est æternum acquirit. Hæc Ambr. (Et in verbum tuum speraui) hoc est in promissum tuum, scilicet in Christum, quæ spes facit, vt per patientiam expectetur, quod à credentibus non videtur.

## VERSUS SECVNDVS.

*Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, quando consolaberis me?*

**P**otest versus iste intelligi tã de oculis exterioribus quàm de interioribus, nam ex hoc quod dicit pluraliter oculi, de exterioribus intelligi insinuat, quoniã oculi, interior vnus est. Deficere autem exteriores oculos in eloquia Dei, est eos à vanitatibus ad sacras lectiones auocare, ne oculus corporis per terrenam dinagatus oculum mentis secum rapiat, & ab eloquiorum Dei contemplatione reuocet. Deficit oculus corporis cum hæc infima dedignatur videre, sic enim de beato Martino legitur, quod nec terram dignabatur videre, sed cœlo totus inhæbat, hoc est enim eruere oculum ne nos scandalizet, iuxta Saluatoris consilium, id est illum ab officio videndi illicita detinere; nam non licet videre, quod

*B. Martini  
244.*

quod non licet concupiscere. Vnde Iob; cum oculis suis pepigerat scœdus ne virginem circūspicerent, & mentem cogitatuū inquietudine verterent. Vnde D. Hieronymus monachos admonet ne ad ad visenda quæ in mundo sunt exeant, ne videantur approbare vt bona, quæ quasi mala fugiendo reliquerunt. Ad religionem confugisti ne videres mundi vana, quia mala & nociua tibi videbantur: si iterum ad ea visenda redis, vel ad malum sciens redis, vel iam à te reprobata probas. Sunt hæc verba Hieronymi ad Paulinum de institutione monachi, quid tibi necesse est ea videre crebrius, quorum contemptu monachus esse cœpisti? vnde religiosorum est humi oculos depresso habere, nec eos ad terrenum aliquid circūspiciendum leuare; nam qui inclinauerit oculos suos saluabitur, & Prouerbiorum 6. Oculos sublimes odio haberi à Deo perhibentur. Tamen proprius intelligitur de oculis mentis; vnde dicit postea in singulari; Dicentes quando consolaberis me? insinuans, quod per vocabulum oculorum, oculum interiorem intelligit qui vnicus est, nam per talem spiritualementem oculum lumen illud spiritualissimum cernitur, non per carnalem, quo Deus nullatenus videri potest. Vnde D. August. solil. c. 3. sic ait, O lux quam videbat Tobias, quãdo oculis clausis docebat filiū suum viam vitæ, lux quam videbat Isaac interius, quando caligantibus oculis exterius filio futura narrabat, lux quam Iacob videbat, quando sicut tu intrus docebas, filijs exterius ventura prædicabat. Vbi docet quod sine corporeis oculis tamen mentis acie illustrata veritas illa diuina cernebatur; his enim oculis olim Prophetæ appellabantur videtes; vel fortè de vtriusque intelligit simul, nempe quando carnis oculus & mentis vno funguntur desiderij officio, vnus oculus sunt, id est quando & ipsa caro spiritui cōsentit illiq;

*Iob 31.*

*D. Hieronymus.*

*Prou. 6.*

*Iob 22.*

*D. Aug.*

*Prophete  
re olim vi  
dentes ap-  
pellabantur.*

*Psal. 62.* illiq; se conformat, secundum illud *Psalm. 62.* Sit  
*Psal. 83.* uir in te anima mea, quam multipliciter tibi caro  
 mea. & *Psal. 83.* Cor meum, & caro mea exultate-  
 runt in Deum uiuum. nam sicut per redundanti-  
 am gloriam animæ cōmunicabit corpus in statu bea-  
 titudinis; sic in præsentis uiris iustis accidit, quando  
 deuotionis abundantia etiam in carnē redundat,  
 ipsaq; & uoce & gestu exultas id manifestat. Ocu-  
 lis ergo corporis etiam Christum videre gestiēs di-  
 cit, se in tali desiderio defecisse, ac si diceret, non tan-  
 tum anima desiderio lassata defecit, sed etiam oculi  
 mei tanti desiderij fortitudine defecerunt; sicut  
 oculi Simeonis hoc lassati desiderio postquā adpre-  
 sunt, quasi ipse iam requiē optaret illis dixit; Nunc  
 dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum  
 tuum in pace: quia uiderūt oculi mei salutare tuū.  
*Lucæ 2.* Hæc autem oculorum concordia tam interioris q̄  
 exterioris, multum Deo grata est; unde *Cant. 4.* dicitur:  
*Cant. 4.* Vulnerasti cor meum soror mea, in vno oculo-  
 rum tuorum, id est, quando uterque oculus in vnum  
 cōeunt desiderium; tunc enim quia vnus fungun-  
 tur officio tanquam vnus uterq; reputatur oculus,  
 ( Dicentes quando consolaberis me? ) Hic proso-  
 popeya figura cōmittitur, quæ tunc habet locum,  
 quando actiones tribuuntur his, quibus ex natura  
 sua non cōueniunt, ut cum dicitur montes & col-  
 les exultasse, quæ figura frequens in sacro eloquio  
 apparet, est enim ueluti hyperbolica quædam lo-  
 quitio ad exprimendam magnitudinem affectus,  
 ac si diceret; tanta dignus est laude Deus, ut & ipsos  
 montes uellem in eius laudibus exultare: sic in præ-  
 senti loquitio oculis tribuitur, cū tamen ipsi non  
 loquantur, ut hyperbolicè explicaret desiderij ma-  
 gnitudinem quā & ipsi oculi si possent effarentur.  
*Thye. 2.* Huic congruit illud Hierem. Non taceat pupilla  
*D. Aug.* oculi tui &c, Vel dic cū D. August. hoc referendum  
 esse

esse ad spiritum, quod corpori non congruere vi-  
 detur; quare hæc vox oculorum, gemitus & oratio  
 intelligitur; quod autem dicit, quando, moram  
 significat, quæ ideo fit, ut res dilata dulcior sit;  
 desideria quippe dilata crescunt, dulciusque su-  
 mitur, quod diutius & auidius concupiscitur.  
 ( Dicentes quando consolaberis me? ) huic qua-  
 stioni respondit Dominus Isaia ultimo dicens; *Isa. ult.*  
 Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego conso-  
 labor vos, & Ierusalem consolabimini: videbitis  
 & gaudebit cor uestrum. Vbi secundum sanctos  
 de uisione faciali quæ erit in patria loquitur, ubi  
 erit perfecta & integra consolatio. Non desunt  
 tamen qui hoc carmen intelligant de studio &  
 lectione uerbi Dei, in qua deficere debent oculi  
 præ nimia diligentia & labore. Unde Paulus ad  
 Timotheum, Dum uenio attende lectioni. In  
 scripturæ quippe sacre lectione summa inest con-  
 solatio & iucunditas; nam ut Machabeo. 12. fa-  
 rentur ipsi Iudæi pro maximo solatio habebant  
 sanctos libros: & Paulus Romanorum 15. Ut per  
 patientiam & consolationem scripturarum spem  
 habeamus, hæc autem occupatio otiosa ignoran-  
 tibus apparet. Putabat Martha, quod soror eius  
 Maria quæ uerbi Dei auditui & contemplationi  
 vacabat, otiosam vitam ageret, quia non eisdem  
 curis distendebatur quibus ipsa, & ideo aduersus  
 ipsam querebatur coram Domino Iesu; qui ta-  
 men asseruit meliorem imò optimam elegisse vi-  
 tam. Sic rex Aegypti otiositati tribnebat filiorum  
 Israel petitionem, nam quia uolebant Deo sacrificare  
 eis dicebat; Vacatis otio, & ideo dicitis: eamus  
 & sacrificemus deo nostro, cum tamen hoc opus  
 hic labor sit, uerbum quippe Dei non otiosum est,  
 sed omnia operatum est & operatur, quare qui  
 uerbo Dei vacat, non otiosam, sed laboribus ple-  
 nam



nam vitam aſſumpſit: licet otium ſit ab exterioribus curis, quibus carnales deſtituti quamlibet alia vitam otioſam dicunt, de eo quippe dicitur *Eccle. 1.* Qui addit ſcientiam addit & laborē, vel dolorē. Vel tertio poteſt exponi verſus iſte (vt cuidam non contēnendo auctori placent) in perſona Eccleſiæ quæ de miniſtrorum deſectu conqueritur, dicens; Deſecerunt oculi mei in eloquiū tuū, hoc eſt clerici qui lux & oculi mundi ſunt, cum pauca verbi Dei prædicationi ſtudeant, de quibus *Iſaie 56.* dicitur; Omnes ſpeculatores eius cæci, cæci muti non valentes larrare, & ſubinfert cauſam, dicens, Videntes vana, dormientes & amantes ſomnia, nam vident vana cum ſtudent in ſecularibus ſcientijs, dormiunt cum delitijs torpent, amant ſomnia cum diuitias terrenas diligunt; nō ſolum autem deſciunt in verbis, quia non prædicant, ſed potius in operatione, qui eſt alius non minor deſectus, contra quos *Eccle. 43.* Multa dicimus & dicimus in verbis, nimirum quando id quod dicimus non facimus; ſicut magi Pharaonis deſecerunt in tertio ſigno; nam cum tria ſigna lucere debeant in prælato, ſcientia, eloquentia & vita: magi Pharaonis, hoc eſt ſapientes ſæculi, cum in duobus imminere ſe oſtentauerint, tertium maxime contemnant, nec vita doctrine conſonat. (Dicentes quando conſolaberis me?) quid nimirum ſi in Dei eloquia deſiciant, cum terrenam appetant conſolationem, dicentes quando conſolaberis me? dando mihi præbendam, vel pingue beneficium, vel honorificum ac diuitem episcopatum, cum tamen *Luc. 6.* dicatur; Væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram, ipſi autem reſpondent illud *Genef. 27.* In me ſit iſta maledictio.

VERSVS TERTIVS.

*Quia factus ſum ſicut vter in prima: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.*

**D**ixerat ſupra; Quando conſolaberis me? Et ſubdit, cōſolari debes, quia valde afflictuſ vexatuſque impiorū machinationibus ſum, nam factus ſum ſicut vter in pruina; hoc eſt, inter homines abiectus, ſum ac velut inutilis condemnor, ſicut vter vetus, qui in gelu & pruina & fumo dimittitur, & quotidie inutilior efficitur: ſic contra me ſucceſſerunt mala, & tamen inter ea iuſtificationes tuas non ſum oblitus. *Lyranus* qui de viris contemplatiuis (vt diximus) hunc octonarium intelligit, ſic carmen iſtud explicat. Petierat præcedēti verſu veram & integrā conſolationē, quæ in perfecta beatitudine adipiſcitur, & quia ex tā excelsa eleuatione ad diuina redditur homo quaſi inſenſibilis ad exteriora agibilia, ſubditur, Quia factus ſum ſicut vter in pruina. Vter in pruina deſectus videtur, nec amplius humanis vſibus applicabilis nec aptus erit, quare homines excelsē cōtemplationis dediti tāquam ſtolidi & minus apti ad res humanas gerendas habentur; vnde *4. Reg. 9.* Principes exercitus, qui erant cū Iheū, videntes Prophetam qui eum ſecreto vocauerat, vt vingeret in Regem ſuper Iſrael, dixerunt ad Iheū, Quid vinit inſanus iſte ad te? & *Iob. 12.* dicitur. Deridetur iuſti ſimplicitas, lampas contēpta apud cognitiones diuicum, nam quia ſimpliciter gradiuntur iuſti nec duplici animo ad terrena iuhant, ſed ſimpliciſſimam illam ſubſtantiam nempe Deum auidiſſimè quærunt vnāq; appetunt & exquirunt, *K k 2 à carna-*

à carnalibus irridetur, & ab his qui diuitias & temporalia quarunt. Lâpas cõtemptra apud cogitationes diuicum, quoniam ubi lucet non percipiunt, resplendet enim cõtemplationis fulgur in anima.

*Mat. 15* Quare fatuæ virgines lampades prudenti continebant prius, quia non videbatur oleum quod intus in vasis gerebant; sed postquam venit sponfus, ab eis flagitabant quod sibi deerat: sic impij in exercitiis hunc lampadis splendorem videbunt, & idcirco

*Exo. 34.* subditur, parata ad tempus statutum. Quare Moyses velabat faciem suam, quæ præ nimio splendore cornuta apparebat; quia tales fulgores inuisibiles sunt mundanis, imò tales viri tali contemplationis celsitudine præditi fatui apud illos reputantur, vt Christus Dñs coram Herode, qui cum posset miraculis & verbis se defendere, tacuit, & tanquam fatuus illusus est ab eo & ab exercitu suo, cum tunc secundum rei veritatem illi soli sapientes sint, qui primam veritatem norunt, cui contemplatiui vacant; nam si scire est semper causam cognoscere; qui primam causam inquirunt, si adipiscitur, omnium rerum plenissimam consequetur scientiam. Quare in beatitudine, ubi Deus clare cernitur omnes sapientissimi nullusque stultus, aut ignorans erit. Vnde Sap. 5. impij sic de iustis in die iudicij, quando eorum apparet decor dicunt: Hi sunt quos habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos in sensati vitam illorum estimabamus infamiam, & gaudium eorum sine honore; ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Obserua quod vter triplici de causa exponitur aeris, vel propter nouitatem ad restringendum, vel propter vetustatem ad conuicandum, vel propter duriciem ad mollificandum; & sic versus iste quadrupliciter exponitur secundum glossam, primo vt per vitem carnis illecebra intelligatur, per pruinam gratia Dei, & tunc sensus

*Mat. 15*

*Exo. 34.*

*Sapient. 5*

sensus erit idem; consolationem tuam posco Deus, quia caro mea mortificata est per gratiam tuam in me, qua propter iustificationes tuas non sum oblitus. Sed notandum quod gratia Dei vocatur pruinam propter originem, propter candorem, propter refrigerationem; gratia enim Dei de celo est sicut pruinam, Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est: candidam etiam redditur animam. Eccl. 9. Omni tempore sunt vestimenta tua candida, hoc est, gratia Dei semper amicta sit anima, vt candida appareat. Quod autem refrigerationem in anima faciat patet Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi; hoc est, id in te gratia Spiritus sancti efficiet; vt inordinatus calor concupiscentiam in purissimo tuo conceptu refrigeret, vt nec scintilla quidem eius appareat. Recte ergo gratia comparatur pruinam, quæ carnis incertum mortificat, in cuius figura Exod. 15. apparuit manna in similitudinem pruinæ super terram; vnde petere cum Gedeone debemus, vt tali rore vellus anime nostre perfundat, vt sic sicca appareat nostri corporis terra, omni pesti feri fomitis humore exiccato. Quare in transfiguratione Christi vestes eius apparuerunt albae instar niuis, p vestes iusti intelliguntur secundum illud Isai. 61. Vinit Dñs, quia his omnibus tanquam vestimento vestieris, qui Christo capiti coniuncti per fidem & charitatem ab eo incrementa gratiarum accipiunt, quibus anima veluti nix dealbatur. De secundo hoc est de vetustate vris vt conuulceatur, diximus à principio huius carminis, quæ estimo inter reliquos esse literalè sensum. De tertio notandum, quod vter qui sit de corio mortui animalis, ad pruinam positus restringitur, quare per hoc significatur illi quod corpus, quod est mortale, castigant, & à noxijs retrahunt atque constringunt desiderijs, exponendo illud prius

*Iacob. 1.*

*Eccl. 9.*

*Lucas 1.*

*Exo. 15.*

*Isa. 49.*

*Bernar.* nã, hoc est, tribulationibus, flagellis, ieiunijs, & quibuslibet laboriosis operibus, & hoc operepretium est faciat ille qui à Deo consolationem expectat; nam vt ait Diuus Bernardus, delicata est diuina consolatio, nec conceditur admittentibus alienam. & Psalm. 76. Renuit consolari anima mea, nimirum in his temporalibus, & subdit, Memor fui Dei & delectatus sum, quare celeberrimum semper fuit inter omnes viros sanctos carnem inedia affligere, & à quibuscunq; delicijs corporis abstinere, vt Dei frui mererentur solacijs, nec in sanctorum catalogo scriptum quempiam inueniris, de quo talia non scripta legeris; nam vel per tyranos tormentis caro eorum afflicta est, vel per voluntariam inediam vexata; quod sanctorum Patrum instituta testantur, de veteribus loquor, qui antiquas religiones statuerunt, ieiunijs, vigilijs, flagellis, cæterisque carnis macerationibus suos instructos filios dare voluerunt, quod & à primo omnis veræ religionis fundatore acceperunt, Christi dico Dominum, qui quadraginta dierum ieiunio prima Ecclesiæ fundamenta iacere voluit, quem præsci patres sequenti similia in suis religionibus sanxerunt. Quare hæc ego pio ac Christiano animo amplector, quippe quæ Christi Domini ac Apostolorum eius mores, ac statuta redolent; si qui alia via pergunt, sibi viderint, ego hoc in antiquis reperio patribus, quorum sequi vestigia saluberrimum semper existimem. Lege Diuū August. tom. 1. lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. vbi miris modis exaltat seuerissimam illam nimisque austeram vitam sanctorum Patrum, tantum Zenobitarum quam Eremitarum; imo & in ciuitate Mileuitana agnouit aliquos Christianos, qui ter in septimana qualibet ieiunabant; quoniam his iniurijs, & Ecclesiæ fundata est & coaluit, sicque prædicatores verbi

bi Dei, cum Paul. fecerunt castigantes corpus; ne reprobi prædicatores dicerentur; vnde Diuus Hieronymus ad Nepotianum ait, Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiunijs disputat, quare aliqui interpretantur sic hunc versum; Factus sum sicut vter in pruinã, quoniam vter postquam exinanitus est à vino quod continebat, ad pruinã, vel sanum ponitur, tanquam res quæ iam pro nihilo habetur. Multi quippe legunt; Factus sum, sicut vter in fumo, quod in idem recidit. Hoc autem id est, quod iusti etiam postquam voluptates omnes carnis exuti sunt, quæ per vinum significantur, nihilque iam carnis in carne sentiunt, nihilominus vter ipsum vacuū his voluptatibus, hoc est corpus fumo & pruinæ exponunt inedijs, ieiunijs, carnis macerationibus tradunt, tanquam pro nihilo illud æstimantes, sicut in muliere illa peccatrice vidimus, quæ postquam semel & iterum imo & tertio audisset à Christo dimissã sibi peccata, & quod in pace pergebat, adhuc ad pedes Dominicos perstabat lachrymas fundens, & singultus & preces, imo & postea in rupibus commorata longissimam & grauem penitentiam per totam vitam duxit; nam vt ait Diuus Gregor. homil. de Magdalena, quæ est trigesima materia. Considerauit quæ fecit, & noluit moderare quid faceret: & de quodam socio Diui Francisci legitur, quod cum austerissimam vitam egisset, & ab omni humano conuictu sequestratam, cum iam esset senex sopitasque carnis haberet illecebras, dictum est ei à fratribus, vt iam aliquid pristini rigoris remitteret, seq; comunicandum mundo & mulieribus præberet, vt à se discerent disciplinam, respondit se illa via ad illum perfectionis apicem ascendisse, eadem conseruare velle, nec minus laboris in conseruatione, quam in acquisitione virtutis insumendum est.

*1. Cor. 9.  
Hieromy.*

*Gregor.*

*Socius B.  
Francisci.*

¶ Vel aliter secundum Ambros. vt per vitem qui fit de corio mortui animalis, significetur iustus qui mortale corpus castigat, vt moriatur peccatos; vnde per pruina mala seculi, vel peccata intelliguntur, quæ iam iustus minime sentit; est quippe mortuus peccato & mundo, quare nihil ad illum pertinens sentit, vnde tunc erit sensus. Ideo consolare, quia factus sum sicut vter in pruina, id est, quia mortem Domini in corpore meo circumfero tanquã mortuus mala seculi, vel peccati gelu non sentio, sed tamen viuens in Christo iustificatione ruas non sum oblitus. ¶ Aliter per vitem intelligitur iustus cõtinens Dei mandata, & præcepta; per pruina iniqui in iniquitate & malina argentes. Postulat ergo consolari, quia inter iniquos iustificationes Dei non est oblitus, quibus dicitur Philip. 2. Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Propter hos etiam de Ecclesia dicitur, quod est sicut lilium inter spinas. ¶ Vltimo ex D. Hierony. sic quia Dominus in Euangelio Marc. 2. dicit, Nemo ponit vinum nouum in vtres veteres, significans per hoc peccatum humanum diuturnis repletum vitijs non posse continere mandata Dei, quod si incalescimus naturali ardore, vt peccemus; si mandata Dei accipimus, repentinus extinguitur hic calor, & erimus quasi vter in pruina, refrigerato in nobis ardore peccatis, quoniam per obseruantiam legis nouæ, vetus homo ex morticino Adam proueniens, qui ex peccatis mortui animalis indutus est, post peccatum destruitur, & renouatur homo in spiritu mentis suæ, atque per nouæ gratiæ pruina inordinatus extinguitur ardor peccati.

*Philip. 2.*

*Hierony.*

*Marc. 2.*

## VERSUS QUARTVS.

*Quot sunt dies serui tui? quando facies de persequentibus me iudicium?*

**S**cit quidem iustus nunquam defectura mala vsque in finem vitæ; & ideo quærit hic, quando vita præsens finietur; vt cum illa & ipsa mala intereant, vel quando dies iudicij adueniat, vt citius Ecclesiæ damna finiantur; & licet videatur nonnihil temeritatis habere, cum Dominus discipulis id interrogantibus responderit, non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, tamen Augustinus respondet, hæc verba quasi vaticinium illorum fuisse, vt dicamus id in his verbis prophetasse David, quod tunc discipuli interrogaturi erant. Licet etiam posset dici, quod hæc verba potius desiderium expriment iustorum, quo finem horum experunt malorum, eo modo loquendi, quo quis qui nimium appetit alicuius mali finem, sæpe interrogat omnes quando illa mala finem habere debeant. Sed aduertendum quod hic versus potest accipi, quasi vnam tantum continens interrogationem in hunc sensum, quot dies sunt quibus expectare debet seruus tuus antequam facias iudicium? vel sic, quantum tempus expectare debet seruus tuus, priusquam facias ei iudicium contra persequentes? atque ita dies serui dicuntur, dies quibus expectare debet antequam liberetur. Sed secundò potest totus versus etiam diuidi in duas partes in hunc modum: Quot sunt dies serui tui, quibus in ista permanebit afflictione, desolatione, & expectatione?

*Act. 1.  
August.*

rione: & deinde, quando facies de persequentibus  
 me iudierum? quod etiam potest intelligi de præ-  
 senti vita, in qua quaerunt iusti à malignorum in-  
 cursu liberari per gratiam Dei illos detinendo,  
*Rom. 16.* secundum illud *Rom. 16.* Dominus conterat Sa-  
*Psal. 90.* tanam sub pedibus vestris velociter, hoc est, ante-  
 quam præfens finiatur vita, tunc enim adimple-  
 tur illud *Psal. 90.* Super aspidem & basiliscum am-  
*Ambros.* bulabis: & conculcabis leonem & draconem. Nam  
 iusti per gratiam Dei conterunt Satanam sub pe-  
 dibus suis, vnde B. Ambr. sic ait. Quamvis breues  
 dies vite sint, triumphus tamen de aduersario ad-  
 piscatur. Subiectus est igitur aduersarius secundum  
 Domini scientiam; etenim Dominus Iesus veniens  
 in hunc mundum per Virginis partum subiecit  
 animæ nostræ omnes contrarias potestates, vt fide  
 tua, verbo tuo, cogitatione tua, cōuersatione tua,  
 & operibus tuis conteratur; si ergo non conteris  
 aduersarium, tua culpa est, qui data non vteris po-  
 restate. In nobis est ergo, vt aut subijciatur aduer-  
 sarius, aut resulet; si enim actus nostro Deo displi-  
 ceat, incipit aduersarius superbire, si autem bonis  
 inhæreamus operibus, vt exerceamus studia casti-  
 tatis, iustitiæ, continentiae, calcamus serpentem;  
 calcamus enim illum pedibus castitatis ne possit  
 exurgere, calcamus vestigijs continentiae, verecun-  
 diae, iustitiæque gressibus; vt sic merito homini di-  
*Psal. 90.* catur illud *Psal. 90.* Super aspidem & basiliscum  
 ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.  
 Obserua quod non dicit, quot sunt anni serui-  
 tui, sed quot sunt dies, quoniam breuitas præsen-  
 tis vitæ, non annorum numero sed dierum com-  
 putatur, non enim annua sed diurna est; refert Tul-  
*Cicero.* lius in Tusculanis quaestionibus ex Arist. quod  
 apud fluuium Hypponum, qui ex Europa in Pon-  
 tum fluit, quædam animacula reperiuntur, quæ  
 vnum

vnum diem tantum artificialem pro termino vitæ  
 habent, cum ortu quippe solis oriuntur, & cum  
 occasu occidunt, & ideo vocantur ephimeri, vnde  
 febris ephimera, quæ per diem tantum vnum du-  
 rat; sic ergo meditatatur Tullius animacula hæc, ho-  
 ra meridiana iam sunt senectute confecta, hora  
 vespertina decrepita, in occasu solis iam nõ sunt;  
 quid ergo refert, vel mane, vel meridie vel vespere  
 decidere, cum tam paucarum horarum spatiū in  
 tam breui tēpore intersit? Vita præfens dies vnus  
 est? Factum est vespere, & mane dies vnus; hoc est  
 ortus & occasus hominis diem vnum efficit, &  
*Psal. 89.* *Hebr. 3.* *Psalm. 89.* Mille anni ante oculos tuos tanquam  
 dies hæsterna, quæ præterijt. Et Paul. *Heb. 3.* Do-  
 nec hodie nominatur inter vos; hoc est donec vi-  
 uitis: nam vita vestra per hodie designatur, mane  
 & vespere est vita tua, oritur sol & occidit & fini-  
 tur dies, oritur homo & moritur & finitur vita;  
 quid ergo refert decem dierum horarum, vel an-  
 norum spatium, quibus alijs in vita superstes fue-  
 ris, cum tota vita vna claudatur die? imo si atten-  
 tius consideres, non vno viges die, sed vno tantum  
 indivisibili instanti hac vita frueris; nam quod vi-  
 uitur instans tantum est, quod enim præterijt &  
 vita iam non est, quod futurum erit nondum ad-  
 uenit, præfens tantum instans est; si enim tempus  
 intercidit succedentes partes habet secundum prius  
 & posterius, priores iam præterierunt, posteriores  
 nondum aduenerunt, præfens quod stat, instans  
 duntaxat est. Quare vita præfens comparatur scin-  
*Simile.* tillæ, quæ per aerem tenebrosū ascendit, vndiq;  
 tenebræ sunt, tam ex vna, quam ex alia parte, illa  
 tenuissima aliena tantum lucet, præterita & futu-  
 ra præfens vitæ tenebræ sunt, quia non sunt, so-  
 lum tenuissima linea indivisibilis instantis viger;  
 quid ergo insanix est propter vnum indivisibile  
 instans

instans quod imperceptibiliter transit, æternum illud æternitatis instans in vno manens tenore, quod omnia in se includit tempora, secula & quæ amittente: quare vita præsens momentum appellatur, secundum illud Pauli; Quoniam momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ. Et veteres præsentem vitam appellabant momentum, à quo æternitas, momento enim huius temporis æternitas permanens succedit; quare Psal. 89. ait David, Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquã dies hesternæ quæ præterijt, & custodia in nocte. Et hic fit punctus. Vita præsens quæ transit diei hesternæ comparatur, & custodia in nocte, hoc est vigilijs quæ in nocte sunt præcipuè à militibus, & alijs alijs succedunt; sic in præsentem statum, qui est militia super terram, ut ait Iob 7. alij alijs succedunt; vigilat iste vsque ad dimidium noctis, & abiit ut dormiat, succedit alius vsque ad tertiam vigiliam, vadit ut quiescat, cui succedit alius, viuunt isti vsque ad dimidiã ætatem, & in morte dormiunt, quibus alij succedunt vsque ad senectam, & quiescunt cum moriuntur, & sic de alijs. Nec verò cuiuslibet vigiliæ comparatur, sed nocturnæ; quoniam omnia hic tenebris, & obscuritate sunt plena; nocturnam enim vigiliam custodimus, quicquidque in hac vita, & in seculo isto tenebroso subsistimus; & ideo quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt, ut subdit Propheta; nam duratio mortalium pro nihilo computatur propter successionem perpetuam, defectum continuum, & celerimum transitum. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret & areseat; quod Chaldaica paraphrasis sic transit, sic similes sunt operationes eorum herbarum, quæ de mane floreat, & augetur, vespere autem decidit, & siccatur propter æstum. Et notanda hic tria, quæ de hominis defectione dicitur; primò quippe dicitur decidat,

Psal. 89.

Iob 7.

Psal. 89.

decidat, secundo induret, tertio areseat; quæ tria ordinatè in hominis casu ac defectu accidunt, primo collabitur virtus, iuuenileque robur deficere incipit, & vigor minuitur calore naturali deficiente, sentitque homo viribus corporis se destitui, & membrorum solito vsu priuari, statim sequitur corporis induratio dum corporis partes ex actione caloris naturalis deperditæ in integrum reparari nequeunt, sicque conuiscantur corpora, & indurantur succo exhausto, sicut lutum induratur ad Solem si non perfundatur humor continuus; postremo cum iam ad vltimum defectionis statum res deuenit, penitus arefcit, omnino exiccatur, ac in puluerem per mortem redigitur. Assidua ergo huius breuitatis vitæ meditatio plurimùm prodesse solet, ut non tanti res propediem peritura estimetur, secundum illud Eccles. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis; è contra autem interitus & finis obliuio, occasio prauitatis esse solet, vnde Ezech. 8. post innumerabiles abominationes vilas, quas ei ostendit Deus in interioribus templi, vidit viginti quinque seniores dorsa habentes contra Occidentem, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis. Hi sunt qui de illustri ortu gloriantur, & quæ nobilissimis natalibus sint orti, obliuioni tradentes exitum & occasum suum, qui communis est hominibus & iumentis, ut dicitur Eccles. Respice pedes, hoc est, finem & exitum tuum, quando in puluerem reuersurus es, & superbia tue rota deficiet; vnde antiqui de homine dicebant: Homo bulla. Bullæ sunt illæ inflationes, quæ tempore pluuiarum eleuantur ex vento, tanquã campanulæ quædam, quæ statim ut intumescunt deficiunt; sic homo, cum superbia & diuitiarum iactantia inflatus tumet, statim per mortem euanescit; secundum illud Psal. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, & transiit, & ecce non erat.

Eccles. 7.

Figuratiuè

Ezech. 8.

Psal. 36.

*Greg.* erat. hac igitur conſideratione proficies, vt ait Di-  
 nus Grego. lib. 12. moral. c. 1. Mos iuſtorum eſt tan-  
 ro ſolicitiuſ præſentem vitam; quam ſit fugitiua  
 cogitare, quanto ſtudioſiùs nouerint cœleſtis pa-  
 triæ bona æterna perpendere: ex his enim quæ ma-  
 nentia intus aſpiciunt, foris fugam rerum laben-  
 tium ſubtiliùs attendunt. *Lyranus* de contempla-  
 tiuis explicans totum hunc octonarium dicit, q  
*Ariſtot.* quia ſecundum Philoſophum in 1. metho. excel-  
 lenter contemplatiuis vita præſens vertitur in te-  
 diſi, ideo ſubiungit, Quot ſunt dies ſerui tui? quali-  
 cum Paulo deſiderium habēs diſſolui, & eſſe cum  
*Phil. 1.* Chriſto. Philip. 1. Vnde vox illa ſanctorū: Hei mihi  
 quia incolatus meus prolongatus eſt, quando fa-  
 cies de perſequentibus me iudicium? Concupiſcūt  
 vehementer iuſti extremum iudicij diē, quia tunc  
 vita contemplatiua, nunc inchoata, conſummabi-  
 tur; quare *Auguſt.* ſuper Ioan. exponens illud; Sic  
 etiam volo manere donec veniam, ait; id eſt dicere,  
 inchoata contemplatio maneat, donec veniā perſi-  
 ciēdo, cum venero ad iudicium ſcilicet: ſed de hac  
 ſecunda parte huius carminis, plura in primo ve-  
 ſu huius octonarij præſati ſumus.

VERSUS QVINTVS.

*Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed  
 non vt lex tua.*

**C**erte quod me perſequentur dico, quo-  
 niam ideo vt me perſequerentur, narra-  
 uerunt mihi fabulationes & mendacia.  
 Hoc multipliciter intelligi poteſt; pri-  
 mūm quod impij non ea quæ ædifica-  
 toris ſunt, ſed quæ vanitatē, vel perniciem ingerūt  
 loquuntur;

loquuntur; vnde Eccl. 20. de impio dicitur; Homo  
 acharis quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinato-  
 rum aſſidua erit homo acharis, hoc eſt, ſine gratia, *Eccl. 20.*  
 qui non ea quæ ſunt gratiæ aut officij verſat in  
 ore, ſed fabuloſis vel turpibus delectatur ſermoni-  
 bus, quod in diſciplinatis hominibus inmore eſt;  
 contra quos Paul. Coloff. 4. Sermo veſter ſemper ſit *Coloff. 4.*  
 in gratiam. & Ephel. 5. aliter docet Chriſtianos di-  
 cens, Fornicatio autem & omnis immunditia aut  
 auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſan-  
 ctos, aut turpitudine, aut ſtultiloquium, aut ſcurrili-  
 tas, quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarū  
 actio. Et alibi 1. Pet. 4. Si quis loquitur quaſi ſermo *1. Pet. 4.*  
 nes Dei. vt ipſe docet 1. Corin. 15. Corruptunt bo- *1. Cor. 15*  
 nos mores colloquia praua. è contra autem his qui  
 de ſe loquuntur ſe inſinuat Deus, vt in illis diſcipu-  
 lis euntibus in Emau, vt pater Luca 24. & ibidem *Luc. 24.*  
 adnotauit Greg. & Dominus Matt. 18. Vbicunq̃ *Matt. 18*  
 duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi  
 ſum in medio eorum, aliàs memores eſſe debemus  
 illius Saluatoris ſententię, Matth. 12. De omni ver-  
 bo otioſo quod loquuti fuerint homines, reddent *Matt. 12*  
 rationem in die iudicij; quod ſi in ore cuiuſlibet  
 viti orthodoxi deſtandus eſt. otioſus aut ludicrus  
 ſermo, multo magis in ore religioſi; nam vt ait Di-  
 nus Bernard. Nugæ in ore ſecularis nugæ ſunt, in *Bernar.*  
 ore religioſi blaſphemix. Intelligitur ſecūdo de Iu-  
 deis, qui fabulas & mendacia in Scriptura innecte-  
 re maligniſſima præſumptione auſi ſunt, vt patet  
 de Thalmuditiſ, quorum vel referre mendacium  
 indecorum ac turpe iudico; contra quos Paul. 1. *1. Tim. 1*  
 Tim. 1. Rogauit te vt remaneres Epheli, cum irem  
 in Macedoniam, vt denuntiaries quibuſdā, ne ali-  
 ter docerent, nec intenderent fabulis & genealo-  
 gijs interminatis. & ad Tit. 1. clarius ſic ait, Sunt *Ad Ti-*  
 multi inobedientes, vaniloqui & ſeductores, ma- *1. Tim. 1.*  
 ximè

Job 13.  
Greg.

ximè qui de circuncisione sunt. Sed tertio de hæreticis loquitur, quorum dogmata fabulæ ac mendacia sunt, secundum illud Job 13. Prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorū dogmatum. vbi Greg. ait, quod his verbis aperte ostenditur, quod amici eius quasi ex hæreticorum specie sancti viri iudicij aduersantur; liquet. n. quia catholicorum figuram non teneant qui cultores peruersorum dogmatum vocantur, sed hos vocat fabricatores mendacij, quia sicut ædificium lapidibus, ita mendacium sermonibus fabricatur, vbi enim non dolosa loquutio, sed sensus veritatis est, quasi in unita moles non fabricata, sed ex natura confurgit. Certum quippe est hæreticos mendacij inniti; hæc enim differentia est inter catholicos & hæreticos, quod nos catholici in rebus fidei credendis, atque prædicandis Ecclesiæ catholicæ sensum sequimur, sacrorum conciliorum, priscorum patrum sententias tenendo, sacræ paginæ testimonia ex Ecclesiæ, ac sanctorum auctoritate recipimus ac intelligimus, quare his magistris inuolabiliter ad hærentes errare nõ possumus nisi ab eis deuiemus. Ecclesia quippe, vt ait Paul. ad Timot. columna est & firmamentum veritatis. Hæretici verò proprium sequuntur sensum, ac ex proprio capite errores depromunt, & sacro Ecclesiæ ac sanctorum magisterio se subdere renunt: quare & ipsi in caput suum falluntur, & alios decipiunt errantes & in errorem mittentes. Vnde D. Greg. 18. moral. c. 14. sic ait, Qui ad veræ prædicationis verba se præparat, necesse est, vt causarum origines à sacris paginibus sumat, vt omne quod loquitur ad diuinæ auctoritatis fundamentum retrocet, atque in eo ædificium suæ locutionis firmet. Sæpe enim hæretici dum sua student peruersa astruere, ea proferunt quæ profecto in sacrorum librorum paginis non tenentur.

Gregor.

1. Tim. 3

De 1. Timot. 6. discipulum prædicator egregius aduertens dicens, O Timothee depositum custodi, deuota prophanas vocum nõtuitates: quia dum laudari hæretici tanquam de excellenti ingenio cupiunt, quasi noua quædam proferunt, quæ in antiquorum patrum libris veteribus non tenentur, sed quæ sit vt dum videri sapientes desiderant, miseris suis auditoribus stultitiæ suæ semina aspergât. D. August. loco fabulationum legit, delectationes, quod in idem recidit. Nam fabulationes stultorū auris delectant, imò & qui fabulas scribunt elegantè nectunt filo, vt in illò mendacium quasi venenum melle circumdarum hauriantur: quod in poetis patet, qui cum fabulosa mendacia scribant, eleganti metro componunt, cuius suauitate legantur fabulæ. Vnde & ebrius ille ac perfidus Mahumethus dulcissimo carmine auat suam Alcoranum scripsisse, quo allecti iuuenes fabulosissimos eius ac ridiculos propinant errores; imò & hæretici omnes loquacissimi sunt ac rhetorū periodis, figuris ac coloribus sua dogmata scribunt, vt auidius hauriatur: vnde Cant. 4. dicitur ad Ecclesiam: Mel & lac sub lingua tua. non dicit in lingua sed sub lingua, quoniam lingua Ecclesiæ simplicissimo fatur sermone, fucosque ac rhetorum falleras detestatur, nec illa dulcedine qua seculares oratores docet: sed hæretici sub lingua Ecclesiæ mel & lac habent, hoc est tanquam subdoli operarij subdole loquuntur, quasi sub lingua Ecclesiæ per dulcia verba errores docent, hoc est sub hoc colore quasi in lingua Ecclesiæ loquuntur, id est in doctrina eius venena propinant: de quibus Paul. Roman. 4. Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum. Ratio huius est, quoniam Euangelicum verbū, quod ipsa veritas est, in se habet vim ad intima penetranda; mēdacia verò

1. Tim. 6

August.

Cant. 4.

Rom. 4.



quæ docent hæretici, indigent his artibus quibus occultentur. vnde Paul. 1. Cor. 1. Non misit me Dominus baptizare sed euangelizare, nõ in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Pseudoapostoli illi cõtra quos Paulus hanc scripsit Epistolam, his artibus corda innocentum seducebant; gloriabantur enim in sapientia verbi, hoc est in arte eruditè ac compositè dicendi; hoc autem alienum putat Paulus ab Euangelica virtute, quasi crux Christi, quæ plena est sapientiæ ac virtutis, sapientia & eloquentia humanã indigeret, vt suam ostenderet & suaderet virtutem: Vinus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens quoque vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum, vt ait Paul. Hebr. 4. Nec extraneis indiget auxilijs, vt possit, cum in se virtutem potentiamq; Dei cõtinere. *D. Tho.* Quare discipuli (vt docet D. Tho. 2. 2. q. 176. art. 1.) qui acceperunt donum linguarum, non vt eruditi oratores euaderent, eleganterq; ac compositè dicerent, figurisq; rhetorum loquerentur, acceperunt, sed vt simplici planoq; sermone simplicem quoque docerent veritatem. Vnde de Paulo dicitur Pseudoapostoli quasi irridentes eum. 2. Cor. 10. quod sermo eius esset contemptibilis, hoc est quod non compositè, sed barbarè loqueretur; & ipse fatetur cap. 11. quod sit imperitus sermone, sed non scientia; non enim est in sermone verbum Dei, sed in virtute. Quare ad Colossen. 2. eos admonet ne quis eos decipiat in sublimitate sermonis. Quod si modo eruditus falleratisq; sermonibus concionatores verbi Dei illud prædicant; id est quia non illa virtute ac charitate pollent qua præsci patres, & ideo supplere nituntur verbis quod in factis deest; sicut postquam Sefac rex Aegypti tulit scuta aurea, quæ fecerat rex Salomon, pro eis posuit

*Figura  
regis Sefac  
regis  
Aegypti.*

posuit ærea Roboan filius eius; quia rector Aegypti, hoc est tenebrarum harum diabolus à nobis tulit charitatis aurum, quod in nostris patribus elucebat, loco eius nos ærea construimus scuta; æs quippe sonorum est; verbis personantes intumescimus, q. factis charitatis deficiamus: & sermone incalescimus, q. charitate tepescimus, non enim possumus dicere quod Paulus 2. Corinth. 10. dicebat talem se esse præsentem in facto qualem se absentem ostendebat verbo. Accedit ad hoc quod ipsum Christianorum vulgus his compositis sermonibus delectatur, nec nudam audire veritatem dignatur, nisi his vestiatur indumentis, taliq; dulcedine dicendi cõdiatur, vt vaticinium Pauli adimpleant. 2. Timot. 4. vbi discipulum admonet, vt insister sermonibus veritatis; Quoniam erit (ait) tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditũ auerent, ad fabulas autem conuertentur. quod vitinam non hac calamitosa ætate adimpletum sentiremus. Hinc fit quod & prædicatores populi applausum quærentes, dulcia potius quàm ædificatoria verba prædicent, & populus hunc suauem verborum sonum potiusquàm morum correctionem quærat. Contra quos Ezech. 33. dicitur, Erit eis (verbum Dei scilicet) quasi carmẽ musicum, quod suauis dulciq; sono canitur, & audiunt verba tua & non faciunt ea, sed vt dicitur in Prouerbio, per vnã ingreditur atrẽ & per aliam exit, quia quasi carmẽ musicũ audiũt illud. Lapidatus est Achan, imò & populus punitus est, vt legitur Iosue 7. quoniam furatus est de anathemate Ierico linguam auream (vt legunt Hebræi.) hoc est, vt Diuus Hieronymus post Origenem adnotauit, quod illi diuina punitione ferentur, qui linguam auream ab

11 2 anathe-

Theodo-  
retus.

Cite. de  
inuentio-  
ne.

Hierony.

2. Reg.  
26.

anathemate Ierico furantur, id est, qui composita  
resplendentiaq; verba à mundi sapiētibus ad Euan-  
gelicam doctrinā quasi furtiuè adferunt, tanquam  
si his diuinum indigeret eloquium. Lege Theodō-  
retum de curādis Græcorum affectionibus, vbi lu-  
culenter hanc nostram docet doctrinam, imò vt  
perspicias quam parum emolumēti verborum su-  
cus eloquentiæque flores adferant audi Tullium  
lib. i. de inuentione, qui ita dicit: Hæc me diu cogi-  
tante, ratio ipsa in hanc potissimum sententiam  
ducit, vt existimem sapientiam sine eloquentia pa-  
rum prodesse ciuitatibus: eloquentiam verò sine  
sapientia obesse plerunq;e, prodesse nunquam: &  
infra. Postquam verò commoditas quædam praua  
virtutis imitatrix sine ratione officij dicendi copiā  
consequuta est; tunc ingenio freta, malitia peruer-  
tere vrbes & vitas hominum labefactare assuevit.  
Verum est quod si eloquentia moderata sit atque  
verbi Dei prædicationi deseruit, non vt in dicendi  
virtute verbi Dei potestas innitatur, sed vt plena  
authoritate doctrina verborum etiā grauitate di-  
catur: non tunc reprehensibilis erit, sed laudanda  
amplectendaque, sic enim & reliquæ scientiæ & ar-  
tes huic sacræ disciplinæ ancillantur. Postremò ad-  
uerte quòd Hieron. & alij ex Hebræo aliter vertunt  
hoc carmen, & sic legunt; Foderunt mihi superbi  
foucas, sed non iuxta doctrinam tuam. Sed in idem  
vtraque lectio redit, quoniam falsa doctrina fouca  
est, in qua hæretici capere volunt simplices, vt Saul  
quando persequebatur David, quasi foueam fode-  
bat in qua caderet, impellens eum vt relicto Dei  
populo ad alienigenas transiret; ex quorum con-  
uictu ad seruiendum dijs alienis induceretur, vt ip-  
semet dicebat 2. Regum 26. Maledicti sunt in con-  
spectu Domini, qui eiecerunt me hodie, vt non  
habitem in hæreditate Domini dicentes; Vade

serui

serui dijs alienis. Dicat ergo iustus; Narraue-  
runt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tuas  
quoniam lex tua vera est, imò & ipsa veritas, vt  
de & subdit.

## VERSUS SEXTVS.

*Omnia mandata tua veritas: iniqui persequen-  
ti sunt me, adiuua me.*

**S**upta versu quinto octonarij & tractatus  
quinti docuimus quomodo sacra pagina  
abstractis vtatur pro concretis ad maiorem  
rei, de qua loquitur, commendationem;  
vt hominem pium ipsam pietatem nos di-  
cere solemus: sic ad exprimendam amplissimam  
veritatem, quæ in lege Domini continetur, vtitur  
Psalista abstracto dicens: Omnia mandata tua ve-  
ritas. quoniam res in abstracto infinitatem quan-  
dam dicunt & illimitationē ex modo significandi.  
Limitatur quippe forma in subiecto atque contra-  
hitur, & terminus in concreto rem sic coarctatam  
in subiecto significat, quam abstractum illimitatā  
dicit. Dicit ergo. Omnia mandata tua veritas. quia  
tota lex Dei & fides in veritate continetur, quod  
de nulla alia secta, vel lege dici potest: nam hic est  
veritas omnis, nempe loquelæ, doctrinæ, ac vitæ.  
Veritas loquelæ, quia Spiritu sancto inspirati lo-  
quuti sunt sancti Dei omnes, vt dicitur 2. Pet. i. qui  
nec falli nec fallere potest, vt infra. Principium ver-  
borum tuorum veritas. Est etiam veritas doctri-  
næ, quia lex Dei nullum falsum, vel fictum admit-  
tit, vt fabulæ poetarum consuescunt. Est demum  
veritas vitæ, quia nihil vanum, vel inhonestum, ni-  
hil bonis operibus dissonum lex diuina continet,

2. Pet. i.

L I 3 sed

Sap. 7.

sed in ipsa omnia iusta, sancta, & honesta includitur, vt Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet, sapientia, & innumerabilis honestas per manus illius; & ideo non in fabulis delectatur iustus, sed in lege Dei, quæ veritatem & bonitatem continet, in quibus intellectus & voluntas tanquam in proprijs obiectis oblectantur. Naturale quippe est cuiuslibet potentia suo congaudere obiecto, vt visus delectatur coloribus; auditus sonis, sic intellectus & voluntas vero & bono: sed quia iniqui vana diligunt & ludicra, ideo legem Dei odio habent & eius obseruatores persequuntur, quare subditur: Iniqui persequuntur me, adiuuu me. Vt bonus athleta atque bellator bella Domini non renuit nec conflictus, sed diuina credit sibi aspirare auxilia, quibus ab hostibus victor euadat. Ideoq; non petit vt persequutiones quiescant, sed in persequutionibus postulat se iuuari. Sciebat. n. q. omnes qui piè volūt viuere in Christo Iesu, persequutionē patiūtur, vt dicitur 2. Timot. 3. maluit ergo persequutiones pati, vt piè in Christo Iesu viuere possit. Nec expressit vocabula persequutionum, quia multi sunt persequutores, non solum quos videmus, sed etiam quos non videmus, persequuntur nequitię spirituales, persequitur hereticus, Iudæus, Gentilis. Omnes ergo sunt sub persequutoribus, qui piè in Christo viuere volunt; & fortasse cum persequutiones non patimur tanquam condemnati habemur, quasi nequaquam piè viuere velimus in Christo Iesu. Nam vtiq; cum sit definita sententia, q. omnes qui piè viuere volūt in Christo Iesu persequutionem patiūtur, is qui persequutionem non patitur, abdicatur, quod non sit pietatis intentionis in Christo. Deuotione enim fidei praelia persequūtur, si desint certamina vereor ne deesse videat, qui certare desiderat. Omnia (inquit) mandata

data tua veritas, quæ mandata nisi illa, si me persequuti sunt & vos persequentur? Hęc mandata Psalmista licet anterior incarnationis sacramēto, iā tñ audiebat in spiritu, & quasi Christi discipulus non subtraherebat se passionibus, sed certaminibus offerebat. Sciebat hoc sibi ad gloriā fructuosum, hoc ad custodiā salutis eorū, vt frequentibus exercitijs iusti pietas cōfirmaretur. Citò. n. fides in exercitata lægnescit, & crebris otiosa tentatur in cōmodis, remissa excubias callidus insidiator irrupit, assuetum aut bello virū externa fraus instruit, & gloriose prouehit palmam victorię. Pax ergo fidei corrupta materia est, qm̄ autem amissimus exercitium, tentant otia, qm̄ bella nō frangunt; nam in prelio nec vacat animus delectationi nec auris adulationi. Aduertendum tñ quod ipse & alij non legunt, iniqui nominaliter, sed aduērbialiter iniquē, vel iniuste persequuti sunt, qđ idē prorsus est. Iniqui enim, & iniusti iniquē & iniuste iustos persequuntur; potest quis (ait Ambr.) & persequutiones pati, sed non iniuste; quia persequutio est iusta si odimus obsecros, si infesti fuerimus iniustis, si iniustos velimus opprimere ne pluribus nocēat, si auaros fraudis suę cōpendijs exuamus, si excremur insolentiā superborū. Qui aut pro fide, p̄ iustitia, pro castitate, persequutionē patitur, bene is dicit. Iniusti persequuti sunt me, adiuuu me; vel iniuste vt ait Aug. q. in me nō persequūtur nisi veritatē.

Ambros.

August.

## VERSUS SEPTIMVS.

*Paulò minus consumauerunt in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.*

**P**ersequutio hæc impiorum aduersus iustos, in corpore terreno duntaxat fit, animus enim

hominis, qui spiritus est, ab impijs tangi non potest, vnde Dñs in Euangelio Matt. 20. Nolite timere eos q. occidit corpus, & nō habet amplius quid faciant. Et de impio quodam dixit Dauid Psal. 51. Sicut nouacula acuta fecisti dolum, nouacula superflua capillorum duntaxat radit, radices autē nō tangit; sic iniqui hęc temporalia & terrena que non nunquā redundant eripere possunt, nā ad animam quę radix hominis est attingere nequeunt.

Anaxarchus Philosophus cum in manus incidisset Nicorquęontis tyranni Cypri, cui inuisus erat, Tyrannus Philosophum arreptum in mortario confecit & ferreis pistillis contudi iussit; hic illam vulgo celebratam vocem emisit. Tūde Anaxarchi manticam, nam Anaxarchum ipsū non percussit. Sentiens corpus non precipuam hominis partem esse sed animę domicilium, ad quam rursus illa non pertingebat. Vnde recte subdit Propheta. Ego autem non dereliqui mandata tua. Ac si diceret; corpus tantum affligebant impij, nā animus liber & integer ad custodienda mandata tua euasit; sic intelligit hunc versiculum D. Aug. dicens, Hoc dicit Ecclesia multa strage martyrum facta, dum consistitur & prædicat veritatē, non tamen ex toto defecit, quia anima integra mansit; ideo subdit, Ego autem non dereliqui mandata tua. Potest & sic intelligi hoc carmen tanquā sit vox totius Ecclesię, quę quantumcumque mala & persecutiones increbuerint, nō tamen deficit fides, imō nec charitas, quę mandata Dei obseruat in Ecclesia. Nā charitas nunquā excidit, ait Paul. 1. I. Cor. 13.

Cor. 13. Ideo quippe Ecclesia dicitur pulchra, quia nunquā iusti deficient ex ea. Dicat ergo Ecclesia, Paulo minus consummauerunt me in terra; hoc est, ferē ad nihilum redegerunt me, & tamen non dereliqui mandata tua; quia semper supersurgit, qui

is, qui in medijs fluctibus stabiles perseverant.

Interrogabat Esdras Dominum dicens, 1. Esdræ. 9. Nunquid iratus es nobis vsq; ad consummationē & respondet huic quęstioni Dñs Hierem. 4. Deserta erit omnis terra, sed tamen consummatio nō faciam. 2. Paralip. 21. dicitur. Noluit Dñs dispendere domum Dauid propter pactū quod inierat cum eo, & quia promiserat vt daret ei lucernā & filijs eius omni tempore. Sic pollicitus est Ecclesię suę, quę est domus Christi filij Dauid, vt nunquam fidei & charitatis lucerna in ea extinguatur, sed semper erunt in ea prudentes virgines, quę lampades habebunt accensas cum oleo, & fideles serui qui præcinctis lumbis & cum lucernis accensis in manibus expectabunt Dñm suum. Ipse Dñs id promissit dicens Ecclesię suę in Petio Luc. 22. Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & Marth. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi. & 3. Reg. 19. dictū est Helia, qui querebatur dicens; Altaria tua destruxerunt & Prophetas tuos occiderunt & relictus sum ego solus & quęrunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Adhuc reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal.

## VERSUS OCTAVVS.

*Secundam misericordiam tuam viuifica me:  
& custodiam testimonia oris tui.*

**C**rebros repetit hanc petitionem, eo quod in ipsa postulet auxilium conuictum Dei, quo ad singula opera indiget; sicut enim conseruatio vitę corporis à con-

à continua Dei manutentione pendet, sic etiam animæ vita, quæ est gratia, per Dei conseruatur præsens auxilium, sic enim vniuersa creaturarum moles tam in corpore quàm in spiritu à Dei pendet præsentia auxilio, sicut lumen aeris à præsentia solis; eo enim momento, quo se absentat, in tenebris suis resoluatur aer. Idem de Deo Philosophari licet, vt supra credo explicatum dedimus. Vnde & Psal. 103. Auferes spiritum tuum, & deficient & in puluerem suum reuertentur. Ideo toties repetit hanc petitionem, quatenus vita gratiæ continuè viuificetur, vt possit omnia Dei mandata vsque in finem vitæ obseruare. Vel (vt Diuus Ambrosius docet) postulat continuè gratiæ & charitatis augmentum, per quod vicissim possit & Dei obsecundare mandatis, & per eorum obseruationem virtutum omnium incrementum gignere. Sic enim & discipuli postulabant dicentes. Domine adauge nobis fidem, & Ecclesia id in quadam collecta poscit dicens. Da nobis quæsumus Domine fidei, spei & charitatis augmentum; hoc est, in bonis & meritorijs operibus perseverantiam, per quæ virtutes augeantur in futurum; hac quippe ratione voluit hoc arcantum referuare sibi, vt nullus certo sciret se in charitate & gratia esse, quatenus nullus concordiæ aut desidiæ relinqueretur locus. Si enim iam esse in charitate sciremus, tanquam adepti quod volumus, in otio forsan inutili intercluderemur: sed cum id ignoremus, satagere necesse est, vt acquiramus quo forsan caremus, vt sic vel augetur si forte habuerimus. vnde Matth. 13. dicitur regnum cælorum simile homini negotiatori quærenti bonas margaritas; non patitur otium Christiani negotium, sed semper quærere debet hoc pretiosum margaritum gratiæ Dei; quod si forte non habet, acquirat, & si habeat, in incrementum

Psal. 103.

Ambros.

Collecta  
in Ecclesia.

Mat. 13

rum capiat. Vnde D. Hierony. Epist. 2. ad Demetriadem tom. 4. (si modo sua est.) Nihil (inquit) in Christiano proposito, otio deterius est, quod non solummodo non acquirit noua, sed & parata consumit. Sanctæ vitæ ratio processu gaudet & crescit, cessatione torpescit & deficit; quotidianis ac recētibus virtutum incrementis mens instauranda est, & viuendi nobis hoc iter non de transacto, sed de reliquo metiendum, quandiu sumus in hoc corpore nunquam nos ad profectum venisse credamus, sic enim melius peruenitur; tamdiu non relabimur retrò quàm diu ad priora contendimus. At vbi cōperimus stare, descendimus, nostrum quæ nō progredi, iam reuerti est. Cesser omnis ignauiā & inutilis de præterito labore securitas; si volumus non redire, currendū est. Apostolus de die in diem viuens Deo, non quid ante fecisset, sed quid face-re deberet semper attendens dicebat: Fratres ego me non arbitror comprehensisse, vnum autem quæ quidem sunt retrò obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora me extēdens, ad destinatū persequor, ad brauium supernæ vocationis. hæc Hieronym. Prouerb. etiam 4. dicitur. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Sicut enim lux auroræ per incrementa ad lucem vsq; meridianam crescit, quando Sol in suo maximo splendore micat; sic iusti per virtutum incrementa vsque ad meridiem æternæ vitæ pertinent, vbi fulgebunt tanquam Sol in regno patris eorum, vt dicitur Matth. 13. Quare D. Ambros. de altera vita hoc carmen explicat, hoc est, quod hic non postulat vitam gratiæ qua viuebat, sed vitam gloriæ quam non habebat, in qua sola Dei præcepta custodiuntur, perfectissimeque in hac mortali vita propter pondus carnis ad perfectum custodiri non possunt, de quo supra egimus

Hierony.

Philip. 3

Prou. 4.

Mat. 13

Ambros.

vcrsu

*August.* versu quarto primi octonarij D. Augr. vt solet per testimonia martyria intelligit, nā testimonia Græcè sunt martyria; nam proculdubio quando tanta persecutionū crudelitas sequebatur, vt Ecclesia Dei paulò minus cōsummaretur in terra, nullo modo Dei martyria, hoc est testimonia custodirent, nisi fieret eis quod hic orarū est; Secundum misericordiam tuam viuifica me, viuificati sunt enim ne amando vitā, negarent vitam, & ne negando vitā, amitterent vitam; & sic qui pro vita veritatem deserere noluerūt, moriendo pro veritate vixerunt.

D V O D E C I M V S  
Octonarius.

1. La-med. *In æternum Domine: verbum tuum permanet in celo.*
2. La-med. *In generatione & generationem veritas tua fundasti terram & permanet.*
3. La-med. *Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.*
4. La-med. *Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea.*
5. La-med. *In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.*
6. La-med. *Tuus sum ego saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.*
7. La-med. *Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.*
8. La-med. *Omnis confirmationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.*

INCL.

INCIPIT TRACTATVS  
Vndecimus.

VERSVS PRIMVS.

*In æternum Domine: verbum tuum permanet in celo.*



Personam quam in hoc duodecimo octonario induit Propheeta, est hominis recognoscentis vitam suā consistere in obedientia diuinæ legis, & explicat hanc personam in quarto versiculo, vbi dicit; Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea. Vbi in Hebr. sic legitur: Nisi quia doctrina tua fuerunt delectationes meae, perissem in humilitate, vel afflictione mea. Iam supra in diuersis locis docuimus quomodo res omnes pendunt à Deo in esse, & conseruari, sicut lux aeris à lumine Solis; vnde quanto quis Deo magis apropiat, tanto melius in omnibus habebit, sicut quanto res suo plus appropinquat principio, tanto maiorem perfectionem consequitur. Per obedientiam autem mandatorum Dei, anima maximè apropiat Deo, quoniam per obedientiam voluntas ipsa traditur Deo: sic intelligit D. Greg. illud. 1. Reg. Melius est obedire quam sacrificare, quoniam in victimis (ait) aliena caro, in obedientia verò propria voluntas mactatur; cum ergo per obedientiam voluntas Deo tradatur, inq; Deo itus transeat anima obediens, à Deo autem tanquam à primo fonte, & vita corporis, & animæ, & omnia deriuentur dona, optime Propheeta infert & vitam

*Hic Propheeta recognoscit vitam suam consistere in obedientia diuinæ legis.*

*Gregor.*

& vitam & bonum suum in obedientia diuine legis consistere; nam quia impij paulò minus con-  
summauerunt eum in terra, interisset vtique nisi  
in obsequio legis Dei perstitisset, quare & seipsum  
ad Dei obedientiam prouocat atque inuitat, crea-  
turarum omnium conuictus exemplo, quæ in om-  
nibus indeficienter ordinem, & præceptum Dei  
obseruant, sic enim & scripturæ mos est, insensibi-  
lium ac irrationabilium rerum obedientia nostram  
damnare proteruiam; sic Isa. cap. 1. dicit: Audite  
caeli, & auribus percipe terra, eos testes inuocat ex-  
tra homines, qui indefinenter Dei exequentur vo-  
luntatem, cum tamen homo maioribus affectibus  
bonis, ei quotidie refragari non desinat; & subdit:  
Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe  
Domini sui, me autem Israel non cognouit, & po-  
pulus meus non intellexit, erubescat homo ratio-  
ne ac intellectu præditus, qui tantarum rerum no-  
titiâ suâ potest perspicuitate comparare, & ta-  
men eum à quo tot bona percepit, pingui ac inex-  
cusabili desidia cognoscere renuit, quæ tamen tur-  
ba rationis quæ expertia pro suo modo cognoue-  
runt, ipse suis mandatis contraire non pudet, quæ  
tamen illa indeficienter obseruant. Vnde & qui-  
dam Propheta. 3. Reg. 13. quasi homines asperna-  
rus, qui obrurant aures suas, ne audiant legem, ad  
altare insensibile conuertit sermonem dicens; Al-  
tare, altare, audi verbum Domini: quia homines  
ad sermones Dei surdi effecti sunt, alijs creaturis  
loquor, quæ infallibili quodam cursu faciunt ver-  
bum eius, vt earum conuicti exemplo erubescant;  
nam illæ quidem contra nos testes erunt in die iu-  
dicii, sua obedientia nostram inobedientiam dam-  
nantes; vnde & scriptum est Sapient. 5. Pugnabit  
pro eo orbis terrarum contra insensatus, & arma-  
bit creaturam in ylionem inimicorum. Talium  
ergo

1/a. 1.

3. Reg. 13

Sapient. 5

ergo exemplo prouocatus statuit iustus seruare man-  
data Dei, & dicit. ( In æternum Domine verbum  
tuum permanet in caelo; In generatione & gene-  
rationem veritas tua: fundasti terram & perma-  
net; Ordinatione tua perseverat dies quoniam  
omnia seruiunt tibi.) quorum obedientia motus,  
dico quod in æternum non obliuiscar iustificatio-  
nes tuas. Litera etiam quæ huic præmittitur octo-  
nario, quæ est Lamed, siue Lamech, optime cum  
persona hæc consonat, significat enim cor seruitu-  
tis, quia iustus cor suum tradit vt seruiat Deo, nec  
alium Dominum nouit præter eum, nec aliam le-  
gem præter diuinam aut in ordine ad eam, cor au-  
tem & corpus Deo consecrat atque mancipat obe-  
diendo iugiter eius mandatis. In lege præcipieba-  
tur quod seruus Hebræus qui veller perpetuò Do-  
mino suo seruire, subula auris eius perforaretur  
applicatus post domum, vt simul postis, vel ostium  
domus perforaretur cum aure. Exodi 21. Ad signi-  
ficandum seruum illum perpetuo addictum illi  
domui; sic iustus aurem suam perforat, vt audiat  
quid loquatur in eo Dominus eius, & obtemperet  
eius mandatis applicitus Christi cruci, atque in  
eius foraminibus perpetuo habitans, dicens illud  
Isa. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem  
non contradico. Quare signum quod quis sit ser-  
uus Dei, est aurium perforatio, hoc est ingens de-  
siderium audiendi verbum Dei, obsequendi quæ  
mandatis eius. Sunt aliqui Christi cultores, qui  
ad tempus tantum seruiunt Deo, vel tempore qua-  
dragesimæ, Iubilei, aut cum passio Christi celebra-  
tur, vel in infirmitate ad horam; statim quæ ab eo  
deficiunt, atque ad Diaboli, mundi quæ seruitia  
detiniant. Iustus vero tãquam verus seruus ac Chri-  
sti mancipium, perpetuo eius seruitio mancipatur,  
tam in prosperis quam in aduersis, omni tempore  
benedi-

Exo. 21.

Isa.

benedicit Deum, obsequitur mandatis eius, & con-  
 filia eius semper in ipso permanent; imò sibi et  
 gnum crucis sigillat in fronte, ut assolent ferri, ut  
 cuius sint Domini intelligatur. Id exigebat spon-  
 sus enim charissimæ sponsæ dicit: Pone me ut  
 gnaculum super cor tuum, ut signaculum super  
 brachium tuum; hoc est, tam in corde, quam in  
 corpore, tam in voluntate, quam in opere seruum  
 te meum ostendas, volo, ut in anima & in corpore  
 signa mortificationis crucis Christi appareant, ut  
 vult Paulus: vnde & ipse aliàs dicebat. De cetero  
 nemo mihi molestus sit: Ego enim stigmata Do-  
 mini nostri Iesu Christi in corpore meo porto,  
 id est, signa crucis eius, quibus, cuius sim seruum  
 appareat. Igitur seruus perpetuo seruit, liber au-  
 tem quando vult egreditur, alium que querit his-  
 rum; seruus etiam gratis seruit, nã liberi pro mer-  
 cede locantur. Verus Dei seruus ex amore Deo  
 obsequium præstat, non tanquam mercenarius  
 pro mercede. Vnde D. August. dicebat. Etiam si sci-  
 rem quod me ad inferna damnaturus esset, nihilo-  
 minus te amarem, atque obedire tibi satagerem;  
 quoniam non ob præmium sed propter te ipsum  
 ipsamque tuam bonitatem te diligo. Hæc autem  
 seruitus plena libertatis ac honoris est, hominem  
 que non solum deprimat, imò maxime euehit ac  
 in sublime attollit: nam ut dicit Diuus August. 14.  
 lib. de ciuitate Dei. c. 13. Licet hæc humilis serui-  
 tus videatur opprimere hominem; nam humilitas  
 deorsum trahit, elatio sursum eleuat animum, ta-  
 men hæc humilis seruitus (ait) facit subditum su-  
 periori; nihil est autem superius Deo, & ideo exal-  
 tat illum quem supremo omnium subijcit. Elatio  
 autem eo ipso quo Dei respicit subiectionem; ca-  
 dit ab alio quo non est quicquam superius, & ex  
 hoc erit inferius; sicut scriptum est; Deiciisti eos  
 dum

dum eleuarentur. Psalm. 72. Non ait cum eleuati  
 sunt sed cum eleuarentur: quia ipsum extolli iam defi-  
 ci est. Quare Christus Dñs Luc. 10. Qui se exaltat  
 (ait) humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur,  
 & Iacob. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem  
 dat gratiam; vnde & dicitur: Seruire Deo regnare  
 est. qm̄ sicut propter primi hominis inobedienciã  
 ad Deum, rebellio atque inobediencia viriũ sensu-  
 tuarum contra eum excitata est; sic è diuerso  
 propter eius obedientiam, qua mandatis Dei ob-  
 sequitur, ipse iam super se & vires suas iterum re-  
 gnat, ac eas subiectioni in officio continet; sicut  
 dicitur Prover. 21. Vir obediens loquetur victo-  
 rias, quoniam qui ante propter inobedienciã vi-  
 ctus à seipso iacebat, iam obediens sui ipsius vi-  
 ctor ac dominus euadit. Cum ergo id honoris af-  
 fectat hæc nobilis seruitus, de ea maxime glorian-  
 tur iusti. Quare Paulus passim se seruũ Dei appel-  
 lat, imò & pro titulo honoris assumit cum multo-  
 ties dicit Paulus seruus Iesu Christi, & beatissima  
 Virgo cum ab Angelo accepisset nuntium se in ma-  
 tre Dei electam esse à Deo, respondit. Ecce ancilla  
 Dñi, fiat mihi secundum verbum tuum. hæc ergo  
 est & personæ & literæ continuatio. Dicit ergo  
 iustus, cuius vita in mandatorum Dei obseruan-  
 tia consistit. In æternum Dñs verbũ tuũ permanet  
 in celo. Per verbum in scriptura voluntas Dei intel-  
 ligitur, quoniam per verba voluntatem suam solent  
 homines manifestare, quare idẽ est dicere, in æter-  
 num Dñs verbum tuum permanet in celo, ac si di-  
 ceret, voluntas tua semper in celo adimpletur; id  
 quod ibi præcepisti, semper fit: iuxta illud Psalm. Ps. 118.  
 Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in celo  
 & in terra, in mari & in omnibus abyssis, & sic  
 potest intelligi illud Matth. 24. Cælum & terra tran-  
 sibunt, verba autem mea non præteribunt,  
 M m hoc



hoc est dicere, prius desinent esse cælum & terra, quam iussione meam præterire audeant. Sed ad uerendum quæ per cælum potest intelligi, vel cæli ipsum quod continet, vel ea quæ in ipso continentur per methonomiã, ut Angeli & reliqui cælestes & utroq; modo potest versiculus iste intelligi. Cælum ipsum mirabiliter atq; indefinenter uerbum Dei obseruat, perpetuo tenore labitur, cursumque suum prout diuina ordinauit sapientia infallibiliter cõplet; luminariaq; eius suum iugiter obseruant ordinẽ, atq; motum cõficiunt, nec dies desinit, nec nox, nec autumnus, aut æstas, ut quoque hiemps succedit, suoq; tempore cõstita contingunt. Vnde *Ecclesi. 1.* dicitur; Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur; ibiq; renascens gyrat per meridiẽ, & flectitur ad aquilonẽ. Vbi duplicem motum Solis explicat; primus vocatur diurnus, quo rapitur Sol à primo mobili, sicut & alij orbes, quo motu fit distinctio diei & noctis, quod fuit opus primi diei quando diuisit Deus lucẽ à tenebris, non enim si ru sed locali motu distat. Huic motui tribuunt Philosophi cõtinuitatem, vel perpetuitatẽ generationum. Alter motus est proprius Soli quo mouetur per Zodiacum toto integro anno quo motu proueniunt temporum differentie secundum accessum Solis ad diuersa signa, de quo dicitur in opere quarti diei, ut sint in signa & tempora. Huic motui per circulum obliquum tribuit Arist. diuersitatem generationum & corruptionum. lib. 2. de generat. rex. 56. de primo motu dicitur; Oritur Sol, & occidit, & in locum suum reuertitur, rursusque renascens. Vbi notandum quod in Hæbreo dicitur, & in locum suum anhelans; ut explicaret appetitum magnitudinẽ, quo ad perficiendũ præceptum cursum aspirat, incredibilemque celeritatem qua conficit, quasi in fine motus anhelans ad quietẽ, sed postquam

quam tetigit punctum orientis, quasi resumptis uiribus de nouo nascitur, ut iterum percurrat. At de secundo motu dicitur; Gyrat per meridiem & flectitur ad aquilonẽ, nam quando Sol accedit ad australia signa, fit hyems; quando reflectitur ad aquilonem, fit æstas: hoc autem ita infallibiliter euenit, ut nunquam aliter fieri uideamus. Ceterum tam inefficientem cursum nullo ordine naturæ mirabilem, ad Dei nutum tamen aliquando uidit mundus auersum; est enim ipse omnium artifex Deus respectu omnium cælorum lapsus; ueluti magister horologii, qui ad nutum suum rotas uelutque gubernat, ut quando ipsi libuerit campanam pulset, retrocedat etiam vel properet. Sic Deus pro suo uelle, orbes uertit, imò & ipsum splendidiorẽ omnium solem gubernat; nam cum suum iugiter indefinenterque exequatur cursum, si tamen Deus iubet ut & stet, stat, si ut retrocedat propius facit, si ut celeriori cursu properet facit; tempore Iosue stetit Sol, longioremque diẽ triumphanti populo præstitit; Ezechia data est optio, ut retrocederet Sol decem lineas in horologio regis, vel properaret, utrumque iubente Dño fecisset Sol, sed quia primum petijt rex, decem lineas retrocessit annuente Deo; retraxit radios suos cum Christus Dñs in cruce torqueretur, quasi patienti creatori compatiens, nec tantum facinus uidere dignaretur. Vnde Psal. 32. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. siue per uirtutem intelligas ornatum cæli, siue orbium motus ac influxus, quæ omnia Dei subsunt uoluntati. Sed secundo potest intelligi de Angelis qui continentur in cælo, nam & in creatione nomine cæli intelliguntur, cum dicitur. In principio creauit Deus cælum & terram. & quoniam cælum in motu circulari creatum est, & ab Angelo mouetur,

M m 2 hinc

*Simile.**Iosue 10.  
Isa. 38.**Psal. 32.*

hinc per celi creationē etiam Angelos intelligere debemus. Imō & illud eiusdē. i. ca. Genes. Spiritus Dñi ferebatur super aquas, nō desunt qui de Angelis intelligant, qm̄ nomine aquarum intelliguntur celi, propter perspicuitatem, secundum illud Aquarū quæ super cælos sunt, laudent nomen Dñi.

*Ps. 148.* Psal. 148. Intelligunt multi per has aquas cælum christalinum, quod propter nimiam suam perspicuitatem ac concretionem, aqua congelata videtur; frequens autē mos est in scriptura similitudinē rei ipsam rem appellare; per spiritum autē Dñi intelligitur Angelus, secundū illud Psal. 103. Qui facit Angelos suos spiritus, quasi explicans Moysi dictum, ac si diceret: ille spiritus quem à principio dixit Moyses, Angelus est; spiritus ergo Dñi ferebatur vel volitabat super aquas, hoc est, Angeli motores orbium volare faciunt cælum, cum velocissimo cursu illud moueant; isti ergo Angeli & omnes alij voluntatem Dei infallibiliter adimplent, & verbum eius faciunt; vnde Psalm. 103. Qui facis Angelos tuos spiritus & ministros tuos ignem vrentem; hoc est quod spiritus illos beatos nuntios ac ministros tuos facis, illos etiam supremos omnium qui ob amoris magnitudinem Seraphim, hoc est ardentem, vocantur, in ministrorū tuorum numero collocas, & ministros tuos ignem ardentem, hoc est, Seraphim, qui ardentem dicuntur, etiam tibi ministrant, non solum Angeli inferioris Hierarchiæ tibi seruiunt, sed & supremæ tuo addicti sunt ministerio. Vel per ignem vrentem intellige promptitudinem, qua Dei exequuntur mādata; quemadmodū ignis in flāma velocissimi motus ac maxime actiuitatis est; & ad hoc propositum adducit hoc testimonium Paul. ad Hebræ. c. 1. & Dani. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei; ipse enim est quem

*Hebr. 1.*  
*Dan. 7.*

quem adorat multitudo Angelorum. Iob. etiam. 26. dicitur; Columnæ celi contremiscunt, & pauēt ad nutum eius; columnæ celi sunt Angeli, per quos gubernantur ac mouentur orbis, isti contremiscunt, & pauent ad nutum eius, per quod datur intelligi, summa illa filialis reuerentia, qua Angelici spiritus coram Deo assistunt, atque ad nutum eius obediunt mādatis, vnde & in oratione Dominica Matr. 6. Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra; hoc est, sicut Angeli celi habitatores tuam exequuntur voluntatem, ita & exequantur homines, qui in terra vitam agunt. Potest etiā intelligi de bonis ac iustis hominibus, qui celi dicuntur, quia portant imaginem cælestis. i. Corinth. 15. quorum conuersatio in cælis est. Isti (ait Ambrosius) sunt celi in terris, qui enarrant gloriam Dei, in quibus fides, grauitas, continentia, doctrina, vita cælestis est; nam quemadmodum terra dictus est primus homo, qui lapsus ex illa præuaricatione cælestis gratiæ, & in hac vita terrena deiectus est; ita & contrariō cælum dicitur, qui vita Angelorum, custodia integritatis exerceat corpus suum, continenti sobrietate moderatur, mentem quoque suam miti tranquillitate componit, pecuniam pauperibus misericordie liberalitate dispensat: est ergo & in terris cælum, in quo esse possint virtutes cælestes, in quo Dei verbum permanet. Semper igitur horum exemplo adducti peccatores, qui terra sunt & terrena sapiūt, quibus & dictum est: Terræ; etiam ipsi diuinis obsecundentur mādatis. Deique verbum ac voluntatem adimpleant. ¶ Potest vltimo versiculus iste etiam intelligi de filio (secundum glossam) qui dicitur verbum patris, secundum illud Ioan. 1. In principio erat Verbum. Nam verbum sensibile est quo aliquid dicitur

M m 3 alijs,

*Iob 26.*

*Matr. 6.*

*1. Cor. 15.*  
*Ambros.*

*Ioan. 1.*

alijs, verbum intelligibile quo aliquid sibi ipse dicit homo; nam per verba sensibilia alijs loquimur, per intelligibilia nobis. Sicut enim ad noticiam sensibilem requiritur similitudo rei visæ, in oculo, v. g. ita & ad intelligibilem requiritur similitudo rei intellectæ, cū omnis cognitio (vt vera Philosophia tradit) fiat per assimilationem. Itaque conceptus ille, quem intellectus format, de re quam cognoscit, appellatur verbum intelligibile; est enim imago quædam intelligibilis representans rem intellectam, quam cernens intellectus intelligit. Itaque omnis natura intelligens, verbum format quo intelligat; cum ergo Deus sit naturæ intelligibilis, verbum producit, quo se & omnia in ipso intelligit, in quo suamet natura relucet; & quia in Deo nullum est accidens, verbū illud non accidens est sicut in nobis, sed substantia; substantia autē aliena in Deo esse non potest, sed quicquid est in Deo est ipse Deus, vt Aug. ait, nihil in Deo præter Deū. Vnde verbum illud substantia diuina est, eadem quæ est in patre ad quem refertur; nam verbū ordinem dicit ad dicentem, & ided altera persona est, & propriissime dicitur filius; nam filius est qui ab alio procedit in eadem natura secundum rationem similitudinis. Verbum istud diuinità a patre dicente procedit in eadem omnino natura & similitudine; ergo propriissime & non solum secundum metaphoram filius dicitur: sed tamen nuncupatur verbum, vt innotesceret nobis subtilissimus iste modus quo a patre procedit, nec seduceremur putantes ea feditate gigni qua carnalis filius a patre generatur, sed tanquam verbū intellectus subtilissima ac spiritualissima simulque purissima generatione procedit. Hoc ergo verbum in æternum permanet in cælo; est ergo filius coæternus patri, sicut lux solis cœna est ipsi soli,

August.

soli, nam cum semper seipsum intelligat Deus, semper hoc verbum gignit. vnde Psal. 2. Ego hodie genui te, hoc est, semper præsens est mihi hæc generatio, nec vnquam desinit. quare Ioan. 1. dicitur. In principio erat verbum. quod potest etiam intelligi in principio temporis, vt est illud Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram; hoc est, in initio temporis; si ergo in illo temporis initio iam erat verbum, & antea nullum tempus fuit, necessariò consequitur, quod non in tempore, sed in æternitate erat hoc verbum. Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Verba sunt patris ad filium: id est dicere, ex diuinitate mea quæ in me est veluti in vtero, hoc est, veluti in principio a quo diuinitas procedit, est enim diuinitas in patre secunda, in cæteris personis veluti sterilis; ex diuinitate ergo quæ est in me ante omnia, quæ in tempore creata sunt, genui te. Vnde D. Fulgentius in sermone de natiuitate dicit, Verbum hoc est non quod desinit prolatum, sed quod permanet natum semper a patre, semper in patre, semper cum patre; cum ergo verbum istud semper sit in cælo, & ipsum sit thesaurus noster, in ipso enim sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, ibi debet esse cor nostrum, vbi est & thesaurus noster; maxima nobilitate afficitur cor huic thesauro cœlesti adhærens, quod terrenis iunctum vilescit. Ibi thesauros nostros recondamus, vbi nec tinea, nec ergo demoliuntur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur, vt nos & ipsum verbum admonet, Matth. 6.

Psal. 2.

Ioan. 1.

Genes. 1.

Ps. 109.

Fulgentius.

Matth. 6.

## VERSUS SECVNDVS.

*In generatione & generationem veritas tua  
fundasti terram & permanet.*

**Q**uatuor sensibiles creaturas perpetuas persistentes in obedientia Dei affert hic Propheta. Primo coelos, vt versu precedenti; In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo; hoc est, imperium tuum perseverabit in cælis ad æternam obedientiam; in cælis ergo & in Angelis verbum Dei in æternum permanet. Secundò permanet in sincerissima generatione inferiorum. Tertio in stabilitate terræ, vt fundasti terram & permanet. Quarto in temporis indeficienti perseverantia, vt in eo omnia Dei verbum adimpleant, vt versu sequenti; Ordinatione tua perseverat dies, sed in hoc versu primò agitur de adimplerione verbi Dei per successionem generationum, vt corruptibilia hæc exequantur præceptum quod dicit illis Deus, Genes. 9. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Sensus ergo totius huius versus est idem cum illo, quod dicitur Ecclesiast. primo: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat; id est dicere, rerum corruptibilium vicissitudinem esse, eo quod homines hominibus succedunt, & quia incedente interitu nullus manere permittitur: dicunt Philosophi quòd vniuersalia rerum corruptibilium semper manent, quamuis omnia singularia corrumpantur; vnde visibilis huius mundi facies perseverat, licet omnia indiuidua paulatim consummantur, quod manifestum est diuine providen-

Gen. 9.

Eccles. 1.

videntiæ indicium, secundum illud Iob 34. Conterit multos & innumerabiles, & stare facit alios pro eis. Multa de hominis fragilitate, de breui lapsu vitæ, Philosophi omnes docuerunt, in proverbum quippe eorum abiit, hominis teneram facilemque corruptibilem massam, vnde & dicebant, Homo fictilis, quòd fictilia vasa facile conteruntur, difficile seruantur; quod miser ac mortalis homo iugiter in se ipso experitur: vnde Paulus 2. Corinthiorum 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, sic enim vocat humana corpora, de quo videndus Augustinus serm. 1. tomo 10. vbi probat, quod si essemus vitrei, non essemus fragiliores. Alij vitæ humanæ fugacitatem cõtrulerunt fluminibus decidentibus ab alto monte magno impetu, quod insinuare videtur mulier illa Thecures. 2. Reg. 14. cum dixit; Omnes morimur, & sicut aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur. Sed quod magis proposito nostro congruit celebris est illa similitudo Homeri 6. Illiados, qui comparauit hanc generationum successionem siluarum folijs succedentibus alio, & alio vere, nunc virent, in autumnò exiccantur, ac decidunt, reddit vernum tempus, alia de nouo virescunt. Sic inter homines huius modo virore vitæ florent, statim exiccantur, ac decidunt, & loco eorum alij in viriditate vitæ succedunt, Isa. 64. Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Quidam poeta hanc vitæ nostræ varietatem contulit rosis ab eodem rosario diuersis temporibus succedentibus; & quia vita Saluatoris nostri Christi pluribus laboribus fuit exposita, idcirco flos campi dicitur, Cantica 2. Cui nulla fauet humana industria, de quo vide Diuum Bernardum sermone 47. in Cantica. Hæc autem ge-

Iob 34.

2. Cor. 4.  
August.

2. Re. 14.

Homerus.

Isa. 64.

Cant. 2.  
Bernard.

RECI-

nerationum vicissitudo quæ à Deo rebus corruptibilibus indita est, semper infallibiliter obseruatur: annuatim quippe conueniunt animalia, suosque scæus summa auaritate ædunt ac procurant, nec vnquam hoc desinet fieri, ne deficiente alia qua specie vniuersi pulchritudo trunca aut deformis appareat, quare dicitur (In generatione & generationem veritas tua) hoc est, vt veritas verbi rui appareat, quo vniuersa quæ creasti conseruare etiam sanxisti, corruptibilia hæc à generatione vna in aliam protrahuntur, vt sic veritas hæc in vniuersa persistat.

( Fundasti terram & permanet. ) Videtur terra quasi fundamētū, & basim totius vniuersi substratam esse. Est enim elementorum infimum, ac super eam cætera eleuantur elementa, atque mouentur, ipsa autem terra secundum se totam stat, licet secundum partes moueatur ad centrum, est autem tanquam mirabile quoddam prodigium cōsiderandum, quod cum ipsa terra grauis sit, nullo innitatur fundamento, immobilis tamen ac fixa consistat; & cum rotundæ sit figuræ, quæ apertissima est ad motum, ipsa tamen immota perseueret; imo quod mirabilius apparet, quod si aliquid fundamentum habet, illud est aqua, secundum illud Psalm. 135. Qui firmavit terram super aquas, aqua autem lubricum ac labile fundamētum est, quomodo ergo terram ipsam stabilem tenet? & nullam aliam rationem adinuenies, nisi quia ita placuit auctori naturæ, ipsa quippe natura vniuscuiusque rei est, quæ ei à naturæ auctore est indita, vnde hac sola ratione dicitur terra fundata, quia omnium opifici placuit, sicut enim solo Dei verbo congregatæ sunt aquæ in vnum locum, vt partem terræ discooperirent, in qua respirantia animalia vegetarentur, ita solo Dei verbo terra ipsa immobilis

bilis atque stabilis permanet; sic Psal. Qui firmavit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi, ob hoc solum, quia sic disposuit Deus eam super suammet stabilitatē confirmans, absque alio materiali fulcramento. 2. Pet. 3. Latet enim eos hoc volentes, quod cœli erant prius, & terram de aqua, & per aquam consistens Dei verbo. Hoc est, quod sicut Dei verbo segregatæ sunt aquæ, vt terra nuda ab eis consistere; ita eodē verbo stat stabilitate sua. & Prouerb. 3. Qui fundauit terram in sapiētia sua. & Job 26. Qui appendit terram super nihilum. Veluti enim in aere suspensa terra apparet, & tamen Dei verbo in æternum sustinebitur. & cap. 38. dicitur; Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius? nam artifex primo ponit fundamentum, & quanta debeat esse quantitas eius per suam artem determinat, & hoc diuina providentia determinatum est quanta scilicet debeat esse terræ quantitas, ob quod dicit; Aut quis posuit mensuras eius si nosti? scilicet, per omnes suas dimensiones, tam longitudinis, quam latitudinis, & alias deinde per suam rationem artifex disponit, determinatum sicut fundamētum quem per extensionem lineæ mensuralis comprehendit; ob quod subditur; Quis tetendit super eam lineam? per quam significatur ratio diuinæ dispositionis designans determinatum situm terræ in partibus vniuersi. Deinde excogitata iam quantitate fundamenti, atque disposito situ vbi collocandum sit, meditatatur artifex in quo possit fundamentum firmiter collocari: vnde subdit: Super quo bases illius (nempe terræ) solidatæ sunt? quia super eam

trum mundi firmata videntur: postremo prædictis primis excogitatis, iam opifex incipit lapides in fundamenta componere, & primo lapidem angularem, ad quem diuersi iunguntur parietes, de quo & subdit; Aut quis demisit (hoc est, deorsum misit) lapidem angularem eius? per quem significatur ipsum centrum terræ, cui diuersæ partes terræ connectuntur. Rectè ergo dicit Propheta, Fundasti terram, & permanet. Itaque terra respectu hominum habet rationem hospitij, quoniam homines hospites & peregrini sumus in terra ad cœlestem Hierusalem properantes, & per breue tempus quo viuimus, quasi hospitamur in terra, quæ est veluti hospitium quoddam, in quo hospites sibi succedunt; vnde Eccles. 29. Transiui hospes &c. Quare spherico centro immobili permanente, cætera super eum mouentur; sic terra immota reliqua elementa super eam suos exercent motus; centrum autem indiuisibile quoddam punctum est; nec mireris quod respectu totius machinæ mundialis terra indiuisibile punctum sit, cū secundum Alfraganum, cæterosq; Astronomos, minima stellarum ex his quæ visu percipiuntur maior est tota terra, vt intelligat homunculus, quod est totius terræ dominatum acquirat (quod nulli vnquam homini accidit) indiuisibile punctum lucratur, quod si partem terræ in possessione accipiat, punctulum puncti possidet, enisceratur ergo, digladiatur, tot mouet casus, tot conecitat bella, vt imperceptibile quid sibi acquirat. Sed dubitari hic potest quomodo veritas hæc stare possit cum illo, quod dicitur Isa. 24. Terra auferetur sicut tabernaculum vnus noctis. Ad quod responderi potest, quod dupliciter potest terra considerari, primò secundum elementi substantiam, secundò secundum exteriorem formam qua hominibus præbet habitaculum; secundum

Eccles. 29.

Alfraganus.

Isa. 24.

quodam primum in æternum stat, iuxta secundum dicitur auferenda, quia non erit post iudicium viuentium mater, & sic intelliguntur diuersa loca quæ videntur contraria.

Hæc quidem quo ad literam dicta sunt, sed si ad spirituales tropologicosq; sensus trāsire cupimus. Multa circa hunc locū iucundissima simul, & vtilissima sese offerunt, nam in hoc octonario docemur, quomodo cor nostrū disponi debeat, ad hoc quod debite Deo seruire valeamus, cum litera quæ huic præponitur octonario, est Lamed, quæ vt statim diximus, cor seruitutis designat; nam ad hoc quod quis debite seruiat Deo, octo debet habere. Primum cor in cœlū debet tendere, vbi est thesaurus suus, vt in primo versu diximus. Secundò Ecclesiam à Christo fundatam debet credere. Tertio seruitio Dei se totum debet subijcere. Quarto legi Dei studiosius ac iugiter debet vacare. Quintò memoriæ quæ studet debet tradere. Sextò corde misericordiam Dei debet petere. Septimò fortitudine accinctus aduersis non debet cedere. Octauò Christum finem omnium debet credere, quæ omnia per singulos versiculos Deo dante explicabimus. Sed in hoc secundo dicitur, quod Ecclesia Dei à Christo fuit fundata, cū dicit; In generatione & generationem veritas tua, fundasti terram & permanet. Circa quod notandum quod fides vnus mediatoris Christi semper fuit necessaria ad salutem post peccatum. Nā ipsum ait Paulus, posuit propitiatorē pro peccatis nostris in sanguine ipsius. & illud Hebr. 11. Accedentē ad Deum oportet credere primū quia est, & quia remunerator est. in quo includitur fides Christi remuneratoris; hæc autem fides Christi per vicissitudinē generationum deriuata est vsq; ad nos, secundum illud Rom. 1. Reuelatur iustitia Dei in Euangelio, ex fide in fide; hoc est iustitia qua iustificamur

Rom. 3.

Heb. 11.

Rom. 1.

*August.* stificamur per Christum, secundum D August. lib. de spiritu & litera cap. 11. quæ dicitur in scripta Dei quia eius gratia nobis conceditur, vel quia communicatur nobis à Christo Deo, reuelatur autem quæ olim in lege erat promissa & operta, ex fide in eadem, ex hoc est fide veteris testamenti, siue prophetarum, quibus primo facta est reuelatio, in fide Apostolorum, quibus plenius omnia tradita sunt, itaque in generatione & generatione veritas hæc, quæ est Christus, secundum illud Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita; hoc est, ex fide præscortii Patrum usque ad nos deriuata est. Quare cum Christus Dominus super asinam sedens Hierosolymam passurus intraret, turbæ quæ præcedebant, & sequebantur, ab eo petebat cælestem salutem; nam tam qui præcesserunt eius aduentum, quam qui sequuntur sunt, eius passione indigebant ad salutem. Quare semper fuit huius mediatoris fides necessaria, siue implicita, siue explicita, vt Theologorum scholæ docent; vnde omnes quotquot salutem consequuntur, Christiani sunt, & etiam veteres patres Christiani fuerunt, quia in fide Christi salutem consequuntur. vnde Ioan. 8. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Hæc autem veritatis fides in Ecclesia semper permanet, quæ in generatione & generatione ad nos deriuata est, vt pote quam ab Apostolis, qui à Christo acceperunt, habemus nos. Dicitur autem Ecclesia Dei terra propter firmitatem & stabilitatem fidei, quæ semper in ea permanebit: rectè supra dixit sapiens Eccle. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat; quoniam sicuti, vt diximus modo, super terram tanquam super centrum cætera elementa mouentur, imò & ipsum cælum vicissitudines generationum transeunt, ipsa tamen immobilis perseverat, ita & super hanc Ecclesiam Dei

Dei diuersi motus pratorum hominum hæresum sectarum, schismaticorum ac tyrannorum sæuitiæ transeunt, alijque alij succedunt. Vt Arius Hebionis, Manichæus Ario, illi Pelagius, sicque usque ad Antichristum non patientur Ecclesiam desiderata sua tranquillitate frui, tamen ipsius fides, ac veritas immobilis, ac integra in æternum stabit; Bellabunt aduersum te, sed non præualebunt, Hierem. Vnde D. Grego. super illud Job 9. Qui fecit Arcturum & Orionas, ait, quòd Ecclesia Dei comparatur polis cæli, super quos tota machina cæli, tot contrarijs ac velocissimis motibus currit, ipsi tamen immobiles permanent; sic motus hæresum ac sceleratorum hominum, qui Ecclesiam Dei persequuntur, in ea quidem contingunt; ipsa autem eadem semper ac immota permanebit, quare optimè eam contulit Diuus Petrus arcæ Noe, in qua solum illi qui ingressi sunt generalem mundi interitum per aquas euaserunt, de qua dicitur Genes. septimo: Porro arca ferebatur super aquas, impellebatur quidem ab aquis, huc illucque ferebatur, nunquam tamen submergi potuit, sed semper super eas præualuit. Sic Ecclesia Dei in qua solum à procella ignis, ac tempestatis erui poterimus, etiam si aquæ tribulationum aduersus eam intumescant non submergetur, catharactæ cæli apertæ sunt, & fontes abyssi, & montes omnes ab aquis occultati sunt ac submersi, sed arca super omnes absque submersione natabat, etiam si viri qui cælestes videbantur cadant à fide, puteique abyssi aperiantur, hoc est, sepultæ hæreses reuiuiscant, montes operiantur, literati, prælati, doctores, religiosi in errorem inducantur, semper tamen super omnes fluctus domina præualebit Ecclesia, impelleretur quidem à fluctibus, huc, illucque circumferretur. Mahometus, eam ab Africa propelleret.

Lutherus

*Lib. 9.  
moralium,  
cap. 6.*

*Gen. 7.*

Lutherus à Germania, alij à Gallia propulsabunt eam: interire tamen ac omnino submergi impossibile erit, sed semper super aquas tribulationum secura transibit, fundata quippe est ab illo cuius manus formauerunt cœlum, vnde & veritas hæc constans semper ac firma persistit; ita vt dicere possit Psalmista (In generatione ac generationem veritas tua, fundasti terram & permanet.) Vnde Paul. Roman. Humiliamur sed non confundimur, dei iocimur sed non perimus; quare veritas apud Hebr. dicitur, Stabile quoddam solidum, & certum, è contra mendacium, instabile quoddam ac fragile significat. Vnde & characteres ipsi quibus veritas inscribitur sunt in fundamento quadrati, & amplii, quasi veritatis fundamentum constans, & stabile significatur; è contra literæ ipsæ quibus mendacium formatur, absque fundamento sunt, & debiles, vt illa ostendit figura \* quia labile ac inconstans mendacij fundamentum designant. vnde Proverb. 11. Vbi nos dicimus; Impius facit opus instabile, seminanti autem iustitiam merces fidelis. In Hebræo est, impius facit opus falsitatis, & seminanti iustitiam merces veritatis, quia secundum phrasim Hebræam idem est mendacium, quod instabile opus: veritatis autem fixam & permanentem rem designat; quare Ecclesia Dei fundata est à viro sapiente, hoc est, Christo, qui supra fidei ac veritatis petram eam fundauit, nec fluxuina obruent, nec ventorum flatus subuertent illam; ipse ipse Dominus Matthæi 16. ad Petrum ait, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, vt ibi Deo dante videbimus. Vide Diuum August. super hunc nostrum versiculum, qui hanc insinuat ac sequitur interpretationem.

\*  
**VEN**  
*Veritas.*  
**P**  
*Falsitas.*

*Matt. 16*

*Aug. 8.*

## VERSUS TERTIVS.

*Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.*

**T**empus etiam ipsum diuinam sequitur ordinationem, per diem quippe tempus hic intelligere debes. Tempus autem secundum Philosophum. 4. Physic. *Aristot.* mensura est motuum, & corporalium actionum, quæ mensurantur vniformi illo ac regularissimo motu primi mobilis, vnde cum motu illo coepit tempus, & quia cœlum illud creatum est in motu, cum ipso etiam initium sumpsit tempus, cuius vniformitas ex Dei voluntate, & verbo hucusque perseverat, qua omnia & singula ei cultum, & seruitutem exhibent: bene autem dicitur; Ordinatione tua perseverat tempus, quoniam cum ipse disposuerit desinet esse tempus, secundum quod Angelus iuravit Apocal. quod amplius nõ futurum esset tempus. *Apoc. 10.* Sed aduertendum, quod in Hebræo sic habetur; Iudicijs tuis steterunt hodie; id est, hæc omnia quæ retulimus, nempe cœlum, vicissitudines generationum, terra, & quæ in ea mouentur, vt iudicijs Dei deseruirent, vsque hodie perseverant; totum tempus non est, nisi hodie, quoniam non est nisi vnus dies repetitus, secundum illud, Factum est vespere, & mane dies vnus. *Genes. 1.* vespere & mane dies secundus, & sic de alijs; vel secundo, quia nunquam aliquid habitum est, habetur aut habebitur, nisi hodie; nam quod habitum est de tempore tunc fuit hodie, & similiter quod habebitur, tunc erit hodie, & quod nunc habetur est hodie, itaque appellatione hodie vniversum tempus, secundum id quod habetur de eo designat; **N u** vnde

VERSUS



*Hebr. 3.* vnde Paul. *Hebr. 3.* Donec hodie nominatur inter vos; hoc est, donec in tempore viuatis, quod semper est hodie, vnde dicitur pluraliter, steterit hodie, propter multiplicata hodie, & tunc sensus est, quod tempora omnia quæ significantur per hodie, ad hoc perseverant, vt exequutioni mandentur diuina iudicia. Hęc interpretatio est Domini Caiet. sed prior est D. Hieron. & aliorum qui legunt: Ordinationi tuę perseverant hodie, hoc est, omnia relata, vt Dei ordinationi obediant, vt que hodie manent. Sed nihilominus mysticę aliter possumus carmen hoc interpretari; nā primo per diem in Scriptura significatur Christus incarnatus, & hoc propter scientiæ claritatem, quoniam omnia nuda & aperta sunt oculis eius, quare fidelibus, qui sunt filij Christi per adoptionē, dicitur *Aposto. 1. Thessalon. 5. Vos lucis estis & filij Dei* non sumus filij noctis: qui in hoc die ambulando imitando eius exempla, non peccat, *Ioan. 11. Qui ambulat in die non offendit, iste est dies qui duodecim habet horas, nempe duodenarium Apostolorum numerum, vt Ioan. 11. Nonne duodecim horę sunt diei? de quo die dicit Apost. Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestę ambulemus. Solent homines cum dies est corpus componere, cooperire atque adaptare, ne quid inhonestum, aut indecorum hominū prospectibus appareret, quod cum nox est minime curant, quā tenebrę eos occultant, ne videantur inter infideles ac paganos, quibus soluitiæ non est ortus, hoc est Christus, quoniam in tenebris agunt viam non est tanta cura, vt vitia regant, imo indecora multa inter eos sunt, nec alij multum de his curant, vt apud gentiles videre fuit, cum tot inter eos scđa publicę permitterentur;*

itur; quare inter alia eos Paul. *Rom. 1.* vocat incompósitos; at inter Christianos, qui in hoc die ambulānt, nihil quod à recta ratione dissentit permittitur, sed statim vt alij scandalizantur, vel à fratre corrigitur, vel publice à prelato, vnde Pau. Vt filij lucis ambulate. De isto ergo die, ait Psal. Ordinatione tua perseverat dies, quoniam quod verbum semel assumpsit, nempe humanam animam & corpus, nunquam dimisit, sed illa vnio durabit in æternum, secundum illud *Hebr. 13. Iesus Christus heri & hodie & ipse in secula.* Vel secundo per diē intelligitur lux fidei, quando cum charitate, & spe concomitata resplendet: hæ enim virtutes sunt per se infusę à Deo, hoc est nullo modo humana industria acquisitę. Et hæc dies fidei significatur per primā filiam Iob, quę appellata est Dies; spes vero per secundam filiam, quę dicebatur Cassia, quę interpretatur summus Deus, vel principium Domini; spes autem ad summa tendit. Tertia filia Iob, dicta est Cornustibij, quę significat charitatem, quoniam tibiū vnguentum est, charitas autem vnctio est animę, sed diuina ordinatione isti dies perseverant, quoniam ex Dei misericordia provenit, vt hæ virtutes conferentur in anima, quibus posset de hoste palmam referre; sicut Iosue 10. longissimum diem præbuit filijs Israel, vt sole eos illuminante possent de inimico populo triumphare. (Quoniam omnia seruiunt tibi) Nā vt dicit Gregor. Probatio dilectionis, exhibitio est operis. & Ambros. Operatur magna si adest, si autem operari renuit, amor nō est. Tertio (vt placet. D. Ambr.) intelligitur de diē æternitatis, de quo *Psal. 83. Melior est dies vna in atrijs tuis super milia, & Zach. 14. Erit dies vna nota Domino non dies nec nox, & in tempore vesperi erit lux. Dies illa septima est, quę nescit occasum, ille verus*  
 N n 2 dies

*Rom. 1.*

*Hebr. 13.*

*Iosue 10*

*D. Greg.*

*D. Ambr.*

*Psal. 83.*

*Zach. 14.*

dies est, cuius versus sol Christus nunquam occidit. Noster enim dies nocte clauditur, dies vnus, qui vno semper ac immobili tempore perseverat, vnus, qm̄ sicut nunc fluens facit tempus, ita nunc stans æternitatem, quia semper in eodem instanti perseverat. Quare Deo qui æternus est, omnia sunt præsentia, quia illud nunc ac instans æternitatis omnia secula ambit comprehenditque. Vnde

*D. Aug.* Augustinus, ait Deus cui nec præterita transeunt, nec futura succedunt. De quo dic. 2. Petri. 3. Ipsi gloria nunc, & in die æternitatis, amen. & Psal. 117.

Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea, quoniam ordinatione diuina dies ille non solum sibi, sed & beatis omnibus in æternum perseverat, per omniaque secula dies ille ducetur. (Quoniam omnia seruiūt tibi.) Quod

*Ambros.* solum ibi verificatur. Vnde Ambros. hic ait, Videtur enim significare diem illum gloriæ, quando nox non erit amplius, non indigebit lucernæ, vel solis lumine, quoniam Dominus illuminabit eos, vnde subdit, quoniam omnia seruiunt tibi, hoc est, Dei faciunt voluntatem; nunc enim non omnes seruiunt ei; cum autem tradiderit regnum

*1. Cor. 15.* Deo & patri, tunc erunt subiecta ei omnia. 1. Cor. 15. Qui sibi vniuersa subijciet acquirens omnium fidem per vniuersi passionem, subiectio ergo mētium facit sedulam seruitutem: Ergo cum omnes crediderint in Dominū Iesum, tunc vniuersa Deo seruiēt, vt sit Deus omnia in omnibus; nunc autē non omnes sunt serui Dei, quia plerique serui sunt peccati; qui enim peccatum facit, seruus est peccati: Dominus autem non vult cum alijs consortium habere dominatus; permanet ergo dies immutabilis. Potuit dicere, permanebit, sed prophetis futura pro præsentibus præsto esse videbantur in spiritu. Hæc Ambros. Igitur seruus Dei

ser-

seruitio Dei se totum debet subijcere, omnium creaturatum exemplo, quoniam omnia seruiunt ei præter hominem, qui inter cæteras creaturas rebellis ac contumax contra Deum est. Vnde de hoc compunctus atque confusus iustus subdit.

VERSUS QUARTVS.

*Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea.*

**C**onsiderans persona hæc, quæ cognoscit vitam suam in mandatorum Dei obseruatione consistere, vitamque animæ suæ inde pendere, cum subinde videat creaturas omnes obsequi voluntati illius, præcipuè quas numerauit, nempe quæ perpetuæ sunt, quales sunt cælum, terra, tempus, & successus generationis ad seipsum, mētē suam voluens ac cernens se inter pretiosiores Dei creaturas conditum esse, immortalem gerere animam, ac perpetuæ beatitudinis ac æternæ felicitatis compotem, & quod his omnibus prætermisissis Dei mandatis contraire audeat, illumque omnium opificem, quem reliquæ venerantur creature, ipse solus continere præsumat, & quod de eo dicatur illud Iob, 15. Terrendit aduersus Deum manū suam, & contra omnipotentē roboratus est, (que tenga el hombre manos para Dios) adeo confunditur, compungitur, ac affigitur, vt nisi legis Dei meditationi inuiteretur, perisset forsitan in hac afflictione sua; nam conferendo conditionis humanæ miseriam, ac inconstantie suæ fragilem lapsum cum persistentia aliarum creaturarum, inobedientia Dei forsitan desponderet animum suum, ac

*Iob 15.*

N n 3 de vita

de vita animæ suæ desperaret, nisi in lege Dei fueret, quæ penitentibus redditum, ac recuperationem promittit, diceretque cum Ecclesia; Desperarem nisi scirem misericordias tuas. Vnde alia littera habet. Nisi quæ lex tua delectatio mea est, quod idem est in sensu, quoniam meditatio rei delectabilis delectationem parit; & quidem sensus huius versiculi clarus est, etsi clarior appareret legendo absque, quodd. Hoc modo. Nisi lex tua fuisse meditatio mea: tunc fortè perijsem in humilitate mea, ut est etiam illud Psalm. 93. Nisi quia Dominus adiuuit me: paulò minus habitasset in inferno anima mea, clarius diceretur: Nisi Dominus adiuuisset me. Humilitas autem hoc in loco pro afflictione sumitur. Vnde Hieron. vertit, fortè perijsem in pressura mea, & Felix. Quidem diuinæ legis meditatio animum in aduersis roborat, in pressuris consolationem præbet; quare ut quis Deo seruire dignè valeat, hoc etiam debet habere, ut sit frequens in sacri eloquij studio, nam per sanctorum exempla, quæ ibi scripta commemorat patientia nostra valde prouocatur. Vnde Diuus Gregor. 2. moral. capite 1. sic ait: Scripta sacramentis nostræ oculis, quasi quoddam speculum opponitur, ut interna facies nostra in ipsa videatur; ibi enim sæda, ibi pulchra nostrâ cognoscimus, ibi sentimus quantum proficimus, ibi a profectu quantum longè distamus, narrat fortia gesta virorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum; dumque illorum victicia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia corda nostra confirmat, fitque verbis illius, ut eo minus mens inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum triumphos videt, non nunquam vero non solum nobis eorum virtutes asserit, sed etiam casus innotescit, ut in victoria victorum,

quid imitando arripere, & rursum videamus in lapsibus, quid debeamus timere. & D. Ambrosius super hunc versum sic ait; Athleta nisi officio palestræ prius fuerit assuefactus, non audet subire certamen. Vngamus igitur oleo lectionis nostræ mentis lacertos, sit nobis tota die & nocte exercitius in quadam celestium scripturarum palestrâ; artusque animorum nostrorum salubris spirituum terculum esca confirmet; ut cum aduersarij assilere ceperit, & puluere nos sue tentationis asperferit, stemus intrepidi; melius percutimus verberati si percutienti maxillam alteram præbeamus, si vindictam non requiramus, sed ei qui dixit; Mihi vindictam, & ego retribuam, causam vindictæ reseruemus. Cedimus aereas potestates si nosmetipsos castigare nouerimus; exerceamus certamen, ut simus certamini semper parati, & cū frequentior aduersarij ictus ingruerit, nunc inopia, nunc rapina, nunc orbitate, nunc corpus ægritudine, nunc merore animi, nunc terrore mortis, & acerbitate penarum dicat vnusquisque nostrum, qui potuerunt sustinere. Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc fortè perijsem in humilitate mea. Ac subinfert exempla plurima ex scriptura Iob, Ioseph, Isaiæ &c. & Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum ait: Ama sacrarum scripturarum studium, & carnis vitia non amabis: lex enim Dei armat animam, & in meditatione, & in sermone. In meditatione, ut hic dicitur. & 1. Petri. 4. Christo igitur passio in carne, & vos eadem cogitatione armamini. In sermone, ut 2. Machabeorum ultimo. Singulos eorum armauit ludas non clipei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & hortationibus. Diuus August. ait; Nisi quodd. lex tua &c. Ista lex fides est, non inanis fidei, sed quæ per dilectionem operatur. Galat. 3. Per hanc

D. Ambrosius.

Rom. 12.  
& Deuteronom. 32

D. Hieronymus.

1. Petri. 4.  
2. Machabeorum ultimo.D. Augustinus.  
Galat. 3

impetratur gratia, quæ fortes facit in tribulatione temporali, ne pereant in humilitate mortali.

Sed aduertendum, quod particula, fortè, non videtur haberi in Hebræ. solùm enim est particula, az, quod iuniores vertunt, tunc, vt iam, & in Græco est tunc vtique, & videtur forrè sententiæ officere. Nec enim dubitandum est, quia pereunt dum sit legis diuinæ meditatione sublata. Vide

*D. Ambrosius.* Diuus Ambrosius interpretatur; Alioquin perijisset in humilitate mea, quod certitudinem indicat, ac non dubitationem.

*D. Hieronymus.* Attamen Diuus Hieronymus transtulit, fortè, nec est semper nota dubitandi, quia ex quodam tropo loquendi insinuat quicquam inconstantia voluntatis nostræ, quasi dicat; Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc insurgens fortis tentatio debilem & inconstantem, vt pote meditatione legis destitutum, funditus perdidisset; & hæc est sententia Hilarij in hunc locum, qui non semel forsitan repetit: quod ne quis diffidat (ait) frequenter admonuimus humiliatione id significari, cum tentationibus anima subiecta est, & infirmitati suæ derelicta humilis efficitur, lex ergo ei meditatio est, & nisi meditatio fuisset forsitan in humilitate perijisset; non est ergo meditatio legis, cum tribulamur, & angustiamur, relinquenda, sed cum varijs corporum infirmitatibus affligimur, cum inter persecutionum bella vexamur, constans in nobis debet legis esse meditatio. Vrant enim licet in excidium fidei ignes, lacerent quoque ad periculum salutis flagella, effodiant quoque ad eliciendam impietatis confessionem redempta à Deo corpora vngulæ, dicti tamen prophetici meminisse debemus, vt cõfortes ipsius simus. Dicamus & nos patientes atque vincentes; Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc fortè perijisset in humilitate mea, hæc Hilarius.

¶ Sed

¶ Sed secundo aduerte, quod forte, vel forsitan, non dicit incertitudinem consequentis, sed antecedentis, vt Sophon. 1. Querite Dominum, si quomodo, vel si fortè intueniatis eum; incertitudo in antecedenti sita est; nam si quaeseris Dominum, vt debes, absque dubio inuenies illum; quod Dominus Samaritanæ explicuisse videtur, cum ei dixit Ioan. 4. Tu forsitan petijisses ab eo, & daret tibi. Vbi forsitan, in antecedenti est, non enim est dubium, quod qui rectè à Deo petit accipiat, sed quod dubitari potest est, an tu rectè peras. Sic in proposito; Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc fortè perijisset in humilitate mea: dubitatio ac incertitudo in antecedenti est, nempe si lex Dei fuerit meditatio tua; nam si hoc incertum est, etiam & salus tua erit incerta. Vide Diuus Ambr. 2. de Penitentia. c. 5. vbi multa testimonia scripturæ affert, in quibus forrè, & forsitan, non dicitur incertitudinem, aut dubitationem, sed potius maiorem addunt certitudinem.

*Sopho. 1.*

*Ioan. 4.*

*D. Ambrosius.*

VERSUS QVINTVS.

*In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.*

**H**unc versum inducit Aug. quasi præcognitionem beneficij haberi ex meditatione legis, quasi dicat. Quia per meditationem legis tuæ non perij in afflictione, & humilitate mea, sed magis fui iustificatus; ideo huius nunquam obliuiscar, nec à memoria elabi poterit lex tua, quæ iustificat in æternum, hoc est in æterno meo, id est, in tota vita mea; vel in æternū, hoc est, in cæ-

*D. Aug.*

lo,

lo, ubi in æternum uiuitur, memorero tanti beneficij. Ibi enim, sancti memores beneficiorum Dei, quibus ad tantū bonum pertracti sunt, in eius laudibus totos se incessanter effundūt, & certè homines ea in quæ studiū impēdit, memoriæ tradere debent, ne obliuioni tradantur. Sicut, n. cibus in stomacho receptus, & statim reiectus, nihil homini proficit, sed magis lædit stomachum; sic & lex Dei audita, vel lecta, si memoriæ non tradatur: Nam & olim Deus præceperat, vt nullatenus legis suæ obliuiscerentur, sed q̄ mandatum illud ante oculos eorum penderet: hæc enim erant phylacteria illa, quæ Pharisei dilatabant, nimirum quòd à pilo capitis pendebant duæ papir, quibus mandatum de dilectione Dei & proximi continebatur scriptum, & hæc ante oculos eorum uolabant. Et Proverbia, dicitur; Fili nri ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiant. Nam si sic feceris (subiungit inter alia) misericordia (nempe Dei) & veritas te non deserent. Sic Hebr. legunt; Et statim circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui; hoc est, firmiter & vndiq̄ue tibi adhære, semperq̄ue tibi sint præ oculis, velut quod circundatur collo, & à collo dependet, vndiq̄ue hominem cingit, semperq̄; ob oculos versatur. Describe non in tabulis æreis, vel lapideis, in qualibus lex Moysi fuit scripta, sed in tabulis cordis tui: hoc est, imprime eas sic in corde tuo, vt eas ibi semper legas, nec obliuioni tradas. Sed de exequendis semper cogites, & intuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, & hominibus; hoc est, si hoc feceris gratiosus eris, & bonæ intelligentiæ apud Deum, & homines. Et vt hic adnotauit Diuus Ambros. Pascha primum celebratum est in Aegypto, & antequam de potestate Pharaonis liberarentur, agnus occisus est; & post ingressam terram promiss-

*Similitudo.*

*Prou. 3.*

*D. Ambros.*

promissionis idem pascha repetitum ac celebratum est; quod quidem vt memoria tanti beneficij institutum fuit, vt nos doceremur, quod in hac vita in qua adhuc sub Pharaonis potestate sumus, hoc est, diaboli, & mundi tentationibus, ac carnis agitationibus expositi, meminisse oportet legis Dei, qua iustificamur, & à qua gratiam, vt à tot malis eriperemur, recipimus; & in futura, quæ per promissionis terram significatur, etiam apud beatos tanti beneficij memoria celebratur, cum se à dæmonis potestate totq̄ue, ac tā magnis periculis erutos, ac liberos se gratia Dei vident, & quia per obseruantiam legis Dei viuificati sunt, dicit; In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Secundo ex eodem Diuo Ambros. aduertendum, quòd hic vocat legem Dei iustificationes, non quia lex vetus ex se ipsa iustificaret, sed quia hanc iustificationē, quæ per legem nouam adimplenda erat, significabat. Quare circumcisio, quæ præcipuum sacramentum, ac præceptum illius legis erat, vocatur à Diuo Paulus Roman. 4. signum: Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, eo quod significaret, quòd in semine Abraham benedicendæ erant omnes gentes, & quod per Christum, qui ex semine eius nasciturus erat, consequi deberet vera iustitia, quæ ex fide est Christi. Signaculum autem dicitur signum aliquod occultans id quod reuelandum est amicis, vt patet in literis sigillatis; & secundum hoc dicitur Apocalypsis 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere librum, & aperire signacula eius. Claudebatur ergo sub signaculo circumcisionis secretum incarnationis Christi ex semine Abraham. Quare & Theologi dicunt, quòd in sacramentis veteris legis passio Christi operabatur per modum causæ finalis, in nobis vero

*Idem D. Ambros.*

*Rom. 4.*

*Apoc. 5.*

verò per modum causæ efficientis; nam finis mouet in intentione, quoniam finis in intentione apprehensus mouet ad opus, nec oportet, vt sit præsens effectui. Causa autem efficiens præsens effectui est, & ipsum contingit ac efficit. Finis legem.

Rom. 10.

(ait Paulus) fuit Christus; ad illum ergo dirigebatur intentio præseorum patrum per fidem implicitam, quam de eo habebant, & fides illa Christi, quam in suis cæremonijs profitebantur, cum coniuncta erat charitati iustificabat eos. Sacramentorum quippè nihil aliud erat, quàm figura iustitiarum, quæ per Christum habenda erat. Sed in sacramentis nouæ legis operatur per modum causæ efficientis, quæ præsens est effectui, & ideo nostra sacramenta ex opere operato (vt dicunt Theologi) hoc est, ex se ipsis iustificanc. Non autem vetera, quæ vacua à gratia erant, nostra verò & gratiam in se ipsis continent, & eam verè suscipientibus conferunt, vt ait Concilium Florentinum.

Cõc. Florent.

VERSUS SEXTVS.

*Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.*

**S**extum, quod verus Dei seruus habere debet, vt in secundo versu huius octonarij proposuimus, id est, vt Dei misericordiam toto corde expostulet, vt præcepta legis implere possit, sine qua nec Dei iustificationes intelligere valemus, nec commendare memoriz; & quia humilitas facit exaudibilem orationem, secundum illud Eccles. Oratio humiliantis se penetrat cælos. ideo primo se totaliter Deo subiiciens dicit; Tuus sum ego. Omnia quidem, secundum

Eccles. 35.

secundum potestatem sunt Dei, secundum imitationem non omnia sua sunt. Superbus non Dei, sed suus vult esse; ideo perdit, quod est; sed humilis Dei vult esse, & ideo conseruatur in esse. Vnde August. hic ait, Non leuiter transeundum est, quod ait; Tuus sum ego, quid ergo non est Dei? an forte, quia in cælis dicitur esse Deus, ideo putandum aliquid in terra non esse eius, cum alibi Psal. dicat; Domini est terra & plenitudo eius; quid est ergo, quod iste ita quodam modo familiari se Deo commendandum putauit? vt diceret; Tuus sum ego, saluum me fac; nisi intelligi volens, quod malo suo suus esse voluerit, quod est inobedientiæ primum & maximum malum, & tanquam dicens; Meus esse volui, & perditum me feci, tuus sum (inquit) saluum me fac, quia iustificationes tuas exquisiui, non voluntates meas quibus fui meus, sed iustificationes tuas, vt essem iam tuus. Deus non nostra, sed nos vult, vt Paulus, non quæ vestra sunt, sed vos.

D. Aug.

Psal. 23.

1. Cor. 12.

Quincus Fabius, maximus Romanorum Imperator, cum ad eum auri & argenti munera per legatos ex quadam prouincia misissent, vt eum placarent, respondit; Populus Romanus non aurum, sed dominos ac possessores auri sub suo vult esse dominio. Sic omnium Imperator Deus non nostra, sed nos; hoc est, non bona temporalia nostra, sed cor quod dominatur eorum, sibi donari petit. Quo mihi multitudo victimarum vestrarum? plenus sum. Ob hoc enim non rectè diuisit Cain, vt supra retulimus, quia semetipsum sibi, externa autem bona Deo dabat, cor à nobis exigit Deus: Fili præbe mihi cor tuum. Id dixit Abraham, Genesis decimoquarto: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Id tibi dicit Deus tuus; Da mihi cor, & animam tuam, cætera tibi sunt: In me sunt Deus vota tua, ait noster Propheta Psal.

Isaia 1.

Prout 2.

Gen. 14.

*Pfal. 55.* *Pfal. 55.* Hoc est in me ipso sunt, quæ tu vis, nimirum cor, & anima mea. Quam pauci verè possunt dicere, Tuus sum ego. Obsecro patienter auscultate D. Ambrosii sententiam, quæ si prolixa aliquantulum sit, gravitate tamen sermonum prolixitas compensatur. Facilis vox (ait) & communis hæc videtur, tuus sum ego, sed paucorum est, rarus est, qui Deo dicere possit, tuus sum ego. Ille enim hoc dicit, qui adhæret Deo totis sensibus, qui aliud cogitare non novit. Ille hac voce vitur, qui potest dicere; Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. nūquid hac voce vitur avidus pecunie honoris, potestatis? multis non est satis Deū scire. Et quid pluribus? tanti populi, tantarum nationum, tanti diuites, paupertatem putant Domino seruire, & qui supra omnes est illis exiguus & angustus est: illis non est satis Dei filius, in quo sunt omnia ille denique diues in Evangelio, cui dictum est, *Matt. 19* vis perfectus esse, vade, & vende omnia &c. Deum sibi sufficere non iudicavit; denique & contristatus est, quasi plus esset quod relinquere iuberetur, & quod minus esset eligere. Ille ergo solum dicere potest, tuus sum ego, qui dicere potest, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Apostolorum itaque hæc vox est, non tamen omnium Apostolorum, nam & Judas Apostolus fuit & in conuiuium inter Apostolos Christi recubebat, dicebat & ipse, tuus sum, sed voce non corde. Venit, & intrauit in eum Sathanas, & cepit dicere, non est tuus o Iesu, sed meus. Denique ea quæ mea sunt cogitat, quæ mea sunt pectore suo voluit, tecum epulatur, tecum pasceatur, à te panem accipit, à me pecuniam, tecum bibit, & mihi tuum sanguinem vendit, tuus est Apostolus, & meus est mercenarius. Non potest dicere secularis, tuus sum; plures enim dominos habet, venit libido, & dicit; meus es, quia ea quæ

sunt corporis concupiscis, in illius adolescentulæ amore te mihi vendidisti, in illius concubitu merecitis pretium pro te enumeravi; venit auaritia & dicit, argentum & aurum quod habes seruitutis tuæ pretium est, possessio quam tenes, iuris tui emptio, venditio libertatis tuæ est: Venit gula, & dicit, meus es, vnus diei conuiuium pretium vitæ tuæ est. Ille sumptus epularum tuus est summa contractus. Et quod peius est, carne emptus es, vilior cibo es tuo. Pretiosior est vnus diei mensa tua, quam totius temporis vita; inter calices te redemi, inter epulas acquisisti; Venit ambitio, & dicit tibi, plane meus es, nescis, quod imperare te alijs feci, vt mihi ipse seruires? nescis quod potestatem ideo tibi contuli, vt meæ subicerem potestati? an ignoras Domino nostro dictum; Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me? ante ergo subiecitur qui alios vult habere subiectos: Veniunt omnia vitia, & singula ei dicunt, meus es: Quem tanti reputant vile mancipium est: quomodo ergo tu qui huiusmodi es poteris Christo dicere, tuus sum? Respondebit tibi ille; Nolo habere seruum pluribus dominis seruientem; nam quomodo meus es, si verbis mihi dicas, tuus sum, & operibus neges? Non est meus quem libido succendit, quia mea castitas est; non est meus, quem cura spoliandi minoris excogitat, quia mea est largitio; non est meus, quem avara mobilis inquietat, quia mea est tranquillitas; non est meus, vini crapula temulentus, gloriæ secularis ebrius; pax sum ego, litigare non noui; non est Christi, nisi qui alienus est à crimine: qui enim plures dominos habet, non potest Christo dicere, tuus sum ego: & ideo Psalmista, vt ostenderet qua ratione quis dicere potest Christo, tuus sum ego, adiungit. Iustificaciones tuas exquisiui, quasi dicat, ille verè tuus est, qui nihil aliud extra

Gula.

Ambitio

Matt. 4.

Libido.

te quaerit. Solum quaerit iustificationes tuas, id est mandata tua perficere, haec omnia elegantissimè ac sanctissimè Ambr. in hoc Psalmo concionatur.

*D. Ambrosius.* ¶ Sed secundo aduertendum, quod in hoc versu videtur responsum dari quaestioni factae. i. Reg. 30. ubi dicitur; Cuius es tu, vel unde & quò pergis? ita quaesuit Dauid à quodam peregrino: & haec ita quaerit Christus à nobis. Et ad primam interrogationem responder dicendo, tuus sum ego. Ad secundam cum dicit, saluum me fac, quasi dicat, Ego sum de terra saluandorum, scilicet ciuis Ierusalem causam verò viae, vel finem propinquum ostendit, cum dicit; Quoniam iustificationes tuas exquisiui. sed ille à quo quaesuit Dauid contrariū respondit, & multi inter Christianos, ita respondere possunt; dixit enim; puer Aegyptius, id est fatuus, mundanus, seruus sum viri Amalechitae, id est, diaboli lingentis sanguinem, exiuimus ad australem plagam, hoc est ad prosperitatem mundi.

¶ Animaduerte tamen, quod tam iusti quàm peccatores Dei sunt, licet diuersimodè valde. Dicitur enim impij esse Dei, quia per potentiam suam eos derinet puniendos. Iusti autem sunt Dei, quia inter boua & amabilia sua computantur. Vnde

*Sap. 15.* Sapient. 15, dicitur; Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam, hoc est infinitatem potentiae tuae, quia impios sub iustitiae tuae ordine contines. Et si non peccauerimus, scimus, id est, firmissima fide credimus, quia apud te computati sumus, id est, numerati & electi, vt in caelis aeternaliter praemiamur; In hoc gaudere, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelis: ubi aduertendum, quod istud dicitur praecisè de electis, quorum numerus soli Deo cognitus est, vt docet

*D. Augustinus.* August. in Enchirid. cap. 22. & Ecclesia in quadam collecta dicit: Deus cui soli cognitus est numerus electorum

electorum in superna felicitate locandus. Sed obserua, quod proceres atque diuites homines aliter possident modica & vilia, aliter pretiosa & nobilia. Haec enim computata habent, & ad numerum certum redacta, ne aliquod eorum pereat, illa tamen & si possideant non tanti pendunt, nec computant, nec in numero habent. Nec enim scit qui ditissimus est, quot acieulos habeat in domo sua. Scit tamè quot aurea, vel argentea vasa. Ad hunc modum se habet Deus circa reprobos & electos. Nam licet omnium numerum nonerit, tamen electorum numerum quasi praedefinitum, & de prima intentione computatum habet. Reprobos verò quasi res viles nulliusque momenti, quasi nullius essent numeri, parui pendit, nec ea diligentia, ac proposito qua electi numerantur; vnde Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus: quare Boetius lib. 1. Arithmet. loquens de diuisione numeri per diminutum & superfluum & perfectum dicit; In his est magna similitudo virtutis & vitij, perfectos enim raros inuenimus numeros, sed superfluos & diminutos, multos & infinitos. Perfectus enim numerus est, qui ex omnibus partibus suis aliquotiens simul sumptis constat, sicut est numerus senarius, qui continet numerum binarium, & ternarium; & binarius ter sumptus, & ternarius bis bis sumptus ipsum numerum senarium constituit, & infra centum millia non sunt nisi quinquae tales numeri, & quia tanta est malorum copia, non tanta cura est Deo, vt numerentur, sicut de electis, qui inter pretiosissima Dei vasa continentur: in magna enim domo sunt vasa aurea, & argentea, & fictilia (ait Paulus) haec non habentur in numero ea diligentia qua alia. Isai. de iustis cap. 13. dicit: Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo, & bene dicit vir; quia sicut lex ordinabat antiqua, mulieres & paruuli non numerabantur, sed soli viri.

O o Ita

*Simile.*

*Eccles. 1. Boetius.*

*2. Tim. 2*

*Isa. 13.*



Ita apud Deum effœminati, & ad virilia opera molles, inepitq; non computantur inter pretiosa, sed tantum viri qui aduersis, ac iniquis suggestionibus viriliter resistere audent. ¶ Ultimo aduertendum, quod in Hebr. sic legitur; Ego tibi sum, sicut illud Cant. Dilectus meus mihi, & ego illi. nam per hoc insinuatur amor amicitia; qui reciprocus est, & inter Deum & hominem locum habet.

Cantic.

VERSUS SEPTIMVS.

*Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi.*

**S**eptimum quod athleta Domini debet habere, id est, quod aduersis non cædat: nam ars hominis ex eius operatione probatur. Fortitudo in pugna, seruitus in obedientia; arbor quæ omni vento cedit, signum est non adeo fixè radicatum esse; homo qui omni aduersitati flectitur, non firmum habet fundamentum in Dei amore. Vnde Paul. Ephes. In charitate radicati & fundati. Quare ait hic Psal. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me. Tamen ego firmus, stabilisq; permansi; nam subdit, Testimonia tua intellexi. Intelligere est intus legere, ac si diceret: Intus radicata mandata tua semper recondita seruauit: quapropter in aduersis rectus ac firmus permansi: vel ideo versus præcedenti dixi; Saluū me fac, quoniã me expectauerunt peccatores insidiantes latenter, vt perderent me, faciendo consentire peccato. Obserua. Aliter expectat nos Deus, aliter diabolus; Deus nos expectat, vt saluet; diabolus, vt perdat. Isa. 30. Propterea expectat Dominus, vt miseretur; de diabolo dicitur Job 40. Absorbabit fluiuium,

Isa. 30.  
Job 40.

fluiuium, hoc est dissolutos, & habebit fiduciam, quod insinat Iordanis (idest vir iustus) in os eius, & Psal. 9. Insidiatur in abscondito quasi leo in specula sua. Hierem. 3. In vijs sedebit expectans nos quasi latro in solitudine, (Es caçador de espera.) Vnde Iob; Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus; non dormit, licet fingat se dormire, vt nos imparatos pleno agmine adoriatur; sed sub vmbra nos expectat, hoc est in tenebris peccatorum, in vmbrosis locis, vbi veritas non docetur. Peccator odit veritatem, in tenebris ignorantia; amat sedere. Vnde patres nostri statim vt peccauerunt, sub vmbra ficulnæ fugientes delitescere voluerunt: nam qui malè agit, odit lucem. In secreto calami, ca'amus virorem præfert extra, licet intra vanus sit, delicia; sunt diaboli hypocritæ, & illi qui in exterioribus, & cæremonijs tantum se bonos ac religiosos ostendere satagunt, cum tamen in corde vacui omni virtutis medulla sint, contra quos iustus holocausta medullata promittit ostere Psal. 65. idest, opera pinguia, quæ ex deo uotionis ac amoris pinguedine proficiuntur, ne de eis dicatur illud Isaia 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Nam, sicut arundo, quolibet commouetur appetitu, quia vanum absque charitatis medulla gerit cor. Vnde subdit, in locis humentibus. (Al beuedero, al abreuadero, como à pajaros,) idest, in corporis voluptatibus eos expectat vt capiat: loca humida luctuosa sunt. In hæcibus, & libidinosis obscenisque voluptatibus, vt postquam eos acceperit (con pautanas) vt in bello sit, exultet contra eos & impropereans, ac sibilans dicat illud Teren. 2. Omnes inimici tui sibilauerunt, & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt, deuorauimus. En ista est dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus. sed contra eos

Psal. 9.

Hiere. 3.

Iob 4.

Psal. 65.

Isaia 29

Teren. 2.

ait iustus: Testimonia tua intellexi, non solum ore versavi, sed iustus legi ac meditatus sum; non in cortice, vt Pharisei, sed iustus in spiritu legi, intelligens legem tuam in spiritu præcipue seruandam esse, hoc est in charitate, quæ est anima & mens legis tuæ.

VERSUS OCTAVVS.

*Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.*

*Secundus  
Intellectus  
huius ver-  
sus.*

**D**upliciter intelligi potest carmen istud, vel iunctim, vel diuisim, hoc est, vel cū connexionē partis posterioris cū priorē, vel secundum diuisionem partium. Hoc secundo modo hunc facit sensum; Omnis consummationis, hoc est, omnis rei finitæ, consummatæ siue creatæ vidi finem, sed tuum mandatum est nimis latum; finem eius nequeo comprehendere, eo quod per omnia secula firmum permaneat, nec aliquem habeat finem, sed ad æternitatem Dei obseruatores suos perducit. In reliquis autem nihil tam perfectum & absolutum inueni, quod non haberet finem; quare Paul. 2. Cor. 13. ait, Charitas nunquam excidit. nã per tale mandatū charitatē intelligit, vt statim videbimus. Itaque secundum hunc sensum consummatio accipietur pro ipsa re consummata, vel pro re creata. Vnde & aliqui cum infinitiuo verbi substantiuilegunt sic; Omnis consummationis vidi esse finem, sed quoniam secundum hanc huius versus intelligentiam videretur significari quædam aduersatio inter duas eius partes, satis primo modo interpretandus est, vt sit sensus. Vidi finem omnis consum-

2. Cor. 13

mationis, nempe mandatum tuum latum nimis, vel qui finis est mandatum tuum, & hoc est, quod præcedenti versu prædixerat se intellexisse de mandatis Dei. Dicitur autem charitatis mandatum nimis latum, quoniam ad omnes se extendit, omnes mortales comprehendit atque circuncingit, imò & vsque ad inimicos protelatur, atque extenditur. Ab eo etiam vniuersa lex pender atque Prophætæ; quare ad Romanos 5. diffusam dicit charitatem in cordibus nostris, quod enim diffunditur, dilatur, & charitas dilatur atque amplificat cor, vt ad omnes & ad omnia charitatis officia se ipsum extendat. Deniq; Prouerb. 10. dicitur, Odium suscitatur iras, & vniuersa delicta operit charitas. Quod & de proprijs delictis & de alienis intelligi potest; de proprijs quidem, quoniam per charitatem remittuntur omnia, secundum illud Lucæ 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum; de alienis, quoniam per charitatem condonantur, atque teguntur. Nam charitas Christi facit, vt & iniurias & aliena delicta aduersum nos commissa condonemus, & ea quæ contra nos non sunt cooperiamus, secundum illud ad Colossen. 3. Donantes inuicem, sicut & Christus donauit nobis. Et prima Petri 4. Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. & Psalmo 31. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum resecta sunt peccata, hoc est condonata, idem enim est tegere, ac condonare, & alia litera dicit ex Hebræo; Et super omnes rebelliones operiet charitas. est enim charitas rebellionum, atque dissensionum pacificatrix, lites, atque bella componens, omniumq; animos pacare contendit, verbis regens discriminum occasiones, minuens ea quæ ad iracundiam alios prouocant, blandoq; sermone

*Charitas*

*Rom. 5.*

*Prou. 10*

*Lucæ 7.*

*Coloss. 3.*

*1. Pet. 4.*

*Psal. 31.*

deliniens ardua. Nam homo omnium animalium nobilissimum amore potius, quam vi trahitur; unde *Prov. 15* de *Proverb. 15*. Sermo mollis fragit iram. Verba quippe amorem redolentia mitigant furorē: quāvis mo & hanc addere rationem poteris, charitatis præceptum latum dicitur, quoniam amor viam vitam quæ arcta est latam nimis ac spatiosam facit. Vnde *D. Augu- stinus*. *D. Augustinus* super illud *Matth. 11*. Iugū meum suave est, & onus meum leve, ait, Amanti facile est suaue est, non amanti difficile; vnde & *Iacob. Patrici* videbantur dies tot laboribus pleni præ magnitudine amoris. Est etiam latum, quoniam in hac vita adimpleri non potest in tota sua latitudine, ut *D. Augustinus* docet, & quia nullus modus in amore est, quia modus charitatis est sine modo diligere, ut ait *Bernardus*. Quare latitudinem tempore prohibitus est *Propheta Ezech.* metiri, quoniam charitas, quæ hanc latitudinem efficit, nec modum, nec mensuram habet. Hoc ergo amplissimum charitatis præceptum reliquorum præceptorum, imo & omnium operum virtutum finem, dicit esse *Propheta*, cum ait: Omnis cōsummationis vidi finem; latum mandatum tuum nimis. Ac si diceret; Finis cuiuscunque perfecti operis charitas est.

In principio huius octonarij dixerat vir, qui in eo loquitur, quod omnes res creatæ in Deum tãquam in finem omnes operas, ac officia sua dirigunt; ac demum concludit, quod omnia præcepta tam naturalia quam diuina, ac in vniuersum omnium virtutum opera in talem etiam finem tendere debent, ut sic & ipse homo se suasque actiones in eum protendere satagat. Vocat autem opera præceptorum, ac virtutum consummationes, quoniam quælibet virtus perfectum, ac consummatum opus habet in suo genere; nam virtus est (ait *Philosophus*) quæ bonum facit habentem, & opus eius reddit

reddit bonum; vnde & patientia dicitur *Iacobi 1*. habere opus perfectum; harum autem virtutum finis est charitas, quæ dicitur latum mandatum valde, quoniam omnia in vltimū finem tendunt, quem charitas immediatius inter omnes virtutes in se ipso attingit; nam fides ostendit eum, spes facit tendere in eum, charitas nos vnit Deo; nam ideo dicitur vinculum perfectionis, quia nos vltimo coniungit fini, ac tanquam vinculum illi nos vnit, in quo omnis nostra perfectio consistit: virtutes autem Theologicæ præminent moralibus, quia habent Deum pro immediato obiecto, inter quas excellit charitas, ut *Paulus* docet; vnde idem *Paul.* prima ad *Timotheum* primo ait; Finis præcepti est charitas, quare idem erit dicere. Omnis consummationis vidi finem; latum mandatum tuum nimis, ac si diceret: omnium virtutum viri Christiani finis est charitas; Sed ut omnia consonent, & ea quæ à principio huius octonarij prælibauimus prosequamur, obseruandum censeo, quod inter eas conditiones, quas *Dei* athleta habere debet, ex quibus septem in præcedentibus versibus numeratæ sunt, octaua hæc est, quod in omnibus actionibus suis pro fine Christi habere debet. Ipse quippe omnis consummationis & omnium præceptorum, ac virtutum finis est, secundum illud *Ecclesiast. 43*. Consummatio autem sermonum ipse est in omnibus. Et *Paulus* ad *Rom. 10*. Finis enim legis Christus. Sed aduertendum, quod dupliciter dicitur res aliqua consummari, vel quia consumpta est, & finem habuit, ut cum homo moritur, dicimus consummati; vel quia suam perfectionem adeptam est, ut cum iam domus ædificata est, dicimus consummatam esse domum; ille moritur, & dicitur consummari: ista in sua constituit perfectione, atque etiam consummatam dicimus. Viroque

modo Christus omnis consummationis dicitur finis; nam ipse omne consummatum malum, atque interemit, & omne bonum perfecit, & consummatum, & in sua ultima perfectione posuit. Mors ibi consummata est, atque deleta; nam ut dicit Paulus. Absorpta est mors in victoria; cum iam mors triumphum palmam adepta videbatur, Christo detesta est (quito le la victoria de las manos) atque per Christum absorpta ac resoluta in vitam mors est, ita quod iam ferè & nomē & officia mortis amiserit. Ero mors tua, o mors, quia iam non mors, sed vita nuncupaberis; nam per te in vitam iusti transibunt æternam. Unde & dies mortis iustis, dies natalis eorum dicitur, quasi tunc ad vitam nouam renascantur; quare ab eo die iusto dicitur, quod non videbit mortem, quia iam illi non mors, sed vita est. Eo enim momento, quo clauditur oculus ad hanc vitam, aperitur ad æternam, quare Psal. Omnis consummationis vidi finem, id est, mors quæ omnia consummabat, per Christum consummata est; quo circa, & ipse Dominus in cruce dixit, Consummatum est, quo verbo mors omnia consummans, consummata est; imò & peccatum ipsum, quod verè malum est, omnesque mortales inuaserat, atque consumpserat, per Christum etiam deletum atque consummatum est. Quoniam iustificatio per ipsum expleta fuit, ut multotiens docet Paulus. Prisci patres atque Prophetæ nunquam ausi sunt dicere peccatum iam esse consummatum, sed quod per Christum deletum erat; unde Angelus qui loquebatur ad Danielem cap. 9. sic dixit; Septuaginta hebdomadæ abbreviatae sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consumeretur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deletur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio

quo & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum. Septuaginta hebdomadæ annorum quater centum & viginti septem annos constituitur, quando Christus occidendus erat, & sua morte abstergenda iniquitas. Unde D. August. ait. Quis alter dicere poterat, peccatum consummatum esse, nisi qui ut peccata deleterat consumptus est; consummatum est peccatum, quod omnia debebat per Christi mortem, quia consumptum est, omnis consummationis videri finem, id est peccati, quod corporis & animæ consumptionem attulit. ¶ Vel tertio imperium dæmonis, qui omnia tyrannide quadam possederat, finem habet. Ioan. 10. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras; finitus est puluis, consummatum est miser, defecit qui concubabat terram. Extraham te Draco magne de medio fluminum, in quibus habitas. A cælo semel expulsus in terris possessionem acceperat, venit Christus ad terram, & ab ea ipsum dæmonem deterruit, ab obsessis corporibus eum expellendo, atque ab animabus per gratiæ infusionem eliminando. A terra expulsus aerem perijt, ascendit Christus in aera, subeundo patibulum, & ab aere etiam deturbavit eum ad inferna detrusum, ibi descendens spoliavit, ubique debellavit, ubique deuicit, cum spoliatis principibus & potestates, traduxit eos triumphans confidenter in semetipso. Consummatum est ergo imperium dæmonis, & qui omnia consummabat, finem habet.

De secunda significatione huius nominis, etiam verificari potest carmen istud; dicitur res consummari quando perficitur, & in ultimo perfectionis vertice collocatur. Primo ergo in Christi morte hominum malitia consummata est, atque ultimum attingit malignitatis punctum: quoniam usque ad ipsum Deum peruenit, quo nihil altius excogit-

D. Aug.

Ioan. 10.

Ipsa. 16.

Eccl. 29

*Psal. 7.  
D. Aug.*

excogitari potest: vnde Psalm. 7. Consummatur nequitia peccatorum. Vbi Augustinus ait, rursus consummatam fuisse, quando in ipsum Deum ausi sunt homines manus iniicere. Et vt id manifestius appareat, attende primò, ministrum tanti facinoris sic electum Iudam fuisse, qui non solum discipulus eius, sed & vnus ex duodecim selectis fuit, cum quo dulces capiebat cibos, in domo Dei educatus, in eius mensa nutritus, in eius schola doctus, cui potestatem super aëreas potestates dederat, à quo & virtutem miracula faciendi acceperat, cui & secreta crediderat, abdita quæ, atq; diuina mysteria reuelauerat: hic tormentibus clarus loco tanti beneficij, tot mala reperdit, retrius facinus excogitari nequit. Deinde qui ei parauerunt mortem, ex electo eius populo fuere, in quo tot congresserat beneficia, tot contulerat bona, quorū infirmis salutem reddiderat, mortuis vitam, cæcis visum, leprosis mundiciem, quos tali doctrina pauerat, talia quæ, ac tãta inter eos mirabilia fecerat, vt facild esset tot argumētis eius cognoscere dignitatem, nisi inexcusabilis malitia eos excæcasset. Immane scelus quidem est hominem vitam priuare, immanius innocentem occidere, sed vt semper ascendat iniquitas, immanissimum esset hominē vtilē rei publicæ crudelissimis cruciatibus enecare; quòd si super hæc omnia addideris talem hominem esse Deum, non erit plus vltra quo hominum nequitia, imò nec demonū, furiarumque inferni procedere queat. Hominem ergo talem spūis oblitum, flagellis cæsum, spinis punctum, colaphis illusum, totque modis iudicibrio habitum, in cruce agere, retrius facinus quod esse poterit? Consummatum est ergo omne malum, quoniam malitia hominum supremum iam attingit punctum, omnis consummationis, hoc est om-

est omnis malitiæ hic visus est finis, quoniam vltra procedere iam non valet. Consummata ergo atq; perfecta est malitia peccatorum. Vnde postquam gustauit acetum dixit, Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum, ac si dicat. Iam vltra ascendere immanitas vestra non valet, cum hominem in supplicio iam vltimum spiritum efflaturum, cui & commilereri decebat, nouis tentatis affligere modis, aceto ac felle potatis, quem aliter reficere deberetis, vt perferre possit quæ patitur. Item vt supra diximus, per consummationem intelliguntur virtutes, quæ opus perfectum & consummatum habent in suo genere. In Christo ergo, & in eius cruce qualibet virtus ad verticē euecta est. Magnificum opus prudentiæ, vt pro omnibus vnus moreretur, vnus mors omnium hominū repararet vitam. Expedi vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Prudentia est, quæ medium in omnibus virtutibus ponit; quodnam convenientius medium ad salutē hominum quam mors Christi? Vnde Aug. 3. de trinit. c. 20. Verum etiam ostendamus non alium modum possibile Deo defuisse, cuius potestati omnia æqualiter subiacent, sed sanandæ miseriæ nostræ convenientiorem alium non fuisse. Vnde Christus à Paulo Dei virtus, & Dei sapiētia predicatur, quoniam in eo maximè prudentia, atque sapiētia diuina splendet. Fortitudo etiam hic emicat, quæ medium, inter timorem & audaciam constituit, ne timere pericula mortis adoriantur; Christus Dominus timuit, horruitque in orto mortem, cum opus fuit ad veritatem carnis suæ ostendendam; & ne temerè mortem aggredi videretur, prius expauit, naturaleque desiderium conseruandi vitam in oratione explicuit; ac cum opus fuit, fortiter hostibus obuiam venit, patientissime.

*Ioan. 19*

*Ioan. 11*

*D. Aug.*

*Aristot.* tiffimeq; ludibria, flagella, atque acerbissimam mortem sustinuit. Et ut Arist. docet precipuus fortitudinis actus est sustinere, & potior quam aggredi: qui ergo tot sustinuit cruciatus, fortissimum merito dicit debet. Vnde & leoni propter fortitudinem comparatur in sacris literis. Genes. 47. Apocal. Quid de iustitia dicam? de qua Philo sophus dicit, quod nec hesperus est sicut illa. Et in morte Christi plusquam Sol splenduit, cum ad vnguem seruata fuit, imò & superabundauit. Homini quippe debitum, quod ipse soluere non potuit, supereffluenter Christo solum est; qui & de rigore iustitiæ satisfecit, & ad plenum Dei iustitia deducta est, cum quodlibet Christi opus ratione diuinæ personæ, quæ operabatur, infiniti valoris, immensæque fuerit satisfactionis, quare Christus Dominus appellatur virga in sacro eloquio, Isaïæ, 11. Egredietur virga de radice Iesse, & ascendet sicut virgultum coram eo; Fuit quippe iustitiæ Dei virga, in qua rectitudo diuinæ iustitiæ ostensa est. Apprehendens enim crucis virgam manibus suis; vniuersam Dei iustitiam adimplenter taliter quod ad plenum pro homine satisfecit, iustitiaque Dei consummata fuit, ut ipsemet Dominus Ioanni in baptismo dixit: Sic decet nos implere omnem iustitiam. Vnde & Psalmista, Psal. 22. dixit; Deduxit me per semitas iustitiæ: & ut ostenderet quod de iustitia quam Christus in cruce manifestauit, loquebatur, subiungit: Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hoc est *Rom. 8.* crux Christi, quæ pro me integrè satisfecit. Quid plura? proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum, quò sublimior iustitia Dei euehi potuit, quæ & ipsum vnicum Dei filium paribulo appendit; quare tantum beneficium nunquam à memoria hominum excidere fas erit, *secun-*

secundum illud sapientis consilium; Gratiā fidei uisoris tui ne oblitiscaris, posuit enim pro te animam suam. At charitas, hic etiam consummata fuit, quia in finem dilexit nos; Maiorem charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis, ait Dominus; sed maiore tu Dñe habuisti (inquit Bernardus) qui & pro inimicis occisus es: Commendat autem charitatē suā Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus: secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Hoc enim fastigium charitatis est; vnde in ferculo illo, quod sibi fabrefecit Rex Salomon, in supremo loco erat charitas. Cant. 6. sic dicitur; Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate constrauit; propter filias Ierusalē. Media, ait, hoc est (la boueda) quod supremum est, charitate constrauit, ad quam tamen charitatem per ascensum purpureum ascenditur, hoc est, per sanguinē passionis quem pro inimicis etiam effudit. Tam forti amoris uexu coniunctus fuerat Ionathas cū *1. Re. 18* Dauide, ut ei & arcum suum, sagittas, atque gladium donauerit, imò & vsque ad balthenum, & suis se spoliauerit uelimenti, quæ & illi tribuit: dignebat enim eum sicut animā suam. O ineffabilis charitatis ardor Dei filij erga nos, quibus in tanti amoris symbolum vitam, atque animam suam tribuit, quæ per baltheni significabatur, sicut enim balthenus vestes colligit, atque constringit; sic & anima corpus, atque eius membra solida collecta, atque contracta seruat: Discinctus ergo apparuit in cruce, cum vita functus, eam pro nobis expendit, arcum, sagittas, atque gladium dedit, cum crucem, quæ arcus fuit, lanceam, clauos, atque flagella & spinas nobis etiam contulit ad salutem, *suas*

suus se ad literam spoliavit vestibus, quæ in sortem militibus deueniunt; quod amplius ascendere valet charitas? hic apex, hic vertex, ac fastigium eius est. Rectè, ergo Propheta omnis consummationis se vidisse finem dicit, cum omnium virtutum (quæ in fine hominem collocant) finem, atque supremam perfectionem in Christi passione præiugit. Consummatum est, quia omne opus virtutis hic suam adipiscitur perfectionem.

Ultimò, Omnis consummationis vidit finem, quoniam ipsum Christum, qui omnis perfectionis, atque consummata rei est finis, in cruce consumptum vidit. Consummatum est ille, qui omnibus rebus initium dedit, omnium rerum principium finem accipit, finis vniuersorum finitur, consummatum factus est omnibus obtemperantibus eum causa salutis æternæ. Hebr. cap. 2. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passionem consummari; sicut ergo ille omnia, quæ ad meam salutem artinebant consummat, ita & ego quæ ad eius cultum pertinent, perficere debeo. Vita consummare, omniumque virtutum opera ad perfectum adducere teneor.

Hebr. 2.

DECIMVSTERTIVS  
Otonarius.

- 1. Mem *Quomodo dilexi legem tuam Domine : tota die meditatio mea est.*
- 2. Mem *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.*
- 3. Mem *Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.*

Super

*Super senes intellexi : quia mandata tua ex-* 4. Mem  
*quisui.*

*Ab omni via mala prohibui pedes meos : vt* 5. Mem  
*custodiam verba tua.*

*A iudicijs tuis non declinaui : quia tu legem* 6. Mem  
*posuisti mihi.*

*Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, su-* 7. Mem  
*per mel ori meo.*

*A mandatis tuis intellexi : propterea odiui* 8. Mem  
*omnem viam iniquitatis.*

INCIPIT TRACTATUS  
Decimustertius.

VERSUS PRIMVS.

*Quomodo dilexi legem tuam Domine : tota die meditatio mea est.*

Hic propheta tamto afficitur legi.



**I**N hoc octonario Propheta induit personam tanto affectu inharētis legi Dei, vt in ea continue occupetur: quæ persona explicatur in hoc primo versiculo, cum dicit (Quomodo dilexi) quod non interrogatiuè, sed admiratiuè legendum est; ac si diceret, o quomodo, vel quantum dilexi legem tuam Domine. Litera autè quæ huic additur octonario est, Mem, tē significat tercia decima in Alphabeto Hebraico. Quæ primo significat viscera. Per viscera autem in Scriptura

vt in ea continue occupetur. Mem, id est significat tercia decima in Alphabeto Hebraico. Quæ primo significat viscera. Per viscera autem in Scriptura

significat

significatur charitas, iuxta modum loquendi Ap-  
*Philip. 1* stoli, ad Philip. 1. Testis mihi est Deus quomodo  
*Luca 1.* vos cupiam in visceribus charitatis. & Lucae 1. Per  
 viscera misericordie Dei nostri in quibus visitauit  
 nos oriens ex alto. Interpretatur etiam ex ipsis,  
 vel ex intimis, vel ignis, per quæ omnia charitas  
 intelligitur, quæ tanquam ex intimis medullis cor-  
 dis accenditur; ipsa enim est, de qua Ieremias sub  
*Thren. 2* hac litera dicit Thren. 2. De excelsis misit ignem  
 in ossibus meis, & erudinit me, quia unctio chari-  
 tatis, quæ docet de omnibus, facit super senes in-  
 telligere, & eloquia Dei dulciora super mel &  
 fauim reddit, vt in hoc octonario dicitur. Et quod  
 per ignem charitas intelligatur, ipse Dominus Lu-  
*Luca 12* cæ 12. explicuit dicens; Ignem veni mittere in ter-  
 ram, & quid volo nisi, vt ardeat? Hæc est autem ve-  
 ra dilectio, quæ ex intimis medullis cordis proce-  
 dit. Nam quæ in ore solum versatur, mendacium  
*1. Ioan. 4* potius assentantium hominum est. Vnde 1. Ioan-  
 nis 4. Fratres diligamus non verbo, nec lingua,  
 sed opere & veritate. Nam sicut veritas specula-  
 tiua est, cum intellectus adæquatur ad rem, ita  
 veritas practica erit, cum verba consonant menti;  
 sunt quæ fidelissima transcriptio originalis verita-  
 tis, quæ in animo est. Alias verum erit tritum illud  
 prouerbum quod dicitur, Osculor ipse manus  
 quas vellem cernere truncas. In præcedenti qui-  
 dem octonario de obseruandis mandatis Dei plu-  
 ra præmiserat: in hoc autem de dilectione eorum  
 loquitur, vt intelligatur, quod non ex timore, sed  
 ex amore ea obseruat; quare cum illi sinem impo-  
 sisset, dicendo; Latum mandatum tuum nimis  
 hic explicat, quod charitas sit hæc latitudo, cum  
 subdit, Quomodo dilexi. Ex dilectione quippe  
 mandata Dei obseruare debent, non ex timore.  
*D. Am- brosius.* Vnde hic ait Ambr. Qui diligit, ex voluntate facit  
 quæ

quæ sibi sunt imperata, qui autem timet ex necessi-  
 tate. Itaque Dominus operationes seruulorum  
 suorum spontaneas probat, potius quam coactas.  
 Ideo ex seruis liberos facit, vt magis voluntatum  
 nostrarum munera, quam necessitatem obsequij  
 proferamus. Cum dicit, Domine, quasi testem ip-  
 sum ostendit, quia diligendo legem etiam ipsum  
 legislatorẽ diligit. Sed quæri potest, quomodo di-  
 ligitur lex quæ homini aduersatur, sicut dicitur  
*Matthæi 5.* Esto consentiens aduersario tuo cito, *Matth. 5.*  
 id est, legi diuinae. Ad quod sapiens. Prouerb. 9. re- *Prou. 9.*  
 sponder cum dicit; Argue sapientem & diliget te,  
 quo contra de stulto dicitur cap. 15. Non amat  
 pestilens eum qui se corripit, bene ergo dicit, quo-  
 modo dilexi legem tuam, quia lex diligibilis est,  
 eo quod lumen præstat eunti, secundum illud Pro-  
 uerb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & Sapiẽ. *Prou. 6.*  
 6. Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis po- *Sapient. 6*  
 pulis. Et certè lex naturalis valde diligibilis est;  
 quoniam, vt in primo versu primi octonarij docuimus,  
 proportionẽ connaturalitatemquæ; habet cum ho-  
 minis ratione, atque natura; amor autem pondus  
 quoddam est, quod in sibi adæquata propenditur:  
 lex euangelica est lex gratiæ, lex amoris, ipsa secum  
 suam dilectionem portat: in dextera eius ignea lex,  
 in dextera vbi locus est fauoris, noua lex apparet.  
 quæ ignea hoc est amabilis est, vt pote filijs data,  
 cum vetus seruis fuerit posita, & ideo in sinistra erat;  
 sed quoniam lex vetus ad nouam dirigebatur, dilectum quæ;  
 atque amabilem Christum ostendebat, ob hoc et diligibi-  
 lis erat, præter hoc quod à Deo optimo maximo  
 data fuit, cuius opera, vt pote valde bona secun-  
 dum se maximo amore digna sunt. (Tora die me-  
 ditatio mea est.) Per diem hic significare videtur  
 (ait Ambrosius) quod ei qui in lege meditatur Dominus,  
 semper dies est, & lumen sine defectu, quod nullæ  
*D. Am- brosius.*  
 pp tene.



tenebræ noctis interpellent; & fortasse illi qui no-  
 uum testamentum non recipiunt, in nocte lege-  
 runt, & ideo nescierunt nec intellexerunt; unde &  
 saluator ne nos etiam legeremus in tenebris ad-  
 monet, dicens, Ambulandū in die, quia non offen-  
 dit qui in die ambulat, qui autē ambulat in tene-  
 bris scrupulū offensionis inuenit. Dicitur autem  
 Ioh. 11  
 tota die, vel toto tempore, quia omnis sancta actio  
 D. Aug.  
 legis est meditatio, ut dicit August. in glo. quicquid  
 sancte agitur, meditari legem est, vel sicut dicitur,  
 Oportet semper orare & non deficere, hoc est sta-  
 tutis horis ad orandum & meditandū, sic statuta  
 temporibus & cōgruis semper meditanda lex Do-  
 mini est. Vel si vis tertio, tota die & toto tempore  
 meditanda lex diuina est: quoniam in quolibet  
 negotio gerendo præ oculis semper habenda est,  
 ne verbo, vel facto ab ea, vel tantillum separeris.  
 Pro. 6.  
 Unde Prouerbiorum. 6. dicitur, Ligā eam in cor-  
 de tuo iugiter, & circumda gutturi tuo, cum am-  
 bulaueris gradiatur tecum, cum dormieris cu-  
 stodiat te, & euigilans loquere cum ea. Et conuenit  
 Deut. 6.  
 hic locus cum eo quod est in Deutero. cap. 6. Estit  
 (inquit Moyses) verba quæ ego præcipio tibi ho-  
 die in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & me-  
 ditaberis sedens in domo tua, & ambulans in in-  
 nere, dormiens, atque consurgens, & ligaberis ea  
 quasi signum in manu tua, eruntque & mouebun-  
 tur inter oculos tuos, scribesque ea in limine, &  
 ostijs domus tuæ. Quare nō satis mirari queo Chri-  
 stianorum ignauiam locordiamque, qui cum tale  
 tantumque negotium in manibus gerant nempe  
 continuam meditationem mandatorum Dei, quæ  
 ad æternam perducit vitam, adeo otio inertiaque  
 vacent, ut cū negotia secularia non habēt in qui-  
 bus occupentur, otiosos se existiment, nihilque  
 quod gerant se habere putent, quasi vel in æternū  
 viuere,

viuere, aut perire nullū negotiū sit, & non potius  
 omniū maius, atque porissimū, Simile est regnum  
 eglorū homini negotiacioni quærenti bonas mar-  
 garitas, Mat. 13. Hoc est Christiani hominis nego-  
 tium, quod nullum secum compatitur otium, cū in re-  
 bus tanti pōderis versetur; quare ab ore orthodo-  
 xi viri verbum hoc absit, otiosus sum, quia non  
 habeo negotia quæ gerā, cum erga maxima ato;  
 periculosa negotia versari debeat, nempe suæ sal-  
 uationis æternæ, quā per obseruantiam mandato-  
 rum Dei cōsequitur. Obserua quod quilibet apud  
 se querere & inuestigare debet quomodo diligit le-  
 gem Dei, & suam conscientiam de hoc sepius in-  
 terroget: nam quidam diligunt legem Dei merce-  
 nariè lucri gratia, ut quæstuosi prædicatores, qui  
 virtutis vultus fingunt, obtentu diuitiarū, atque  
 prouentuum. De quibus. 1. Tim. vlti. Hominum  
 mente corruptorum, qui à virtute priuati siue  
 existimantes quæstum esse pietatem; Corruptioni  
 mentis attribuit Paulus hanc existimationem,  
 Sap. 15. Existimauerunt Iulum esse vitam no-  
 stram, & conuersationem vitæ compositam ad lu-  
 crum, & oportere vndeccunque, etiam ex ma-  
 lo acquirere. Mich. 3. Sacerdotes eius in merce-  
 de docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuina-  
 bant. Alij diligunt legem curiosè contra quos  
 Paul. 1. Timoth. vlti. O Timothee depositum custo-  
 di denicans prophanas vocum nouitates & oppo-  
 sitiones falsi nominis scientiæ, quam quidam  
 appetentes circa fidem exciderunt. Hi sunt qui  
 Euangelicas veritates quasi philosophicas & pro-  
 phanas quærunt, quare Dominus Iesus coram  
 Herode nec verbum protulit, quia curiositate  
 quadam eum interrogabat, & expectabat ab eo  
 eadem vana curiositate aliquod signum videre.  
 Alij eam diligunt vanè, nempe quia inde inflatu-

Mat. 13

1. Tim.  
vlt.

Sap. 15.

Mich. 3.

1. Tim.  
vlt.

- i. Cor. 8.* tur. 1. Corinth. 8. Scientia inflat. Prouerb. 25. Mel  
*Prou. 25* inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Tunc maximè inflat mel, quando cum pane calido comeditur, sic scientia cum inani gloria. Alij legem amant luxuriose, nempe  
*Eze. 33.* vt in ea delectentur sicut in carmine. Ezech. 33. Est eis verbum Domini quasi carmen musicum, quod suauiter dulciq; sono canitur. Alij simulatoriè & fictè, vt boni videantur ab hominibus, vt  
*Isa. 58.* Pharisei, contra quos Isaia. 58. Me etenim de die in diem quaerunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit. Alij nequiter, nempe vt alios possint peruertere. Psalm. 7. Et in eo parauit vas mortis. Hoc est in actu sacrae scripturae. Non tamen sic diligenda est lex: sed vt sponsa, vt soror, & vt amica. Sapien. 8. Quæsiui eam sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius, in cuius signum doctoribus, atque magistris datur annulus in manu, quasi qui cum sapientia sponsalia contrahant. Prouerbiorum 7. Dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. Item diligenda est, vt dilecta à Dño nostro. Sap. 8. Dominus omnium dilexit eam.  
*Iob 28.* Item vt quædam omnium bonorum vena. Iob. 28. Habet argentum venarum suarum principium, & auro locus est in quo conflatur, & subiungit; Glebæ illius aurum, & supra, Beati qui scrutatur testimonia eius: nimirum sicut illi, qui aurum in glebis scrutatur. Item sicut miles diligit arma sua.  
*Hebr. 4.* Hebr. 4. Vitus est enim sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio accipiti. Denique vt thesaurus, Prou. 2. Si quaeris eam quasi pecuniã, & sicut thesaurus effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini. Quia igitur sic dilexi eam (ait propheta) tota die meditatio mea est, quia Matth. 6. dicitur; Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum.

(Tota

(Tota die,) Ecce perseverantiam Psal. 24. Oculi mei semper ad Dominum. & Psal. 1. In lege eius meditabitur die ac nocte, hæc est autem vera contemplatio, cui nullum falsum admisceri potest, sicut in contemplatione humanæ scientiæ multa falsa commiscentur; & quia ita lex Dei meditatio iusti est, subiungit.

*Psal. 24.*  
*Psal. 1.*

VERSVS SECVNDVS.

*Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.*

**I**ste versus duplicè habet sensum. Primus est, vt propheta mandato Dei edoctus & prudens effectus: amorem suum etiam ad inimicos extenderit; nam hæc dictio (super) quandoque significat propensionem animi ad rem supra quam est, sicut Psal. 40. dicitur; Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem; id est, qui cogitat & curam accipit de illo. Aliquando vero significat excessum & superexcellentiam rei, supra quam est. Vt Psal. 53. Super inimicos meos despexit oculus meus. Et secundum vtramque huius vocis significationem poterit explicari carmen istud; Secundum primum intellectum hunc reddit sensum. Super inimicos prudentem me fecisti; id est, mandato tuo sic me fecisti prudentem, quod super inimicos meos animus meus propenditur ad eos diligendos. Prætidèbar iam propheta & quasi à longe salutabat illustrem illam salutiferamque doctrinam, quam in monte optimus magister Christus docuit, cum Matth. 5. clamabat. Audistis, quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, Ego autem

*Dictio*  
*super.*

*Psal. 40.*

*Psal. 53.*

*Mat. 5.*

P p 3 dico

dico vobis; Diligite inimicos vestros &c. Ad eò hò-  
 minum malitia increuerat, atque ad eò facinorosa  
 mortalium conditio mundum inuaserat, vt ratio-  
 nis luce offuscata in ipsos radios solis impinge-  
 rent, & ea quæ iuris naturæ erant mandata, vel  
 omnino abolerent, vel prauè intellecta, dum riu-  
 diorum animos ea docent, erroribus offuscates  
 darent. Inter alia autem monstra, quibus mūdum  
 dilaniandum commiserant, hoc vnum fuit, quod  
 sicut amicis debebant benefacere, ita & inimicos  
 odio prosequi, atq; in eos vindicari deberet; quod  
 idem est ac si quis tibi suaderet, vt temeripsum di-  
 luuias moribusque brachia ac cætera membra  
 lacerares atque confringeres. Nam cum omnes  
 homines vnum commune corpus, nempe vnam  
 rem publicam constituamus, & præcipuè Christia-  
 ni, vt Paul. docet, si liberam haberes potestatem pro-  
 prio arbitrio atque libidine alium interimere, vel  
 percutere, vel aliquouis modo iniuria afficere, vt  
 liuoris tui vindictam ab eo sumeres, suatum te pu-  
 rareris, vt membra huius corporis dicerperes, con-  
 fringeres, perderes, corpusque commune destrue-  
 res: ita nec communis atque polytica vita consta-  
 ret, nec homines in republica vitæ agere possent,  
 sed more bestiarum in abditis delitescerent filuis,  
 vt aliorum hominum rabiem declinare valerent;  
 qua lue quæ maior excogitari posset? Contra quos  
 Isa. 9. dicitur; Vnusquisque carnem brachij sui vo-  
 rabit, Ephraim Mauassem, Manassès Ephraim. Hos  
 Cicero. 1. errores primum gentilitas obæcata docuit. Cicero. 1. de off. docet virum bonum esse, qui quibus po-  
 test prodest: nocet nulli nisi læssitius iniuria, vbi  
 vindictæ propria facultas tribuit vito probos; dein  
 de etiam inter ipsos Iudæos supernaturali lumine  
 illustratos, ac diuinis legibus eruditos, hæc pestis  
 serpsit atq; conualuit. Pharisei quippè qui populo  
 placere

Isa. 9.

Cicero. 1.  
de offic.

placere volebant difficiliora legis à quibus vulgi  
 animus abhorrebat in ea, quæ sibi placitura cen-  
 abant commutabant, cum & ipse populus, Isa. 30. *Isa. 30.*  
 conclamaret; Loquimini nobis placencia, videte  
 nobis errores, quibus arriserant assentatores illi  
 prophæti que legis Dei prædicatores: sed Christus  
 Dominus, qui lumen mundi venerat, vt tenebras  
 separaret à luce, ascendens in montem, tanquam  
 è publico suggestu, hos resurgens errores, hanc no-  
 bis veram doctrinam proposuit dicens: Audistis  
 quia dictum est antiquis &c. ego autem dico vo-  
 bis; Diligite inimicos vestros &c. Venit enim opti-  
 mus magister & doctor, vt hanc amoris charita-  
 tisque citharam, temperaret, quamlibet fidem sine  
 chordam in suæ consonantiar puncto collocans,  
 insuper & arrem docens, quibus fides tactæ cõcin-  
 num placidum que sonitum in aures hominũ im-  
 mitterent. Olim Aegyptij geroglyphicis picturis  
 documenta sua memoriæ mandabant, antequam  
 characteres adinuenti essent; vnde vt amicitiam si-  
 gnificarent citharam pictam ostendebant; sicut  
 enim ex vocum proportionabili consonantia mû-  
 sica constat, sic & ex animorũ equabili concordia  
 amicitia cõflatur, quid autem erit lex diuina, que  
 tota amoris est, nisi quædam lira vocum dulcissime  
 sonantium suauitate mirabilisq; ac concinna me-  
 lodia temperata, gratum animi auribus sonitum  
 ingerens influens que? Sed tamè vt tale instrumen-  
 tum concordem proferat melodiam duo necessa-  
 ria sunt, & quod fides ipsa quælibet in suo puncto  
 proportionabiliter collocata sint; si enim ea quæ  
 dicitur prima laxetur, quarta vero aut quinta eue-  
 harur, dissonum valde sonitum in ipsa melodia ef-  
 ficient. Et etiam quod arte tangantur, qui enim  
 absque musicæ industria fides percutit, non con-  
 sonas, sed confuse dissonas voces fidium efficit.

*Matth.  
ubi sup.*

Hæc duo omnium magister nos docet; Chordam proprii amoris nimis euectam eleuatâq; tunc temporis habebant homines; docebant quippè adeo propria cōmoda exequenda, vt & proprios patentes perire porius pateretur, quam ipsi vel minimū incommodū præsentirent: è contra vero dilectionis proximi chordam adeo laxatam submissamq; habebāt, vt ad inimicos nullatenus sonitū daret, quare intemperatū inconcinnumq; sonitū emittētebāt: Christus Dominus proprii amoris chordam laxauit atq; submisit dicēs; Quod seipsum debebat homo odio habere, vt saluet animā suam; proximi autem lineam siue fidem euexit, atque in eodem puncto quo proprii amoris erat chorda collocatam docet; Diliges proximū tuum sicut te ipsum, imo & vsq; ad inimicos extendit sonitum, vt ad illos etiam concors hæc proferatur musica. Insuper & docet artem, quo fides tangendæ sunt, nempe charitatem & amorem tali tenore, ac industria, qua & citharæ fides percutiuntur. Si enim vnā percutis, non debes aliam tangere, cuius vox cum ea non coeat atq; conueniat, aliās inconcinna facis melodiam; sed quælibet per se tāgatur, vel cum ea percutiatur amica vox. Pharisæi talem ignorabant industriam, consulesq; percutiebant fides, vocēsq; ipsas inconcinne confundebant; non distinguere sciebant inter hominem & inimicū, sed confusè vtrunq; damnabant, cum tamen aliter considerandus est homo, aliter inimicus; inimicus ipse quatenus homo amore prosequendus, quatenus inimicus euitandus est: prima vox tangenda, secunda minimè, quia dissona est; hoc charitas docet, quam Christus prædicat, quæ ars atq; magistra huiusmodi musica est; inimicus quippè naturam habet, quæ bona est; habet & nequitiam, quæ dissona vox est; illam charitate percutit, quoniā inimicus

cus

cus quatenus homo proximus est atque charitate diligendus, licet quatenus inimicus euitandus, quā nequitia dissona & improporionata vox est, quare Pau. 1. Cor. 13. ait, quod sine charitate factus est velut æs sonans aut cymbalum tinniens: sed lex Dñi vocatur Psalterium decem chordarum, secundum illud Psal. 149. In Psalterio decachordo psallā tibi. quoniam hac arte percutiuntur omnes decem chordæ, nempe charitate, cum in duobus mandatis dilectionis Dei & proximi vniuersa lex includatur. Satis autē prouisum tibi putes erga aduersarios tuos si quatenus inimici sunt & tibi infesti eis resistere possis, ac te inculpa è defendere; sicut satis prouisum esset à natura igni, vt aquæ in frigiditate possit resistere, in hac enim tantum contraria est illi. Inimicus non tibi aduersatur in natura, sed in malitia, hanc deuota, illam serua, nihil enim tibi nocet, sed sicut prudens medicus infirmitati medicare, infirmum autem superstitem dimittit. Id enim efficit medicus, flebotomiam. n. atq; potionem amarā sectionemq; membrorū ad hoc ordinat, vt pessimis euacuatis humoribus sanus superstesq; infirmus remaneat. Hanc à Deo edoctus veritatem dicebat: Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, hoc est, id lex tua docet mandataq; vt et inimicis meis bene prospiciā, quatenus homines proximiq; mei sunt, & hoc emolumentum affert assidua legis Dei meditatio.

Ceterum licet sensus iste pius proficuisq; sit, tñ proposito magis congruit, vt intelligatur secundo modo, nempe quod per mandatū Dei prudentior euadit iustus super oēs inimicos suos; quare ibi mādato, est in ablatiuo, hoc est dicere, per mādatum tuū super inimicos meos doctior euado; ac si diceret, diuitijs tuis alij diuor sum. Per inimicos autē hic intelligit omnes qui Christo aduersantur, vel

in de.

1. Cor. 13

Ps. 149

in doctrina, vel in moribus, quoniam huiusmodi vera defituri sunt sapientia, quæ ex sola lege Dei comparatur. (Quia in æternū mihi est.) nimirum hoc mandatum tuum: mali enim generari in salutē, quos filijs Agar confert Pau. Gal. 4. ex Dei mādato temporalia quæsierunt, & ideo temporaliter seruiunt, non æternum est illis Dei præceptū iusti vero ipsū legislatorem pro præmio expectant, quare mandatum illis æternum est, & hæc est dilectio, quæ in tabulis cordis scripta manebit in æternum, cuius præmium est dilectus.

## VERSUS TERTIVS.

*Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.*

**T**antum effert doctrina legis Dei homines, qui eam obseruant, ut super omnes doctores & magistros eos eleuet. Per doctores hic intelligit Scribas & Phariseos, qui legem docebant, sed improbe, habebant. n. zelum Dei, sed non secundum scientiam. Rom. 10. ignorabant. n. Dei iustitiam, & sua quærebant statuere, & ideo iustitiæ Dei non erant subiecti, ut dicitur Rom. 9. Fides autē docet super istos doctores nos non ex iustitia, quæ nostris visibus acquiritur, sed ea quæ est Christi Iesu iustificari. Vnde idem Paul. docebat Philip. 3. Ut inueniar in illo non habens meā iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu. D. Aug. hunc versum de Christo Domino intelligit, nam quia membra & caput vnum corpus efficiunt, aliquando caput pro membris, aliquando membra pro capite loquuntur. Hoc enim sacramentum est explicatum

plicatum Gen. 2. Erunt duo in carne vna, Dicit ergo Christus Dominus: Super omnes docentes, id est, super oēs homines, qui me vel corpus meum, quod est Ecclesia docere putant, intellexi, id est, clariorem omnium habui scientiam, utpote doctus à Patre, ut ipse dicit, Quæ pater me docuit, hæc loquor. Ioan. 8. Quod secundum naturā humanam intelligi debet: & cum esset duodecim annorum in medio doctorum inuentus est à parentibus in templo, & interrogans illos; Stupebant autem omnes super doctrina & responsis eius. puer duodecim annorum, cum parum notitiæ rerum solent habere pueri, eo quod non tam perfecte consumptus est humor cerebri, qui eos impedit à perceptione specierum, vel saltem tunc aliqua clarius percipere inceptant, quàm antea: tunc ergo cū alij pueri addiscere incipiunt, ipse in admirationem rapiebat doctores ipsos legis atque docebat; quoniam ut ait Pau. ad Corinthi. Quod stultum est Dei sapientius est hominibus: quod enim apud homines reputatur stultitia, nempe pueritia, id in puerulo Iesu summa apparuit sapientia, quæ & ipsos confundebat sapientes. Virga Moyfi sapientum Aegypti virgas deuorauit, quoniam sapientia Dei omnem sapientiam extinguit; Stultamq; reddit; Perdam sapientiam sapientum; Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius sæculi? Ea quæ sub ipso erant replebant templum, Isa. 6. hoc est infima Dei, & quæ videntur redundare: ea templum adimplent, eiusque doctores in stuporem vertunt. Christus ergo etiam super hos doctores intelligit, quia testimonia Dei spiritualiter meditabatur, spiritualiter intelligebat, non secundum corticem literæ, ut illis; & ideo super omnes illos doctior erat.

VER-

Tractatus Decimustertius  
VERSUS QUARTVS.

*Super senes intellexi: quia mandata tua  
quæsiui.*

**H**oc est intellexi antiquam legem fuisse  
quasi fundamentum nouæ, vel figura,  
& umbra, vel venter vbi inclusa por-  
tabatur lex noua. Vidit Ezech. rotam  
in medio rotæ, hoc est, nouum testa-  
mentum in medio veteris, & spiritus vitæ erat in ro-  
tis, quoniam vtrumque testamentum à spiritu sancto est: &  
Christus Dominus dicit; Verba quæ ego loquor vobis,  
spiritus & vita sunt. Vel secundò, quod per senes in-  
telligatur antiquus populus Iudæorum, qui fatuitate  
& intellectus debilitate senuerat: Populus Gen-  
tilium iunior filius, quia regeneratus per gratiam, qui-  
*I. Pet. 2.* bus Apostolus Petrus. quasi modo gentis infantibus  
scribit: iste ergo populus super senes intelligit,  
quoniam verius ac spiritualius quam populus Iudæorum  
*Gen. 28.* legem penetrat. Iunior Iacob benedictionem præcipit  
seniori Esau, illoque in venatione occupato,  
eius indurus est vestimentis, & mitiores epulas parti-  
obtulit. Gentilis populus benedictionem surripuit,  
cum Spiritum sanctum visibiliter accepit, stola eius  
indurus est à Rebecca, quando illa Hierusalém ma-  
ter nostra stolam sapientie legis & Prophetarum gen-  
tibus dedit, à qua spoliatus remansit ille ob increduli-  
tatem suam. Accedamus ergo ad patrem, afferamus  
ei epulas mitiores patientie cibos, misericordie le-  
nitatem, suauitatem intellectus. Accipio benedictionem,  
præcipio fratris senioris gratiam spirituales.  
*D. Ambrosius.* Hæc Ambrosius. Quod Dominus comminatus est eis  
cum dixit; Auferetur à vobis regnum Dei, hoc est,  
sacrarium literarum intellectus, & dabitur genti  
*D. Augustinus.* facienti fructus eius. Diuus Augustinus etiam de  
puero

puero Iesu, sicut præcedens, hoc intelligit carmen:  
cum in medio seniorum puer sedet in templo.

Sed tamen omnes istos tres versus consequenter  
cum primo, sic intelligendos arbitror, quod  
ex magnitudine affectus ad legem Dei, quam in  
primo versu explicuit, plus sapientie ac intelli-  
gentie consequutus fuit, quam inimici impugna-  
tores veritatis Dei, qui omnino vera sapientia care-  
rent, quam doctores, qui ex acquisita scientia offi-  
cium docendi habent. Quam scientiam Paulus dicit  
stultam factam, quoniam in tota sua latitudine  
ad hanc supernaturalem sapientiam non pertingit  
atque absque ea hæc per supernam infusionem  
habetur. Vbi Sapiens? vbi Scriba? vbi inquisitor hu-  
ius seculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam  
huius seculi? vbi supra. & Isa. Perdam sapientiam  
sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo;  
imò & plusquam senes, qui ex longa experientia  
prudenciores debent esse alijs; nam puer cum pri-  
mum rationis usum attingit, atque articulos catho-  
licæ fidei profitetur, mandataque diuina re-  
fert, & ad obseruandum ea se præparat, plus om-  
nibus senioribus, qui hæc ignorant sapit, quoniam  
non experientia, sed cœlesti infusione hæc diuina  
sapientia parta est; imò & hoc verissimè dici po-  
rest, quod plus sapit & intelligit vetula pauper &  
miserula, quæ valde affecta est legi Dei, quam do-  
ctores Theologiae, quam seniores, & quam omnes  
impij seu hæretici impugnant veritatem Dei.  
Quod certissimum est de sapientia & intellectu,  
quæ sunt dona Spiritus sancti, quæ quidem do-  
cent proprie animæ salutem, qui est finis huius  
sacre doctrine. Vnde Ecclesiast. trigesimo septimo:  
Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam  
septem circumspectores sedentes in excelso ad spe-  
culandum. Quoniam iustus annuntiat, & sequi-  
tur

*Paul. ubi  
supra.*

*I. Cor. I.*

*Eccles. 37.*

ture que à Spiritu sancto accipit, cuius impulsu agitur, quem & in operando sequitur; sed qui huius seculi sapientiam sequuntur, multa contra bonum rationis dictamen, atque contra bene affectam voluntatem moliantur, quare ut in plurimum in malum cedunt; unde Proverbium prudensque consilium dimanat: Tu nihil invita dices faciesve Minerva. Et secundo, quoniam qui hac infusa sapientia se tegunt, humili subiectione gradiuntur, qui seculi sequuntur prudentiam inflati sensu carnis suæ tanquam in excelso loco positi, ut hic ait Sapientis, præcipites in mala corruunt. Per septem autem intelligit plures, ut est phrasia Hebræis, & voluit dicere, quod unus vir probus, qui Christi lege gubernatur sapientior multis seculi doctoribus erit. Hinc vox illa Augustini, cum Divi Antonij protipigia audivisset: Surgunt indocti & rapiunt cœlestium, & nos cum nostris scientijs volutamus in carnem sanguine. Unde & Danicli dixerunt cap. 13. Veni & sede in medio nostri, & iudica nos: Tibi enim dedit Deus honorem senectutis; hoc est, intelligentiam super senes: Spiritu enim sancto afflatus divina calebat.

D. Aug.

Dan. 13.

VERSVS QVINTVS.

*Ab omni via mala prohibui pedes meos: & custodiam verba tua.*

Cassiod.

**H**oc est à via horum, qui ignoraverunt mandata tua, vel impugnando, vel ob observando: sic Cassiodorus. vel à quocunque malo; nam quodcunque peccatum aduersatur legi, & qui in vno offenderit factus est omnium reus; qui enim declinat

declinat ab vno peccato, & in aliud relabitur, similis est homini, qui periculum ignis deuitat, & in aqua postea suffocatur. De quo Amos 5. dicitur; *Amos 5.* Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei versus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber: Huic similem facito hominem, qui vnum et adit peccatum, & in aliud prolabitur; nam si ob luxuriam non peccat, peribit propter auaritiam; & si ob auaritiam non damnatur, damnabitur propter superbiam. *Isa. 24.* Qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam; & qui se explicuerit fouea, tenebitur laqueo. *Prohibe ergo pedes tuos ab omni via mala, hoc est affectus tuos. Proverb. 1.* Prohibe pedem tuum à semitis eorum: debilis quippe est pes hominis, nec diu stare poterit nisi sustentetur à Deo. Unde Paulus *1. Cor. 10.* Qui se existimat stare videat ne cadat. non id Salomon faciebat, qui *Eccles. 2.* fatebatur non prohibuisse cor suum, quin omni voluptate sua frueretur, & oblectaret se in his, quæ præparauerat, sed de hoc consule, quæ supra diximus.

Amos 5.

Isa. 24.

Provb. 1.

1. Cor. 10.

Eccles. 2.

VERSVS SEXTVS.

*A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.*

**H**oc est non solum malum subterfugi, sed & bonum prosequutus sum, sciens quod in lege tua, & negatiua præcepta sunt, quæ prohibent mala, & affirmatiua, quæ obligant ad bonum. Iudicium autem actus est iustitiæ, quæ unicuique reddit, quod debetur ei. De quo supra. Vel secundo sic: Sicut ab omni via mala declinaui: ita contra à iustissimis

stissimis mandatorum tuorum decretis, non ad dexteram non ad sinistram deuiavi, quod non megin-  
dustrix arroganter tribuo, sed tuae gratiae dono, quia  
in corde meo descripsi legem, quae docet quid in  
omnibus faciendum sit: quae mandata tua dicun-  
tur, iudicia, quia iudicant, quid faciendum, & quid  
vitandum sit. Tertio sic, iudicia Dei vocantur, sicut  
dispositiones, quibus in praesenti vita istum pro-  
speris attollit, illum aduersis deprimit, vnum iusti-  
ficat, alium obstinatum damnat, & similia. Ille au-  
tem ab istis iudicijs declinat, qui ipsa non appro-  
bat iusta, & ille etiam qui in se ipso credit esse in-  
iusta; vt ille qui se dicit iniuste à Deo, vel pauper-  
tate premi, vel generaliter quicumque pressus, & in  
aduersis murmurans, quia omnis talis Deum dicit

Greg. 3. 2

iniustum, & Deum accusat, vt Greg. 3. 2. moral.  
cap. 6. docet. Dicit ergo iustus in hoc versu; Quia  
tu legem posuisti mihi, nempe humilitatis dicentem.

Matt. 11

Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: dico  
iudicia tua non reprobauit, sed flagellatus dixit. Co-  
gnoui Domine quia aequitas iudicia tua, & in ve-  
ritate tua humiliasti me.

Quinto, vt iste versus sit quasi reduplicatio pra-  
cedentis sub alijs verbis, vt idem sit dicere: Ab om-  
ni via mala prohibui pedes meos, & quod hic dicitur,  
A iudicijs tuis non declinaui; quia qui à iudicijs  
Dei non declinat, ab omnia via mala prohibet

August.

pedes suos: vnde hic ait Aug. Quid enim est aliud,  
à iudicijs tuis non declinaui, nisi quod alio loco di-  
citur, à iudicijs tuis timui perseveranter eis credi-  
di? & statim subdit causam dicens, Quia tu legem  
posuisti mihi. quasi dicatur, Tu interior intimis  
meis, tu intus in corde legem posuisti mihi spiritu  
tuo, tanquam digito tuo, vt eam non tanquam seruus  
sine amore metuerem, sed casto timore diligerem,  
& dilectione casta timerem; sic causa quare non  
declinaui

declinaui à iudicijs Domini, fuit, quia legem in  
corde suo dedit Christus. Hæc August. vnde Paul. Rom. 8.  
Rom. 8. ait, Non accepistis spiritum seruitutis ite-  
rum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis  
filiorum Dei, in quo clamamus, abba pater: ipse  
enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro,  
quoniam sumus filij Dei, si autem filij & hæredes.  
Tales ergo filij non declinant iudicia Dei extre-  
ma, quando hæc filiorum hereditas eis adiudican-  
da est; vnde Ecceles. 4. 1. de hoc iudicio in quo bo-  
ni præmittuntur accepturi sunt dicitur; O mors boni  
est iudicium tuum homini indigenti, noli metue-  
re iudicium mortis, de quibus iudicijs dicitur in  
Psal. vt supra retulimus; Exultauerunt filij Iudæ,  
propter iudicia tua Domine. mali vero libentissi-  
me hæc iudicia declinant si possent, cum dicent  
motibus, cadite super nos, & collibus, operite nos,  
Apoc. 6. Osee. 10. & Luc. 24. Iudex etiam & præ-  
latus hoc debent dicere, à iudicijs tuis non decli-  
naui, hoc est, iudicavi sicut præcepisti, quia tu legem  
posuisti mihi, nempe eam secundum quam iudi-  
care debeo, Deuter. 2. Ita parutum audietis vt ma-  
gnus, nec accipietis cuiusquam personam: Dei enim iu-  
diciu est. Er. 2. Par. 19. Iosaphat Rex id suos iudices  
docuit dicens. Videte quid faciatis, non enim homi-  
nis iudiciu est, sed Dei; Quoniam iudices loco Dei  
sedent, non enim est potestas nisi à Deo, ait Paul.  
Rom. 13. Sed pro dolor, quanto intervallo ab hac  
deo vanciuu Abac. 1. Lacerata est lex, non perue-  
nit vsq; ad finem iudicium; quia impius præualet  
aduersus iustum, propterea egredietur iudicium  
peruersum; nam cum sit iudicium iuste, statim ad-  
uocati contradicunt, & appellant aduersus iuste  
prolatam sententiam, & præualet contradictio, quia  
poterior facta est, vnde & præmittitur. Factu est iu-  
dicium,

Rom. 8.

Eccl. 4. 1.

Psal. 96.

Apoc. 6.

Luc. 24.

Osee 10.

Deut. 2.

2. Paralip. 19.

Rom. 13.

Abac. 1.

Qq



dicium, & contradictio potērior. ¶ (Quia tu legem posuisti mihi) Dupliciter hoc intelligi potest, ut supra octonario quinto docuimus, nempe ut sit sensus; Legem statuisti mihi, vel docuisti me idem etiā apud Hebr. hęc phrasıs significat, & sic venit Hieron. Quia tu illuminasti me. Felix: Docuisti me, nā & per legē præcipit, & per interiorē illuminationē docet Deus, quid agendum, quid vitandum sit.

Hierony.  
Felix.

VERSUS SEPTIMVS.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

**C**haritas quippe atq; amor ardua facit leuia & dulcia; amāti namq; omnia graui & leuia videntur, & dulcia esse q̄ sunt amara; sic Greg. docet 9. mor. c. 3. 2. Cū mēti nostrę amor Dei immittit, omne pondus præsentis vitę leuigatur; & ideo amāti dulcia sunt eloquia Dei, quanuis in seipsis aspera sint & graua. Nonne graue est illud eloquium Christi. Diligite inimicos vestros? nonne graue est audire Nisi quis renuntiauerit omnibus quę possidet, nō potest meus esse discipulus? Nonne graue est illud Christi eloquiū, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā, & sequatur me? Tamen amāti omnia ista suaui sunt, atq; dulcia, quia amor difficultatem nescit; & hoc est quod ait Psal. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ori, scilicet, cordis, non carnis; quare hic ait Aug. Quam dulcia, & c. q. d. Legem tu posuisti mihi, ut te casto timore diligerē, & ideo dulcia sunt faucibus meis eloquia tua. Hęc est illa amoris suaui tatis, quam Dñs dat, ut terra nostra daret fructum

Gregor.

Matt. 5.

Mat. 19.

Mat. 16

Pf. 118.

August.

fructum suum, ut bonū vere hęc, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus. Dulcia ergo in isto eloquia Dei sunt, quoniam remissionem peccatorum ac vitam æternam promittunt. Quid dulcius auribus insonante potuit hominum, quā verbum illud Christi, quod peccatrici rei intulit dicens, Luc. 7. Remittitur tibi peccata tua, vade in pace? Et latroni in cruce pēdenti, cum dixit: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Et illud Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quare ipse Dñs dixit Ioan. 6. Verba quę ego loquor vobis, spiritus & vita sunt: & Petrus (cum recedentibus aliquibus ex discipulis Iesu, remanētibus dixisset Christus, nunquid & vos vultis abire?) subiulit dicens: Quo ibimus Domine? verba enim vitę æternę habes: vnde Eccles. dicitur, Nihil dulcius quā respicere in mandatis Domini. Et Cant. 4. Eloquium tuum dulce, quoniam ea quę animam blanditijs delinunt, consolationibusq; replent esatur; vnde Isa. 40. Consolamini, consolamini popule meus, loquimini ad cor Hierusalem. Loqui ad cor, iuxta phrasim Hebraicam est, ac si dicas allicere, atq; dulciter loqui (halagar, o acariciat) sic loquitur mortalibus Deus, peccatoribus Christus; sic & Ecclesię prædicatores consolatoria verba prædicent, quibus allekti peccatores resipiscant. Vnde & Paul. leniter adhortabatur peccatores dicens: 2. Cor. 5. Obsecramus per Christum reconciliamini Deo. Mira res, Christi Euangelium, quod crucē, flagella, pauperiem, lachrymas, esuriem, persecutiones, plurimaq; incommoda prædicat, hoc idem super mel & fauū faucibus iustorū dulcescat. Hoc mirabile prodigiū illud est, quod Sampson vidit, nempe in ore leonis mortui & fetēdis fauū mellis. In rebus quę hominibus pauorē, atq; horrorē incutere

Ibid. 22.

Mat. 11

Ioan. 6.

Ibidem.

Eccles. 23.

Cant. 4.

Isa. 40.

2. Cor. 5.

Figura.

1. d. 14

cutere solent dulcedo ac suauitas iam reperitur; explicitumque videbitur ænigma illud, quod cōmensalibus in conuiuiō ipse proposuit dicens: De comedere exiit cibus, & de forū egressa est dulcedo, crux, mors, flagella, fames, quæ homines deuorare solebant, iā tanquā dulcissimæ dapes ab ipsis hominibus deglutuntur; & cū duceretur ad mortē tenera puella ad impijssimū tyrannū dicebat: Infelix, has epulas ego semper optauit, & votis omnibus exquisiui; Fortis illa mors, quā omnium terribilium Philosophi dicebant, dulcedinē præferebat secum, cum transitus sit ad æternā vitā, desiderantque mortē iusti, quasi effodiētes sepulchrum. Breuis in volatilibus est Apis, air sapiens, Eccl. 11. sed initium dulcioris habet fructus illius: & secundū phrasim Hebræā idē est dicere initium dulcoris, ac si diceres principatum dulcoris. Quid vilius deformius, ac contemptibilis Ape? & tñ id quod picipatū in dulcedine possidet, quale est mel, est opus eius; sic verbum Euangelij qd est verbum crucis, quod stulticia ac deliramentū mundo visum est, initium habet dulcoris, qm̄ ibi vita æterna summaque ac delectabilia bona delirescunt, imo ea quæ principatū in rebus delectabilibus obtinent, quales sunt fruitiones, quæ in Dei visione percipiuntur. In hoc autem ostenditur nobis quod contraria via Deus homines allicit, ac mūdus hic, quæ ob oculos ponit dulcia apparent, intus autē venenosa sunt. Ioan. Apoc. 17. vidit Babylonē illā mulierē, fornicationum matrē, super bestia sedentē, poculumq; aureum in manu euectū, quod tamen intus plēnū erat immunditijs absinthio amarioribus, mundus quæ in propatulo ponit bona apparent, atq; omnibus eleuat & ostendit, tamen propinata mortifera sunt, ē contra Deus quæ suis ostendit prima facie, aspera ac vilia vidētur, prægustata

Eccl. 11.

Apoc. 17

stata verō dulcissima sunt, sunt enim veluti Alcibiadis Sirena, quæ sub bitumine nigro, ac foedo pulcherrimas cōtinebat figuras; hāc tamen dulcedinē illi soli percipiūt, qui fauces ac palatū cordis sanū habent, minimeq; corruptis humoribus infectū; hoc est, illi sapit hęc dulcedo, qui sincera fide, humili corde ac fido verba Dei audit, à corporisque ad cordis aures illud transfert. Vnde Iob. 12. dicitur, Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem? vbi Greg. lib. 11. moral. c. 4. ait, quōd impij ac reprobī solum exterioribus auribus verba Dei percipiunt, electi vero per amorē eorum afficiuntur dulcedine, & ideo isti duntaxat verum de eis ferre possunt iudicium, nam gustus amaritudine infectus non potest verē iudicare de saporibus, vt August. dicit in Confessionibus. Sensus & expertus sum, quōd palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis; & oculis egris odiosa lux, quæ puris est amabilis, Spiritualis autem (ait Paul.) iudicat omnia, quoniam sanos habet omnes animæ sensus, quibus dulcedo diuina sapit, vnde de iustis dicitur Psal. 149. Exultationes Dei in faucibus eorū; ibi enim exultant, vbi dulcedo diuina illis sapit, quare Cassiod. hic ait, qd quia fauces propinquiores sunt voluntati, iamq; internum aliquid significant, ideo iustus dicit faucibus suis dulcia eloquia Dei, quia statim vt audiunt, vel loquuntur, ad animæ fauces transtulerunt, quibus dulcissimè sapiunt, nec in ore tantum versant, vt impij quibus intus nihil sapit. Vel dicitur quōd dulcedo hęc est in faucibus, quoniam non sibi eam ascribitur iusti, sed in Dei laudibus prorumpentes, tanquam de suis donis Dñm benedicunt, & sic intelligitur illud proxime citatum; Exultationes Dei in guttore, siue in faucibus eorum, hoc est quōd præ nimio gaudio faucibus benedicunt

Iob 12.

Gregor.

August.

Ps. 149.

Cassiod.

*Hierony.* Deum, raquam tanrigandij largitorem. Vel sic (sicut Hieron. placet, qui ista explicat) quam dulcia, &c. Transito melle, vel alio cibo palato nullum ultra saporem habet, sed eloquia tua Domine, sicut in ore, siue in faucibus, vel in arcano abdito pectoris, semper dulcia sunt meditantibus ea; nam sicut mel visibile amaritudinem aufert nostratum faucium, ita eloquijs dominicis amaritudines nostrorum criminum mitigantur; mitigabatur humor ille amarissimus, quo exagitabatur Saul; & lenius habebat, cum Dauid psallebat manu sua, ita & vitiorum acerbitates verborum Dei suavitate ab animabus nostris arcentur.

*1. Reg. 16*

(Super mel ori meo) Non dicit sicut mel, sed super mel, quoniam omnem sensum dulcedinem longè hæc suauitas excellit: Dulcedo quidem hæc quam electi in corde experiuntur, quoniam de supernis rebus est, non nihil etiam illius supernæ dulcedinis secū affert, quæ in immensum omnes nostras superat, ferè experiuntur electi, quæ extra normam terrenarū delectationum est hæc quam de rebus diuinis accipiunt, quia nec hanc celestem metam terrena attingere possunt, est enim veluti prælibatio quædam illius summæ dulcedinis, quam in Dei visione fruuntur beati. Nam etiam in præfenti vita fructus quosdam præaccipiunt futuræ ac æternæ solutionis, quibus allecti vsq; in finem perseuerent; quæ D. Paul. Galat. 5. expressit cum connumerans opera carnis ac spiritus, spiritus opera fructus nominat cum dicit: Manifesta autem sunt opera carnis, &c. Fructus autem spiritus sunt, caritas, gaudium; vere fructus sunt opera spiritus, inter quos gaudium innumerat; quoniam licet sub umbra non nihil tamen celestia illa præmia redolent; vnde sponsa licet dixerit, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, quasi

insinuans quod ascendendo in celum, vbi palma victoriae suæ sita est, & tunc apprehender perfectè fructus meritorum suorum, tamen alibi etiam dixerat, Sub umbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo; quoniam in hac umbra vbi solum ænigmaticè celestia videmus, quædam etiam æternorum fructuum prælibantur, quæ veluti pignora ac arrabo sunt, perfectæ & completæ solutionis in patria.

*Cant. 2.*

(Super mel ori meo) Apoc. 10. dicitur, Accipe librum & deuora illud, & faciet amaricari ventrem tuum, & in ore tuo erit dulce sicut mel; Electi ac iusti viri, qui diuinis consolationibus sunt repleti, semper dulcia verba in ore gerunt, licet ex verbis Dei aliquando amara in animo concipiant, nempe cum in cordis compunctione prorumpunt, aut ex dilatione desideratæ dulcedinis grauantur, contra eos qui spirituales se ostendunt, amara tamen verba aduersum alios semper habent in ore.

*Apoc. 10.*

August. & alij legunt, Super mel & fauum ori meo, per mel intelligas plana, per fauum vero abdita sermonum Dei; vnde Aug. Est autem similis cooperta sapientiæ doctrina fauo siue melli, quæ de altioribus sacramentis, tanquam de cellulis cereis ore differens, veluti manducis exprimitur. Vel ut insinuetur, quæ non sit deficiens hæc dulcedo, secundum se quæ ex fauo, veluti ex fonte eliquatur, atque in ore cordis exprimitur, habet enim indeficiens principium, nempe Spiritus sancti gratiã. Est enim illa aqua quam Dns promissit Samaritanæ, de qua qui biberit non sitiet in æternum, quoniam perenniter fluentem fontem habet. Vel dicitur fauum, quæ dupliciter elicitur mel à fauo, vno modo quando per instrumentum ignis stillatur mel à fauo, alio modo quæ fauus mellis sponte sua stillat mel, & eiusmodi mel vocatur virgo, & est magis purum

*August.*

*August.*

*Ioan. 1.*

huiusmodi mel & sincerū . Vt ergo explicaret Spiritus sanctus sinceritatem doctrinę Ecclesię, & verbi Dei, comparat eam fauo, quia purissimum mel à se diffundit, vnde Paul. 2. Cor. 2. & 4. Non adulterantes, seu cauponantes, aut miscentes verbū Dei, vt alia lītēra habet . Et ex hoc versu collige, quod delectationes spirituales potiores ac suauiores sunt, quā corporales : cum super mel & fauum, quę principatum in dulcedine tenent eleuentur, de quo consule D. Thom. 1. 2. q. 3 1. art. 5.

VERSVS OCTAVVS.

*A mandatis tuis intellexi : propterea odium omnem viam iniquitatis.*

**Q**uia charitas omnem iniquitatem nobis facit odiosam, ideo qui rectē Dei mandata intelligit, quę in charitate includuntur, potest dicere: Odium omnem viam iniquitatis. Cum enim charitas sit ipsa dilectio, qua nos diligimus Deum, & qui diligit Deum, à Deo diligitur, consequens est quod ipsa charitas omnem iniquitatem nobis faciat odiosam, quia nullus iniquitatem diligens diligitur à Deo, sed odio habetur, secundū illud Ps. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, quare Psal. dicit, A mandatis tuis. &c. Obserua duplex est intelligere aliud merē specularium, quod opus non includit, & potius peccatum inducit quā meritum, Iac. 4. Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Sed aliud est intelligere practicū quod includit opus, & hoc meritum acquirit, Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, nimirum illius miseriam subleuando; hoc autem intelli-

1. Cor. 2: & 4

D. Tho.

Psal. 5.

Iacob. 4.

Psal. 50.

intelligere practicū mandatorum Dei omnē iniquitatem excludit; vnde D. Ambros. hic ait; Huic versiculo concordat, quod alibi dicitur. Concupiscens sapientiā, serua mandata, sed nemo potest seruire, nisi qui intelligit. Deniquē quotidie redduntur omnia verba legis à quibusdam senioribus Iudæorum, & nemo eorum potest custodire; nō enim arbore dixerim custodire fecunditatem naturę, quę luxuriat in folijs, & euanescit in fructu; nec terrā illam dixerim custodire fructus suos, quę silicem iniustam pascit, quę agricolis edere frumenta non solet; pastor custodire videretur pecus, qui legere pabula pro futuro non nouerit, lupos capere, canibus vallare, ouili suo nesciat potum, cum opus sit, ministrare. Nam producere tantummodo sine vlla cura mutum pecus, tantundem est, quantum Scripturas legere populum Iudæorum, vbi sunt spiritualis pabuli sacramenta, vbi litera occidit, vbi intelligibiles incurrant lupi, vbi sit requies refectionis, vbi resurrectionis spes; itaque si dicat, seruo mandata, responderetur ei, Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Contraria facere statuis, non est intelligere, sed ignorare. Quomodo possunt esse verba Dei dulcia in faucibus tuis, in quibus est amaritudo nequitie? quomodo mel & lac sub lingua tua, cum dolum lingua tua concipiat? vt aliud pectore concipias, & aliud forensi sermone præendas, vt decipias incautum, cum tibi Petrus Apost. dicat, vt deponas omnem malitiā, & succum simulationis abijcias dicens, Quasi modo geniti infantes lac concupiscite. ostendens nobis quid sit lac & mel sub lingua, vt non maledicere maledicentibus, sed benedictionem referre nouerimus,

Psal. 49.

1. Pet. 2.

Car.

¶ Carmen tamen hoc hūc reddit sensum; A mā-  
 datis tuis intellexi, hoc est, per obseruanuam man-  
 datorum tuorum ad veram sapientiā intelligē-  
 riam perueni: ostendere volens quod mandatorū  
 Dei obseruatio via est ad sapientiā: & hæc est scien-  
 tia quæ dicitur Sanctorum, nempe scientia practi-  
 ca obseruando mandata ad veram sapientiā per-  
 uenire: aliā praposterus ordo erit, vt ait hic Aug.  
 si antequam habeat humilitatem obedientiæ, venit  
 ad altitudinem sapientiæ peruenire, quam capere  
 non potest, nisi ordine venerit. Audiat ergo, altiora  
 te ne quaesieris, sed quæ præcepit tibi Dominus illa  
 cogita semper, sic homo ad occultorum sapientiā  
 peruenit ab obedientia mandatorū, & lib. 22. con-  
 tra Faustum. c. 5. 3. to. 6. explicat sic illud Eccles. 1.  
 Fili concupiscens sapientiā serua iustitiam, & Deus  
 præbebit illam tibi: & dicit id significasse factū Ia-  
 cob, qui prius nupsit Lyam seniore quā Rache-  
 lem iuniorem: nam per Lyam quæ secunda erat,  
 etiam si deformis, labor operis designatur, per Ra-  
 chelem autem pulchritudo sapientiæ: illa autem  
 prior erat natu, nec mos est sine illa ad hanc perue-  
 nire, vnde ait; Prior est in recta hominis eruditio-  
 ne labor operandi quæ iusta sunt, quam voluptas  
 intelligēdi quæ vera sunt: ad hoc enim valer quod  
 scriptum est: Concupiscens sapientiā, serua man-  
 data, & Dominus præbebit illam tibi. Et Dicitur  
 Hieron. tom. 3. ad Fabiolam de significatione ve-  
 stis sacerdotalis, versus finem ait, quod in veste sa-  
 cerdotali prius erat superhumeralis, quod signifi-  
 cat opus quod per brachium exercetur, quam ra-  
 tionale, quod significabat intelligentiā legis. Nam  
 in Psal. habetur, A mandatis tuis intellexi &c. Prius  
 faciamus & sic doceamus, ne doctrinæ autoritas  
 cassis operibus destruat, vnde Propheta, Semi-  
 nate vobis iustitia, & metite fructum vitæ, illu-  
 minate

August.

August.

Hieron.

Osee 10.  
 secundū  
 70.

minare vobis lumen scientiæ. Prius semina in ius-  
 titia, postea lumen scientiæ accipe. (Propterea  
 odium omnem viam iniquitatis) Necessè est (ait Au-  
 gust.) vt oderit omnem iniquitatem amor iustitiæ,  
 qui tanto maior est, quanto eum magis inflam-  
 mar dulcedo sapientiæ, quæ præbetur ei qui ob-  
 temperat Deo, & à mandatis eius intelligit.

DECIMVS QVARTVS  
 Octonarius.

- Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lu- 1. Nun.  
 men semitis meis.  
 Iuravi & statui: custodire iudicia iusti- 2. Nun.  
 tiæ tuæ.  
 Humiliatus sum vsquequaque, Domine: viui- 3. Nun.  
 fica me secundum verbum tuum.  
 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: 4. Nun.  
 & iudicia tua doce me.  
 Anima mea in manibus meis semper: & le- 5. Nun.  
 gem tuam non sum oblitus.  
 Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de 6. Nun.  
 mandatis tuis non erravi.  
 Hereditate acquisiui testimonia tua in æter- 7. Nun.  
 num: quia exultatio cordis mei sunt.  
 Inclinaui cor meum ad faciendas iusti- 8. Nun.  
 tationes tuas in æternum: propter retri-  
 butionem.

INCI.

Tractatus Decimusquartus  
INCIPIT TRACTATUS  
Decimusquartus.

VERSUS PRIMVS.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen  
semitis meis.

Personā accipit gradus in via perfectionis.



Accipit personā Propheta in hoc octonario gradus in via perfectionis, & explicat illā in primo versu dicendo; Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumen semitis meis. Circa quod aduertendum, quod sicut in publicis itineribus, quibus ad terrenam patriam pergimus, & sunt viæ latæ, quæ regales dicuntur, & sunt semitæ quibus compendio peragatur iter; sic in via hac, qua ad Patriam æternam pergimus, est via lata communis omnibus ad vitam euntibus, quæ est mandatorum Dei obseruatio; semita autem arcta & compendiosa consiliorum etiam obseruatio dicitur, per quam quasi per compendium breuius & expeditius difficile peragitur iter; quæ consiliorum via perfectionis nuncupatur, quam explicuit Dominus iuueni illi, qui cum ab eo quæreret, quid faceret vt saluus fieret, respondit Dominus: Serua mandata; quæ cum iuuenis se omnia à iuuentute sua obseruasse dixisset, subintulit Dominus: Adhuc vnum tibi deest; si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & veni sequere me, & habebis thesaurum in celo. Sed quoniam de hoc plura supra scripta reliquimus, breuitati quæ deinceps studere cupimus, ab his modo superlegendum erit.

Mat. 19

Hoc

Hoc solum aduertentes, quod in Hebr. in numero singulari dicitur; Lucerna pedi meo verbū tuum; quasi insinuans difficultatem strictionemque; semitæ, nimirum per quam pedetentim ambulandum est, pedemque post pedem mouere oporteat, vel ne minimum cespitantes se in barathrum præcipites dent. Quare qui hanc sequuntur semitam, maxima egent luce, ne offendant. Vnde cum lucernam pedibus postulasset, lumen semitis deposcit, quasi maiori lumine opus sit ambulanti in consiliorum semita, quam in mandatorum via. Litera autem quæ huic additur octonario est, Nun, quarta-decima in alphabeto Hebraico, quæ significat vnū, vel pascua eorum; per quod verbum Patris Christus Dominus insinuatur, ipse enim est lucerna ac lumen, quæ tam vias quam semitas nostras illuminat, cum sit lux mundi, & lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Ioan. 1.

Dicitur autem vnus, quoniam vnigenitus patris est, secundum illud Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam.

Ioan. 1.

Vnigenitus qui est in sinu Patris ipse narrauit. Est etiam, secundum quod homo, vnicus filius matris suæ. Vnus etiam dicitur, quoniam vnicus ac singularis super omnes alios homines est, quod luculenter docet D. Grego. super illud 1. Regum 1. Fuit vir vnus de Ramathain Sophin: ipse enim vnus est, in quo nullum fuit peccatum, vnus in quo solo peccatum mundi delerum est, vnus, quoniam vnice solus iram Dei sustinere valuit, pro omnibusque penas luere. Ipse quippe iniquitates omnium nostrum tulit, & attritus est propter scelera nostra, propter quæ & percussus est à Deo. Fuit vir vnus, quia Deus

Gregor.

Isa. 53.

& homo vnus est Christus. Vnus quia nullus alius sicut ipse omnes alios viros excellit. Rom. 5. Abundantiæ gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum. Opera enim

Rom. 5.

fecit

fecit quæ nemo alius fecit, ut ipse dicit Ioan. 1. Speciosus forma præ filiis hominum à Dauide prædicatur Psal. 44. vide D. Gregor. vbi supra. Fuit vñ vnus. Vnitas (aiunt Philosophi) non est numerus, sed principium numeri, Christus Dominus inter homines numeratus est, quoniam verè factus est sicut vnus ex illis, sed si singularia quæq; eius consideres, super omnes homines est, nec vllus alius est eo in numero venit, ut testantur testimonia, quæ præcurator eius protulit. Solus enim absque peccato segregatus ab alijs est; vnde dicitur Hebr. 7. Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Ab ipso etiam incipit electorum ac prædestinatorum numerus. Quoniam ipse est caput & initium omnium electorum: quoniam in ipso electi & prædestinati sunt omnes quotquot in hoc numero cadunt, secundum illud Ephes. 1. In quo elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ecce quomodo Christus Dominus dicitur vnus. Dicitur etiam pascua eorum. Quoniam ipse electos suos pascit velut alter Dauid manu fortis; nã ipse de se dicit; Ego sum pastor bonus. & Isa. 40. Sicut pastor in sinu suo pascet, fortis ipse porrabit. Pascit enim electos suos corpore & sanguine suo, alijsq; cælestibus bonis in præsentia, pascet & in futuro animas diuinitate, corpora humanitate sua: quoniam ipse lucerna illius cælestis ciuitatis est; vnde ipse Ioan. 10. Dominus Ioan. 10. ait, Ingredietur, & egredietur; & pascua inueniet. Si enim ad diuinitatem ingreditur, feracissima pascua animæ suæ reperit; si ad humanitatem autem & anima pascetur, gratiosissimam illius animam inuens & corpus, lucidior Sole carnem eius aspiciens. Totus Christus pascua electorum est; vnde Psal. 22. Dominus pascit me, (Sic enim legunt Hebræi) & nihil mihi deerit:

deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

Vel Lucerna pedibus meis verbum tuum &c. Dei verbum dupliciter capitur, nempe pro ipso verbo Dei filio à patre genito æternaliter, quod erat in principio apud Deum: & pro verbo sacre Scripturæ à Prophetis & Prædicatoribus prolato. Et sic acceptum aliquando in plurali ponitur, ut cum dicitur; Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Nonnũquam in singulari, ut cum Act. 6. dixerunt Apostoli: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei (idest verbum prædicationis) & ministrare mensis. Sed primo modo sumptum verbum nunquam dicitur pluraliter, quia vnicum solum est verbum. Quare secundum istas duas verbi acceptiones, dupliciter potest exponi versus iste, primo de verbo Dei, quod est filius, qui & dicitur lucerna, & lumen, licet diuersimode. Lumen, secundum diuinitatem, secundum quam dicitur Pater luminum: quoniam quæcunq; alia lux veluti radius quidam illius immensæ lucis erit; imò & Iubar ipsum, Solem dico præclarũ, scintilla quædam est tanti luminis. Est enim speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior. Sed secundum humanitatem dicitur lucerna, quæ habet lucẽ in testa inclusam; quoniam diuinitas quæ lux hæc immensa est, in testa carnis eius in tenebris latebat. Quamuis per carnem eius, quasi per vitream capsulam multoties perlucebat, splendoresque quosdam suæ diuinitatis ex se emittebat, per quos à pluribus verus Deus agnitus est. Vnde Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. Lucerna ergo est pedibus electorum homo Christus Iesus, quoniam illuminare venit omnem hominem venientem in hunc mundum. Hic cæcis lumina dabat, animisq; peccatorum lucebat, quare in eadẽ nocte natiuitatis eius pastoribus illuxit, atque

Ioan. 1.

Mat. 24

Act. 6.

Iaco. 1.

Sap. 7.

Isa. 45.

Ioan. 1.

Luc. 2.

atque lux magna apparuit, quæ noctem illam fecit veri luminis splendore clareſcere, paulumq; errantem ſubito circumfulſit lux de cælo, & apparuit ei Chriſtus Ieſus, in via qua veniebat, vnde eſt in morte eius teſta corporis eius eliſa eſt, apparuit lux abſcondita, quam & cæcus Centurio vidit & conſeſſus eſt dicens; Verò hic homo filius Dei erat; ſicut eliſis reſtis apparuerunt lumina intercluſa in bello quod geſſit Gedeon contra Moab, vt legitur Iud. 7. denique Luc. 1. Simeon eum vocat lumen ad reuelationem gentium. Secundum diuinitatem eſt lux intelligibilis hominum, vnde ſingulariter dicitur Ioan. 1. Lux hominum, non brutorum, quoniam non de luce iſta viſibili, quæ communis eſt nobis & brutis, ſed de illa intelligibili, quæ ſingulariter hominum eſt, loquitur; eſt enim cauſa illius naturalis lucis, qua cætera animalia antecellit homo, ſecundum illud Pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: imò etiam & lumen gratiæ inſudit, vt Paul. docet 1. Corint. 4. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendescere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in faciem Chriſti Ieſu; vnde in nomine Iheona, quod eſt nomen Dei in quantum eſt fons eſſendi, eſt reduplicatum verbum, ſum, es, fui, quoniam duæ primæ vocales ſunt vltimæ verbi Hiah, quod eſt, fuit, & duæ vltimæ ſunt vltimæ participij, ſum, es, fui, quod eſt, Oueh, id eſt ens. In quo videtur deſignari Deum eſſe principium & fontem totius eſſe ram naturæ quàm gratiæ. Eſt autem lumen, quo cuncta illuminantur; aliæ lucernæ dicuntur, vt de Ioan. 5. dicitur, Quod erat lucerna ardens & lucens; quod ſi aliquando Apoſtoli lumina, vel lucēs vocantur, tamen quando de verbo loquitur Euangelista excellentiam & ſingularitatem quandam in ipſo modo dicendi inſinuat;

Dicit

Dicit quidem Chriſtus Apoſtoliſ ſuis Matth. 5. Vos eſtis lux mundi: dicit tamen Euangelista Ioan. 1. de ipſo quod erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; quod de nullo alio dicitur. Lux vera, hoc eſt lux eminent ſuper omnia lumina, quoniam verum eſt obiectum intellectus, homogeneumque eſt intelligibili. Dicere ergo, Eſt lux vera, idem eſt ac ſi diceret, quod eſt ſumma lux, ſummè intelligibilis. Hoc ergo verbum lucernam ac lumen dicit Propheta fuiſſe greſſibus ac ſemitis ſuis; quoniam & ſecundum quod Deus, & ſecundum quod homo, mandata & conſilia nos docet, atque ad virorumque obſervationem & gratiam nobis tribuit, & virtutem. Vnde Iſa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Et ipſe Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis. Hæc eſt interpretatio D. Ambroſ. quam nos hic amplificamus verbis ac teſtimonijs.

Sed tamen proprius intelligitur de ſecunda acceptione verbi, pro verbo ſcilicet Euangelicæ prædicationis. Verbum quippe illud lucerna eſt in quantum in nobis manens incluſum nos illuminat, & egrediens per os Prædicatoris alijs etiam luget. Sed vt lucerna hæc in nobis conſeruetur, opus eſt vt inſundatur oleo charitatis, & miſericordiæ, hæc enim opera fidem integram in animo diu ſeruatam cuſtodiuunt, vt hic ait Ambroſius. Cum ergo ſupra dixiſſet iuſtus, quod mandatorum Dei obſeruatio eum intelligentem fecerat, ſubdit, Lucerna pedibus meis &c. ac ſi diceret; Quid mirum ſi me in operationibus meis intelligentem fecerit lex tua, cum ipſa ſit lucerna, & lumen greſſibus ac ſemitis meis? vnde Prouerbiorum 6. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ cuſtodienti diſciplinam. Et 2. Petri 1. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis atq;

R r dentes

Matt. 5.  
Ioan. 1.

Iſa. 60.  
Ioan. 12.  
Ambroſ.

Ambroſ.

Prou. 6.

2. Pet. 1.



dentes tanquàm lucernæ lucenti in caliginofa loco, donec dies illuceſcat. Quare impij qui hæc non illuminantur lucerna, in tenebris ambulant, vt docet D. Ioannes 1. Epift. cap. 2. dicens, Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt; & in tenebris ambulat, ne ſcit quò eat, quia tenebræ excæcauerunt oculos eius. Et Proverb. 4. dicitur, Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant; nam electi etſi aliquando ex fragilitate carnis cadant, tamen videntes in quibus malis ſunt, cito reſurgunt. Vnde Balaam Propheta dicebat, Qui cadens apertos habet oculos. Quoniam etſi aliquando iuſti in aliquo impingant, etſi nonnihil ex paſſione obcæcantur, tamen cito aperiunt oculos & reſurgunt, vt fecit Petrus ad vocem expergefactus Galli.

Obſerua quòd prius lucernam, deinde lumen nominat; primò vt inſinuetur differentia gratiæ Dei, quæ non omnibus æqualis datur. Lucerna minus lumen dicit, quia dicitur lumen incluſum in teſta. Vnde lucerna quaſi lumen arcens dicitur. Lumen magis abſolutũ & non arcum dicitur. His quibus clariùs lucet verbum Dei eſt lumen: quibus minus, lucerna; alijs amplior gratia tribuitur ex diuina diſpoſitione, nec enim omnes in gratia æquales ſumus; vnde Paulus, Stella differt à ſtella in claritate, non ſolum de claritate gloriæ, verum etiam gratiæ id intelligi poteſt, quoniam huic illa reſpondet. Secundò vt inſinuetur differentia veteris & nouæ legis, illa minus lumen conſequebatur, vt portæ operum & incluſum in vmbaticis illis ſacrificijs quaſi in lucerna habebat illud; Nota ipſum Solem accipit aperrè, quod iam loquitur nobis, vt diſcipuli dixerunt ad illum Ioan. 16. Ecce nunc palam loqueris; & prouerbiũ nullum dicis. Vnde

Ioan. 16.

lex

lex vetus in nube caliginofa data eſt, Apoſtoloſ auctem in tranſfiguratione nubes lucida obumbravit, & Spiritus ſanctus in linguis igneis, & lucidis eis apparuit, imò venit vt vehemens ventus, quaſi qui ad diſpergendam nebulam veteris legis, reſeranda; myſteria ibi incluſa, venerat.

Exod. 17

Matt. 17

Obſerua. Verbum Dei Chriſtus Dominus eſt lumen vitæ, quoniam illuminat ad ea quæ ſunt vitæ æternæ. Vnde ipſe Ioan. 8. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Sunt enim tenebræ ignorantiæ, & hæc ſunt rationis ſecundum ſeipſam inquantum ipſam rationem obnubilant, ſecundum illud Pſal. 81. Neſcierunt nec intellexerunt, in tenebris ambulant. Aliæ ſunt tenebræ culpæ, quæ ſunt rationis humanæ non ex ſe, ſed ex appetitu male diſpoſito, Ephel. 5. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Sunt etiam tenebræ damnationis æternæ, Matt. 25. Inutilem ſeruum eiſcite in tenebras exteriores. Qui ſequitur Chriſtum, nõ has incurret tenebras. Non primas, quia ipſe eſt veritas; nec ſecundas, quia ipſe eſt via; nec tertias, quia ipſe eſt vita. Rectè ergo iuſtus lucernam ac lumen vocat verbum Dei Chriſtum Ieſum, quoniam qui illum ſequitur omnes has euadit tenebras ne corruat.

Ioan. 8.

Pſal. 81.

Ephel. 5.

Matt. 25

## VERSVS SECVNDVS.

*Iuram & Statui cuſtodire iudicia iuſtitie tuæ.*

**A**D perfectionis ſtatum expectat firmitas in bono, vnde virginitas & cætera conſiliorum bona voto firmata ſtatim perfectionis conſtituunt. Quæ licet voluſtas per votum ſtabilitur & magis fir-

Rr 2 macus

*August.*

matur ad illud quod vouer implendum, ita & per iuramentum. Sed hic iuramentum (vt vult August. & glos.) non est iurare, sed mente firmissimè statuere ac si iuramento se vinxisset custodire iudicia iustitiæ Dei. Id enim explicat verbum, statui, quod sequitur, ac si diceret. Id dico iurasse nimirū apud me statuisse intiuolabiliter Dei iudicia atque mandata seruare. Vocantur autem præcepta iudicia iustitiæ Dei, quoniam iustitia est ius suum vnicuique tribuere, & hoc est quod præcipit lex diuina. Vel secundò, iudicia iustitiæ Dei sunt flagella quæ immittit Deus filiis vt corrigantur, maioraq; merita cumulantes altiore coronam accipiant. Et sic iurare & statuere illa custodire, est stabiliter, firmissimèq; decreuisse quæcunque perferre incommoda, patienter perpeti ob Dei obedientiam & amorem, sicut Iob dicebat cap. 13. Etiam si me occiderit sperabo in eum. Hæc firmitas in viro Christiano maximè necessaria est. In charitate radicati & fundati ait Paul. vt nec mors, nec vita, nec alia quæcunque incommoda quantumcunq; graua diuertere possint animum à Deo. Idèd iusti columnæ vocantur de Petro, & Ioanne dicitur, quod videbantur columnæ esse. & Apocal. 3. Qui vicerit, faciam eum columnam in domo Patris mei, & foras non egredietur amplius. Et de beata Lucia dicit Ecclesia, Columna es immobilis Lucia virgo Christi. Hanc autem firmitudinem columnarum in Dei obsequio ipsemet Dominus tribuit. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius. Et de eadem beata Lucia dicitur, Tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, vt virgo Domini immobilis permaneret; gratia Spiritu sancti hoc stabilimentū operatur; vnde Paul. Hebr. 13. Optimum est autem gratia stabilire cor; Et quia hæc gratia in sacramentis confertur, præcipuè in sacrosancto. Eucharistiæ mysterio, vbi fons & au-

thor

thor ipse gratiarum continetur, idèd ex huius sacramenti vsu hæc stabilitas maximè statuitur, secundum illud Psal. 103. Panis cor hominis confirmat. *Ps. 103.* Qui enim cito viam veritatis deserunt, arundines vento agitate vocantur à Christo, *Matt. 11.* De quibus dicitur Ezech. 16. Diuisti pedem tuum omnimodis transuenti, sicut arundo omni vento huc illucque agitur & flectitur.

VERSUS TERTIVS.

*Humiliatus sum vsquequaque, Domine: viuifica me secundum verbum tuum.*

**I**dest. Afflictus sum valde (nam hic humilitas pro afflictione ponitur) hoc enim quod apud me statui, atque quasi iurassem, me ipsum deuinxi, nunquam mandata tua deserturum; protinus aduersum me irruerunt fortes, qui me afflictionibus, tentationibusque diuexarunt, quatenus à mei propositi firmitudine, vel omnino reuocare, vel aliquantulum remouere possint. Sed tu Domine viuifica me secundum Verbum *Psal. 46.* num, quo promissisti dicens; Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum: sic contigit his, qui in bono se fixere. Statuant vt statim aduersus eum insurgant hostes, vt quarant à propositoq; diuellant, vt Christus Dominus post baptismum protinus ab aduersario tentatus est, de quo plura supra. *Matt. 4.*

Quod si de humilitate quatenus virtus est, hoc intelligere placet, non vero, licet literæ de afflictione aptius congruar intellectio. Sed quia qui custodit iudicia Dei oportet vt se humiliet, idèd sub-

R. 3 dit;

*Iob 13.*

*Ephes. 3.*

*Galat. 2.*

*Apoc. 3.*

*Psal. 74.*

*Hebr. 13.*

*Psal. 46.*

*Matt. 4.*

*Humilitas.*

*Ecclef. 3.* dit; Humiliatus sum &c. quanto maiores, humili-  
 lia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.  
 Quoniam magna potentia Dei solius & ab humili-  
 libus honoratur, & bene subdit, vsquequaque, ex  
 toto, hoc est tam corpore quam anima, contra hy-  
 pocritas, qui tantum corpore, vel veste, vel loco se  
 submitunt, cum tamē cor superbissimum gerant,  
*Eccel. 19.* de quibus Ecclesiast. 19. Est qui nequiter se humili-  
*Chrysof.* liat, & interiora eius plena sunt dolo. Vnde Chry-  
 sof. Corpus quoque incumbit in loco nouissimo,  
 sed cor sedet in cornu. (Domine uinifica me secun-  
*Isa. 66.* dum uerbum tuum.) Nam Isa. 66. dixisti; Ad quem  
 respiciam nisi ad pauperculum? vel ut alia litera ha-  
 bet. Super quem requiescit spiritus meus, nisi super  
*Psal. 33.* humilē? & Psal. 33. Humiles spiritu saluabit. (Hu-  
*Ambros.* miliatus sum vsquequaque) Ambros. non solum  
 humiliatum, sed nimis humiliatum se gaudet bea-  
 tus, qui gloriatur humilitate magis quam pote-  
 state. Potestas decipit, humilitas non destituit; bo-  
 na humilitas quæ etiam in Christo laudem virtu-  
 tis inuenit. Hanc in illo plus ueneror quam crea-  
 tionem; quia creati ad laborem sumus, sed redem-  
 pti ad quietem, bona humilitas præcipuè si aditu-  
 gatur ei deuotio uoluntaria; unde & subdit.

VERSVS QUARTVS.

*Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine!  
 & iudicia tua doce me.*

**I**N viro perfecto ex abundantia cordis os lo-  
 quitur, & quoniam cor exultat, ex redundan-  
 tia cordis os etiam in Dei laudibus gaudet,  
*Psal. 83.* secundum illud Psalmi 83. Cor meum & caro  
*Psal. 62.* mea exultauerunt in Deum uiuum. Et Psal. 62.  
 Sicut

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: &  
 labijs exultationis laudabit os meum. Sed aduer-  
 tendum quod sacrificiū laudis Deo dupliciter of-  
 fertur, & in tempore tribulationis & miseræ, & in  
 tēpore prosperitatis & abundantie: quod autē tem-  
 pore tribulationis offertur magis uoluntariū ac  
 spontaneum apparet. Nā tūc naturæ debilitas ex  
 aduersis potius ad tristitiam, q̄ ad laudes concita-  
 tur. Sed quæ aduersitas rationē turbat saltē in par-  
 te sensitiuā, nec ita quod faciat homo discernere  
 ualeat, sicut cum quietus est animus: ideo Psalmista  
 postquam elapso carmine dixit se maximè affli-  
 ctionibus contristatum, postulat modo, ut Deus  
 laudē quam sibi offert humiliatus, ipsam sibi be-  
 neplacitam dignetur habere. Vnde hic ait August. *August.*  
 Voluntaria oris mei &c. hoc est, placeant tibi, noli  
 reprobare sed approba. Bene autem intelliguntur  
 oris uoluntaria, sacrificium laudis confessione  
 charitatis, non timore necessitatis oblatum, sicut  
 scriptum est Psal. 53. Voluntariè sacrificabo tibi. *Psal. 53*  
 Nullum enim opus dignum præmio, vel pœna est,  
 nisi uoluntarie fiat. Quoniam uoluntas est princi-  
 pium meriti, vel demeriti; quippe secundum quā  
 homo est Dominus operum suorum, qui non *Lausoris*  
 necessitate sicut brutum, sed uoluntate & iudicio  
 sicut homo rationis compos operatur. Quoniam  
 os ipsum & linguam in Dei laudibus consecra-  
 mus. Vnde Hebr. 14. nos hortatur Paul. dicens, *Hebr. 14*  
 Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper  
 Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomi-  
 ni eius. Vocat autem hoc sacrificium fructum la-  
 biorum, hoc est, confessionem uocis, ut est illud  
 Isa. 57. Creauit fructum labiorum pacem Gratia *Isa. 57.*  
 quippe Dei ex carne ipsa, quæ sterilis infœcun-  
 daque bonorum est, fructum carere concupi-  
 scit, quatenus labia ipsa ex cordis deuotione mo-  
 Re 4 ra ipsi

Mat. 25. ta ipsi sacrificium offerant; vt dicatur Deo quod  
 merit vbi non seminatur, quoniam in carne non ni-  
 si fomes peccati à natiuitate est, nec ipsa per se  
 subiectum est gratiæ, quæ est semen Dei. Quare &  
 Ofce 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum;  
 nempe laudes Dei, quas etiam labia muta à corde  
 proferunt; vt sic veri Dei cultores apes imitentur,  
 quæ bonos flores colligere ore consueverunt, fa-  
 uos ore fingere, mella ore componere, & ex herbis  
 suauibus ore flores legere. Sic mellita eloquia di-  
 uinarum laudum in ore serui Dei semper versan-  
 tur, & immolet Deo sacrificium laudis, & dicatur  
 de eo, quod de beata Cæcilia, quod tanquam apes  
 argumentosa deseruit Deo: Ecclesia Dei Spiritu  
 sancto afflata hoc sacrificium septies in die offert  
 Deo, & iure optimo, quoniam si corpus & ani-  
 mam à Deo accepimus, vtrumque in eius cul-  
 tum consecrare debemus, Angeli vocibus conti-  
 nebant atque cum pastoribus declamabant dicen-  
 tes: Gloria in altissimis Deo. Christus Dominus  
 cum passurus ingressus est Hierusalem, vocibus  
 Mat. 21. acclamatus est verus Messias. Prophetæ Prophe-  
 tæque sanctæ carmina componebant, quibus  
 publicè cantatis Deo gratiæ redderentur ab ho-  
 minibus: imò cantica ista Ecclesiastica magnificè  
 nostram excitant deuotionem; vocibus enim ale-  
 cti sensus, qui organa animæ sunt, mirifice in ce-  
 lestia rapiuntur: de quo Rabbanus de instir. Cle-  
 ric. cap. 76. Psalterium (inquit) idcirco cum melo-  
 dia cantilenarum suauium ab Ecclesia frequenta-  
 tur, quo facilius animi ad compunctionem fle-  
 ctantur. August. confess. cap. 7. refert quomodo  
 suo tempore Mediolanensium Ecclesia his hym-  
 nidicis laudibus vsa sit, ad depellendum merorem,  
 quo propter hæresim Arrianorum Christiani ani-  
 mi tabescebant. Denique in Concilio constar  
 Vuitcleff

Vuitcleff tanquam hereticum damnari, quoniam  
 hæc Ecclesiæ Cantica deridebat. De hoc vide quæ  
 supra diximus octonario & tractatu se primo versu  
 sexto, & consule Sorum lib. 10. de iustitia & iure, *Sotus.*  
 quæst. 5. artic. 2. & Diuum Thomam secunda se- *D. Tho.*  
 cunda, quæst. 85. & 91.  
 (Et iudicia tua doce me.) Superius quasi iam  
 iudicia Dei didicerit, dicebat. Iudicia tua non sum  
 oblitus, & iterum. A iudicijs enim tuis timui, cur  
 igitur totiens eadem verba inculcat dicens; Et  
 iudicia tua doce me? Ad hoc dicitur, quod diffe-  
 rentia hæc est inter bonos & malos. Malus sem-  
 per attendit ad bonum quod habet, & non ad il-  
 lud quod sibi deficit, nec curat vt illud apprehen-  
 dat. Bonus autem non ad illud in quo iam pro-  
 fecit, sed ad illud quod sibi deficit, quia semper sa-  
 tagit vltra progredi atque proficere: ita in propo-  
 sito quoniam præsens vita in profectu & motu  
 consistit, intelligens se posse proficere in cognitio-  
 ne iudiciorum Dei iterum atque iterum hæc po-  
 stulat. Sicut supra cum factus esset Deum bonita-  
 tem suam in eo exercuisse, iterum postulat, vt ean-  
 dem bonitatem eum doceat dicens; Bonitatem &  
 disciplinam doce me, vt intelligamus verba profi-  
 cientis, & amplius quàm acceperat postulantis, vt  
 hic docet magnus Augustinus. *August.*

VERSVS QVINTVS.

Anima mea in manibus meis semper: & le-  
 gem tuam non sum oblitus.

POnere animã in manibus est periculo & disci-  
 mini vitã exponere; nã quod quis tenet mani-  
 bus facile eo priuat, vel quia à manibus inaduer-  
 titur.

ter elabitur, vel quia pot' fortior eo superuenire, & facili negotio è manibus qd' h'et violenter auferre. Et fortè erat Prouerbiũ, vel modus loquedi inter

**Iud. 12.** Hebræos iste tunc temporis? Nã Iud. 12. dicit Iepht coram filijs Ephraim. Posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Amon, & tradidit

**1. Reg. 19.** illos Dominus in manibus meis & 1. Reg. 19. loquens Ionathas ad Saul patrem suum pro Dauid dixit; Posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum. Ac si diceret. In maximo discrimine posuit vitã suã. Cui sententiã applaudit Chaldaica Pharaphrasis, quæ sic dicit; In periclitatione fuit anima mea, ac si fuisset in extremitate manus semper. ¶ Vel secundo per hunc modum loquendi significatur versari in afflictionibus, & continua

**Iob 13.** miseria, quemadmodum sanctus Iob ait cap. 13. Quare lacerò carnes meas dentibus meis, & porro animam meam in manibus meis? etiam si occiderit me in seipso sperabo. Quibus verbis proculdubio suam designat afflictionem. Igitur perfectus qui in hoc loquitur octonario, nec periculis, nec afflictionibus à Dei mandatis diuelli poterit, sed

**Rom. 8.** cum Apost. dicit Rom. 8. quod nec mors, nec vita, nec alia quæcumque uocua eum separabunt à charitate Christi. Varijs quidem ac diuersis curis, ait iustus, distendor, vt vitam hanc fragilem sustinere valeam, quàm pluribus diuexor afflictionibus & malis: tamen inter tot curas ac misérias legem tuam Domine, nunquam oblitus ero. Mirabile certè videtur, quòd homini qui in carne mortali tot necessitatibus obnoxiam vitam agit, ad ea quæ sunt spiritus attendere uacet, cum & vitæ sustinendæ per alimentum, & saluti per medicamenta prouidere debeat, & cum

**2. Cor. 4.** thesaurum gratiæ in uasis fictilibus gerat, ingenui cura cauere debet, vt fragile vas conseruatur

ne

ne pereat. Vitæ quidem nostræ plurimi insidiantur hostes, ignis comburit, aqua suffocat, aer inficit, terra excitat, mixta quoque ipsa aduersantur ei; uiuentia animalia dilacerant, vegetantia corrumpunt, insensibilia obruunt, imò & in seipos homines cõtra homines irruunt, sibiq; ipsis carnifices sunt; cælum suo velocissimo cursu perpetuo labens momenta vitæ nostræ pertransiens finit: Sol immenso calore, luna frigiditate nimia, stellæ malignis influxibus nostram quotidie vitam terminare non desinunt. Imò & Angeli, qui custodes vitæ nostræ deberent esse, nonnunquam strages magnas in homines exercere solent, vt cum Angelus Domini percussit centum octoginta quinq; millia de exercitu Senacherib Regis Syriæ, vt legitur. 4. Reg. 19. Et iterum septuaginta millia de Israhel. 2. Reg. 24. Cum ergo inter tot hostes vitã agamus, atque in tot uersetur vita nostra periculis, maxima ei atq; quotidiana cura ac sollicitudo debetur, ne incuria nostra deficiat, præcipue cũ præceptum naturale conseruandi vitã nos premat. Deinde, pro cibo, pro uestitu, pro domo, pro re familiarĩ, pro honore, bone Deus, quantum temporis infumendum est? Anima ergo tot interclusa negotijs, tot distenta curis, quomodo suimet, ne dicam alterius, memoriam habere poterit? quare Dñs in Euangelio ait qd' sollicitudo huius seculi suffocat uerbum, & sine fructu efficitur. Homo uel animal formiculosum secundum Septuaginta olim à tẽplo & à Dei sacrificijs arcebantur: hoc est, illi qui varijs diuexantur temporalium curis, sicut formica quæ nimium pro cibo sollicita est, Nigram faciunt formicæ semitam per quam gradiuntur, infatigabiliter vadunt, & ueniunt, ingrediuntur, & egrediuntur de cauea, aliq; granis onustæ vt uehãt, alitæ uacua vt quærant: sic miselli hominis animã

4. Reg. 19

2. Re. 24

Luca 8.

hæ

hæ curæ torquent, nigramque faciunt atq; defor-  
mem, vt vacuis onustis que cogitationibus, nempe  
vel paupertate pressa, vel diuitijs oppressa non  
quiescat. Vadunt & veniunt super eum horribiles,  
*Iob 20.* air *Iob. 20.* Inter tot ergo curas instantiaq; nego-  
tia ac pericula legē Dei meditari, obseruariq; nec  
Dei, nec mandata sua obliuisci, magni perfectiq;  
cordis erga Deum indicium est. Sicut magni gra-  
*Isaer. 6.* tissimiq; animi argumētum fuit in Rege Assuerus,  
qui tot occupatus Regijs negotijs per diē, noctem  
ducebat in somnem, vt benefactorum memoriam  
reuocaret, in eosq; gratus ac magnificus ostende-  
retur. Quare Dauid qui tot hostes animæ suæ in-  
diates habuit, tot impeditus curis regalibus erat,  
tamen legem Dei minime obliuiscitur; sed du-  
cebat: Anima mea in manibus meis semper &c. Si  
autem intelligatur hoc modo loquendi, quod ani-  
ma versetur in afflictionibus, & miserijs, et id est  
magne virtutis indicium. Tot penis attritus ani-  
*Iob 13.* mus, nec tamen obliuiscitur legem Dei, vt ipse *Iob*  
*Dan. 3.* loco citato dicit; Etiam si me occiderit sperabo in  
*Dan. 14.* eum. Et pueri illi in medio flammarum, Daniel in  
*Ione. 2.* laco Leonum, Ionas in ventre ceti, Iatro in cru-  
*Luc. 1.* ce, Christus Dominus in patibulo affixus cum  
diros corporis pateretur cruciatus, amoris ac  
commiserationis non est oblitus; cum & pro ini-  
micis deprecatus est, & latroni paradysum pro-  
misit, & matrem, ac dilectum discipulum vicissim  
commendauerit. ¶ Sed secundo potest intelligi sic  
versus iste, vt idem sit animam in manibus habe-  
re, ac sibi relictam esse, quasi derelictam à Deo,  
quod in prouerbio Hispano dicimus (tu alma en  
*Eccl. 15* tu palma) id est dicere quod dicit Sapiens; Fecit  
Deus hominē rectū, & reliquit eū in manu cōsiliij  
sui. Apposuit tibi ignem & aquam, ad quæcumq;  
volueris inclina manū tuam. Vt per hoc insinua-  
tur

tit bonus vsus liberi arbitrij in viro iusto; nam et  
si suæ relictus est potestati, non tamen ea abuti-  
tur, vt contra legem Dei quid molliatur. Hoc  
modo loquendi vsus est Abraham, quando Saræ *Gen. 16.*  
uxori suæ dixit: Ecce ancilla tua in manu tua est,  
vere ea vt liber. Atque in hoc istorum meritum  
consistit, quod cum ex liberi arbitrij potestate pos-  
sint bene vel male operari, eligunt potius bonum  
facere quàm mala perpetrari, secundū illud quod  
in laudem iustorum dicitur *Eccl. 37.* Qui potuit *Eccl. 37*  
transgredi, & non est transgressus: facere malum  
& non fecit. Nec enim liberi arbitrij dedecus, vel  
imperfectio est nolle vti eo ad malum cum possit,  
saltem vt suam in vtramque partem facultatem  
experiat, quia vt libero arbitrio ad malum, po-  
tius est abusus: cum Deus propter bonum ope-  
randum concesserit illud, non vt malum faceret  
dedit; posse enim peccare non est potentia sed im-  
potentia, quoniam peccatum non habet causam  
efficientē sed deficientem; Deus quippe peccare nō  
potest, & tamen summe potens est, liberrimus est.  
Quare religiosi, qui se voto obedientiæ astringunt  
prelato, quasi ligare suam voluntatem cupiunt  
ad bonum, vt nequaquam malum libere perpe-  
trare possit, sed sit quasi obligata (vel vt ita dicam)  
necessitata ad bonum. Vnde D. August. ad Armen-  
*August.* tarium Felix inquit necessitas quæ ad meliora  
compellit, & ibidem; Non te pigeat voluisse, sed  
magis gaude non tibi licere, quod cum tuo graui  
damno licuisset. Tertio animam in manibus por-  
tare, est eam coram se assidue habere, & manibus  
semper eam expolire, ac bonis operibus depinge-  
re, nec obliuiscatur legis Dei, sed in ea tanquam  
in speculo se cōponere satagat, vt ad eius similitu-  
dinē sua exprimatur imago, secundū illud *Canr. Cant. 8.*  
*8.* Vinca mea corā me est semper. Anima tua vinea  
tua

tuâ eſt, quam plantare, excolere, amputare, ac in eam ſemper laborem inſumere debes. Quarto animam in manibus habere, eſt eam bonis operibus proximis manifeſtare: nã per manus opera ſignificare familiare eſt ſcripturis ſanctis; ſic enim dicitur Iob 13. Animam meã porto in manibus meis. Quod exponens D. Greg. 11. moral. c. 19. ait Animam portare in manibus eſt intentionem cordis in operatione oſtendere. Habent namq; iuſti hoc proprium, vt omne quod dicunt atque agunt, nõ ſolum profectum ſuum, ſed etiam ædificationem proximorum quærant. Et aliquando in ſermonibus aliqua dijudicant, vt pigros auditores ad confiderandos ſemetipſos reuocent. Aliquando bona opera oſtendunt, vt ſpectatores eorum erubeſcant non imitari quod vident: Nam ſcriptum eſt Matthæi 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Qui igitur intentionem ſuam per opera inſinuat, animam ſuam in manibus portat.

Sed aduerte, quod ſecundum Auguſt. & Ambroſ. aliter legitur verſus iſte; nempe: Anima mea in manibus tuis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus; Quæ lectio magis eis placet quam prior. Vnde hic ait Auguſt. nonnulli codices habent. In manibus meis, ſed plures habent, In manibus tuis. Et hoc quidem planum eſt, iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt. In cuius manibus ſumus nos & ſermones noſtri. (Et legis (inquit) tuæ nõ ſum oblitus) tanquam ad non obliuiſcendum legem, Dei manibus adiuetur eius memoria, vbi eſt eius anima. Anima verò mea in manibus meis quõo intelligatur, ignoro. Iuſti quippe hæc verba ſunt, non iniuſti, redeuntis ad Patrem, non recedentis à Patre. Nam poteſt videri ille iunior filius animam ſuam in manibus ſuis habere voluiſſe, quando dixit

xit Patri Luc. 15. Da mihi ſubſtantiam meam, que me contingit. ſed ideo mortuus erat, ideo perierat. An fortè ita dictum intelligitur: Anima mea in manibus meis, tanquam eam per Deum viuificandam manibus ſuis offerat Deo? vnde alibi dicitur Pſal. 24. Ad te leuaui animam meam.

Iuſtorum quidem animæ in manu Dei ſunt. & Chriſtus dicit, quod nemo rapiet eas de manu ſua, & de manu patris ſui, Ioan. 10. Itaque vna manu eam apprehendit Pater, altera filius: quis rapiet de manibus eius, qui fabricauit auroram & ſolem? Manus enim Dei, quæ ſolidauit cœlum, quos tenuerit non amittit, ait Ambroſ. Quæ ſunt igitur iſtæ manus conſideremus (ait) In Cant. 8. ſcriptũ eſt: Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et alibi dicitur, Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Per dexterã vita futura, in qua vita æterna eſt, per ſiniſtram vita præſens, cuius felicitas in diuitijs & honoribus habetur, intelligenda eſt. Vtrumque quidem brachium eius ad vtilia extenditur. Habet tamen propria ſua ſingulæ manus, nam in dextera eſt longitudo vitæ, in ſiniſtra diuitiæ & gloria. Bonis itaque vtraque manus dotata eſt dotibus: in eo tamen habent varietatem ſui muneris, quia præſentia & futura tempora comprehendunt, vt læua præſentium remuneratrix ſit, dextera futurorum. Ac ſi diceret, in præſenti ſiniſtra manu animã meam paſcis, & in futuro dextera beas. Quod commutato manũ Patriarchæ Iacob expreſſit, quando dexteram ſuper minorem, ſiniſtram ſuper maiorem poſuit, qui dicebatur Manafſes, hoc eſt, populus obliuiſus, quales ſunt illi qui contenti præſentibus obliuioni tradunt futura; iuſtorum vero ſemen hic laborare diligit, vt æterni patris æternã conſequatur benedictionem; ſiniſtraq; Dei etiam prote-

Iob 13.  
Gregor.

Matth. 5.

Auguſt.  
& Ambroſ.

Sapient. 3

Luc. 15.

Pſal. 24.

Sapient. 3

Ioan. 10.

Ambroſ.

Cant. 8.

Prou. 3.

Gen. 48.

Figura.

xit

prote-

protegitur in hac vita, vt sustinere possit. Sed ta-  
men lectio hæc Ambros. & August. non est in vsu  
*Hierony.* Nam vt ait Hieron. ad Suniam & Frerelam tom.  
3. Licet in aliquibus codicibus sic legatur, tamen  
nec apud Hebr. nec apud Septuaginta talis lectio  
inueniretur, sed ea qua virtus Ecclesia, quæ est  
prior, illa nempe: In manibus meis, sed vel ineu-  
ria librariorū id accidit, vel à Sciolo quodam, cui  
non placuit prior lectio, temerarie correctæ, vel po-  
tius corrupta fuit. Hæc Hieron. (Et legem tuam  
non sum oblitus) hoc est dicere; Idem etiam doce-  
me amplius iudicia, quia etiam legem tuam in-  
quantum eam didici non sum oblitus. Consequen-  
do enim boni Magistri est, quod eum qui quod  
audiuit bene retinuit, de alijs libenter docet; vnde  
& à pueris lectio prius auscultatur, antequam eis  
alia tradatur, & cum primam bene didicerint,  
tunc alia eis traditur melior. Sic videtur dicere  
*Mat. 15.* Dominus Matth. 15. Omni habenti dabitur, &  
*Prov. 1.* abundabit, & Prouer. 1. Audiens sapiens sapien-  
tior erit. Et quod non sit oblitus legem Dei pro-  
bat per effectum dicens.

VERSVS SEXTVS.

*Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de  
mandatis tuis non erravi.*

*1. Ioan. 2.*

**O**me quod est in mundo, ait Ioan. 2.  
aut est concupiscentia carnis, aut  
est concupiscentia oculorum, aut su-  
perbia vitæ. Omnia autem hæc la-  
quei sunt, quibus impedimur man-  
data Dei exequi, à quibus tamen iusti anima faci-  
le Dei auxilio se expedit, ne exeret à mandatis Dei.  
Quod

Quod autem concupiscentia carnis, hoc est, mu-  
lierosæ illecebræ laquei sint Eccle. 8. docemur, vbi  
de meretrice dicitur, quod est laqueus venatorū, *Eccles. 8*  
& sagena cor eius, vincula sunt manus illius. Con-  
cupiscentia autem oculorum, quæ dicitur pecuniæ  
cupiditas, etiam laqueus animarū est, secundum  
illud Paul. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tē-  
tationem, & in laqueum diaboli. Laqueus iste strā-  
gulauit Iudā, nimirū triginta argenteorū cupidi-  
tas. De superbia et dicitur Psal. 139. Parauerunt su-  
perbi laqueum mihi. Et Cassiodorus dicit, quod  
tot sunt laquei animarum, quot sunt vitia, sed ta-  
men frustra iacitur rete ante oculos pennatorum,  
Quoniam hi qui Christi luce circumfusi sunt, &  
laqueos vident, & eius gratia cauent eos. *1. Tim. 6*  
*Mat. 27*  
*Ps. 139.*  
*Cassiod.*  
*Prouer.*

Obserua quod hos laqueos, & diabolus, & satelli-  
tes eius, hoc est pessimi homines ac peccatores pa-  
rant, De diabolo dicitur. Iob. 18. Abcondita est in  
terra pedica eius, & decipula eius super semitam.  
Vbi D. Greg. docet quod quemadmodum venatores  
auium, vel ferarum laqueos quos illis parat terra  
cooperiunt, & in semitis per quas animalia tran-  
seunt ponunt; sic diabolus terra occultat laqueos,  
id est, quod sub obtentu terrenæ necessitatis homi-  
nes decipit, & super vniuscuiusque semitam ab-  
condit. Hoc est quod conditiones ingeniaque  
hominū optime nouit, atque perseruatur, & in eis  
decipulam parat. Nempe iracundum sub obtentu  
iustitiæ exequendæ per crudelitatem capit: Placi-  
dum mansuetumque animū sub pretextu huma-  
nitate in immoderantiā lætitiæ libidinosamque;  
vel certe in assentatoria verba dissoluit: Eum qui  
pecuniæ tenacè agnoscit, sub propriæ necessitatis  
specie in impietate impellit: atque eo modo vnicui-  
que quasi in propria semita pedicam celat, cū ex  
ingenio proprio aliquo fuce palliato eum in suos  
laqueos



*Auguf.* laqueos inefcat. Vnde D. Auguf. Soliloq. c. 16. fic ait. Inimicus tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, & omnes vias nostras varijs repleuit decipulis ad capiendas animas nostras, & quis effugiet? laqueos pofuit in diuitijs, laqueos pofuit in paupertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in voluptate, in fomno, & in vigilia, laqueos pofuit in verbo, & in opere, & omni via noftra. Sed tu Domine libera nos de laqueo venantium &c. Quod autem piffimi homines qui fatellites ac miniiftri diaboli funt, etiam hos laqueos ftruant, audi *Hierem.* c. 5. id affirmantem; Quia inuenti funt in populo meo impij infidiantes quali aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros, ficur decipula plena auibus, fic domus eorum plene dolo. Ideo magnificati funt, & ditati, in cralfati funt, & impinguati, & praterierunt fermones meos piffime. Nunquid fuper his non vifitabo dicit Dominus, aut fu per gentem huiufcemodi non vlcifcetur anima mea? Hi funt pffedo Apoftoli, & pffedo Prophetæ, & falfi prædicatores. De quibus Paulus ait, qd funt habentes quidem fpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, qui Chrifto Domino non feruiunt fed fuo ventri. Hos autem omnes laqueos per gratiam Dei iufus euadit, & dicit: Laqueus noftrum in nomine Domini.

VERSVS SEPTIMVS.

*Hæreditate acquifui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei funt.*

**H**æreditas filiorum Dei hæc eft in præfenti, vt testimonia Dei ac mandata cuftodiant: & tan-

& tanquam hæreditario iure in æternum feruent. Quoniam hæc hæreditas in præfenti feculo feruata æternam illam, imarceffibilem, & incorruptam adiunxit. Sed aduertendum quod perfona quæ in hoc octonario introducitur, nempe ea quæ graditur in via perfectionis, in his duobus incrementa accipit. Primum quoniam in mādatis Dei exultat. Hoc enim propriū ftudiofi viri eft, vt qui iam perfectionis apicem fe adepturum iri videtur, vt promptè & delectabiliter operetur, imo & duriora opera hylari vultu, equoq; animo iam fubire contendat. Ideo enim regnum cælorum thefauro abfcondito in agro confertur, quem inueniens homo abfcondit, & præ gaudio illius vadit & vendit omnibus fuis agrum illum emit; quia agitur mādata Dei gaudium cordis funt iufi, ideo quali æternam hæreditatem fibi accipit, ac fcribit; vnde D. Bafil. Hic testimonia tua hæreditatem effe fempiternam credēs, propter poffeffionem eorū exultato. Sed testimonia hæc interna funt Spiritus fancti dona, teftificantia intus quod fumus filij Dei, fecundum illud Paul. Ipfe Spiritus testimoniū reddit fpiritu noftrō, qd fumus filij Dei; quod contingit cum cor noftrum non reprehendit nos de aliquo mortali crimine. Hæc enim grandis coniectura eft, qd fumus filij & amici Dei, iuxta id 2. Ioan. 3. Si cor noftrum non reprehenderit nos, fiduciam habeamus ad Deum. Quæ coniectura vires acquirit extrinfecis testimonijs, qualia funt sacræ fcripturæ, verba Dei, & opera fancta. Et vtraque hæc testimonia hæreditare (hoc eft velut hæreditario iure habere) non eft nifi filiorū Dei, iuxta illud Paul. Si filij & hæredes. hæreditas autem hæc nõ folum ad præfentis vitæ perfectionem, fed & ad vitæ æternam atinet, quod clarius fubiungit dicens; Inclinaui cor meū ad faciendas iuftificationes tuas in

*Mat. 13*

*Bafil.*

*Rom. 8.*

*2. Ioan. 3*

*Rom. 8.*

eternum, perseverantia. n. in mādatis Dei vsq; in  
 finem est alterum incrementum, & testimonium  
*Caietan.* validum talis filiationis: hæc Caietanus. Sed quo-  
*August.* niam D. Aug. per testimonia intelligit martyria vt  
 solet, sic intelligit carmen hoc: Firma possessione  
 quasi hæreditario quodam iure, hæreditari pro te  
 paupertatem, contumeliam, corporis angustias, in-  
 giter tollerare, vt testis efficiar passionis tuæ, secun-  
*2. Cor. 4.* dum illud Pau. 2. Cor. 4. Semper mortificationem  
 Iesu Christi in corpore nostro circumferētes, hoc  
 est, vndiq; ne circumdati pro Christo doloribus. Et  
*Galat. 6.* Galat. 6. Stigmata Domini Iesu in corpore meo  
 porto, id est, ad similitudinem servorum, qui in fa-  
 cie gestant notam ferro candente impressam Do-  
 minorum cuius sunt; sic Paul. in corpore suo, non  
 vnā sed multas impressas notas Domini Iesu por-  
 tabat, nempe innumeras plagas, lictores, flagella,  
 opprobria, quæ pro nomine eius sustinuerat sæpe.  
 Hæc autem debemus acquirere hereditate in æter-  
 num, quia Christus nobis ea reliquit, sicut Pater  
 filijs, hæc quippe competeabant ei iure hæreditatio  
 ex parte matris, regnum verò ex parte Patris, Ro-  
*Rom. 8.* man. 8. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem  
 Christi: si tamen cōpatimur, vt & cōglorificemur.  
 Acquisitui dico, quia exultatio cordis mei sunt,  
 quia licet sint afflictio corporis, sunt tamen exul-  
*Acto. 5.* tatio cordis, Act. 5. dicitur; Ibant Apostoli gauden-  
 tes à conspectu concilij, quoniā digni habitū sunt  
 pro nomine Iesu contumeliam pati. Et Eleazarus  
 cum torqueretur dixit; Duros corporis sustinco  
 dolores, secundum animam verò propter timorem  
 tuum libenter hæc patior. 2. Machab. 6. Ideo quip-  
*2. Mac. 6.* pe dicuntur iusti opprobrijs saturari, vt de Chri-  
 sto Domino dicitur Thren. 3. Saturatus oppro-  
 brijs, non solum quia multa perpeffus est, verum  
 etiam quia cū delectatione sustinebatur; eo modo di-  
 cendi,

cendi, quo quis cibo suauissimo ob nimiam eius de-  
 lectationem saturari cupit: sic iusti imitatores eius.

VERSUS OCTAVVS.

*Inclinam cor meum ad faciendas iustifica-  
 tiones tuas in æternum: propter  
 retributionem.*

**R** Etributio quidem & præmium beato-  
 rum Deus ipse est, secundum quod ip-  
 se Dominus ad Abraham loquutus est  
 Genes. 15. dicens: Noli timere Abra-  
 ham, ego protector tuus, & merces  
 tua magna nimis. Et Christus discipulis suis, Ioan. 15.  
 14. sic ait; Ego sum via, veritas, & vita. Vita autem  
 proculdubio æterna, quæ est æterna sanctorum re-  
 tributio. Et secundum hæc considerationem idem  
 est dicere, Inclinaffe cor suū ad iustificationes Dei  
 faciendas propter retributionem, ac si diceret pro-  
 pter ipsum Deum summè dilectū, vt illum mereat-  
 ur aliquando consequi in præmium, illiq; perpetua  
 beatitudine copulari. Verum si retributionem  
 consideremus, vt bonum & commodum ipsius ho-  
 minis, tunc (propter) nō denotat causam finalem  
 præcipuam, vt quasi mercenario amore ob lucrū  
 & commodum præcipuè inducatur iustus ad bona,  
 sed potius (propter) debet tunc denotare fi-  
 nem minus principalem, siue occasionalem, & fi-  
 nem potius quendam ex fine præcipuo consequen-  
 tem, quam ex operantis intentione expectatum; id est  
 dicere, quod iustus in suis operibus præcipua  
 intentione Deum respicit, quem propter se  
 diligit, cui & propter se placere satagit, retributio  
 autem felicitatis æternæ ex Dei bonitate conse-  
 quitur,  
 si 3

quitur, his qui suis obtemperant mandatis. Vnde tunc sensus erit; Cor meum appofui affectumque animum dedi, vt per gratiam tuam vsq; in finem mādāta tua exequatur, quoniā nō sine retributione veniet mihi, sed subsequetur mihi prāmium felicitatis æternę, ac beatitudinis retributio; quia tu ipse es Domine vita æterna, & merces magna nimis omniū, tua mandata perseueranter vsq; in finē custodientium. Et quidē Deo obsequi intuitu æternę retributionis, vel euadendi inferni penas, dummodo in his vltimum non colles finem, non impium, imo & meritorium est. Talis enim finis vltimum non excludit, imo virtualiter in illud animum dirigit, nisi tu formaliter excludere vellis dicens in corde tuo, non ob aliud te Deo obedire, nisi ob assequendum prāmium æternum, vel vitandas tartari penas, alias non obseruaturus nisi hæc attenderes. Inordinatus quidem est affectus, cum intuitu temporalis prāmiij, vel metu mūdānæ penę, operaris bona, vel quiescis à malis, quoniam rem inferiorem à te tuum vltimum finē facis; at æterna, vel prēmia, vel penę super nos sunt, quare earum intuitu operari, non deprime, re affectum, sed erigere est. Quoniam tam euitate æternę penę, quam affectio ad cæleste prāmium, ipsum Deum vt finem includit: cum & qui à tartaro euadit, & qui in cælum euolat, utroque Deum ipsum assequitur; Quare nisi formaliter hunc finem excludas, quod fit in seruitute & timore mundano, semper ibi inclusum intendes. Tunc autem excludis, cum bonum facis præcise vt penam euadas, peccares enim si peccatum esset impunitum. Qui tamen ex tali timore, vel amore ad amandum Deum excitatur, etiam si hæc mala vitare intendat, non peccat, imo meretur, dum tamen non sit animus ita ad malum

malum propensus, vt præcise ob hæc solum operetur excludens Deum ipsum in se, quare Scripturæ diuina passim nos, & ad prāmiij amorem, & ad penę timorem inuitat, quod nisi bonum esset, author ipse bonitatis nequaquam moneret, vide Concil. Triden. Sessio. 14. cap. 4.

(Ad faciendas iustificationes tuas) Id est, operæ pietatis, quæ circa proximos exercentur (In æternum) non quia ipsa æterna sint cum temporarię fiant & desinant; sed quia ex charitate fiunt, quæ æterna est, & nunquam excidit, vt ait Paul. 1. Cor. 13. Et propter quam æternum meretur prāmium, vt in æternum diligens, in æternum mereatur habere quod diligit, vt ait hic magnus Augustinus.

(Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum) Dicitur Basilius super hunc locum, sic dicit, quod animus affectionibus imperans habet se ad modum lancis siue linguę in statera, quæ vbi ponderosior fuerit, pars ibi inclinatur; sic rectus animus suarum cupiditatum compos, cum in bilanci, aut ponderis statera ex vna parte omnia quæ mundi sunt apponuntur, ex altera vero cælorum regnum, diuinæque voluntas, in hac quæ ponderosior est inclinatur cor, potius que omnium creaturarum rerum sustinebit dispendium, quam vel apicem quidem diuinæ legis prætermittat. Respice Christum Dominum in statera suspensum crucis, & ex altera parte tot sibi pendere mala, mortem, opprobria, cruciatus, dolores matris, discipulos, amicorumque derelictionem, ac cetera innumera quæ tunc temporis imminebant; ex altera vero voluntatem æterni patris stare, in hanc potius partem inclinasse cor, quippe quæ & grauior & ponderosior erat; quod Euangelistæ verba insinuare videntur cum dicit: Et inclinato capite emisit spiritum. In patris quip

Concil.  
Trident.

1. Cor. 13

August.

Basilius.  
Simile.

Ioan. 19

pe obedientiam inclinavit caput, factus obediens usque ad mortem crucis; quoniam apud illum ita bene morigeratum animum, plus ponderis voluntas patris, quam mors ceteriq; cruciatus habebat: imo credo in auersam partem, vbi mater sua stabat inclinasse caput, quasi qui ob exequendam patris voluntatem ab ea auerteretur, matremque ac consanguineos, & cetera omnia propter ipsum Deum auersaretur, vt ipse aliquando docuerat. Appede in vna bilanci omnia regna mundi, & omnem gloriam eorum, in altera minimam partem celi colloca. Certe cuncta alia suo molimine trahet, ac si palea ibi, hic vero talentum appendisset plumbi. Cum igitur Propheta rectum imperantemq; cupiditatibus animum haberet, ad hanc partem cui plus ponderis inest, inclinavit cor suum dicens. Inclinavi cor meum, &c. Quo contra impij facere solent; quippe qui serui cupiditatum non imperatores sunt; in vana, caduca, nihilque pendencia affectum dant, a grauioribusque auertunt rebus. Ex vna parte mundus est nihil pendens. Sapien. 11. Quomiam tanquam momentum statere; sic est ante te orbis terrarum; id est, quasi nihil omnia creata Deus agitat ad nutum suum. Et. 4. Esdr. 4. Vade pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum venti. Ac si diceret, omnia huius mundi vana, imo ipsa vana sunt, nec aliquid ponderis in se habent, e contra ea quae Dei sunt, ob sui magnitudinem pondus & mensuram nesciunt. Vnde Iob de Deo loquens aiebat. c. 31. Ponderus eius ferre non potuit. In illa ergo propensum animum dat impius, relicto maiori; quod & impij Iudei fecerunt, cum fure ac homicidam Christo omnium bonorum largitori praetulerunt. Quare grauisimè de his coqueritur Dominus Ierem. c. 2. dicens; Duo mala fecit populus meus. Mò dereliquerunt fontem aquae vitae, &

Sapient. 11

4. Esdr. 4

Iob 31.

Ierem. 2

foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas, Deus enim omnium bonorum fons est. Nam sicut ex fonte fluuius prodij, stantique aqua fontis, & fluuius deficit. Sic ex Deo omnia bona promanant, cui & Ecclesia orando dicit, Deus a quo bona cuncta procedunt. Atque ab eo in esse & conseruari omnia dependent, non sicut ego a patre meo, quo mortuo etiam subsisto, & vivo; sed sicut riuus a fonte, sicut lumen aeris dependet a sole. Nam si se vel tantillum abfenter, iam in suis tenebris permanebit; sic, vel si ad momentum manum suam contraheret Deus, omnia in nihilum redigerentur, iuxta illud Psal. Auferes spiritum eorum & deficient. Est autem fons aquae vitae, hoc est gratiae, de qua Dominus Samaritanarum. Tu forsitan petijisses ab eo (ait) & daret tibi aquam vitam; Et foderunt sibi cisternas dissipatas (algibes roros) Cisterna non ex se habet aquam, sed desuper a caelo accipit, sic homo quidquid boni habet a Deo mutuaturque recipit, secundum illud Paul. Quid habes quod non accepisti? cisterna autem dissipata & pertusa aquam illam quam a caelo recipit non continet, sed per foramina quae habet effundit. Sic homo adhuc ea quae a Deo habet bona, vt pote vitam, esse, & alia, non potest continere, quinimo quotidie amittit, effudit, per multosque defectus enacuat, donec tandem omnino deficiat. Misera vtiq; ac deploranda commutatio haec. Quare subinfert Propheta, Scrupesce caelum super hoc, & portae eius desolamini vehementer; Prosopoeia figura haec, quae rebus insensibilibus tribuit; quae eis non conueniunt; estque emphatica loquutio ad ostendendam magnitudinem sceleris, quod tale ac tantum est, vt etiam ipsas insensibiles creaturas videatur deterrere. Ecce ergo stateram dolosam impij, cum ad res nullius

Pf. 103.  
Iovm. 4.

1. Cor. 3.

*Eccles. 10.* nullius corporis linguam ac lancem cordis inclinet; unde *Eccles. 10.* dicitur; Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Iustus quippe ad celestia ( quæ per dexteram significantur, tanquam meliora bona ) inclinat cor; impius & stultus ad ea quæ minora sunt, nempe ad temporaria & caduca, quæ in sinistra intelliguntur, quare in *Mat. 24* vltima retributione illi ad dexteram, hi ad sinistram collocabuntur.

DECIMVS QVINTVS  
Octonarius.

1. Sa- *Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.*  
mech. *Adiutor & susceptor meus es tu: & in ver-*
2. Sa- *bum tuum supersperavi.*  
mech. *Declinate à me maligni: & scrutabor man-*
3. Sa- *data Dei mei.*  
mech.
4. Sa- *Suscipe me secundum eloquium tuum & vi-*  
mech. *uam: & non confundas me ab expectatio-*  
*ne mea.*
5. Sa- *Adiuua me & saluus ero: & meditabor in iu-*  
mech. *stificationibus tuis semper.*
6. Sa- *Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis;*  
mech. *quia iniusta est cogitatio eorum.*
7. Sa- *Præuaricantes reputant omnes peccatores ter-*  
mech. *ræ: ideo dilexi testimonia tua.*
8. Sa- *Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs*  
mech. *enim tuis timui.*

INCI-

INCIPIT TRACTATVS  
Decimusquintus.

VERSVS PRIMVS.

*Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.*



Le introducitur persona viri in ter diuinā legem, & humanarum legum figmenta constituti, & explicatur in primo versu, vbi Caietan. ex Hebr. legit; Cogitationes odiui, & doctrinam tuam dilexi. Nam adiun-

*Persona  
hois iter  
diuinas  
et huma-  
nas leges  
constituit.  
Caietani.*

uentiones humanarum legum de Dijs, & de auguribus & similibus, verè cogitationes vanæ sunt, nullum in re fundamentum habentes, sed solum ab hominum vanitate adiuuentæ. Lex vero diuina (è cuius regione collocatur) doctrina est à summo doctore Deo manans. Vnde alij legunt, Exleges odio habui; idest, eos qui sine lege Dei, ex sua vana voluntate, tanquam lege ducuntur, vnde persona hæc non solum prælegit doctrinam Dei, sed leges alias odio habuit, legem autem Dei dilexit. Et quadruplex ratio redditur in hoc octonario huius præelectionis. Primò quia lex Dei est defensiva à malis. Secundò, sustinet in bono. Tertiò, aduersarios vincit. Quartò, præuaricantes castigat. Vnde congruè huic quintodécimo octonario, quintadecima litera nempe ( Sadech ) additur quæ significat auditum, obedientiam, & firmamentum, coniunctionem, escam, ac sustentationem. Quoniam qui cordis aure legem Dei audit, firmatur in ea ac sustentatur, & coniungitur,

tritur, à contrarijsque eius separatur: quando enim tali percipitur aure, in ea maximè firmatur animus ut obediat. Quare has aures exigebat Christus Dominus, cum in concionibus suis clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Omnes quidem auditores corporis aures habebant, sed non has exposcit verbum Dei: sed potius quæ cordis sunt, quibus eius virtus hauritur. Hæ enim verè sunt aures audiendi, quibus non vocis sonus, sed spiritus invisibilis efficacia percipitur. Nam per aures carnis tanquam per viam transit verbum, & recto itinere per unam intrat aurem, & per aliam exit, ut dicitur. At cum corde audio exhauritur, per cochleam illam intrat, totamque animam cingit, & amplectitur. Has aures promiserat sponsus cum Cantu dicebat; Murenas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, quod nostro sermone his verbis credo ad literam verti posse ( daremos te vnas arracas de oro, labradas de gusanillo de plata ) Per aurum verbi Dei doctrina intelligitur; nam sapientia auro passim in Scriptura confertur, imò super aurum exaltat eam sapiens, Sapient. septimo dicens; Quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Sed quoniam aurum surdum est, non sonos emittit, opus est ut circumdaretur argento, quod sonos placidos in aures infundit, quid enim prodesset doctrina nisi esset prædicator, qui eam auribus intonaret? secundum illud Roman. decimo: Quomodo audient sine prædicante? nam fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Dedit ergo duodecim tubas argenteas, hoc est, duodecim Apostolos, quorum sonus in omnem terram exiit, in omniumque hominum aures intonuit. Sed plus pollicetur his verbis Spiritus sanctus cum dicit, Vermiculatas argento, hoc est, promittit doctrinam prædicatam cum profectu.

Vermi-

Vermiculus enim ille argenteus virgam auream ambit, cingitque: organum autem auditus ad modum cochleæ à natura structum esse patet, per quod aer inuolutus atque inflexus intonet ad aurem. Sic & animæ aures verbum Dei circumuolvens, ambiens atque amplectens, circumcingit, rotamque implet vi atque virtute sua, quod Paulus mirabiliter explicat Hebræorum 4. his verbis, Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum, ac medullarum. Ecce quomodo verbum Dei, quando cum profectu auditur cor, recessusque eius voluit ac reuoluit, & usque ad vltima spiritus penetrat, omniaque ambit interiora, atque circumplexa tenet, sicut murena atque vermis è manibus strauiter elabuntur: sic & verbum Dei per aures cordis elabuntur, eliquaturque, suauissimeque percessit (vase deslizando) Tales ergo aures sibi instruit sponsus, ut eius verbum vtiliter audiatur. Vnde Isaia 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico (adobome, y adornome mis orejas) & Christus Dominus cum surdum curaret, digitos in aures eius mittebat, dicens, Effeta, quod est aperire. Aures instruebat quales ipse exigit ad audiendum verbum suum; nam tales aures à nobis exposcit ad audiendum verbum suum, quales ipse ad nostra habet. Ipse quippe semper attentus, placidusque ad nostras preces adest, inclinatumque aurem ad nos semper habet; ita ut quodlibet verbum quantumuis secretum, atque mustanter prolatum audiat; ut de Anna patet 1. Regum primo. cuius labia tantummodo mouebantur, non sonus percipiebatur foras, ita ut temulentam illam existimaret Hely sacerdos; & tamen exaudita à Domino est, Samuelemque Prophetam filium

Hebr. 4.

Isa. 50.

1. Reg. 1.

VERSVS SECVNDVS.

*Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.*

**E**cce primum, quod legi Dei tribuitur, nēpe defensionem ab aduersis; lex quippe Dei custodita, hominem securum ab inimicis seruat, vt dicitur Deuter. 27. & 28. Dicitur & Prouerb. 4. Custodi præcepta mea, & vines; ne dimittas ea, & custodient te, dilige ea & conseruabunt te. Ille enim nos adiuuat contra aduersarios, & suscipit cum ad eum confugimus: Vel adiutor dicitur, quia nos ad bona facienda iuuat: susceptor, quia ne ad mala cadamus nos sustinet; vnde August. Adiutor noster est Deus ad bona facienda, susceptor ad mala cauenda. Vel vt Diuus Ambrosius vult, aliter adiuuat, & aliter nos suscipit Christus; quia per legem nos adiuuat, suis nos dirigendo præceptis, sed per Euangelium nos suscipit, dū in corpore suo peccata nostra portauit; vt est illud quod dixit Saul ad Samuelē. Porra quæso peccatum meum. Nam peccatum pro peccati frequenter sumitur in Sacris literis. Ipse autē Christus Dominus peccata nostra tulit, id est, pœnas quibus nos ob peccatum obnoxij eramus ipse persoluit. Vel adiuuat peccantes, vt reuertantur à vijs suis malis, & suscipit reuertentes, secundum illud Augustini dictum; Si pœniteo parcis, si reuertor suscipis, insuper si differo præstolaris. Vel vt placet Hieronymo, adiuuat in hac vita per gratiam, suscipit in alia per gloriam, secundum illud Psal. 83. Quæ verba tanquàm filius promissionis profert. Aduerte quod Caiet. & alij

lium promeruit, qui fuit tanquàm fructus labiorum suorum. Moyfi quoque cum pronus in terra vix multaret, tanquàm si clamorem maximum emisisset, dictū est à domino; Quid clamas ad me? hoc est quid obtundis caput meum? scilicet, intentus ac attentus verbis tuis sum, vt murmur, atque susurrum tuum tanquàm si vociferares, audio. Sic & nos aures vigilantes, atque attentas verbo Dei ac legi eius gerere debemus (alerta la oreja) in quomodocunq; ad nos perueniat verbum eius, vel voluntas innotescat, nec desides aut pigri esse debemus, sed statim opere adimplere, quæ iubet, quod exemplo Samuel discere debemus, qui tercia somnis à Deo vocatus, statim è lecto resiliuit pergens ad Hely, & dicens; Ecce ego Domine, qui vocasti me; dormiens quippe etiam intentam aures ad Deum habebat, vt ad primum verbum aediret, & surgeret, ac diceret cum sponsa; Ego dormio, & cor meum vigilat. Rectè ergo ei qui præ cæteris legem Dei eligit, auditus ac obedientia additur, quoniam nisi cordis aures eam perciperent, non tanti faceret, vt alijs prætermisiss canduntaxat complecteretur.

Ait ergo. (Iniquos odio habui.) Hoc formaliter intelligendum est, hoc est in quantum iniqui, itaq; iniquitas potius odio habeatur, quàm ipse homo. Vnicuique à suo se defendere aduersario licet, hoc enim & natura ipsa docet, & ignem aquæ resistit, & humidum sicco, secundum illud Poetæ,

*Ouidius.* *Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.*  
Sed tamen si igni daretur facultas, vt aquæ frigidati contraheret, in qua solum aqua contraria est igni, sufficienter ei prouisum videretur. Vide verbum secundum tractatu decimotertio. De hoc plura dicenda erant, nisi supra tracta. 10. vers. 7. satis iam dictum fuisset.

1. Reg. 3.

Cant. 5.

Deuter.

27. et 28

Prou. 4.

D. Aug.

D. Am-

brof.

1. Reg. 15

August.

Hierony.

Psal. 83.

Caiet.

alij sic legunt. Et abscondio mea, & scutum meum  
 es tu: quod in idem reddit. Hebraismus est. Nam ea  
 quæ abscondimus, maiori cura seruiamus. Vnde de  
 iustis dicitur Psal. 30. Abscondes eos in abscondio  
 faciei tuæ &c. & res pretiosæ absconditæ vocantur,  
 eo quod in tectis ne surripiantur, seruari soleant.  
 Sed de hoc supra tractatu 2. vers. 3. Scutum autem  
 dicitur, quoniam sicut scutum cor seruat à telis, sic  
 & Deus corda nostra in suam suscipit custodiam,  
 Ideo enim cor nostrum à nobis poscit dicens; *Psal.*  
 præbe mihi cor tuum. vt id eius committamus es-  
 todia, omnem sollicitudinem nostram projicien-  
 tes in eum, quoniam ipsi cura est de nobis, vt admo-  
 net Diuus Petrus. *1. Pet. 5.*

VERSVS TERTIVS.

*Declinate à me maligni: & scrutabor man-  
 data Dei mei.*

**P**rosequitur effectum defensionis, qui si-  
 bi obseruanti eius legem à Deo proue-  
 nit, vnde dicit; Declinate à me maligni,  
 quia ipso me adiuuante aduersum me præ-  
 ualere nõ poteritis. Nam Dominus mihi  
 adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, *Psal.*  
 mus 117. Declinate à me, quia iniquos odio habui,  
 & consortium vestrum renuo. *Psal. 100.* Non habi-  
 tabit in medio domus meæ, qui facit superbiam;  
*Psal. 25.* Odiui ecclesiam malignantium, *Psal. 25.* Et bene à  
 se repellit malos, indigni quippe sunt quibus iusti  
 commisceantur; quæ enim communicatio sancto  
 homini ad eum? dicitur *Eccles. 13.* Sanctus, mun-  
 dus, dicitur Græcè, hoc est, absq; commixtione ter-  
 rena; canis autem animal immundum est, & à fa-  
 cris

cris ita remotum, vt nec pretiũ eius offerri Dño li-  
 ceat, vt dicitur Deuter. 23. Cõmuniter canis hic  
 sumitur pro peccatore immundo, & prophano, vt  
 ibi *Mat. 15.* Non est bonum sumere panem filio-  
 rum, & mittere canibus. Erat enim immundum  
 animal, vt pote non ruminans, non scindens un-  
 gulam; cui nullo modo res sanctificata conuenit,  
 vnde sacrificijs opponitur. *Isa. 66.* Qui mactat pe-  
 cunias, quasi qui excerebret canes. Quare & Dominus  
 prohibet sanctum dare canibus: quæ omnia con-  
 sonant cum illo Pauli secundæ Corinthiorum 6. *2. Cor. 6.*  
 Quæ enim participatio iustitiæ ad iniquitatem?  
 aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ conuen-  
 tio Christi ad Belial? aut pars fidelis cum infidelis?  
 & paulò post adducit illud *Isaia 52.* Exite de me-  
 dio eorum & separamini, dicit Dominus, &  
 immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos;  
 & eto vobis in patrem, &c. Homines post confu-  
 sionem linguarum inter se diuisi sunt: loquelæ  
 autem iustorum & iniquorum maximè distant  
 quantum cælum cleuatur à terra; Cum ergo non  
 sint labijs vnus non sermonum eorundem, co-  
 habitatio eis quasi inutilis interdicta est. Et non  
 solum inutilis, verum maximè nociua & in perni-  
 ciam trahens. Nam malignos hic vocat omnes  
 homines malos: sed præcipuè hæreticos & con-  
 tentiosos, qui contentiosè scripturas lacerant,  
 quare declinandi sunt huiusmodi maligni. Primo  
 quia corrumpunt fidem, *Ierem. 2.* Memphes, &  
 Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem;  
 Fornicatio autem & constupratio in scripturis  
 idololatriam, siue apostasiam per hæresim signifi-  
 care familiare est: quod cū esset profugus Dauid à  
 Saule, deplorabat dicens. *1. Reg. 26.* Eiecerunt me  
 hodie, vt non habitem in hereditate Domini, & dixerunt,  
 serui dijs alienis; id est,

T t id est,



id est, quodam modo me periculo exposuerunt, ve-  
ram religionē deserēdi ex consortio idololatrā.  
*Thren. 1* Idem plangit Ieremias in suis lamentationibus  
cap. 1. considerans Dei populum inter gentes ca-  
pitum duci, cū ciulans ait: Migravit Indas pro-  
pter afflictionē & multitudinem seruitutis, habi-  
tauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes  
persequutores eius apprehenderunt eam inter an-  
*Eccl. 33* gustias. *Eccl. 33*. vbi nos legimus: Quæ commu-  
nicatio sancto homini ad canem; vt supra citauimus,  
Græci nonnulli pro sancto homine legunt,  
hyena, est autem hyena sauum animal & crudele,  
de quo inter multa mira quæ de eo narrantur, scri-  
*Plinius* bit *Plin. lib. 8. c. 30.* maximè sermonem humanū  
inter pastorum stabula assimilare, nomenque ali-  
cuius addiscere, quem euocatum foris laceret. In  
vomitionem hominis imitari ad sollicitandos ca-  
nes quos inuadat. Præterea umbræ eius contactu  
canes obmutescere; quæ omnia hæreticis optime  
congruunt, cū inter ecclesiæ pastores, atq; canes  
id est, prædicatores humanā insinulent vocē, hoc  
est Scripturæ sanctæ eloquia proferant, de quibus  
diuinis differāt, nomenq; Christi Iesu & bea-  
tissime matris eius frequēter in ore versent, vt his  
alecti homines, aliās pij, eorū fucis inescati eis sa-  
ueant, aut horamenta; ab ecclesiæ pastoribus re-  
cipiant, vt Christū lacerent, Sacramenta contami-  
nent, misericordiā subruāt, aliena diripiant, peni-  
tentię opera eliminent, sacra prophanaque immi-  
sceant, canesq; hoc est veritatis prædicatores ob-  
mutescere faciāt, quare & Aue eis dicere prohibet  
*2. Tim. 2* Ioha. quos etiam Paul. 2. ad Tim. 2. deuicados cen-  
set, quū sermo eorum vt cancer serpit, qui inter  
vulnera pabulatur. Sic & isti animas quas, vel sub-  
perbiæ, vel auaritiæ contaminatas vulnere vident,  
hās deuorant in eisq; venenatas suas linguas pa-  
lcent:

scūt; vt in errore suū abductæ pereāt, quos Deus  
optimus maximus ab hæreditate sua precor diuel-  
lat, vt vltra non proficiant, sed insipientia eorum  
manifesta sit omnibus, iuxta Paul. vaticinium. 2.  
*2. Tim. 3* Secundò, maligni corrumpunt bonos mo-  
*1. Cor. 15* res, secundum illud *1. Cor. 15*. Corruptunt bonos  
mores colloquia prana, quod ex Menandro Poe-  
ta adduxit Paul. & *2. Tim. 2*. Prohana & inani-  
loquia deuota, multum enim proficiunt ad impie-  
tatem: Deinde declinandum est ab impijs, quia  
sæpè puniuntur boni iuxta eos. *Numer. 16.* Recede-  
dice à tabernaculis impiorum, & nolite tangere  
eorum. Præterea confunduntur sic, & ad meliorē  
frugem sic verrunt, cum viderint se ob sua demer-  
ita à conijctu bonorum arceri, secundum illud  
*Paul. 2. Thessal. 3.* Si quis non obedit verbo nostro  
per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini  
cum illo, vt confundatur. Retrahunt etiam à bo-  
no studio, quare quibus Deus arcana sua reuelat  
à malorum conijctu separat, *Osee 2.* Ducam eam  
in solitudinem, & loquar ad cor eius, vnde *Psalmi-  
sta noster* subiungit. Et scrutabor mandata Dei  
mei. Quasi malignorum societas impedimento  
ei esset ne faceret. Dæmones quippe ac satellites  
eius, cum quis legem Dei scrutari in oratione, vel  
in lectione satagit, turmatim occurrunt ei, atque  
cor eius puluere vanarum aut etiam noxiarum co-  
gitationum aspergunt, quatenus studio, vel ora-  
tioni eius impedimento sint: vnde *Eccl. 10.* dicitur,  
Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguē-  
ti: hoc est importunæ, vanæ, ac immundæ cogita-  
tiones, quæ & mortuæ, & mortifere sunt, mortuæ  
quidē, quia de rebus mortuis non soliditatē habē-  
tibus sunt, mortifere quū animę interitum ac mer-  
tem parant; hæ orationis & lectionis vnguentum

*Iob 1.* inficiunt, atque nullius commodi, imò potius incommoda efficiunt. Vnde Iob 1. dicitur, quod inter filios Dei affuit etiam quadam die Satan: nam in bonis operibus ipse se interfecit ut perdat: unde talibus dicendum est; Declinate à me maligni &c. sicut & Dñs Matth. 4. ipsum aduersarium deturbauit dicens; Vade retro Satan: quare de Diuo Greg. legitur, quod cum ad studium vel orationem intrabat, hunc recitabat versiculum contra aduersarios dicens; Declinate à me maligni & scrutabor mandata Dei mei, quo circa ipsemet Greg. 16. Marc. c. 8. sic dicit; Quos magis alios hostes patimur quam malignos spiritus, qui in nostris cogitationibus nos obsident, ut ciuitatem valeant nostræ mentis corrumpere, eamq; sub iugo dominij sui captam substernere? sæpè enim cum eloquijs sacris intendimus, malignorum spirituum insidias grauius toleramus, quia menti nostræ cogitationum terrenarū puluerem aspergit, ut intentionis nostræ oculum à luce intimæ visionis obscurent: quod bene Psalmista proniderat, dicens; Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Videlicet per hoc patenter insinuās, quia mandata Dei scrutari non poterat, cum malignorum spirituum insidias in mente tolerabat. ¶ Sed D. August. per malignos intelligit litigatores, qui pro rebus temporalibus tempus quod diuinis impendere deberent, litigando expendunt. Et consimiliter suos prælatos impediunt, ne Deo vacare possint. Vnde ait hic, Declinate à me maligni, & scrutabor &c. non enim, ait faciam, sed scrutabor. Nam maligni exercent ad faciendā mandata, & scrutandis autem auocant, non solum cum persequuntur, aut litigare volunt nobiscum, verum etiam cum obsequuntur, & honorant. Et tamen suis vitiosis, & negotiosis cupiditatibus adiuuandis,

uandis, ut occupemur, & eis nostra tempora impendamus efflagrant. Aut certè infirmos premunt, & causas suas ad nos deferre compellunt, quibus dicere non audemus, homo quis me constituit iudicem aut diuisorem inter vos; quare & eis etiam nos dicere compellunt; Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

In hoc Aug. reprehendere vult prælatos, qui plus cure impendunt circa negotia temporalia, quàm circa diuina, & plus in illis, quàm in spiritualibus rebus gloriantur. Nam sicut Paulus Timotheum docet in 2. epist. cap. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Et præcesserat. Labora sicut bonus miles Christi. Militibus autem interdicta est per leges negotiatio. Et alibi dicit. Seruum Dei nõ decet litigare. Larus interdictus olim erat, eo quod in aquis submergatur ad quærendū victum, deinde per acra volare præsumat. Non eos approbat Deus, qui & negotijs se se effundunt temporalibus, & nihilominus ad alta contēplationis volare præsumunt: semetipsos, ut puto seducetes, qui tantos se ipsos æstimant, ut in contrarias etiam partes integros se esse iactent, cū tamen in iure tanquàm prauaricatores puniuntur, qui utriq; parti litigantiū patrocina ferunt. D. Ambr. alia via procedit. Existimat enim, quod per ista verba vult ostendere Propheeta, nullum in studio Sacre scripturæ proficere, nisi ab omni peccato, & malignitate fuerit segregatus. Ait enim, Declinate à me maligni, &c. huius versiculi testimonio significatur, quod vbi malignitas est, ibi custodia celestium mandatorum esse non possit. Simplicem mentē, purum ac defecatum animum dilexit Christus, nec potest immaculatæ veritati vllū cū maculosis contubernium esse; Quoniam in maleuolā animā non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito

*D. Greg.*

peccatis. Sapien. 1. hæc Ambr. Maleuola anima secundum D. Greg. est, quæ in corde seruat odium, vel rancorem; Corpus autem subditum peccatis est, quod secundum Apostolum, fornicationi, non Domino seruit. Peruersæ enim cogitationes, ait sapiens, separant à Deo. Sunt autem quatuor genera malarum cogitationum. Aliæ malitiosæ, quæ procedunt ex animo offendendi, vel nocendi, contra quos Psalmista: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? tota die iniustitiâ cogitauit lingua tua. Talis fuit cogitatio Saulis contra Dauid, qui cogitauit eum tradere Philistæis; fratrum contra Ioseph; Pharisæorum aduersus Christum; Aliæ sunt ambitiosæ, qualis fuit illa discipulorum Christi, Luc. 9. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum esset maior. vbi nota, quod sicut dicit quidam antiquus doctor. Ambitio est quædam simia charitatis; charitas enim est patiens pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis; charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus; charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate; vtraque omnia credit, omnia sperat, sed longè dissimili modo, hæc ad gloriam huius vitæ, illa ad gloriam sine fine.

*Luc. 9.*

Omnes qui militant in castris ambitionis, capti sunt à Naas Ammonita, dextrosque oculos amiserunt. Prospicientes enim sunt in acquisitione temporalium, iacturam vero vitæ quam perdunt, & imminuentia mortis æternæ supplicia non attendunt. Pro vanissima vanitate militat hodie nostri curiales in labore, & erumna, in vigilijs multis, & periculis magnis, periculis maris, periculis fluminum, periculis pontium, periculis motuum, periculis in falsis fratribus, in mortibus frequenter, in confiscatione, in lassitudine corporis, atque in alijs vitæ discriminijs, in quibus gloriam martyrii mererentur, si hæc pro Christi nomine sustinerent: nunc autem

*1. Reg. 11*

tem

tem martyres sunt mundi, sæculi professores, discipuli curiæ. Per multas siquid tribulationes intrant iusti in regnum cælorum: hi autem per multas tribulationes promerentur infernum. In tertio genere sunt cogitationes voluptuosæ. Gen. 8. Sensus & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. In primis enim parentibus corrupta fuit & infecta natura: nec in posteris emendata. Albert. Magn. tract. 2. lib. 2. de causis proprietatum elementorum. c. 2. ait, quod si supra fauillam candela extincta, non tamen sic omnino mortificata, quin ibi aliquis ignis remaneat, superinfundatur vel tenuis puluis sulfuris, candela iterum accenditur: sic quantumcunque homo in se flammam voluptatis extinxerit, semper tamè igniculus manet, hoc est fomes carnalis concupiscentiæ, quæ dum viuimus extinguere omnino non potest. Quare summo opere cauendum est, ne super talem scintillulam, vel tenuis quidam sulfuris puluis proijciatur, ne iterum in maiores flammam crumpar. Sulfur quidem calidus est, sordidus, & tenax: & designat luxuriam. Puluis tenuis, vel modicus, cogitatio morosa est: quæ non solum reaccendit extinctam scintillam, verum etiam fouet, atque nutrit, vt tali incendio tota flagret domus, & scæteat. Vnde Diuus Gregorius super illud Iob 18. Aspergatur in tabernaculo eius sulfur, dicit; Sulfur sic ignem nutrit, vt in se sit grauissimi foetoris; ideo in eo peccatum carnis intelligimus, quod dum peruersis cogitationibus, quali foetoribus mentem implet, æterna incendia fouet. Vnde Dominus in Sodoma pluit ignem & sulfur. Quare etiam ipsi poenitentibus summa ope vitandum est, ne in recollectione talium criminum incaute detenti, in culpa noua sint, qui ad delendam veterem laborabant. Quare Gregorius 2. moral. cap. 5. Sæpè mens, ait, ita in

*Genes. 8.*

*Albert. Magnus*

*D. Greg.*

*Gen. 19.*

*Gregor.*

culpæ recordatione concutitur, vt ad perpetratio-  
nem illius longè grauius, quàm prius capta fue-  
*Deut. 15* rat, vrgeatur. Vnde Deuteronom. 15. dicitur; Ca-  
ue, ne ſubrepat tibi impia cogitatio: ſolet enim la-  
trunculus paruulus per anguſtum intrare fora-  
men, vt maioribus latronibus ſeras aperiat: ſic  
diabolus teneras ac paruulas cogitationes immit-  
tit, quæ ſi per ignauiam crefcere relinquantur, tra-  
dunt homines ad maiorum conſenſum. Sexus In-  
lius Stratagematum lib. 4. cap. 9. ait. Gæus Pom-  
peius cum inſpectos haberet Trecentos, & verere-  
tur ne præſidium reciperent, petijt ab eis, vt ægros  
interim apud ſe refici paterentur; fortiſſimis de-  
inde habitu languentium miſſis, ciuitatem occu-  
pauit. Sic dæmon perpendens viros ſanctos ſugge-  
ſtiones in opere non admittere, debiles & quaſi  
languentes cogitationes immittit, quaſi præ tene-  
ritudine noxiæ eſſe non poſſint: cum tamen po-  
ſtea ſocordia crefcant, & in fortiſſimas euadant;  
ita vt animam ad conſenſum trahant, arcemque  
mentis expugnatam diruant. Quare ſtatim de-  
turbanda eſt voluptuoſa, atque illecebra cogita-  
tio, ne cum ſit moroſa cordis arcanum inficiat, vt  
*Ierem. 4.* de Ierem. 4. dicitur, Vſquequo morabuntur in te  
*Gregor.* cogitationes noxiæ? Vbi Gregorius 17. Moral. di-  
cit. Non reprehendit cur veniunt, ſed cur mora-  
buntur. Etenim in bona corda cogitationes illi-  
*Hierony.* citæ veniunt, ſed morari prohibentur: & Hierony-  
mus ad Euſtachium ſcribens ait. Dum paruus eſt  
hoſtis, interficiendus eſt, vt eius nequitia elidatur  
in ſemine. Ille prædicatur beatus, qui ſtatim, vt  
coeperit cogitare mala, interficit ea, & allidit ad  
petram. Et Caſſiodorus exponens illud Pſalmi, Fi-  
*Caſſiodo-* lia Babylonis miſera &c. Filia inquit Babylonis  
*rus.* eſt caro, quia conſuſionem peccatorum ingerit,  
*Pſ. 136.* cui digna compenſatio datur, vt ſicut concitat ad  
vicia,

vicia, ita reprehenſa ſubdatur virtutibus, & malos  
motus antequàm crefcant allidant ad petrã Chri-  
ſtum, vt contracti diſpereant. Cogitationes quip-  
pè facilius vincuntur cum paruæ ſunt. In quarta  
clafſe ſunt cogitationes vanæ & infructuoſæ, de  
quibus in Pſal. 93. Dominus ſcit cogitationes ho-  
*Pſal. 93.* minum, quoniam vanæ ſunt. Et alibi; In illa die  
*Pſ. 145.* peribunt omnes cogitationes eorum. Tales erant  
ſolicitæ cogitationes atque curæ, quas diues ille  
verſabat in corde, Luc. 12. cum horrea atque vi-  
naria dilatare cupiebat, quæ tamè cogitatio qua-  
ſi vana eadem nocte elifa atque contracta fuit, &  
tanquam fumus lucernæ euaniuit. Sed de his aliàs.  
Haſ ergo cogitationes repellere debet, qui legem  
Dei cum proſpectu ſcrutari voluerit, & dicere; De-  
clinate à me maligni &c.

VERSVS QVARTVS.

*Suſcipeme ſecundum eloquium tuum & vi-  
uam: & non confundas me ab ex-  
pectatione mea.*

**H**ic eſt ſecūduſ effectus legis diuine, & *Secun-*  
gratiæ, ſuſtinere ſeu hominẽ ſuſtenta-  
re verbo Dei, Quoniam non in ſolo *duſ effe-*  
pane viuunt homo, ſed in omni verbo, *ctus ver-*  
quod procedit de ore Dei, vt dicitur *bi Dei ſu-*  
Deut. 8. vnde Ieronymus, & Felix vertunt, confor-  
ta me, ſeu ſuſtenta me, quod in idem cū noſtra edi-  
tione redit, quoniam ea quæ ſub noſtra tutela ſu-  
ſcipimus, & ab aduerſarijs tuemur, & in bono ſibi  
congruo ſuſtentamus. Vnde & poteſt intelligi de  
ſuſceptione, qua Deus ſuos ſuſcipit per gratiã in  
ſua protectione ſingulari; eo modo quo ſummus  
Pontifex

- Pontifex religiosos sub protectione sedis Apostoli-  
cæ assumpsit. Quo modo Deus hic iustos suscipit  
per gratiam, & in futuro per gloriam. De primo di-  
citur Iob 42. Suscepit Dominus faciem Iob, hoc est  
in presenti eius animam sub sua cura ac protectio-  
ne suscepit, exaudiendo preces eius. Phrasit quip-  
pè Hebraici sermonis est, cum quis postularis ali-  
cuius annuit, dicere; Faciem tuam suscepi. vt Gen.  
19. dicit Angelus ad Loth, Suscepi faciem tuam, id  
est, precibus tuis acquieui, ne auersa facie confu-  
sus abeas; vnde & auertere faciem est deprecata ne-  
gare. 3. Reg. 2. dixit Bersabea Salomonis; Ne con-  
fundas faciem meam, id est, postulata non neges.  
Et respondit Salomon; Pete mater mea, nec enim  
fas est, vt auertam faciem tuam, id est, ne auersa fa-  
cie confusa discedas, cum quæ petieris negem. Iob  
ergo offerente sacrificiū pro amicis suscepit Deus  
faciem eius, quoniam benigne postulata concessit:  
sic & iustis acquiescit, eorumque faciem per  
gratiam suam benigne accipit Deus: de susceptio-  
ne gloriæ dixit Stephanus Act. 7. Domine suscipe  
spiritum meum; Dicit ergo Propheta. Suscipe me  
ad gratiam continuè ampliorem, vt vitam vitam  
spiritus coram te. Et sic Ambr. dicit in hoc loco; Si  
viuit qui est in sinu Abraham, vt ille Lazarus pau-  
per, quomodo potest nō viuere, quem sempiterna  
vita suscepit, quem totus sibi Christus assumpsit,  
qui totus verbi est, cuius vita abscondita est in Chri-  
sto Iesu? De susceptione per gloriā hic erit sensus;  
Suscipe me de mortalitate ad immortalitatem, de  
miseria ad gloriam. In quo sensu huic versum ex-  
ponit Aug. dicens; Suscipe me secundum eloquiū  
tuum, & viam: sic enim de futuro dictum est, &  
viuam. Tanquam hic in hoc corpore nō viuatur,  
Ibidem. corpus enim mortuum est propter peccatum, &  
Ibidem. exoptantes redemptionem corporis nostri spe sal-  
ui

ui facti sumus, & quod non videmus sperantes  
cum patientia expectamus. Verum ne videatur  
presumptio sic audacter postulare à Deo, ideo ait.  
Secundum eloquiū tuum, id est, secundum pro-  
missionem tuam: nam vt nos hoc auderemus pe-  
tere, tu fecisti; tuo te chirographo continemus,  
qui nostrum chirographū sustulisti. Nos fecimus  
chirographum mortis, tu scripsisti chirographum  
vitæ. Ergo non confundas me ab expectatione  
mea, quia in te spero. Spes enim non confundit,  
hæc D. Ambros. hic.

Ambros.

Non desunt tamen, qui carmen hoc intelligant  
de susceptione humanæ naturæ à persona verbi: vt  
explicetur in eo flagrans patrum desiderium de hac  
susceptione: quæ nimirum tunc facta est, quā verbū  
caro factū est, quia tunc persona verbi suscepit na-  
turā humanam, non persona personā, non natura  
naturā, non natura personā, vt clare deducit Ma-  
gister. 3. Sent. Ex qua susceptione factum est, vt &  
Deus fieret homo, & homo diceretur Deus. Tanta  
fuit idiomatum cōcicatio, vt ea quæ Dei sunt, de ho-  
mine prædicentur; & quæ propria sunt hominis, di-  
cantur de Deo: quippè qui per omnia similis nobis  
factus est excepto peccato, vt Concilia sacra diffi-  
niūt. Cum surripere voluit Iacob benedictionem  
fratris sui Esau à patre Isaac iam sene atq; oculorū  
officio orbato, mater eius Rebecca cuius ope, atq;  
suasū hæc fiebant, pelliculis hedi manus atq; collū  
protexit, vt similitudo pilorum manus fratris sui  
Esau referrent, qui hispidus atq; pilosus erat, vesti-  
bus etiam valde bonis, quibus primogeniti indui  
solebant, Esau maioris, quas apud se habebat Re-  
becca, Iacob induit, atq; ad patris benedictionem  
accipiendam misit. Cumque vocem eius audisset  
pater, manusque pilosas terigisset, stupens ac ad-  
mirans ait. Vox quidem, vox Iacob est, sed manus

Magi-  
ster sen-  
ten.

Gen. 27.  
Figura.

manus

Gen. 24. manus Esau sunt. In vno eodemque subiecto, & vno  
cem Iacob, & manus Esau vniuit Rebecca Dei pa-  
rens Maria, de qua potius quã de Rebecca dicitur,  
Virgo pulcherrima, & incognita viro, in purissimo,  
vtero suo vocem Iacob cum Esau manibus con-  
nexit, cum filium Dei, qui vox ac verbum patris di-  
citur, cum mortali nostra carne vniuit: ita vniuit  
Christo Iesu Deus operet vt homo, & homo ea que  
sunt Dei faciat. Nasci & concipi hominis est, ma-  
nus Esau sunt hæc, sed sine virili semine generantur,  
& ex integra virgine prodire, Dei opus est hoc,  
hæc vox Iacob est. Vtterius, hominem à mortuis  
reuocare, cæco lumen restituere, claudo gressus  
dare, opéra Dei sunt; hæc vox Iacob est. Sed voce  
mortuorum suscitare, manibus oculos cæci lini-  
re, digitis aures surdi adaperire, hæc opéra homi-  
nis esse solent, manus sunt Esau: sed quia in vna  
eademque persona vtraque constat natura, hinc  
hæc communitio in operationibus prouenit, cum  
opera ac actiones tantum suppositis tribuantur  
Philosophi. At in Christo Domino qualibet na-  
tura suas proprias exercebat actiones. Vestibus  
primogeniti indutus est Iacob, quorum odorem vt  
percepit pater, in copiosissimas prorupit benedi-  
ctiones. Tunc Christi fratris maioris vestibus indui-  
mur, cum eius merita nobis per fidei sacramenta  
applicantur, cumque eius odorem in nobis perci-  
pit Deus, profuse nos in omnibus benedicit. Isaac  
benedicens Iacob, Esau existimabat se benedicere,  
ac in eo quodammodo secundum patris intenti-  
onem benedictus est Esau, nisi quod Deus in Iacob  
commodum omnia vertit. Ita & nos homines &  
peccatores (qui in Esau præsignati sumus) in ipso  
Iacob, hoc est in Christo, benedictionem à Deo pa-  
tre suscepimus, ob quam in gratiarum actionem  
Ephes. 1. prorupit Paulus, cum Ephes. 1. dicit; Benedictus  
Deus

Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui bene-  
dixit nos in omni benedictione spiritali in cœle-  
stibus, in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mun-  
di constitutionem, vt essemus sancti & immacula-  
ti in conspectu eius, in charitate. Vbi omnes inclu-  
dit benedictiones tam primam, qualis fuit præde-  
stinatio, & electio, quæ est veluti basis, ac funda-  
mentum aliarum, quàm alias, in quibus gratia, &  
media ad salutem competentia includuntur: ad  
quam etiam consequitur vltima, quæ erit in gloria,  
quam itidem assequimur per Christum, secundum  
illud Pau. Vt multos filios in gloriam adduceret. Heb. 3.  
Ad hanc igitur susceptionem, per quam tot bona  
lucrati sumus, spiritu, ac fide æstuabant antiqui pa-  
tres, enixè poscentes, vt secundum datas promissio-  
nes sibi à Deo, humanam naturam in vnitatem ver-  
bi susciperet, quatenus sic eleuata omnibus alijs  
præset naturis, nec confusi à tali expectatione re-  
maerent, qui eam sperantes fideliter vixerant.

## VERSUS QVINTVS.

*Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in  
iustificationibus tuis semper.*

**A**diuua me, scilicet, per gratiam delendo  
peccata, & saluus ero per gloriam,  
& sic meditabor in iustificationibus  
tuis semper. Sed dices. Iam iste adiu-  
tor erat à Deo cum supra dixit: Adiu-  
tor meus es tu; ad quid iterum petit, ad quid iterum  
verba conculcat, dicens: Adiuua me? Sed quia sicut  
adiutorio Dei continuo indigemus, sic ipsum con-  
tinuo orationibus postulare debemus, vt datum  
nobis adiutorium conferuetur & crescat. Sed quo-  
niam

niam sustentatio, quam possit iustus à Deo (de qua  
 versu precedenti,) sit præcipue per virtutes insu-  
 fas, & supernaturales: ideo sic intellige hoc carmè.  
 Adiuua me contra inimicos, qui me volunt perde-  
 re: quod sit per fidem. 1. Ioan. 5. Hæc est victoria  
 quæ vincit mundum, fides nostra. Et saluus ero per  
 rem: quod sit per spem. Rom. 8. Spe salui facti sumus. Et meditabor  
 in iustificationibus tuis per charitatem, secundum  
 illud Psal. 38. In meditatione mea exardescet ignis.  
 1. Ioan. 5. Hæc est charitas Dei, vt mandata eius  
 custodiamus semper, quia charitas nunquam ei-  
 cidit. 1. Corin. 13. Vel, Adiuua me contra languores  
 animæ, sicut medicus adiuuat ægrotum; & saluus  
 ero, & meditabor in iustificationib. tuis, memoni  
 tenens qualiter me dignatus es iustificare.

VERSVS SEXTVS.

*Speruisti omnes discedentes à iudicijs tuis:  
 quia iniusta est cogitatio eorum.*

**H**oc est aliud quod habet lex Dei, quæ  
 cum sit lex veritatis, vincit omnes,  
 qui ab ea discedunt, secundum illud  
 3. Esdræ 3. Super omnia vincit veri-  
 tas. vnde alij ex Heb. legunt. Calcasti  
 omnes errantes à iudicijs tuis. Alij ex Græco dicunt,  
 ad nihilum redegisti. Ait ergo Propheta. Ideo po-  
 stulo, vt me adiuues ad meditando iustificationes  
 tuas, quoniam scio, te spernere, calcare, atque in  
 nihilum redigere eos, qui ab eis per contemptum  
 vel peccatum descuerint. Verè Deus declinantes  
 à mandatis suis spernit, hic denegando gratiam,  
 in futuro deterrendo à gloria. De primo dicitur  
 Eccles. 7. Considera opera Dei, quod nemo possit  
 corri-

corrige quem ille despexerit. Quod de reprobis  
 optime intelligi potest, quos Deus spreuit, ne ad  
 se venirent, atque ideo nullius manus erigere po-  
 test, quem Deus in peccata permiserit labi: nec il-  
 le cui suum magnum atque efficax auxilium dene-  
 gauerit, poterit ab alio aliquo mendicare, nec ac-  
 cipere. De secundo vero dicitur. Prou. 1. Despexistis  
 omne consilium meum, & increpationes meas ne-  
 glexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, &  
 subsanabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit.  
 Et Psal. 2. Qui habitat in cælis iridebit eos, &  
 Dominus subsanabit eos, (hara mofa y risa dellos  
 el dia del iuyzio como los vencedores la hazen de  
 los vencidos,) Sed quoniam ferè in omnibus ex-  
 plaribus Græcis legitur: Ad nihilum redegisti disce-  
 dentes à iudicijs tuis. Ideo aduertendum ex D. Au-  
 gust. super 1. cap. Ioan. in illud: Sine ipso factum est  
 nihil: quod per nihil intelligitur peccatum; nam  
 cum omnia per Deum facta sint, & omnia quæ fe-  
 cerit Deus, sint bona (secundum illud: Vidit Deus  
 cuncta quæ fecerant, & erant valde bona) sequi-  
 tur, quod malum culpæ, quod est peccatum, non  
 sit factum à Deo, ac subinde peccatum sit nihil,  
 cum omne, quod est aliquod, sit factum à Deo. Sed  
 obseruandum, quod peccatum non dicitur nihil  
 negative, vt chimera, quæ nullo modo est: sed dicitur  
 nihil priuatiuè sicut cæcitas, quia priuat homi-  
 nem visu, quem poterat habere. Cum ergo quæli-  
 bet priuatio ad nihilum ducat subiectum, quod  
 priuante, & bono, quod ei debebatur, quanto  
 pluribus bonis priuaret, tanto magis ad nihilum  
 subiectum veheret: si igitur esset aliqua priuatio,  
 quæ omni bono hominem carere faceret, illa om-  
 nino ad nihilum redigeret hominem. Talis autem  
 est culpa mortalis, quæ hominem Deo orbatum  
 reddidit: Deus autem omne bonum est, vt Exo. Di-  
 xit

xit Dominus ad Moysen, Ego ostendam tibi omne bonum: qui ergo habet peccatū, nihil habet, quia & peccatum est nihil, & quasi in nihilum redigitur peccatorum: ut alibi noster Propheta; Ego ad nihilum redactus sum, & nesciui. Et Job. 18. Habitant in domo socij eius, qui non est. Vbi Gregorius per eum, qui non est, diabolum intelligit; Nam qui a Deo sciunctus est per culpam, per quem omnia subsistunt, & sunt, quasi ad non esse tendit: sed quoniam malum per se subsistere non potest, aliās se ipsam destruet, ut ait Philosophus; sed in bono se, ac sustineri debet; ideo etiam si peccatū ad nihilum redigar hominem quantum ad vitam gratiæ, natura tamen, quæ a Deo est, & ideo bona, manet licet ex coniunctione ad peccatum non nihil sibi infectionis copuletur. Vnde Prou. Miseros facit populos peccatum. Dicuntur etiam omnia sine Deo nihil, quoniam nihil conferunt peccatori ad salutem, secundum illud Prou. 11. Nihil proderunt diuitiæ in die vindictæ. Vnde D. Ambr. hic; Pulchre (inquit) omnes ad nihilum deduxisti à te discedentes; huc ille sit diues, nihil illæ diuitiæ sibi profuerunt; siue honoratus, nihil illi dignitas; siue potens, nihil illi potentia; siue sapiens mundi, nihil illi proficit scientia: rectè ergo dixit propheta; Ad nihilum deduxisti discedentes à mandatis tuis, quoniam illos quasi peccatores spreuisti, secundum illud Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, quia quasi nihilum reputat Deus diabolum & faellites eius.

(Quia iniusta est cogitatio eorum.) Plura supra de malorū cogitationibus præfati sumus, & adhuc aduertendum ex D. Gregor. 12. mor. c. 22. quod id quod est radix arbori, est unicuique sua cogitatio. Occultatur quidem radix humi, sed extra postea in virgultis prodit: sic cogitatio hominis sub terra corporis

corporis delitescit, ac postea in opere seipsam palam facit: sed in futuro erit sicut in corpore vitæ, erunt enim ad nutum eorum perspicuæ cogitationes iustorum: nunc autem sunt in corpore luteo. Et 1. omor. c. 27. Plateæ ciuitatis Ierusalem sunt ex auro, ut vitrum perspicuo, quoniam in plateis, ubi dolus & malignitas vigere solent, sunt absconditæ: sed in patria erunt admodum puræ cogitationes, ut eas omnes videre atque intelligere sine offensione possint. Nunc autem luteum vas sordulentas etiam cogitationes cælat. Sicut ergo arefcente radice, & planta areret atque deficeret, sic cogitationibus pijs deficientibus etiam religiosæ opera exiccantur; quare Gregorius, Omnis iniquus (ait) prius in cogitationibus arefcit, & postea in bonis actibus deficit, qui que fructuosam vitam gerere mentem, curet ne in cogitationibus arefcatur. Sicut qui fructiferam arborem cupit, radices humectare non desinit, ne siccitate deficiant, & præcipuè simus, & sanguis humanus modo calidus sit, maximè conducunt ne arefiat radix; sic cogitatio mortis & sanguinis à Christo effusa tanquam ros quidam matutinus vtilissimè simul, & fecundissimè radices animæ madefaciunt, & fecundant; passionis autem Christi meditatio amoris igne calere debet, ut in omnibus operibus nostris fecundos nos reddat. Vnde 1. Petri 4. dicitur: Christo in carne passio vos eadem cogitatione armamini. De mortis meditatione Eccles. 7. admonemur, cum ait Sapiens. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum contumelie, in illa enim cunctorum finis admonetur hominum, & viuens cogitat, quod futurum sit. Cogitatio etiam comparatur tineæ, ut idè Gregor. 11. Mar. c. 25. docet, quia sicut tinea sine sonitu penetrat vestimentum, ita cogitatio trans-

Apo. 21

Gregor.

Simile.

1. Pet. 1.

Eccles. 7.

Gregor.

Simile.

U u      sigit



*Iob 13* figit mentem, antequā perpendatur. *Iob 13*. Quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Cum ergo cogitationes impiorum corrosam atq; arefcentem reddant animam; ideo dicitur, Deum spernere illos, antequam oculos nulla creatura inuisibilis est, nec etiam ipse abditissimæ cogitationes, quæ quādo penetrare sunt, separant à Deo, ut dicitur *Sapient. 1*. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu; ubi aduertendum ex *Philosopho. 7. Eth. c. 3.* quod cum homo sit quasi in confinio duarum substantiarum, hoc est, spiritualium, & bestiarum: hinc fit, quod si sapiat naturam alterius extremi, ab illo denominabitur. Vnde viri excellentes in contemplatione, & honestate vocantur diuini, insignes autem in malitia vocantur bestiales, & à talibus cogitationibus fugit Spiritus sanctus, spernitque atque in nihilum computat mentes illis imbutas.

VERSUS SEPTIMVS.

*Præuaricantes reputauit omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.*

*Rom. 4.* **P**æuaricantes, id est, legis transgressores. Nā secundū *Pau. Rom. 4.* Vbi nō est lex, nec præuaricatio; Vel præuaricantes, id est, discedentes, vel apostatantes; Nam peccatores, quasi apostatæ à lege sunt, secundum illud: Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes, id est, à lege discedere: Vel terrib. Præuaricatores in iure vocantur aduocati, qui utique parti litigantium patrocinantur. Tales sunt Christiani peccatores, qui & mundo, & Deo simul seruire

seruire præsumunt, & nunc Euangelicū verbum audiuit, quo mundi factus, sæculique negotia damnatur, atque approbant, & in cælum usque efferunt, sed statim ad ea tractanda manus conferunt, & monachos laudant, quod ea reliquerint, & tamē eos qui in talia se negotia ingerunt adiuuant. Ecce quomodo præuaricatores sunt, qui utrique parti patrocinium ferunt; contra quos *Dominius*. Nemo potest duobus dominis seruire. Tales erant Galatæ, quos *c. 2.* taxat *Apost. 2* quod & Christo, & circuncisioni simul seruire satagebant. Hoc enim præuaricari erat, cum iam per baptisimi professionem vetustati mortui erant; vmbra tamen illam legem, quatenus Christi venturi significatiua erat, destruxerant; in nouumque hominem renati, in nouam et legem conditi erant. Vnde inter alia infert. Si enim quæ destruxi, iterum reedifico, præuaricatore me esse constituo, quoniam seruans legalia credens in Christum utriusque parti faueo, & vetustati legis, & nouitati gratiæ: (Ideo dilexi testimonia tua.) Hoc est, quoniam spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis, & vidi præuaricantes peccatores terræ, ex hoc ad testimonia tua diligenda me ipsum induxi. Sepe enim contingit, quod quanto magis pessimi elongantur à Deo, tanto magis probi illi appropinquant. *Proverb. 28.* Qui derelinquunt legem laudant impium, qui custodierunt legem succendentur contra eum. & *Psal. 9.* Dum superbit impius, incenditur pauper, id est, iustus in amore Dei.

Vel dic, quod in hoc versu adhuc Propheta indicare vult vitiatem peccatoris, secundum quod pro nihilo computatur à Deo, ut supra dixerat: Nam & Hieronymus ex Hebreo vertit, Velut scoriā reputasti omnes peccatores terræ. Sunt quippe impij veluti putredo & scoria mundi; quos

V u 2 des.

*Matth. 6. Galat. 2*

*Prou. 28. Psal. 9.*

*Hierony.*

- Ier. 13.* designabat lumbare illud, quod Ieremias sub terra positum putridum adinuenit; reprobis quippe circumdant bonos tanquam cingulum corpus, nam vndique eos circumueniunt, vt perdant, secundum illud Psalm. 11. In circuitu impij ambulans; hoc est, probos circumuehit, atque ambiunt, vt destruant. Sed hic quoniam viui sepeliuntur in negotijs & cupiditatibus, putrescunt in eis, & verum sit, quod de his dicit Propheta. Computrescunt, tamquam iumenta, in stercore suo. De quibus etiam Dominus Isa. 1. ait, Decoquam ad purum scoriā tuam, auferam omne stannum tuum, hoc est, impios delebo, vt iustorum puritas quasi victrix appareat. In domo magna, ait Paul. sunt vasa aurea, & fictilia, alia in honorem, alia vero in contumeliam. Sic in Ecclesia, & boni, & mali permixti sunt, & scoria, & aurum. Augustinus ait, quod in magna domo, & atria ampla, & triclinia optima sunt, & etiam stabulum & larrinā, vbi stercoꝝ ac immunditiā egeruntur. Sic in Ecclesia mali stabuli, vbi immunditiā effunduntur, locum tenent. In arca Noe locus erat vbi stercoꝝ delitescerent, in corpore hominis & nobilia membra sunt & ignobilia, & venter vbi stercoꝝ profuunt. In corpore mystico improbi ventris locum tenent. De quo Dominus per Prophetam conqueritur dicens; Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Dolorem quippe maximum in Ecclesia impij ingerunt bonorum animis. Sunt ergo mali & stercoꝝ, & putredo, & scoria mundi, de quibus Isa. 1. Argentum tuum verum est in scoriā, hoc est iusti in impios per peccata transierunt.

VER.

VERVSVS OCTAVVS.

*Confige timore tuo carnes meas : à iudicijs enim tuis timui.*

**V**erbum configere non significat hie talem confixionem, qualis fit per sagittam; non intelligamus hic timorem Dei sagittā comparari, vt aliqui intelligunt. Sed dictio quæ est in Greco significat proprie configere clavis. Vnde Ambrosius & Augustinus legunt. Confige clavis à timore tuo: quare intellige de confixione illa, qua non caro sola, sed ipsa cum suis prauis concupiscentijs cruci affigitur, secundum illud Pauli Galat. 6. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Sed hinc difficultas insurgit, quomodo petat, timore se configi, cum subijciat se timere Dei iudicia; & hoc ipsum pro ratione subiungit. Sed aduertendum, quod plerique timent quidem Dei iudicia, sed tamen non habent carnes timore Dei confixas; vt qui timentes quidem æternam damnationem, nondum tamen tali timore detinentur, quo ab omni malo fugiant; quod Euthymius in hoc loco docet dicens; Dum tua (inquit Propheta) lego iudicia, in anima quidem timore corripior, ipsum tamen corpus huiusmodi timore non castigatur. Tu igitur confige & ipsum corpus hoc timore, ita vt ad immoderata desideria amplius non feratur. Idem Dicitur Augustinus videtur sentire, vt intelligatur Prophetam optasse, addi sibi timorem, vt tantum timeret; quantum sufficeret crucifigendis carnibus suis, id est concupiscentijs. Hoc autem contingit his, qui ita carnis macerationi vacant, vt tamen effrenatas eius libidines

*Ambrosius Augustinus*

*Galat. 6.*

*Euthymius*

*Augustinus*

compescere non curent. Contra quos Greg. hom. 1. Dominicae Quadragesimae. In vanum (air) atteritur caro, si suis cupiditatibus animus non refrenatur, & ne lenocinijs suis alliciat animam, crucifigenda est. Ne vel membrum aliquod instrumentum iniquitati præbeat. Quinque reges, qui ingressum filiorum Israel in terram promissionis impediebant, captos Iosue in speluncâ obstruxit, calcare eorum colla principes Israel iussit, ac demum cruci affixos interire. Quinq; reges isti, quinque sunt sensus nostri, qui aduersus animum eleuati regnum eius inuadere cupiunt, hominisque totius republicam sua stultitia gubernare. Hi quippè impedimentū nobis præstant nō minimū, ne promissionis terram, hoc est caelorum gaudia ingrediamur. Quare per Dei gratiam auxiliumque diuinum primum ab anima capiendi sunt, inque seruitutem redigendi, vt se seruos ac mancipia esse cognoscant, nec amplius stultè ferociter contra dominam audeant; deinde in speluncis & vinculis constringendi sunt, sic vt compedibus astricti teneantur, ne in illicita exeant, aut videant, nec contrectent inaniterque concupiscant. Vt Iob foedus cum oculis suis pepigerat vt ne cogitaret de virgine quidem. Intus constrictos per rationem ac Dei legem eos habebat, ne foris ad illicita vagarentur. Sed nec hoc contumaci mancipio sufficit, sed eos per imperium rationis calcare, eorum libidines tanquam nocuas, ac stultas contemnerè debent, virgis cedere, ac demum cruci affigere cum vitijs, & concupiscentijs suis; vt si vel manum ad illicita extendere velit, vel pedè extrahere, statim flagelli dolore instructus sensus cōtrahatur. Cumque nunquam sibi ignoscendum fore experientia didicerit, iam nec periculum quidem suæ cupiditatis facere satagat; nec præsumat,

Figura.  
Iosue 10.

Iob 3 1.

mat, secundum illud. Serno maleuolo tortura & compedes; & claudere sensum atque in officio rationis continere est quasi compedibus constrictum tenere, oportet & flagella addere quorum timore arceatur. Plerique quidem animam diuinis refouent consolationibus, orationibus, contemplationibus assidue vacantes; sed quia carnem castigare contemnunt, facile in eitis illecebras prolabuntur. Ferri quidem durities in ignis conflatorio mollificanda est, sed nec hoc sufficit nisi postea ictibus in incude feriat, vt inde clavis, vel quod volueris confletur; Sic nec animam diuinis colloquijs delinire sat erit, nisi caro disciplinæ ictibus etiam feriat, vt ad nutum spiritui obtemperare non desinat. Vnde Sapiens in capite sui mirabilis alphabeti clamat, & dicit; Mulierè fortem, quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretiū eius. Ac si diceret. Orationibus mutantes, elemosynas pauperibus elargientes, non nullos fortasse reperies; sed qui carnem suam spiritui subdant, qui ex seipsis victoriam palmamque lucrentur, quibus duntaxat fortitudinis nomen debetur, vix vnum aut alterum dabis. Procul & de vltimis finibus pretium eius; In Aegypti, Scithique desertis, in priscis illis Anachoretis, Cenobitisque exquirendi sunt. Duos nepotes habuit Adam alter fuit vir malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri; alter fuit pater canentium cithara & organo. Et dum ille ferrum malleis & in incude feriebat: hic suauiter in cithara dulces modulos concinebat. Inter secundi Adam filios, ac nepotes hæc confraternitas vigeat, vt & caro penitentia ictibus feriat, & animus in Dei laudibus melodijsque occupetur, vt dum caro affligitur, animus interim delectetur, interque flagellorum ictus animus ad diuina concupiscen-

Ecl. 3 5.

Simile.

Prou. 31.

Genes. 4.  
Figura.

da rapiatur, vt de beata Maria Magdalena legitur, que dum in speluncis penitentiae operibus vacaret, ab Angelis ad Dei Laudes audiendas septies in die eleuabatur, sicque verum Diui Augustini documentum, quo poenitentem hortatur, dicens: Doleat, & de dolore gaudeat. Corpus doleat flagellis percussum, animus gaudeat, quia per hoc ad diuina haurienda eleuatur. Clauis autem configi desiderat carnes suas; quasi sensibili dolore vellet eas affligere, cor autem clauo charitatis confixum esse oportet, vt dicere possit cum sponsa. Vulnerata sum charitate: & quod de Diuo refertur Augustino, Vulnerauerat Christi charitas eorum. Manus autem & pedes clauis timoris Dei configantur, vt sic ad sanguinem & peccata nec currant nec dent manus. Nam ideo virtuti temperantiae respondet donum timoris, quia per timorem Domini refrenatur homo à concupiscentijs, secundum illud Prover. 15. Per timorem Domini declinat omnis à malo. Vt docet D. Tho. 2. 2. q. 14. 1. ar. 1. ad 3. Nisi per clauos velis intelligere verba Christi, quibus gehennam peccatoribus minatur, de quibus dicitur Eccl. vlii. Verba sapientum quasi stimuli, & velut clauis in altum defixi. Talis enim ac tantus timor ille est, vt non solum alta mentis occupet, verum & carnem ipsam horrere præ timore faciat. De quo etiam Iob cap. 3. 1. dicebat; Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Vbi D. Gregor. ait, Tumentes fluctus extremam potestatem, dicit; quando commotis omnibus elementis supernus Iudex ventis finem super omnia apportabit. Vnde secundum Hebr. vertit Hieronymus, & alij; Horripilauit à timore tuo caro mea. nam in Hebræo, confige, est verbum, Samar, quod secundum omnes significat ita inhorrescere, vt pili erigantur; sed ab hoc verbo

bo deriuatur nomen, Masmer, quod clauum significat, ad quam significationem respexerunt septuaginta. ¶ Accipito & alium sensum si placet. Confige timore tuo &c. Timor seruilis in lege præcessit tanquam pædagogus ad timorem castum ducens. Sed carnem non affigebat, cum in ea maneret peccandi voluntas. Nam vt diuinitus docet D. Paul. Roman. 7. & 8. Lex vetus carnalis erat, quoniam vetando vitia concupiscentiam carnis excitabat, cum in vitia fortius feramur; relinquebat autem carnem in sua mollitie, cum gratiam spiritui non cõferret, qua carnem sibi subdere valeret: atamen in lege noua, quæ lex spiritus dicitur, supernis donis vegetatur spiritus, quibus carnem à vitijs auocare virtutibusque obsequentem reddere valeat: atque ita à timore legis seruilis ad timorem proficiat castum, quo & spiritus & caro Deum reuerentur, ac timeant. Optat ergo Propheta, vt qui iam legis timore depressus, iudicia Dei meruebat, nec tamen carnem in eo timore ob defectum gratiæ continere valebat, nunc nouæ legis gratiam tribueret, qua & corpus; & anima in Dei timore instanter, assidueque persistenter.

DECIMVS SEXTVS

Octonarius.

*Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.* 1. Haim  
*Suscipe seruum tuum in bonum: non calumentur me superbi.* 2. Haim  
*Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.* 3. Haim

4. Haim *Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.*  
 5. Haim *Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum vt discam mandata tua.*  
 6. Haim *Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.*  
 7. Haim *Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.*  
 8. Haim *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.*

INCIPIT TRACTATUS  
Decimus sextus.

VERSUS PRIMVS.

*Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.*

Induit  
personam  
studentis  
saluti  
animae.



Personam qua in hoc octonario assumit Propheta, est hominis omni conatu studentis ad salutem animae, seruando legem Dei, quae explicatur in tertio versiculo, vbi dicitur; Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiae tuae. Hoc est, quod ita intendentes oculos habebat ardentosq; ad salutem, quae secundum Deum est, & ad eloquia Dei executioni mandanda, quod quasi deficientem pro lassitudine iam intuitum oculorum haberet, & ad similitudinem laborantium diu suscipiendo consum-

pros

pros esse describar. Vbi manifestè exprimitur ingens conatus ad salutem iustitiamq; , quae secundum Deum est exequenda. Tanti quippe ponderis negotium hoc esse vident iusti, vt nullum otio locum esse existiment, nulli labori parcendum, sed ad similitudinem solertissimi, ac cupidissimi mercatoris omnia exquirenda, maria terrasq; transigendas; quauis pericula subeunda, ne ignauia sua tolucra perire patiatur: quod sapiens videtur admonere Proverb. 6. cum dicit; Discurrere, festina, hoc est, non tardus sis, nec negligens. Sed & subito & diligenter da operam, suscita amicum tuum, orando, precando, nempe Christum, qui venit ad nos de via. Ne dederis somnum oculis tuis, hoc est, ne sis hac in parte somnolentus, sed vigil & diligens, eruere quasi damula de manu, hoc est, quemadmodum damula celeri fuga subtrahit se è manu eam capere conantis, & auis volatu se liberat ab insidijs aucupis, ita te à periculis exte, ne capiaris, sed toto conatu te in salutem animae tuae confer. Describitur autem haec persona primo, secundum propriam virtutum opera relata ad fructus percipiendos; vt in hoc primo versu patet, vbi fructus seruae iustitiae describitur, non dimitti à Deo in impiorum, aduersariorum ve calumnijs; & deprecatuè hoc poscitur, vt intelligatur fructus iste ab alio sibi largiri debere. Secundo relata ad fructus perceptos, qui sunt in sua potestate, de quibus dicit se fecisse iudicium & iustitiam, hoc est omnia, quae sub ratione debiti ab eo deberent fieri, quod est plenum iustitiae opus. Litera autem, quae huic apponitur octonario est, Haim, sextadecima in ordine, & significat oculum quo intuitus iste ad diuinam indeficiens explicatur. Interpretatur etiã fons, quae semper scaturit, noctu dieque non quiescit. Vbi manifestatur assidua cura, ac diligentia, quae

in

*Prov. 6.*

*Luc. 16.*

in huiusmodi negotio impendenda est. At docu-  
mentum hoc aduertendum censeo, quod omnia  
ferè Hebraica vocabula unum principaliter signi-  
ficant, & si quæ alia, vt tamen habent aliquam al-  
lusionem & conuenientiam ad principale, vt v. g.  
Iad, quod manum principaliter significat, potest  
etiam & robur quod manu ostendi solet,  
& auxilium, quod manus extensione fieri solet, si-  
gnificat, locum etiam non quencunque, sed qui  
à campo magno egreditur vt vallis, Mediterranea  
vero maria, quæ ad modum manus ex magno  
Oceano egredientia per terram extendantur. Quæ  
re ea nos vocamus brachia maris, vt Psal. 103. Hoc  
mare magnum & spatiofum manibus, hoc est fini-  
bus. & Gen. 34. est in Heb. Ecce terra lata est ma-  
nibus, hoc est vallibus, seu diuerticulis. & Deuter.  
13. (beiad) id est, manus erit tibi seu diuerticula  
quædam, dum in castris fueris, ad alium purgan-  
dum. Eodem modo hæc litera (haim) significat oculo-  
s, & fontem, quoniam fons è terra egreditur ad  
modum oculi. Vnde & Hispanè dicimus (vn ojo de  
agua.) Est & alia allusio. Nam oculus dum lachry-  
matur, quidam fons esse videtur, à quo lachrymæ  
velut ex fonte aquæ prodeunt. Vnde & in nostro  
sermone dicimus (eran sus ojos fuentes.) Hoc est  
plurimæ ex eis effluebant lachrymæ.

Set vt hoc nostro proposito accommodemus,  
obserua, quod est duplex oculus, nempe & oculus  
mentis, & oculus corporis. Oculus corporis est quasi  
quidam nuncius, qui ea quæ videt exterius, nunciat  
ac præsentat oculo mentis. Quare in oculo exteri-  
ori non est propriè peccatum, nec meritum: sed est  
quasi fons peccati & meriti, nam si interior oculus  
his quæ ab exteriori exhibentur, bene vtatur: tunc  
oculus exterior dicitur fons meriti. Si autem per-  
peram his vsus fuerit, & peccat oculus exterior,  
qui

qui ea ministravit, dicitur fons peccati. Vnde Am-  
brosius hic. Oculus (ait) vtitur videndi munere, *Ambros.*  
sed videmus ea quæ nobis placent, & sæpe ea quæ  
displicent, nec est in oculis culpa vel probitas, pro  
qualitate eorum quæ videntur, sed in oculis in-  
terioribus. Oculus tamen fons generationis dicitur,  
quia ex oculi conspectu, & bona & mala ge-  
nerantur. verbi gratia, vidisti mulieris pulchritu-  
dinem, laudasti artificis opus, venustatem naturæ:  
generatio fidei, & deuotionis fuit oculus. Vidisti  
possessiones populorum non ad inuadendum, sed  
ad defendendum, oculus tibi fons fuit, & origo ius-  
titie. Vidisti nudum, & miserus induisti eum,  
oculus tibi fons fuit misericordie. E contra vidi-  
sti mulieris pulchritudinem & concupisti, oculus  
tibi fons fuit luxurie. Vidisti agrum pupilli, &  
auaritia motus concupisti, oculus tibi fons fuit  
auaritie. Vidisti inopem superbo oculo, & insatia-  
bili corde, & despexisti, oculus tibi fons fuit  
superbie. hæc Ambros. Similiter cum vterque ocu-  
lus peccata commissa deslet, fons erit gratiarum  
atque meritorum tibi. Igitur cum supra carnes  
suas clatis affixas in timore Dei poposcisset, ne si-  
bi ad iustitiam impedimento forent, quasi iam id  
consequutus fuisset, infert. Feci iudicium & ius-  
titiam, non tradas me calumniantibus me. Qua-  
si meritum consequens ad obseruationem iustitie  
hoc postulat. Aequum quippe videtur, vt qui  
nulli nocet, omnibusque suum tribuit ius, à nul-  
lo etiam ipse lædatur, nec dolo aut negotio villo  
circumueniatur. Quod & David 1. Paralip. duo-  
decimo. pro se adduxisse videtur: cum enim à fa-  
cie Saul fugeret, & ex viris Benjamin ad eum viri  
fortissimi properassent, egressus eis obuiam dixit;  
Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor  
meum iungatur vobis: si autem insidiamini mi-  
hi

Ps. 103.

Gen. 34.

Deut. 23.

1. Par. 12.

hi pro aduersarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet; Vbi tanquam retributionem innocentiae suae ne eum dolo circumueniret poscebat, quod & consequutus est. Subinfert qui per se peritura. Spiritus induit Amasai principem inter triginta, & ait; Tui sumus o Dauid; & rectum fili Israel. Pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis, te enim adiuuat Deus tuus. Talis retributio est veluti responsio ipsius iustitiae, secundum quem modum loquebatur antiqui patres; vt est illud Gen. 30. quod dixit Iacob socero suo; Et respondebit mihi cras iustitia mea. Eo modo loquendi quo solemus dicere fructus respondere semini. Sic inter alios fructus iste correspondet iustitiae, vt qui nulli nocuus est Deo protegatur, & ipse ne noxam ab alijs accipiat. E contra vero, qui alijs noxij sunt, talionis & ipsi poenam recipiant, nec a Deo protegantur, sed permittantur calumniantium malitiae, qui mos loquendi frequens est in sacro eloquio; vt est illud 3. Reg. 4. Reddet Dominus sanguinem eius super caput eius. Et quod dixit Salomon ad Semei; Reddidit Dominus malitiam tuam super caput tuum. Talis enim fructus respondet malitiae semini, secundum illud Isa. 50. Peccata nostra responderunt nobis. Isa. 50. Na qui seminauerit homo, haec & metet, vt dicitur Galat. 6. Obserua quod haec verba possunt intelligi etiam in persona poenitentis. Demones sunt calumniantes peccatorem, hoc enim significat diabolus, id est accusator hominum apud Deum, qui iuste reportant animam peccatoris cum exit de corpore, nisi prius poenituerit. Vnde poenitens allegat poenitentiam suam dicens; Domine feci iudicium in contentione discutiens, & expendens causam meam, & in confessione sententiam ferendo contra me, & iustitiam in satisfactione. Haec tria debet facere bonus iudex

iudex animae suae. Primò discuit & inuestigat. Iob. 29. Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam, sed quoniam pauci habent in promptu causam suam, nec ob oculos ponunt actus vitae suae, quomodo eam expenderint, cum dolore & diligentia peccata recogitari necesse est, secundum illud Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Secundo contra latrones, & malefactores profert sententiam, hoc est contra peccata; & hoc fit in confessione, vt Psal. 36. Lingua eius loquetur iudicium. Facitur enim se peccatorem dignum quauis seuisima poena. Tertio sententiam mandat executioni, faciendae iustitiam, & suspendendo latrones, quod fit in satisfactione. Isa. 26. Iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores eius; scilicet homicidæ, & latrones: de quibus Iob 19. Venerunt simul latrones eius, & fecerunt sibi viam per me. Et Isa. 1. Iustitia habitauit in ea; nunc autem homicidæ. peccata sunt homicidæ quæ interficiunt animam spiritualiter. Ecclesiast. 21. Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas. Et illud Sapient. 16. Peccator per malitiam occidit animam suam. Qui ergo sic fecit iudicium & iustitiam, potest dicere Domino. Non tradas me calumniantibus me; hoc est demonibus, quibus tradentur peccatores. Psal. 62. Tradentur in manus gladij partes vulpium, id est demoniorum, erunt. Et nota, quod iudicium hic sumitur pro actu iustitiae, quatenus ab ea procedit, quod semper est bonum.



VER-

VERSUS SECVNDVS.

*Suscipe seruum tuum in bonum: non calum-  
nientur me superbi.*

**D**ixi non tradas me calūniantibus meis sed potius suscipe seruum tuum in bonum. Seruum se nominat, ut benivolentiam Domini caperet: nam & hoc nomen liberationis est iudicium. Seruus enim non tantum à seruiendo, sed etiam à seruitute, eo quod captus ab imminente seruetur in terit. Me ergo seruum tuum, non alienum, quem à seruitute peccati & mortis liberasti, suscipe in bonum, nam calumniatores impellunt in malum, ne superbi, id est, diabolus & satellites eius tam heretici, quam schismatici, quam alij peccatores calumniantur me; hoc est calumniando capiant me. (Sic enim verba Græca sonant.) Diabolus autem calumniator est contra nos, ut patet, Iob 1. Nunquid frustra Iob timet Deum? Imitantur autem eum qui sunt ex parte illius, quales sunt reprobi omnes; calumniantur nos & Iudæi, & Pagani (ait hic Augustinus) quia hominem crucifixum pro Deo colimus, hoc enim (ut docet Pau.) & Iudæis fuit scandalum, & gentibus stultitia. Habent quoque calumnias suas hæretici, & schismatici, quorum omnium calumniæ superborum, tanquam colubrum venena vincuntur, cum vigilantissima pietate Christus crucifixus attenditur. Propter quod præfigurandum Deo miserante ac iubente Moyses exaltauit in deserto similitudinem serpentis in ligno, ut similitudo carnis peccati crucifigenda præfiguraretur in Christo: hanc intendo saluifera crucem omnium calumniantium superborum vi-

Iob 1.

Sap. 2.  
August.

1. Cor. 1.

Nam. 21

rus

rus expellimus. Hæc August. Porro in Christum crucifixum viua fide aspicientes, omnia venenata præcipua abibunt, in ligno se serpens constrinxit, ut venenum immundū efflavit in ligno se Christus affixit, venenatq; diaboli eius anthiodoto profligavit, serpentes qui populum Israel in deserto vulnerabant veri erant, virulentoque vulnere homines confolebant; serpens autem qui percussos sanabat, non viuis, sed fictis, atque conflatas ex ære erat. Peccati verū virus est animi, omnesq; homines à serpente percussi, nascimur filij iræ in vero peccato quod à primo parente ad nos transmittitur. Itaque verè venenati in mundum venimus. At Christus Dominus, cuius figuram serpens ille in ligno elatus in deserto præseferbat, non verè serpens, nec verum venenum habuit, quoniam nullum omnino contraxit peccatum, sed similitudinem tantum ac effigiem serpentis præseferbat, quoniam in similitudinem carnis peccati missus est, ait Paul. cum carnem passibilem obnoxiamq; penis peccati tulit, & de peccato damnauit peccatum in carne. Rom. 8. De eo quod accepit à peccato, nōpe de effigie, de penis illius, denicit peccatum. Sicut enim Christus morte sua mortem nostram destruxit, & vita sua nostra reparauit, ita & peccato suo (si ita fas esset loqui) id est, eo quod assumpsit à peccato, nōpe similitudine quam accepit ab eo, cum eius penā subijt, hoc peccato suo, vel hac similitudine peccati nostrū dā nauit peccatū, atque in crucis tribunal damno addixit, virefque subtraxit, ne tantis cladibus affigeret mundū. Vide tractatum quartū vers. 5. Non autem virus habebat, sed mel, cum in cruce suspensus diceret, Pater ignosce illis, quod enim faciunt nesciunt, Luca 23. verè mel, & lac sub lingua tua, fauus distillās labia tua. Ecce in ore occisi leonis fauū melis, Iudi. 14.

Figura.

Rom. 8.

Rom. 1.

Luca 23

Iudi. 14.

X x Cum



*Figura.* Cum enim factore afficere Samsonem deberet leo, ut pote iam diu occisus, tunc mellis fauam ex ore profert: dum ira Dei scire deberet in homines sacrilegos, iniustosque, ac crudeles, impiosque in factorem suum; cum in eos animaduertere eius deberet seueritas, deporareque eos, ac deglutire viuos terra deberet; tunc mellis dulcedinem ex ore profert dicens; Pater, ignosce illis &c. non enim venenum aut fel habebat, sed anthidorum suauia, que omnia in ore versabantur illius, qui vt yru, lenta serpentis ora obstrueret in ligno pendebat, vt inde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui per lignum vincebat, per lignum quoque vinceret per Christum Dominum nostrum. Nam hoc opus nostrę salutis ordo depoposcerat, multi for- mis proditoris ars vt artem falleret, & medelam ferret inde hostis vnde læserat. Serpens ferit & serpens sanat, sed ille mortifero veneno, hic medica- mentis salutaribus, ille vulneratos prosternebat, hic valerudine donatos eleuat: caro peccauit, caro sanat, homo delinquit, homo liberat à delictis; culpam caro, purgat caro, regnat Deus Dei caro.

*Ioan. 3.* Hęc diuina caro in regnum nos euexit cęlestē, quos illa in fecibus prostrat terrenis. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, dixit Dominus Nicodemus Ioan. 3. & c. 10. ait. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Serpens ille æneus percussos eleuabat à terra, sic Christus peccatores à culpa ad gratiam subleuat, atque post se sanatos trahit. Mira res: Philosophi tradunt, quod si quis percussus à venenoso serpente in æneum vas defixerit oculos, confectum interibit, & tamen qui illum aspiciebant æneum serpentem, viuēbant, à morsibusque venenatis sani euadebant.

*Philosophi.* homo cruci inter duo nequam tanquam malus factor

factor affixus; qui scandalum videbatur peccatoribus, hic eos ad se trahebat, peccator qui Deo viuo contraire nititur, à Deo mortuo post se trahitur; qui contra Deum manus sacrilegas tendit, manibus clauis affixis rapitur, atque deuincitur. Cum filii prophetarum cederent ligna ferrūque è manubrio securis in stium cecidisset, quod vnus ex eis mutuo acceperat, atque ad Helyseum clamasset misso à Propheta ligno in aquam supernatauit ferrum quod iam in fundo fluuij quieuerat, atque post lignum quasi ab eo raptus ferebatur super aquas. Grauius ferro peccatū est, quā hominē in barathrū submergit, tam ē lignum crucis quasi magnes hoc ferrum trahit & post se rapit peccatorem; atque ea peccata sub quibus demersus iacebat iam calcat, contemnitque; & super ea subleuatus crucē Christi amplectitur. Rectēque dicit Christus: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Huic ergo serpentem vitis oculis respice, vt à superbiorum calumnijs protegaris.

*Ioan. 10.* Sed aduerte quod Felix & alij ex Hebræaliter transferunt versiculum istum, nempe loco huius quod nos habemus; Suscipe seruum tuum in bonum, legunt ipsi; Fac suauem & dulcem seruum tuum in bono, siue; Dulcescat seruus tuus in bono: hoc est prompte & delectabiliter operetur bonum, vel ex deuotione feruenti & suauis gustu, in tuo se semper cultu oblectet. Petit manna illud quod nemo nouit nisi qui accipit, nimirum dulcedinem illam, & saporem quem iusti Dei conuictu ac familiaritate sugunt, quibus Deus intrinsecus pluraquam omnia suauia ac dulcia sapit. Vel intellige se poscere, vt omnibus dulcis & suauis appareat in bonis illis tribuendis, hoc est, quod non solum omnibus beneficiat, sed tam dulci affectu, atque aspectu, vt omnibus placeat ad illum libenter

*Apo. 2.*

X x 2 tiffime

tilissime accedere, hoc enim ex Dei conuictu addi-  
 scunt sancti, vt omnibus se amabiles exhibeant  
 (son vna seda.) Si enim ex hoc quod sapienti viro  
 familiaris es, nescio quid prudentia (ait Chrysof.)  
 ex tali familiaritate lucratis: cur non potius iusti;  
 qui cū Deo conuersantur; qui omnibus creaturis  
 gratissimus est, non sibi etiā hanc gratiā ex illius  
 colloquio asciscunt; mansuescunt ferē ex hominū  
 familiari conuictu, videmusq; leones omni ferocitate  
 deposita domesticos ac cicures ad pedes nos-  
 tros iacere; vt rex quidā Castella Ioannes Secun-  
 dus pedes super leonem in solio suo habere cōsue-  
 uerat. Iustus autē qui ab pedes Dei prouolutus aff-  
 duē iacer, cur non ex illa mansuetudinis schola  
 hanc sibi & alijs addiscet? Discite à me (inquit op-  
 timus ac suavis magister) quia mitis sum & humi-  
 lis corde. Non dicit (ait Hieron.) Discite à me ce-  
 los condere, astra creare, cæcis lumen reddere, om-  
 nipotentes ac Dominos esse, sed discite à me, quia  
 mitis sum & humilis corde, Moyſes postquā cum  
 Deo colloquia miscuit in montē dicit de eo scri-  
 ptura, quod erat mansuetissimus super omnes ho-  
 mines qui erant in terra, cum tamen antea homici-  
 da fuisset. Vnde de eo dicitur Ecc. 41. Dilectus  
 Deo & hominibus Moyſes, cuius memoria in be-  
 nedictione est, non solum Deo gratus, sed & ho-  
 minibus gratiosus atq; amabilis, ideo eius memo-  
 ria in benedictione est: nam cum imprecatione bo-  
 ni & laudibus in ore versabatur omnium. Ego cer-  
 tē quos noui iustos ac orationibus, & colloquijs  
 diuini deditos, hos & suauissimos & mansuetis-  
 simos, omni deposito felle omnibus amabiles; be-  
 neficos, ac gratiosos reperi. Quos autem non ita  
 inuenero, etiam si contemplationi dicatos se at-  
 tinent, minimē fidem adhibeo. Si enim sumum  
 ego non videro, cur ignem ibi esse mentieris mi-  
 hi?

Chrysof.

Mat. 11

Hieron.

Num. 12

Ecc. 41.

Similo.

hi: Tango montes (ait Psalmista) & fumigabunt: si  
 enim corda superborum tetigerit Deus, iam signa  
 effrent: quod Deus sit in illis, quoniam Deus  
 noster ignis confirmans est. Vnde in monte Si-  
 nai, vbi ad Moyſem descendit Deus, non solum  
 ignem, sed & summum visum esse scimus. Si ergo  
 signa præsentia Dei non videro; quæ ista præci-  
 pius sunt, quomodo ipsum adesse credam? cum  
 Deum non in se ipſo, sed in suis agnoscamus effe-  
 ctibus. Hanc ergo dulcedinem in bono Prophe-  
 ta postulat, vt eius memoria non superborum  
 calannia, sed benedictionibus potius subdita  
 sit. Aliquos reperies, qui se discipulos Christi ia-  
 ctant, & tamē duriores ad fratres q̄ tanti magistri  
 auditores deceat, qui & in bonis largiendis ita  
 asperos, ac truculentos se habent, vt potius iniu-  
 riam quam beneficiū receperint, qui accipit, existi-  
 mer; & ita infesti, dando, atque negando appareat;  
 cum Isaias, cap. 3. peccata que in ecclesia Dei  
 deberent esse inter Christianos, sub nomine im-  
 mundorum animalium enarrasset, etiam herosiffi  
 ibi moraturum dixit. Vbi Diuus Gregor. ait, per  
 hoc animal homines alijs truculentos, cum sibi  
 omnia suauia velint, significari, hericus quippē  
 cum ad ipsum accesseris carnem quæ mollis est,  
 in seipſo recondit: aculeos tamen ac spinas, qui-  
 bus à natura indutus est eas duntaxat tibi osten-  
 dit: sic homines intractabiles, seuerioresque inue-  
 nies, qui cū sibi blandi ac delitiosi sint, alijs asper-  
 rimos se exhibent, cum que ad illos accesseris, vul-  
 tum tibi toruum reddunt, faciem que hominis  
 sibi velant; leonem tamen tibi semper ostendant;  
 cum tamen Christus vnā tantum leonis faciem  
 habuerit, quā ad vltimum reseruat diem; nunc  
 autem hominis, vituli, aquilæque nobis vultum  
 ostendit: quæ omnia mansuetudinis, regalisque

Pf. 43.

Exod. 19.

Isa. 34.

D. Greg.

Ecc. i.

magnificentiae insignia praeferebant. Et in baptis-  
*Matt. 3.* mo in columbae species Spiritus sanctus visus est,  
 quasi designans eos qui in sacro fonte in filios Dei  
 generantur, mansuetos suavesque venasibi oportere:  
 serpentis veneno in fonte dimisso.  
 Alia translatio etiam dicitur: Sponde pro sermo-  
 tuo in bono. Vbi videtur petere, quod Christus Do-  
 minus fideiubeat pro nobis ante Deum, qui Ecclie-  
 siast. 29. dicitur fideiussor noster, cum dicit sapiens,  
 Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, posuit  
 enim pro te animam suam: nam cum secundum  
*Rom. 5.* Pauli sententiam Roman: 5. Per unum hominem  
 peccatum in hunc modum intrauit, & per pecca-  
 tum mors, & ita in omnes homines mors pertran-  
 sivit, in quo omnes peccauerunt: cum Deus se of-  
 fensum ceperet, quod peccatum animas quas ipse  
 se condidit, sub tyrannide sua oppressas haberet,  
 Deus e tribunalis hanc aduersus peccatum senten-  
 tiam protulit, quod peccator interiret, & in infer-  
 num descenderet, peccatum autem a mundo pro-  
 hiberetur, cum hoc tamen addito, quod si in ali-  
 quo uno peccatum omnium inueniretur volun-  
 tate ad soluendum eius poenam assumptum,  
 hoc est, quod si quis fideiuberet pro peccato, se  
 obligans ad resolutionem eius poenam, hic captus,  
 flagellatus, illusus, sputis oblitus, baiulans sibi  
 crucem, in ea affixus, inter duo nequam interiret,  
 corpus sepulturae traderetur, animaque ad  
 inferna descenderet. Quae sententia quantum ad  
 primam partem quotidie executioni mandaba-  
 tur, cum & peccatores morti, & damnationi ob-  
 noxij erant. Sed quantum ad secundam quae fuit  
 sententia contra peccatum lata, nullus inuenieba-  
 tur qui super se omnium peccatum tolleretur, cum  
 unusquisque proprium haberet peccatum, pro quo  
 poenas lueret. Nam si ab hoc, vel illo, originale  
 tollitur,

tollitur, remanet tamen in tota natura. Sicut  
 quando tyrannus totum regnum inuasit, parum  
 refert, quod ab hoc loco, vel illo profligaveris  
*Simile.* eum: cum omnes ciuitates & arces sub sua sint di-  
 ctione, & imperio, vniuersum regnum oportet ex-  
 pugnare, vt eum expellas. Sic peccatum quod to-  
 tam inuaserat naturam humanam, qui illud expel-  
 lere velle oportebat omnium causam accipere, nec  
 inueniebatur, quis faceret. Et ob relatam ratio-  
 nem, & quia maximis diuitijs praeditus, atque po-  
 tentia oportebat esse, qui bellum vniuersae naturae  
 humanae indicere auderet, nec vniuersa moles  
 creaturarum ad tantum negotium sufficere pote-  
 rat, accessit filius Dei, seque vadē pro hominis na-  
 tura dedit: quod si alius non inueniretur, ipse de-  
 bitum solueret. Non est repertus qui faceret, homo  
 fit, vt soluat: homo autē absque peccato, vt per eum  
 ageretur omnium causa, in quo erat omnium na-  
 tura sine culpa, vt ait Leo Papa, & ideo carnē pas-  
 sibilem in qua poenas luere posset accepit: sed di-  
 uinitati iunctam, vt valorem iustum pretio quod  
 persolueret adderet. Vnde Eusebius ait; Immensa  
 illa maiestas de nostro obtulit sacrificium, de suo  
 contulit pretium. Hinc collige quae passus sit Chri-  
 stus, cum totius naturae debitum, quod infinitum  
 erat, nec aliquis inueniebatur idoneus ad soluen-  
 dum, ipse in seipso superabundanter exolvit. Vn-  
 de & ad ipsum, peccatum hominis translaturum est,  
 id est, poena nostri delicti, vt dixit Nathan ad Da-  
 uid, Dominus transtulit a te peccatum tuum in pue-  
 rum tuum, ipse morietur: quia Deus parer poenam  
 quam homo pro delicto debebat, in puerum suum  
 Iesum Dauidis filium transtulit, & posuit super eum  
*Exod. 10.* scelera omnium nostrum; Et sicut locustarum  
 plagam qua Dominus Aegyptum afflixit, in ma-  
 re Rubrum postea proiecit, illicque suffocatae pe-  
 rierunt:

rigitur: sic peccata quae fructus animae excedunt  
 hinc locusta terra, in rubeum sanguinem filii sui  
 proiecit, a quo suffocavit, quia inlar maris aqua  
 ab eo in passione fluxit. Vide Salomon. Prov.  
 6. b. quae quasi loquen sicum filio suo Iesraie. Tu  
 li mihi si loquideris pro amico tuo, id est, pro homi  
 ne, defixisti apud exaraneum manum tuam. Id est  
 calumniae eas affixas habuisti illa quae sunt ver  
 bis eius tui, & captus proprijs sermonibus. Nam  
 Iher. 4. spiritus oris nostri Christus Dominus, ob id ca  
 ptus est in peccatis nostris: fac ergo quod dico  
 tibi, & remetipsum libera: nam liberando homi  
 nem quem in remetipso accepisti te ipsum vide  
 re liberare. Discurre per Galileae vicos, & civita  
 tes Iudaeae praedicando, festina nunc hinc, nunc  
 milites simul liberando, suscita amicum tuum,  
 dic Petro amico tuo, Simon dormis? non per  
 tuisti una hora vigilare mecum? ne desideris som  
 num oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae, sed  
 noctes infirmes in oratione transigendo, Erna  
 re quasi Damula de manu, & quasi avis de ius  
 dijs aucupis, nempe saliens in Calvaria monte vs  
 que ad crucem, & inde ad sepulchrum, & infer  
 num, ut sic de te dicat sponsa; En iste venit saliens  
 in montibus, transiliens colles, similis capreae hin  
 nuloque ceruorum.

VERSUS TERTIVS.

*Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in  
eloquium iustitiae tuae.*

I N primo versu explicuimus quomodo perso  
 na haec his verbis ingens desiderium suum erga  
 Dei obsequium exprimeret, Deficiunt autem oculi

nem Christi misteria acie mentis inveniuntur (ipse  
 enim salutare Dei dicitur a Simeone) cum & na  
 tura nostrae vires & intuitus nostri vim, in immen  
 sum tantum mysterium excedat. Veluti qui ad  
 ierunda maria oculos emittit, tandem intuendo  
 deficiunt, eodem modo eloquia iustitiae Dei hoc  
 est nostrae iustificationis sacramentum: etiam su  
 pra nostra eleuatur lumina, neque ad id pertin  
 gere valeamus. Tamen semper intentos ei esse oportet,  
 & quia semper eius indigemus auxilio, & quia  
 quod die noua quae intuemur, inueniemus, & vt  
 noscitur illuminerit oculus mentis, a caecitateque  
 peccati in admirabile lumen Dei assurgat. De  
 primo dicitur Psalm. 122. Sicut oculi ancillae in  
 manibus Dominae suae: ita oculi nostri ad Domi  
 num Deum nostrum donec misereatur nostri.  
 Ancilla quod velit Domina indefinenter aspicit,  
 ad manusque eius oculos dirigit, a quibus id quo  
 indigerit, accipere sperat: sic & nos erga Deum  
 tantum intentum gerere debemus, donec misereatur  
 nostri. Non quod cum miserus nostri fue  
 rit oculos ab eo debeamus auertere, cum nostra  
 beatitudo in intiendo eum sit sita, sed quod ocu  
 lorum nostrorum intentio ad Dominum non por  
 tigitur, nisi vsque ad impetrationem misericordiae  
 ipsius, non vt postea inde auerteretur, sed vt inde ni  
 hil amplius requirat, donec ergo positum est vt  
 non amplius intelligat: quid enim amplius vis  
 quam Dei misericordiam nancisci in hoc seculo  
 per gratiam, quae te Deo reddat gratum, & in fu  
 ruro per gloriam quae gratia consummata est? Et  
 cum semper hac gratia & misericordia indigeamus,  
 semper in Deum oculos habere debemus in  
 fixos. Sic explicat hunc locum August. lib. 83. que  
 stio. cap. 69. Oculi ergo mei ad Dominum, a quo  
 superuenturum expecto auxilium, secundum il  
 lud

Iud 2. Paralipomen. 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros ad te dirigamus, De secundo dicitur Ecclesiast. 1. Non satiatur oculus visu, semper enim noua pulchritudo Dei inuentium oculis apparet. De tertio verò nempe in remedium cecitatis nostræ, ait Paul. Hebr. 12. Aspicientes in autorem & consummatorem fidei vestræ Christum Iesum, qui vt 1. Petr. 2. dicitur, de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Lætera in hyeme in caueis delitescit, ne lumen coeli videret, vnde & in tenebris illis præ nimia humiditate exiccatur. At cum ver cœperit terram afficere calore, à cauea exiens ad orientem solem oculos dirigit, cuius radij eorum exiccant humiditatem, & videns fit; sic peccator qui in terrenis curis quasi in fouea occultatur, ex quarum humiditate obcæcatur oculi mentis, ad Christum dirigat aciem, qui oriens dicitur ( Ecce vir oriens nomen eius ) cuius splendore mens illuminata videbit lumen coeli, quod antea in peccatorum tenebris videre non poterat, vnde Malach. 4. dicitur. Vobis autem rimentibus nomen meum orietur Sol iustitiæ: & sanitas in petnis eius. Intuere ergo hoc lumen, & in hoc deficiant oculi tui, non lassitudine oppressi, sed excellentia tanti luminis superati, agnoscant se minus aptos ad illud intuendum esse, nisi desuper ab ipso diuino lumine subleuentur: vnde & sapientis oculi in capite eius describuntur, quoniam semper ad cœlestia intendit: oculi autem stultorum in sinibus terræ, nimirum quia terrena respiciunt.

VER.

VERSUS QUARTVS.

*Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.*

**A**D duo terenderat oculos, nempe & ad salutem & ad eloquia iustitiæ, & ideo prius ponit fructum salutis postulans misericordiam & gratiam quæ salutaris homini sunt, & secundum fructum postulat dicens (Et iustificationes tuas doce me) Peti iustitiæ cognitionem ex parte doctoris dicens; doce me. & ex parte addiscentis cum verbi sequenti subinfert; Seruus tuus ego sum; da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua. Et vtroque se seruum nominat, quasi cumulans officia, ac si diceret, non solum toto studio ad ea quæ salutis & iustitiæ sunt propero, sed sicut seruus tuus ad te pro gratia & doctrina recurro. Misericordiam postulat, ait Ambrosius; hæc enim melior peccatori, quam iustitia est, securior portus delinquentibus; nam & si iustitia iustis præmiatrix sit; misericordia tamen miseris sapit dulcius, ait Bernardus in festiuitate omnium Sanctorum (Et iustificationes tuas doce me.) Hic Dei iustificationes vocat omnia illa, quibus medianibus peccatores iustificat, sicut sunt sacramenta, maximè bapismus & pœnitentia: vel etiam mandata nouæ legis doce me. Duplex est doctrina, & speculatiua, & practica, speculatiua tendit ad scire, practica ad operandum quod scitur; speculatiua sine practica nihil proficit ad salutem, quinimo culpam auget, secundum illud Iacob. 4. Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi; & seruus sciens voluntatem Domini sui, &

*Ambros.*

*Iacob. 4.*

*Luc. 12.*

NON

*Hieron.  
Simile.*

non faciens, plagis vapulabit multis. Vnde *Diuus Hieronymus* ait, quod sicut non laudatur de opere facto qui habet aurum, sed qui ex auro sculpsit, seu facit opus ex his quæ fabricari possunt: sic non qui boni habet intelligentiam dignus est laude, sed ille qui ex bono quod nouit boni etiam opus facit; Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum (ait *Paulus Romanorum 2.*) sed factores legis iustificabuntur. Quod insinuare videtur hic, cum se seruum nominat, quia seruus magis ordinatur ad opus quam ad scire.

*Rom. 2.*

VERSUS QUINTVS.

*Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.*



Petitio iteranda sæpius, imo nunquam intermittenda, vt intellectum à Deo nobis dari postulemus; vnde *Augustinus* hic. Nunquam (ait) intermittenda est ista petitio; non enim sufficit

accepisse intellectum, & Dei mandata didicisse, nisi semper accipiatur, & quodammodo semper bibatur de fonte lucis æternæ. hæc *Aug.* Vnde & *Apostoli* dicebant: Domine adauge nobis fidem. Erat tunc hic mirabilia iudicia Dei; nam sæpe vni datur intellectus ad agnoscenda diuina mandata, sed voluntatem faciendi quod nouit non habet: alteri autem e contrario datur voluntas faciendi quod debet, sed intellectus ad illud cognoscendum deest; secundum illud quod *Augustinus* frequenter in suis meditationibus dicit; Aderat facultas, non aderat voluntas; aderat voluntas, non aderat facultas. *Diuus Gregorius* in moralibus reddit huius

*Luc. 17.*

*August.*

*Gregor.*

ius

ius causam dicens, Idcirco sæpe & desidiosus ingenium accipit, vt de negligentia iustus puniatur; quia quod sine labore scire potuit, scire contempsit. Et idcirco non vnaquam studiosus tarditate intellectus premitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in studio inuentionis elaborat. Sic ergo studioso ad præmia tarditas intellectus proficit, & desidiosus velocitas intellectus ad supplicium crescit. (Vt sciam.) Non tantum vt videar scire, nosse enim te consummata iustitia est, & scire iustitiam & virtutem, tuam radix est immortalitatis; *Sapientia 15.* Nam nosse Deum aperte est consummata iustitia, secundum illud *Ioan. 17.* Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum, & quem misisti Iesum Christum, sicut ergo Deus clarè visus, est consummatum præmium, & obscure visus per fidem, est velut quoddam principium; & radix huius præmij, & scire iustitiam & virtutem tuam, hoc est, credere per dilectionem æquitatem & pietatem tuam, radix est, hoc est principium immortalitatis, id est, beatitudinis sempiternæ; ac si diceret quod qui habet fidem informam charitate, quod Deus est verè iustus & pius, ille habet radicem beatitudinis. De qua radice fidei Christianæ sic ait *August.* super *Ioan.* Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet species, & tamen quicquid est in arbore pulchritudinis vel decoris, totum ex illa procedit; sic ex fidei humilitate, quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima susceptura est ex fidei fundamento procedit. Cum ergo tot comoda ex hac intelligentia mandatorum Dei profuant, quid mirum si nullies eam postulet iustus? *Obserua:* seruum se iterum, atque iterum dicit, quoniam seruire Deo regnare est; & tunc effectus perfectior si suæ subest causa, seruus iustus est; & sigillatim sui Domini nota, vt *Paulus*, qui dicebat se stigmata

*Sap. 15.*

*Ioan. 17.*

*August.*

ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore ſuo portare, quia ſigillatus erat ſigno ſeruorum Chriſti; vt & de beato Francisco, & de beata Catharina Senenſi legitur; quod & poſtulabat ſponſus cum dicebat; Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachiū tuum. Diuus Ignatius martyr in corde Chriſtum gerebat ſigillatum; nam poſt mortem eius, nomen Ieſus in corde ſuo reperiuntur literis aureis ſcriptum, Paulus in brachio cum ſtigmata Chriſti in corpore gerebat. Seruum enim modo pro mancipio ſumimus, qui non ad tempus; vt ceteri qui libere ſeruiunt, ſed vſque ad mortem manet in domo Domini ſeruens; ſic ſunt aliqui qui ad tempus ſeruiunt, & in tempore tribulationis recedunt, ſed ſeruus Dei vſque ad mortem perſeuerat, & velut filius efficitur, qui in æternum manet in domo, ſeruus, liber, mercenarius, ob mercedē ſeruit, ſed ſeruus gratiæ pro Domini obſequio mancipatur; ſic & in domo Dei ſunt, qui propter retributionē miniſtrant, ſunt autē qui ex amore ſolū Deo obſequi ſtudent, quales ſunt perfecti viri; quare & beata virgo ſe ancillā Dñi nuncupat. Talis ergo ſeruus ius habet eſſe ſigillandi intellectū & ſcientiam mandatorum Dei

*Cant. 2.*

*Luc. 1.*

VERSUS SEXTVS.

*Tempus faciendi Domine, diſſipauerunt legem tuam.*

**D**efecerunt quidē oculi mei in eloquia, non ſolum laborando, vt intelligerem ea, verum præcipuam operam nauando, vt exequerer; & quidem eorum intelligentiam enixē popoſci obſecrans

vt

vt doceres, intelligere me faceres eloquia ac mandata tua, ſed quo ad executionem intelligo tempus inſtare, nempe vita præſens, quō abutuntur iniqui diſſipantes legem tuam, cum potius eſſet tempus adimplendi. Sed aduertendum pro literali huius carminis intellectu, quod gerundium illud, faciendi, dupliciter reſolui poteſt, ac proinde duplicem etiam parit intelligentiam. Primò ſic, tempus eſt vt ego faciam, ſupple, legem tuam; nā alij eam diſſipant contempniſque habentes præuaricantur in eam. Secundò ſic, tempus eſt, vt facias tu Domine, id eſt, vt impleas quæ poſtulo, vt me adiuues, mihi miſerearis, intellectum præſtes, &c. quæ præcedentibus poſtulata ſunt verſibus; quem ſenſum manifeſtè ſequitur verſio Hieronymi, quæ ſic habet; Tempus eſt vt facias Domine; priori verò plus fauet Chaldaica paraphraſis quæ dicit, Tempus eſt, vt faciam Dei voluntatem. Secundò obſerua, quod vt hic refert Auguſtinus, in pluribus codicibus inuenit, Domino, in datiuo, non, Domine, in vocatiuo, & ſic legit ipſe & Diuus Ambroſius; & in Hebræ. additur ibi Domino litera Lamer, quæ eſt nota datiuo caſus; & in græco ita legitur; Sed quantum ad ſenſum & intelligentiam parum referre videtur, vt legenti patebit; ſiue enim dicas Domine, ſiue Domino idem remanet ſenſus; tempus enim eſt faciendi ea quæ Domino placent; & tempus eſt Domino, vt faciat iudicium aduerſus diſſipantes legem ſuam, vel vt concedat quæ à iuſto poſtulata ſunt. Igitur ſecundum priorem ſenſum tempus eſt, vt iuſti exequantur mandata Dei, quando quidem impij in ea maxime præuaricantur; & quidem vita præſens laboris, & operationis non ignatiæ, atque ſocordix eſt, in qua oportet operari, vt vitam conſequamur æternam. Sex quippe dies nobis dati ſunt ad operandum, per quos

*Hierony.*

*Auguſt.*

*Ambroſ.*

*Gen. 1.*

ſignifica-

*Leu. 25.* significatur huius seculi vita, quod sex diebus fabricatum est, nam septimus dies sabbatum requies-  
 tionis est, in quo non licet operari. *Leuit. 25.* prae-  
 cipiebat lex, ut septem annorum hebdomada praepararetur, & in principio octavae hebdomadae quae constituit annum quinquagesimum, Iubilaei annus celebraretur, in quo unusquisque ad possessionem suam rediret, nec tunc seminarentur, nec fererentur agri, sed quod ex his quae supererant ex praeteritis annis laborum comederent, tuba quoque canerent, festaque Domino suo celebrarent. Septem hebdomadae annorum praesentem designant victricursum; sex in quibus vita fruimur; septimus requiescentis cum e vita migramus, cui succedit octavus resurrectionis dies; nam Christus octavo die resurrexit: vnde Psalmus sextus qui de resurrectione loquitur pro octava intitulatur, ut sapius adnotavit Gregorius. Annus ergo iste qui mortem nostram sequitur, nec est laboris, nec meriti, nec tunc iam seminare debemus, aut ferere, sed elaborata tempore sex dierum comedere; tunc enim Iubilaei annus est, cum unusquisque ad locum suum redit, nempe malus ad inferos, sicut de Iuda scriptum est, ut abiret in locum suum; & iustus ad celestem possessionem suam, de qua dicitur Matthaei 24. bonis; Possidete paratum vobis regnum. Tunc autem tuba canet & mortui resurgent, & qui ad vitam renuissent non laboribus vacabunt, sed aeternis intererunt festiuitatibus, ubi tubis laudem canentes, Deo gratias referentes, indefectibiles solennitates Domino perenniter celebrabunt; quae ergo ante laboraueris, ea tunc comedes: vnde Christus Dominus; Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. illum nempe quem tunc esuri estis, merita scilicet bonorum operum, formicas imitantes quae parant in aestate cibum quem

quem postea edere possint, sicut & de iustis dicitur, *Prou. 6.* *Ps. 125.* *Ecc. 9.* *Ioan. 9.* *Ecc. 3.* *2. Re. 19* *1. Mac. 1* *Tob. 1.* *3. Re. 19* *Leuit. 6.*  
 tur, *Eantes ibant & sebant* mittentes semina sua, hoc est, dum praesentem agebant vitam stertibus, & operibus bonis vacabant, quae postea in manipulis redacta edebant, operibus quippe meritorijs vita co-  
 paratur aeterna, qua tanquam ex fructu bonorum operum aluntur beati, vnde *Ecc. 9.* nos admonet sapiens dicens; *Quodcumque poterit manus tua infra-  
 ter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos quod tu properas, tunc enim iam non erit tempus operandi. Operamini dum dies est; venit nox, quando nemo poterit operari, nox quippe quieti post labores deputanda est. Quare villicus ille qui depellabatur a villicatione dicebat; Fodere non valeo, quia in alia vita quando reddere debemus rationem villicationis nostrae, non erit tempus laboris, sed otij & pacis; nam omnia tempus habent, nunc est tempus belli, tunc pacis, ut dicitur *Eccles. 3.* Bene ergo dicit Propheta nunc esse tempus faciendi & operandi, maxime tum iniqui auersantur legi. Cum hostes insurgunt aduersus amicum, tunc praecipue qui verè amici sunt ei circumstare debent, ut Dauid eos inter primos amicos habuit, qui cum a populo qui sequebatur Absalon desereretur, ipsi illi fideliter adhererunt. Vnde & Machabei cum omnes Dei cultum deserunt, tunc maxime ipsi zelo Dei succensi sunt, & Tobias ex tribu Neptalim cum ceteri vitulos aureos quos Ieroboam conflauerat adorarent, ipse pergebat Ierusalem adoratoque Domino Deo suo reuertebatur, & Helias hoc insinuare voluit cum dicebat, Zelo zelatus sum pro Domino Deo Israel, quia Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua destruxerunt, & ego relictus sum solus; Quod & dicere voluit Dominus percipiens, ut semper in templo ignis luceret etiam*



in nocte. Cū in reliquis domibus tenebræ essent, in domo Dei, lux, & ignis nunquam extinguentur, cum enim reliqui in tenebris peccatorum sint, & deficientes charitatis igne tepescant, tunc potissime seruus Dei ac verè amicus, domus eius incola, bonis operibus lucere debet, feruentiori- que animo eius exequi mandata debet.

Vel intellige de ipsis impijs, qui quando operari bona opera deberent, tunc dissipabant legem Dei; nam ideo longiorem eis vitam elargitur Deus, vt spatium habeant pœnitendi, non vt peccata multiplicent: vnde dicitur Eccles. 15. Nemi-  
*Eccles. 15.* ni Deus dedit spatium peccandi, hoc est, non eò mor-  
*Iob 24.* tem impiorum differt, quia eorum iniquitatibus gaudeat, sed vt tempus quo se ad meliorem con-  
*Rom. 2.* uertant frugem habeant, sed ipsi eo abutuntur, vt dicitur Iob, Dedit eis spatium pœnitendi, ipsi autem abusi sunt eo in superbiam, & Romanorum 2. An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

Aliter intelligi potest carmen hoc de tempore Deo reseruato ad faciendam vindictam malorum, quod erit in die vniuersalis iudicij, vt sit sensus, Domino etiam erit tempus ad faciendum, quia iniqui dissipauerunt legem suam. Et hoc videtur consonum contextui huius octonarij, in quo studium huius personæ describitur, non comparatio eius ad impios. Tunc autem erit tēpus puniti-  
*Psal. 74.* uæ iustitiæ, secundum illud Psalms. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et aduerte quòd in reliquis operibus Dei ex Dei sapientia omnia præfiniuntur, sed punitio ex tempore prauis operibus pendet, quia non prius Deus est vltor quam homo peccator. Tempus ergo peccati necessariò debet præcedere punitioem: quocirca quasi pro ratione & materia punitioem diuinæ impiorum pec-

peccata affert cum dicit, Dissipauerunt legem tuam, quare cum multiplicata peccata videris, nū- merumque peccantium indies augete, collige- re poteris diem instare iudicij, & dicere fas tibi erit Domino, Tempus faciendi Domine.

Non desunt quide Christo hunc versum ex- plicent, & quod in hac petitione Christum postu- let Propheta. Vbi sciendum quod ibi magis est sue currendum, vbi maius ceruitur periculum; qua- re tunc Christus venire decreuit, quando diabo- li imperium in mundo auctius & maius erat; vt ostendit Petrus Rabbanus super illud Matthæi 2.  
*Rabban.* Cum natus esset Iesus; dicens, Quid est quod tempore Regis nefandi Deus descendit ad terras, misceatur diuinitas carni, sit terreno corpori ce- leste commercium? quid est q̄ quando Rex verus expulsiurus tyrannum, vindicaturus patriam, li- bertatem redditurus aduenta: Herodes alienige- næ gentis, Iudæorum regnum inuasit, libertatem sustulit, prophanauit sancta, quicquid erat cul- tus, quicquid erat ordinis aboleuit? merito ergo genti sanctæ, quia humana desecerant diuina succurrunt, & eo tempore adest Deus ipsi, cui ho- mo deerat. Hoc ergo erat Domino tempus facien- di, idest, implendi promissum incarnationis, quan- do scilicet, ex toto lex diuina erat dissipata, quia quasi ipse obseruator nullius erat. Et hoc est q̄d Christi petens incarnationem dicit; Tempus fa- ciendi Domine, idest, faciendi verbum incarnari. Et ratione subdit, Quia dissipauerunt legem tuam, istud est tēpus Christi incarnationis, de quo Psal.  
*Psal. 101.* Tu exurgens Domine misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus, de quo tempore ait Apost. Postquam venit plenitudo tem- poris, misit Deus filium suum, Galat. 4. Hoc est tempus opportunum, quo plena erat terra mise-

rijs. Et ideo in plenilunio occisus est Christus, quādo agnus immolabatur, quādo erat oppositio So-  
*Exod. 2.* lis & Lunæ. Per Lunam enim mundus designatur, qui varius & inconstans est, & veluti Luna muta-  
 tur; per Solem cælū intellige, qui semper vno per-  
 stat tenore: quando ergo maior oppositio ac con-  
 trarietas erat inter cælum & terram, inter hominē  
 & Deum, tunc Christus pro nobis immolatus est; tunc ergo dicit Propheta, Tempus faciendi Domi-  
 ne vel Domino, hoc est, tempus est tibi Domine fa-  
 ciendi; Sed quid faciendi? ut pro nobis crucē ascen-  
 das, mortem subeas. Totus in periculo mundus  
 iacet: veni ergo ut tollas peccata mundi, veni  
 vita morientibus, veni resurrectio iam sepultis. Cę-  
 cus erat omnis populus, & proprium non videbat  
 autorem, claudus erat mundus, & turbante vesti-  
 gio fidei fluctuabat; & tūc Propheta dicit ad Chri-  
 stum, Tempus faciendi Domine. & hæc Ambros.  
*Ambros. Isa. 40.* Vnde Isa. 40. Quoniam completa est malitia eius,  
 dimissa est iniquitas illius.

VERSUS SEPTIMVS.

*Ideo dilexi mandata tua : super aurum & topazion.*

**C**onsequens sententia est ad præceden-  
 tem. Nam quia instat nunc tempus  
 operandi, & cum iniqui dissipant le-  
 gem tuam, & cum tempus viæ ac me-  
 riti perstat, ideo super omnia deside-  
 rabilia dilexi mandata tua; & quia scio te factu-  
 rum severissimum iudicium aduersus impios qui  
 mandata tua contemnunt, ideo ego dilexi man-  
 data tua; & quoniam propter nos passurus adue-  
 nisti,

nisti, amore tuo victus, atque conuictus, dilexi  
 mandata tua super aurum & topazion. Topazius  
 lapis pretiosissimus est à Trogloditis inuentus,  
 ut refert Plinius libro 6. capite 29. & Strabo li-  
 bro 6. Hi enim cum vagantes famem pateren-  
 tur, & radices herbarum quærent ad vescen-  
 dum, inter eas primi topazion inuenerunt; & etiā  
 quia in insula caliginosa inuenitur, quam quæ-  
 runt nauæ attenuissimè cum ob caliginem non  
 ita facile à longe videatur, & ita nomen à quæren-  
 do sortitur, quoniam eorum lingua topazion  
 quære significat; viridis coloris plus habet, licet  
 omnes aliquo modo participet; vnde secundum  
 aliquos dicitur, atoh, quod est totum & pacos, vel  
 pazios, quod est color, sed auri etiam refert colorem  
 cum splendore cœlesti, maxime cum luce So-  
 lis perfunditur; est & magnæ quantitatis super  
 omnes alios lapides pretiosos. Refert enim Plinius  
 vbi supra statuam quatuor cubitorum factam,  
 ex ea, quæ referebat effigiem vxoris Regis  
 Pholemæi Philadelphi. Per hoc autem significa-  
 tur, quod iustus super omnia pretiosissima legem  
 Dei diligit, nec ob eorum cupiditatem ab ea villa-  
 tenus declinare velit, secundum illud Psalm. 18.  
 Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum  
 multum, tam quantitate, quam qualitate. & Pro-  
 uerb. 3. Pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ  
 desiderantur huic non valent comparari. Tamen  
 sapientia hæc quæ in mandatis Dei delitescit, sum-  
 ma ope quærenda est, quia in caliginoso loco inue-  
 nitur, nam per fidem intelligimus quod bona in  
 mandatis Dei inclusa sunt: fides autè caligini com-  
 paratur, quoniam habitus obscurus, hæc certus,  
 est, videmus enim nunc per speculū in enigmate,  
 quare obnixè inuestiganda sunt, secundum illud  
 1. Cor. 13. Prou. 2. Si quæseris eā quasi pecuniā, & quasi the-  
 saurum

aurum effoderis illam, id est, ac solitudine cura ac cupiditate qua pretiosa quæque quærentur. In altis quippe radicibus latet, hoc est, in superioribus animæ ab altissima & prima causa infunditur, viridemque colorem refert, quoniam ex fide & mandatorum Dei observantia spes, quæ vitiori comparatur gignitur, secundum illud.

*1. Ioan. 3.* Ioannis 3. Charissimi, si cor nostrum non præhenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Et statim. Et qui seruat mandata eius, in illo manet & ipse in eo: & in hoc scimus quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Inter nebulas & caliginem

*Exod. 14.* sub quo Deus descēderat in monte Synai, videntur seniores Israel sub pedibus eius quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi cælum cum serenum est. Sapphirus cerulæ coloris cælum refert, & significat spem Christianorum quæ de cælestibus est, cælum autem serenum charitatem insinuat, quæ animam tranquillam cœlestem ac serenam reddit; fides ergo quæ sub caligine designatur, & spem & charitatem gignere solet, quantum est de se, nisi per peccatū impediatur, ut patet in eo qui ponit obicem in baptismo, cui sola fides ac spes infunduntur sine charitate: Quare in peccatore sterilis est.

*Math. 5.* Et magnæ quantitatis etiam est hæc sanctorum Sapientia, quoniam hominem observatorem eius magnam facit in regno cælorum, effigiem quæ in eius memoriâ sculpi: Quoniam in memoria eterna erit iustus. Solem ut ipsum in se recipit, eiusque splendorem misericordè reddit, sic Ecclesia & eius ministeri claritatem & veritatē quam à Christo Domino, qui est sol iustitiæ, accipiunt, alijs reddunt

*Ps. 111.* annunciando: quod Paul. 2. Cor. 3. sic explicat, *2. Cor. 4.*

Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tãquam à Domini spiritu, id est dicere, quod ministri novi testamenti suscipiētes gloriam Domini, tãquam speculum recipit imaginem alicuius: vnde alij legunt; Gloriam Domini inspeculantes, id est, instar speculi recipientes, transformamur in illam imaginem quam à Domini spiritu recipimus, cum anima nostra per formæ gloriose aduentum, nempe per cælestis gloriæ participationem in intellectu illuminato, per voluntatem diuino accensam amore, in viribus etiã animæ recipiens robur virtutis ex alto, in hanc novam formam transformatur. Sed à claritate illa quam intus nobis recipimus transformamur etiã in claritatem exteriorem quàm alijs impartimus; quemadmodum & speculum & topazion & claritatem solis intus in se recipiunt, & eam nihilominus reddunt alijs. Igitur observatio mandatorum Dei hac diuina sapientia illuminata super aurum & topazion amatur atque splendet, Insuper & topazius tenui stilo ac lima expolitur, nec grossioribus indiget instrumentis; quoniam Dei mandata claritate ac amore expoluntur atque limantur, nec enim ut serui timore penæ sed ut filij & liberi sub gratia cõstituti amore & dilectione ea observare debemus. D. Gregor. 28. lib. mor. c. 17. super illud Job 28. Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, ait, Per topazion de Aethiopia intelligit hereticorum doctrinam, qui ex gentilibus venientes ad Euangelium, secundum illud Psal. 67. Aethiopia præueniet manus eius Deo (nam gentilitas Christo & Ecclesie dedit manum, cum Iudæorum populus illum renuisset) in varias hæreses prolapsi sunt. Per aurum autem sapientia humana intelligi solet. Verus igitur Dei cultor studioque chari-

Gregor.

Psal. 67.

ratis in Dei mandata succensus, ea super sapien-  
tiam humanam & hæreticorum doctrinam dili-  
git, cura ab eis nec humanæ rationationes nec  
hæreticorum fallaciæ atque sophismata eum vlla-  
renus diuellere possint.

VERSUS OCTAVVS.

*Propterea ad omnia mandata tua dirigebar:  
omnem viam iniquam odio habui.*

**I**dest. Propter easdem rationes quas præceden-  
ti versu commemoravi ad omnia mandata  
tua dirigebar &c. (Ad omnia mandata) hoc  
est, tam Dei quam hominum, qui ab eo po-  
testatem, vel temporalem, vel spiritualem mu-  
tuati sunt, iuxta illud Apost. præceptum Rom. 13.  
*Rom. 13.* Reddite omnibus debita, cui vectigal, vectigal, cui  
*1. Pet. 2.* tributū, tributum & 1. Pet. 2. Subditi estote omni  
humanæ creaturæ propter Deum, & rursus; Sub-  
diti serui estote dominis non tantum bonis sed  
etiam discolis. Sed vt explicaret qd̄ de solis rectis  
mandatis dixerat se ad omnia mādata dirigi, sub-  
infert, Omnem viā iniquam odio habui, Iniquis  
enim mandatis repugnat rectificari, & ideo dicit  
se illa odio habere (Propterea ad omnia mandata  
tua dirigebar) idest, quia super aurum diligebam  
mandata ad omnia illa facienda dirigebar, vt ea  
recta intentione, nempe propter celestem merce-  
dem implemur, non incuruatus ad terram, vt  
*Cant. 1.* Cant. 1. insinuat, cū dicitur ad sp̄s̄m; Recti dili-  
gunt te. Vel dicit ad omnia mandata tua dirige-  
bar, nimirum vt ex rectis rectus fierem, sicut qui  
*Isa. 30.* componitur & dirigitur ad regulā: quare Isa. 30.  
clamat & admonet dicens, Hæc est via; ambulatis  
in

in ea, & nō declinetis ad dexteram nec ad sinistra.  
(Omnem viam iniquam odio habui.) Omne ait,  
non vnā tantū, quia nemo potest duobus Do-  
minis seruire, iniquā, per peccatū, nā omne pecca-  
tum est via iniqua. 1. Ioan. 3. Omnis qui facit pec-  
catum & iniquitatem facit: & peccatum est iniqui-  
tas (Odio habui) quia solū peccatū debemus odio  
habere Psal. 69. Qui diligitis Dominum, odite ma-  
lum. Contra inuidos qui bonum odio habent nō  
iniquitatem. 1. Ioan. 3. Diligatis, alterutrum non  
sicut Cain. Obserua. Illud quod odio habetur, aut  
fugitur, aut interficitur, aut captiuatur, aut recon-  
ciliatur. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Gen. 19.  
Nec stet in omni circa regione, Interficitur diabo-  
lus cum vincitur Psal. 100. In matutine interficie-  
bam omnes peccatores terræ; quod & de dæmoni-  
bus potest intelligi, vel de primis moribus qui sta-  
tim sunt interficiendi ante quam crescant, capti-  
uatur aut̄ intellectus, qui vult probare fidem per  
rationem 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes  
omnem intellectū in obsequium Christi. Reconci-  
liantur quandoq; pacemq; componunt spiri-  
tus & caro, quando caro consentit obedire spiri-  
tui, quod significatur per animalia quæ in arca  
Noe pacata erant Genes. 7. & Isa. 11. dicitur. Virtu-  
lus & vrsus pascuntur simul, & quia hoc maxime  
meretur ac facit humilitas, subdit; Et puer paru-  
lus, hoc est, humilis minabit eos.

Sed nota qd̄ Ambr. & Aug. non legūt; Ad om-  
nia mandata tua dirigebar; sed corrigebar. Hoc est  
quia dilexi mandata tua, corrigebar, idest, ad om-  
nia mandata tua intentus corrigebar à vitijs. Nā  
timor nō corrigit animum, sed solū actū extrinse-  
cum reprimi: amor autē actum interiorē statim  
enellit, quia non penam timer sed offensam: vn-  
de Ambr. hic ait. Merito corrigebatur, vel dirige-  
batur

1. Ioan. 3.

Psal. 69.

1. Ioan. 3.

1. Cor. 6.

Gen. 19.

Psal. 100.

2. Cor. 10.

Genes. 7.

Isa. 11.

Ambr.

Aug.

Ambr.

- batur qui diligebat: charitas enim multitudinem operit peccatorum; & qui diligit corripitur, qui autem non diligit comprimitur, ne faciat malum quod vult; sed non dirigitur. Corripitur autem solum, vel dirigitur non qui sic vitium odit ut aliud diligit; sed qui simul omnia vitia odit; qui enim in vno offenderit factus est omnium reus. Confite, quæ supra diximus.

DECIMVS SEPTIMVS  
Octonarius.

1. Phe. *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est anima mea.*
2. Phe. *Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.*
3. Phe. *Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.*
4. Phe. *Aspice in me, & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.*
5. Phe. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum; & non dominetur mei omnis iniustitia.*
6. Phe. *Redime me à calumnijs hominum: ut custodiam mandata tua.*
7. Phe. *Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.*
8. Phe. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.*

INCI-

INCIPIT TRACTATUS  
Decimus septimus.

VERSVS PRIMVS.

*Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est anima mea.*



N toto isto octonario pius Dei seruus, qui se tanquam peregrinum & hospitem gerit in hoc exilio, enixe poscit à Deo, ut sibi suppetias ferat, ne aberret in via, ab impedimentis que eruat, ne vel vnguem transuersum à recto corde tramite deuiet. Iam que à prima persecutione Ecclesie quæ à tyrannis aduersus martyres inflicta est erutus, ab hæreticorum fraudibus, quæ post tyrannos insurrexerunt, flagrat etiam liberari. In nomine quippe sancte cohortis (ut Cassiodoro placet) hoc peregrinus in hoc Psal. loquitur, licet aliam, & aliam personam induat. Quare in hoc decimoseptimo octonario, accipit personam hominis, summo desiderio flagrantis, ut aperto sensu, ei diuina paterent eloquia. Nam per apertum intellectum scripturarum poterat se ab hæreticorum machinis protegere, atque in scripturarum meditatione reliquum vitæ tranquillè simul ac iucundè transigere. Quam personam explicat versiculus tertius cum dicit; Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Hac metaphora exprimit ingens hoc desiderium intelligendi diuina eloquia. Nam sicut experientia constat, quando res maximè concupita, primò præsens adest,

*Ab hereticis periturus erui in hoc octonario in-*

*Cassiod.*

adeſt, tanto repente gaudio afficimur atque replemur, quod aperto ore non loqui poſſumus, nec pene reſpirare valemus, ſed opus eſt nobis os aperire, ut aer reſpiratione trahatur: tanta multitudo ſpirituum ex dilatatione cordis exhalat præ gaudio. Ratio autem tanti deſiderij hæc eſt, quoniam fundamentum omnis noſtræ bonæ actionis eſt ſcriptura ſacra, bonitas quippè actionum noſtrarum in conformitate ad diuinã voluntatem. Sita eſt. Quæ conformitas ſciri nequit, niſi Dei voluntas nobis innoſceat; quam nobis ſacra Scriptura oſtendit.

*Gregor.* Vnde & Greg. 16. moralium cap. 16. ait. Sicut bene obſequentes famuli dominorum ſuorum vultibus ſemper intenti ſunt, ut ea quæ præceperint feſtine audiant, & implere contendant: ſic iuſtorum mentes per intentionem ſuam omnipotenti Domino ſemper aſſiſtunt; atque in ſcriptura quaſi in os eius intuentur; ut quia per eam Deus loquitur omnia quod vult, tanto à voluntate eius non diſcrepant, quanto eandem voluntatem illius in eius eloquio agnoſcunt. Quare optimè litera huic octonario addita eſt, Phe, quæ ſignificat os oris. Quoniam Dei ſacra pagina eſt, per quam Deus nobis, tanquam per os loquitur, quam aperto ore carperet debet verus Dei cultor, ſuum quæ os diuino iungere, ut ab illo hauriat, quæ ſit voluntas eius bene placens & perfectæ. Atque hoc nimirum oſculum illud erat, quod tanta aviditate ſtagitabat ſponſa cui dicebat. Oſculetur me oſculo oris ſui, ore ſuo ad os meum loquatur, ut ex ſuo ore ad meum ſuauis eius tranſmittatur voluntas. Quod & de Moyſe dictum eſt, quod loquebatur Dominus cum eo ore ad os, ſive facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum. Et Dominus id diſcipulis ſuis

*Ioan. 15.* inſinuauit, cum dixit Ioan. 15. Iam non dicam vobis ſeruos ſed amicos, quia omnia quæ audivi à Patre meo;

meo; nota feci vobis; Nam ego ipſe qui loquebar ecce ad ſum Iſa. 52. Quare ſub hac litera, Phe, Threnorum. 2. Hieremias deplorat hæreticorum falſa dogmata inſignemque audaciam, cum in Eccleſia Dei aperire audeant ora, ut deuorent tanquam lupi rapaces ſimplices oues Eccleſiæ, irrideantque atque ſibilent veros orthodoxos, poſtquam ſeduxerint plurimos, cum ait; Aperuerunt ſuper te os ſuū omnes inimici tui, ſibilaerunt & frenduerunt dentibus, & dixerunt deuorauimus: En iſta eſt dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. Ut ergo à virulento talium ore liberetur verus Dei cultor, oportet ut ſacris literis ab Eccleſia receptis tanquam ori Dei adhæreat, eaque mirabilia reputans ſumma auuiditate ac diligentia ſcruteretur. Alij dicunt quod hæc litera, Phe, interpretatur errauit, quoniam veræque populus: tam Iudæorum quam gentilium à vero deuauerat. Vnus ſacras Scripturas reſpues, alius peruerſe intelligens. Quare ad evitandum verumque errorè ſacræ literæ in vero & orthodoxo ſenſu accipiendæ ſunt, Chriſti que præſtolatur aduentum Propheta qui aperire debebat hunc librū ſignatum, ſenſumque legitimum eius intellectibus hominum inſundere. Atque Eccleſiam tanquam regulam talis ſenſus nobis relinquere: cum quæ hoc differret videret Hieremias. c. 1. Threnorum ſub hac etiam litera eiulans ac flens dicebat; Expandit Sion manus ſuas: nō eſt qui conſoletur eā. Hebræorum Phraſis eſt ad explicandum anxium affectum, quo quis in anguſtia collocatus ab alio poſcit ſupplex auxilium expandens manus, quaſi poſtulus ut alius eum apprehendat ac liberet. Quare & lachrymabilis eſt ſeries huius octonarij. Vnde hic clamans Pſalmiſta ait; Aspice in me & miſerere mei. Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuū, ut populo qui errando erat in umbra mortis, cœleſtis

*Iſa. 52.  
Thren. 2*

*Thren. 1*

*Hebræiſt.  
mus.*

stis misericordiaz lumen oriretur, quo ab infidelitatis errore reduceretur ad fidem.

Dicat ergo iustus sacrarum literarum desiderio accensus. Mirabilia testimonia tua, idè scrutata est ea anima mea. Per testimonia Dei intellige scripturas sacras, quæ testimonium tibi de Deo reddunt, nempe quòd Deus æternus, quòd Deus bonus, quòd iustus, quòd misericors, &c. huiusmodi quæ dicuntur, mirabilia testimonia, quia miranda Dei nobis ostendunt opera. Vel secundò, ut per testimonia Dei mirabilia, intelligantur creaturæ à Deo factæ. Quæ reddunt testimonium bonitatis eius. Quas scrutari, ac meditari debemus, ut per illas creatorè illarū cognoscamus, & cognitū laudemus. Pro quo aduertendū est, quod sunt multiplicia Dei testimonia, & oīa mirabilia, nempe naturalia, legalia, Euangelica, moralia. De primis Sapien-  
*Sap. 3.* tiaz 3. dicitur. Quod à magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterat creator horum videtur. De cœlis loquitur, quorum pulchritudo, maxime in artificis admirationem animos inuentum in-  
*Boet. 3.* *Sap. 3.* pit, forma quippè eorum in essendo cæteris mirabilior est. Quippe quæ incorruptibilis, & secundum partem, & secundum totum est, totam quæ materiæ potètiā compleat. Quæ tam perfecta delectata forma, aliam minimè vellit: motus etiam eius citus ac velocissimus est, actio quæ multiplex ac crebra, mirabiles in his inferioribus effectus agunt. Tamen ex his videre deberent, quanto dominatur horum pretiosior est. Speciei enim generator (subdit sapiens) hæc omnia constituit; pulchritudinem quippè creaturarum ipse depinxit ac fecit per liberum arbitrium, veluti artifex fecit opus suum. Boetius 3. de consolatione metro. 3. Pulchrè pulcherrimus ipse mundum mente gerens, simili quæ imagine formans, etiam si virtutem, ac opera eorū mirari sunt,

si sunt, ex his colligant quanto illis qui fecit fortior est. Quare ipso volente sol sterit, retrocessit, radios quæ aliquando retraxit: Ex cœlorum ergo fabrica maxime Dei virtus atque speciositas habetur. Vnde his specialiter dicitur Psalm. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum. Suprà ut reor, expositum dedimus, in creaturis enim omnibus qui sapienter attendere velit, possunt inueniri testimonia potentia Dei, & sapientia & bonitatis: potentia quidem in creatione, sapientia in decore, bonitatis in ordinatione, & secundum hæc tria distinguimus per appropriata diuinas personas: nam potentia habet rationem principij, vnde habet similitudinem cum Patre cœlesti, qui est principium totius diuinitatis, deficit autè interdum patri terreno propter senectutem: Sapientia vero appropriatur filio: nā assimilatur illi in quantum est verbum, quod nihil aliud est, quam conceptus sapientia, deest autem aliquando filijs alijs propter temporis breuitatem: Bonitas autem quia est ratio & obiectum amoris, habet similitudinem cum spiritu diuino, qui est amor, licet repugnare videtur cum spiritu tereno, qui est ventus, secundum quod importat violentiam quandam & impulsionem, prout dicitur Isaia vigesimo sexto. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem, & licet actiones ad extra, communes omnibus diuinis personis sint. Nam Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus creat, format, atque ordinat. Quippe quorum trium vna simplicissima atque æterna actio est, tamen congrue Patri creatio, Filio decor, & Spiritui sancto ordo tribuitur. Potentia enim diuinæ, tanquam vniuersali omnium principio prima actio qua cuncta subsistunt, ea quæ infinita potentia, nempe creatio debetur: decor autem filio, qui imago expressa est totius

Ios. 10.  
Isa. 38.  
Mar. 13  
Psal. 18.

Isa. 26.

tius pulchritudinis, quæ est in parte simul cum splendore; Nitidus quippe ac splendidus color speciosissimam solet reddere faciem; filius autem quia verbum est lux est ac splendor intellectus patris. Candor est enim lucis æternæ, & splendor hinc macula Dei maiestatis: vt dicit Sap. 7. & Hebræi. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Ordo autem bonitati ac amoris tribuitur, quoniam amoris est omnia ordinare. Quare virtutem definit August. quod sit ordo amoris. Ecce ergo quomodo ex creaturis non solum notitiam vniuersi Dei auspicari possumus, cuius testes mirabiles sunt; verum etiam vmbrañt quandam ac vestigium totius Trinitatis, cum omne operans per intellectum ac voluntatem operetur. Ac proinde voluntate ac amore, præ conceptam prius formam exprimat. Quare Sapien. 13. vani vocantur omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Vanum quippe est illud, quod finem non consequitur. Sicut vanus est labor Agricola cum fructus non percipit, intellectus autem ac sensus dati sunt hominibus; vt per eos ac reliqua effecta autore suum cognoscerent, cognoscendo amarent, amando colerent, colendo omnia sua ei suaderent, atque ad eum dirigerent. Quæ omnia homines Idola colentes aspernati sunt, ac ideo vani dicuntur, & quia finem non consequuntur suum, & quia vana sunt quæ colunt. Quia Idolum nihil est, vt ait Paul. Vnde subdit. Ideo eos dico vanos, quia de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, nec operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex. Et dicitur Deus ille qui est, quia ille solus à se est & omnia ab illo, & sine eo nihil est aut esse potest, nam ex cæteris non necessarijs, ad vnum necessarium esse deueniendum est. vt ait Auicenna. i. suæ Metaphysicæ. Vnde

Sap. 7.  
Heb. 1.

August.

Sap. 13.

2. Cor 8.  
Vbi sup.

Auicenna

de Dominus Exod. 3. Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Ex quo loco colligunt sancti hoc nomen propriissime Deo conuenire, nempe, Qui est, ipse enim solus vni-formiter semper idem est, cum cæteræ omnes creaturæ alicui mutationi subdantur. Nam Angeli secundum aliquas affectiones mutantur, corpora cœlestia, secundum locum in orbem ciuntur; terrena verò alterantur, augentur, minuuntur, & à loco in locum, & loca circumferuntur. Vnde D. Anselmus in Prologio cap. 22. sic ait. Tu solus Dominus es quod es, & tu es qui es. Nam quod aliud est in toto aliud in partibus, & aliquando est in tempore, & in quo aliquid est mutabile, non omnino est quod est, & quod incipit à non esse, & potest cogitari non esse, & nisi per aliud subsistat redit in non esse, & quod habet fuisse quod iam non est, & futurum esse quod nondum est, illud nondum dicitur esse proprie & absolute; tu verò es illud quod es. Quia quicquid aliquando, aut aliquo modo est, hoc totum & semper es, & tu es quod semper & proprie & simpliciter est. Quia nec habes fuisse, nec futurum esse: sed tantum præsens esse. Hæc Anselmus. Ecce quomodo quantum ad naturalia mirabilia sunt Dei testimonia: Legalia etiam testimonia fuerunt mirabilia, sicut oblatio Isaac, & agnus Paschalis, serpens æneus: quæ omnia & alia, præter id quod in cortice literæ ostendebant, intus Christi Domini sacramenta præferebant. Propheta etiā Balaam Num. 27. Oricur stella ex Iacob. quæ clarè Messiam designabat. Testimonia etiam Evangelica mirabilia fuerunt: sicut stella quæ testimonium perhibuit Magis, Angelus pastoribus, & in vita, & in morte Christi stupenda multa atque admiratione digna visa sunt. Item moralia admirationem etiam pariunt

Exod. 3.  
Ansel.  
Gen. 22.  
Exod. 12.  
Num. 21  
Numer. 27.  
Mat. 2.



- Ioan. 13.* Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli, si dilectionem adinvicem habueritis.
- Matt. 6.* Matth. 6. Diligite inimicos vestros.
- Marc. 1.* Oserua. Testimonia Dei dicuntur mirabilia nouitate, Marc. 1. Quid nam est hoc? quæ nã doctrina hæc noua? Quia in potestate spiritibus immunis imperat, & obediunt ei? Noua apparerat doctrina Christi aurbus insolentibus talis doctrinæ, cum tamen vetus esset, nempe lex nature, licet nouiter explicata, nouis & stupendis miraculis confirmata.
- Rom. 11* Secundò sunt mirabilia profunditate, Rom. 11. O altitudo diuitiarum Sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Prou. 8. Aqua profunda verba ex ore viri; multo ergo fortius ex ore Dei. Tertio sententiarum multiplicitate. Prou. 13. Multi tibi in noualibus parum. idest in sacris literis quæ sunt noualia, in quibus laborem suum impenderunt sancti patres. Osee 8. Scribam eis multiplices leges meas. & Iob 11. Scias quoniam multiplex est lex eius. Quarto conformitate. Nam diuina testimonia sunt paruulis lac, magnis & adultis solidus cibus.
- Cant. 5.* Cant. 5. Bibi vinum cum lacte meo, vino adulti, lacte paruuli viuuntur. Est enim (ait Gregorius) scriptura diuina veluti Pelagus quoddam, in quo & elephans natat, & agnus ambulat. Quoniam pro paruulis & puectionibus, ibi cibus & via est. Quarto erudiendi potestate Psal. 18. Testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis, & superi;
- Marc. 7.* Super omnes docentes me intellexi. Mar. 7. Erat docens eos tanquam potestatem habens. Sextò efficacia miraculorum. Ioan. 5. Opera quæ ego facio, testimonia perhibent de me. & quia ita mirabilia sunt, ideo sciurata est ea anima mea. Nam teste Philosopho homines propter ipsum admirari, Philosophari ceperunt. Si mirabilia apparent

Dei

Dei testimonia, hinc desiderium animis oritur ea diligentissimè scrutandi. Anima mea, ait, idest, voluntas mea non tantum oculis: sicut Matt. 12. dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, idest, voluntate. Isa. 6. Anima mea desiderauit te in nocte. D. Hilarius super hunc versum docet quod testimonia Dei hoc peculiare habent, quod antea mirabilia sunt quam querantur; nam dicit sic. Natura humani sensus ea est, ut ea mirabilia habeat, quæ antea compererit; ex compertis enim iudicium admirationis existit: & iterum, Nemo poterit ignorata mirari. Nam cum prius secundum humanam consuetudinem oporteat perscrutari & reperiri & reperta mirari, testimonia Dei antea mirabilia sunt, & ob id perscrutatione sunt digna. Alij legunt; Separata testimonia tua. hoc est, eleuata & seiuncta à communi hominum vsu, tanquam sint eleuata super omnes alias leges & statuta humana, singulariterque super ea omnia excellentia. De qua singularitate, in primo versu octonarij & tractatus primi, plura supra præfati sumus: & quia discreta ob singularem excellentiam ab alijs sunt, ideo & mirabilia: vnde & in idem recidit vtraque lectio.

Mat. 12.

Isa. 6.

Hilarius

VERSVS SECVNDVS.

*Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.*

**C**hristus Dominus cum venit in mundum, umbras ac nebulas fugauit, omniaque illa quæ sub velamine legis erant, in lucem prodidit, atque suis aperuit sensum ut intelligerent scripturas myste-

ria quippè Christi, qui Messias à Iudæis dicitur, sub vmbriis, ac tegumentis caeremoniarum, ac sacrificiorum veteris legis continebantur, pauci que viri atque hi à Deo selecti ea plenius ac distinctius intelligebat, cæteris sub vmbra, ac nebula relictis; vnus fuit Moyfi qui ad montem ascendit, atque cum Deo os ad os loquens, ab eo hæc Christi mysteria distinctius accepit, cæteris etiam senioribus sub monte relictis, in cuius signum facies Moyfi splendore micabat, quasi qui clariorem diuinarum rerum intelligentiam habebat, vt populus nec in faciem eius intendere valebat, nec splendorem ferre, ita vt poneret Moyfes velamen super faciem suam, ne illis splendor illorum lumina excutire faceret; quod significabat rudem populum ac diuinarum rerum ignarum sub vmbriis ac velis remanere, nec interiora velaminis prospicere posse, imo ad ea oculos tuos cæcutire; at Christo Domino animam in cruce exalante, velum templi scissum est, arcana que de scriptura erant, patuerunt. Cum sol caliginosam nubem radijs suis ferit, ac illam sub se accipiens suis splendoribus induit, adeo flauam rutilam micantem que reddit, vt quasi sol ipse vitus inuentium oculos viuido aspectu delectet: sic nimirum Christus Dominus sol iustitiæ nubem illam caliginosam, sub qua lex vetus data est, cum in mundum venit, illustrauit; claram que ac lucidam reddidit. Aded vt vita iam veritas, quæ sub mortuorum animalium vmbra continebatur, orthodoxorum oculis illustraret. Rectè ergo dicit; Declaratio sermonum tuorum illuminat. Sermones autem isti illi sunt, quos Prophete de Christo dixerunt. Quale est illud Isa. 5. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & similia, quorum declaratio est Euangelium, in quo completa huiusmodi varicinia narrantur.

Vel

Vel aliter, vt per sermones Dei intelligas miracula Christi. Solo enim sermone mortuos suscitabat, leprosos mundabat, vnde tam in substantia miraculorum quàm in modo faciendi ostendebat se verum Deum. Talia enim miracula fecit, que nemo alius fecerat in eis, vt ipse dicit Ioan. 15. Nullus. n. tot infirmos eorum curauit, tot cæcos illuminauit, tot mortuos resuscitauit in populo illo. Præterea in modo faciendi singularia erant, quàm propria virtute ea faciebat. Quare Luc. 6. dicitur Quod virtus de illo exibat, & sanabat oēs. Per quod ostenditur (sicut Cyrillus dicit quod non accipiebat alienam virtutem, sed cum esset naturaliter Deus, propriam virtutem super infirmos ostendebat, & propter hoc innumerabilia miracula in eis faciebat, vt Chrysof. adnotauit super illud Matt. 8. Eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit. Quibus miraculis suam doctrinam confirmabat, qua se Deum esse docebat. Vnde Ioan. 3. dixit ad eum Nicodemus: Scimus quia à Deo venisti Magister; nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo, & Marc. 1. dicebant Iudæi. Quæ nam doctrina hæc nouæ quia in potestate imperat spiritibus immundis, & obediunt ei? Miracula autem que Christus faciebat, aded erant propria Dei, quæ nullus alius facere poterat. Quando autem aliquod particulare opus est proprium alicuius agentis, tunc per illud probatur tota virtus ipsius agentis. Sicut quia ratiocinari est proprium hominis, ostenditur aliquis esse homo ex hoc ipso, quod ratiocinatur circa quodecumque particulare propositum. Vnde rectè infertur quod cum propria virtute miracula faceret sit solius Dei, sufficienter ostenditur Christum esse Deum ex quocumque miraculo, quod propria virtute fecerat. Nam per sigillum regis quo Epistola est signata.

Zz 3 ta,

Exod. 34.

Ambr.

Luc. 23. Simile.

Isaia 7.

Ioan. 15.

Cyri.

Chrysof.

Marc. 1.

Simile.

ta, credimus illam esse regis: facere autem similia miracula est solius Dei, ergo opera talibus sigillata signis manifeste conuincitur quod sunt Dei. Malitia autem Phariseorum & superbia diaboli eos obsecratos tenuerunt ne eum agnoscerent, cum miracula illa manifestum eum facerent. Vide D. Tho. 3. par. quaest. 43. artic. 4.

D. Tho.

Quare etiam Psalmista subiungit; Et intellectum dat paruulis, id est humilibus ac simpliciter gaudetibus, non illis hypocrisis fermis et ac superbia compositis, iuxta illud Mat. 11. Confiteor tibi Pater Domine caeli & terrae: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, nempe Dei mysteria abscondita sunt illis, qui se inter homines sapientes reputabant, inaneque intumescunt scientia, Contra quos Isa. 5. Vae qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes, Quorum sapientia atque prudentia destruetur, Quorum minatur Dominus per eundem Prophetam.

Mat. 11

Isa. 5.

Isa. 29.

1. Corinth.

1. Corinth.

Job 36.

Gregor.

Iacob. 3.

Simile.

Luca 15.

& Job 36. Immanibus superbis abscondit lucernam, annuntiat de ea amico suo. hoc est humili. Nam ut D. Greg. docet, Tumor mentis impedimentum est veritatis, iuxta illud Iacobi 3. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Proloquens Philosophus in suis Prouerbijs dicit. Qui inter sapientes humilior est, ipse inter sapientes sapientior est; sicut lacuna humilior plures aquas continet. Ratio autem quare Deus humiles doceat, superbos in sua ignorantia despiciat, haec est, quoniam sicut ipse dicit, quod non venerit vocare iustos ( hoc est illos qui se iustos iactabant, quales erant Pharisei murmurantes quod reciperet peccatores) sed peccatores (id est eos qui se peccatores confitebantur, qualis erat Publicanus ille qui percutiebat percutus suum, & dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori) ita non venit docere sapientes, hoc est eos qui

qui saeculari sapientia intumescabant, & qui dicentes se esse sapientes stulti facti sunt; vel eos qui se iactabant tanquam si essent duces caecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditores insipientium, magistros infantium, ut Paulus refert Romanorum 1. Sed eos, qui se vera doctrina vacuos esse existimabant, volentes potius discere quam docere. Qui non praepostero ordine prius ambirent esse magistros quam fierent discipuli: de quibus ipse Dominus dicit, Omnis qui audit a patre & didicit, venit ad me, id est, ille, qui humiliter verba Dei audit, ut ea sibi addiscat ad bonum. Vnde & sapiens. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas. id est, esto humilis & mansuetus ut addiscas. & Iacob. 1. Cum mansuetudine suscipite in situm verbum, quod potest saluare animas vestras. Recte ergo dicit Propheta. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.

Rom. 1.

Ioan. 6.

Iacob. 1.

August.

Galat. 3.

Ibidem.

Vel secundum D. August. sic intellige hoc carmen: Declaratio sermonum tuorum illuminat tenebras nostras, & intellectum dat paruulis, hoc est, humilibus, ut intelligant quare lex data sit ut iustificari non possit, ideo utique ut magnos, id est, superbos faceret paruos: ut eos ad faciendam legem, vires de suo non habere monstraret, & sic egeni ad gratiam fugerent: quod Paul. ad Galat. 3. docet dicens. Si enim data esset lex quae posset viuificare, verè ex lege esset iustitia: nam certè si lex posset conferre vitam simpliciter & absolute, quae est vita spiritualis animae, sine dubio ex lege procederet iustificatio hominis à peccatis coram Deo. Nam haec duo mutuo se consequuntur, spiritualis vita & iustificatio apud Deum: sed conclusit scriptura omnia sub peccato, (ait Paulus) ut promissio ex fide Christi daretur credentibus. Est sentus; Scriptura.

ra, idest, lex scripta conclusit omnia absque iustificatione, relinquendo omnes sub peccato: nam precipiendo, & non adiuuando per gratiam, quasi inclusos sub peccato continet subditos; quoniam nullus est qui vniuersa seruare possit, & hoc, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, hoc est vt cognita impotentia legis, cognito peccato cum ipsa lege remanente, recurrant ad Christum, & credant in eum, ad acquirendam ex fide promissionem factam Abraham. Vnde lex occasionaliter seruit promissioni factæ Abraham de iustitia ex fide Christi. Ac per hoc non est aduersus promissa Dei, sed subseruiens illis: igitur vt humilioris, nec tuis opetibus fidus, intellige iustitiam tuam non in lege quæ viuificare non potest, sed in Christo sitam esse. Quare in lege naturæ relictus est homo multo tempore, alio etiam sub lege scripta, vt cum in vtroque statu se infirmum, debilem, ac peccatorem videat, humiliatus ac conuictus ad veram iustitiam properet, quæ in Euangelio, vbi Christus annuntiatur, inuenienda est.

Vltimò possumus sermones Domini vocare eos qui continentur in sacris literis, quos clarificant magistri & predicatorum, dum aperte exponunt atque proponunt humilibus, idest, his qui facile persuasibiles sunt ad bonum, non his qui duræ cervicis sunt, suæque sententiæ tenaces, quos nemo à suis placitis diuellere potest; nam verbum Dei liquefacit, emollitque animam, ac teneram reddit, vt facile per eam verbum Dei inueniat viam; omnesque eius recessus suauiter ductu penetret atque adimpleat. Nam idem comparatur murenulæ, que per blanda loca blandè etiam suauiterque dilabitur. Murenulas aureas faciemus tibi, idest, verbum Dei tibi predicabimus, quod veluti murenula, per emolliam animam tuam tenuiter elaboratur

Cant. 1.

vir atque cliquetur. Vnde sponsa Cantic. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est, & tunc predicatorum claros reddunt hos sermones atque faciles, dum quod verbis predicant, opere adimplent. Vnde Paul. 2. Thessal. 3, Orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur. idest, glorificetur Deus in eo, secundum illud Marth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Aliàs enim etiam clara vocatur hæc sapientia diuina, sapientiæ 6. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia. clara est & non turbida quemadmodum mundi sapientia, secundum illud Hierem. 2. Quid tibi vis in vis Aegypti vt bibas aquam turbidam? nempe mundi sapientiam erroribus atque stultitijs permixtam atque turbulentam; sapientia autem diuina clara est nitida atque pura, nam suum nunquam amisit splendorem atque virorem, quia nunquam marcescit. In cuius signum antiquitus sapienties coronabantur lauro; nam sicut laurus in suo semper permanet virore, sic & sapientia nunquam arefcit. Quare Aristotel. 1. Post. probat scientiam esse de perpetuis: mundi autem sapientia turbida est, nam per illam mali ad conturbandos bonos audaciores fiant; è contra lex Christi pacifica est, secundum illud: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Nec mirum quod diuina sapientia clara sit, cum ipse Dominus emundet argentum suum, secundum illud Malach. 3. Sedebit confians & emundans argentum. intellige à scoria humanæ sapientiæ ac Philosophiæ, ne dicatur veris orthodoxis illud Isa. 1. Argentum tuum versum est in scoriam, Quod fit cum plus fidimus Philosophicis rationibus & argutijs, quam his quæ simpliciter in sacris literis traduntur, Nam qui talia agunt, obli-

Cant. 5

2. Thes.  
sal. 3.

Matt. 5.

Sapient. 6

Hierem. 2.

Simile.

Aristot.

Infra.

Malach. 3.

Isa. 1.

obli-

obscuriōres nō clariōres reddunt sermones Dei.  
*Iob. 38.* secundū illud quod dixit Dominus *Iob. 38.* Quis est iste inuolvens sententias sermonibus imperitis? *Eccl. 24.* Qui elucidant me, vitam æternam habebunt; ergo qui obscurant habebunt mortem.  
*Prov. 14.* Quærit dñs for sapientiã, & nō inuenit doctrinã prudentiã facili. Qui enim in sermonibus Dei rationes Philosophicas quærūt, atque eis inniti valūt, derisores sūt, verba Dei tanquã leuia atq; simplicia deludētes; & tales licet sapiētiã quærere videātur, nō tñ inueniunt, vt dicitur. *x. Tim. 6.* Si quis aliter docet, & nō acquiescit sanis sermonibus Dñi nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatē est doctrinæ, superbus est, nihil sciēs, sed languēs circa quæstiones & pugnas verborū, ex quibus oriūtur inimicitie, contētionēs &c. Nā qui relictis sermonibus verbisq; Dñi nostri Iesu Christi, qui nunquã ex Philosophia verba nec argumētã pro sua doctrinã accersuit: hī humanis sciētijs plus æquo fidentes innititur, tales sermonibus Christi videntur nō acquiescere, nō doctrinæ quæ est secundum pietatem, sed ei quæ est secundum curiositatem. Vnde dicit Bion. Sicut proci qui Penelopis congressum assequi nequiebāt, sese pedissequis commiscebant: ita illi quibus veræ Philosophiæ gustum nancisci non datur, animos ad abiectiones & humiliōres disciplinas adhibent; & talis superbus est nihil sciens, nec partem habens in hoc verbo, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis, id est, non superbis disputatoribus, sed humilibus auditoribus.  
 Vltimo aduertendum qđ abijaliter huiusmodi versum transferunt. Hieron. sic Ostium sermonum tuorum illuminat. Felix. Principium verborum tuorum, aut ostium vel initium: id est dicere, quod sola initia verborum Dei illuminant paru-

paruulos; nam mox vt ingressus fueris sermones Dei, eosq; vel à limine (vt aiunt) salutareris, senties te illuminatum, si tamen in humilitate accesseris. Nam sicut sol cum nostrū attingit Emispherium, & cum adhuc nec radij eius apparent, illustratur terra, luceq; perfusa respirat. Sic qui vel ad ostium accesserit domus Dei, mox splendoribus illius ferietur cor eius. Quod clarè sapiens *Eccl. 14.* his verbis explicat dicens, Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens, qui requiescit iuxta domū illius, & in parietibus illius figit palū. Sumpra metaphorã à viatoribus; qui cum alicubi requiescere volunt, palum ibi figunt atque sedent. Sic vel in ianuis sapientiæ debet mens requiescere tua, ibiq; ingiter assidere, imò & figere palum, hoc est, vmbaculum erigere vt ibi maneat, quoniam, vel si ad ostium sapientiæ accesseris protinus eius perfunderis splendore. Vnde in ipso vestibulo templi erāt specula mulierum, quoniam in introitu domus Dei, iam lumen splendescit sapientiæ, quid si in ianua ac penerralia sapientiæ ingressus fueris ac intra velum, vbi Deus sedet super Cherubim, intraueris? Christus Dominus, qui sapientia est patris atque sol iustitiæ, mox vt mundum hunc per temporalem ortum ingressus est, & pastores luce magna perfudit, & Orientales reges stella duce, ad se illuminabundos venire fecit. & Ioan. 1. cum Nathanaeli vel hoc verbum tantum cfarus fuisset, Dum eses sub ficu vidi te, tanquã quodam radio illuminatus respondit, Rabbi, Tu es filius Dei, tu es rex Israhel. Vnde Psal. Accedite ad eū & illuminamini, statim in ipso accessu illustrabimini, protinus vt aperueris oculos ad lucem solis, luce perfunderis ipsius, & ibi. Psal. Gustare & videre, quoniam suavis est Dominus, cur non dixit saturamini, inebria-

*Simile.*

*Eccl. 14.*

*Simile.*

*Exo. 38.*

*Luca 2.*

*Matt. 2.*

*Ioan. 1.*

*Psal. 33.*

*Simile.*

*Ibidem.*

inebriamini, sed duntaxat aut gustate? Quoniã tanta abũdat dulcedine Deus, vt mox cũ ad ipsũ accerseris & vel summis labijs ( vt aiunt ) attigeris, tanta suauitate repleberis, vt iam ab illo diuelli nullatenus vellis, sed ea illectus plus esurias, ac concupiscas, eo modo loquendi, quo fastidiosum ad escas infirmum alticis suauitate edulij, quod illi affers, nolo (dicit ei) nisi vt tantillum gustes. Scis. n. edulijũ adeo suauem ac appetibile esse, vt si vel ad os applicuerit, eius suauitate appetitus allectus. ad reliquum sumendum aperietur: sic nimirum anima quæ vel ostiã sapientiæ diuinæ attigerit, dulcedinemq; Dei prægustare ceperit, tanto desiderio flagrabat, vt ad totũ iam exhauriendũ rapiatur. ( tanto se engolosinara de Dios que se comera las manos tras el, ) vt Isaac mox vt fragrantiam vestimentorum Iacob percepit, in oscula & benedictiones prorupit. Gen. 27. Sed alij sic intelligunt, Ostium, vel apertura verborum tuorum illuminat, id est, nisi quis per apertionem vel explicationem scripturarum prius illuminatus fuerit, non poterit in abdita mysteria eius penetrare.

VERSVS TERTIVS.

*Os meum aperui & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.*

**H**oc est à præsentia tanti luminis præ admiratione ac extasi, aperto ore hiãs aerem vix attrahere, nec respirare poteram: accedebatq; ad hoc summum desiderium, quo mandata tua concupieram. Præ admiratione multoties communis respiratio, ac spiritus vitales deficere videntur; sicut

de Regina Sabba legitur 3. Reg. 10. quod cum sapientiam Salomonis audisset, ordinesq; ministrantium ac vestes eorum, & pincernas & holocausta quæ offerebat in domo Domini vidisset, nõ habebat ultra spiritũ. Eodem modo. 2. Machab. 6. Eleazarus vnus de primatibus scribarũ, præ admiratione ac extasi, cum cogeretur à ministris Regis carnes suillas comedere, aperto ore hians ferebatur: sic iustus à sermõibus Dei illuminatus ad præsentiam tanti luminis præ admiratione in extasim raptus, quasi deficientem spiritum colligere cupiens aperto ore attrahere nitentur. Insuper & auditas qua mandata Dei desiderabat in hoc versa exprimitur, sumpta metaphora ab eo qui præ nimio calore auram carpere volens aperto ore eã expectat & ad se trahit, sicut 3. Esdræ 4. de Dario Rege legitur, quod in concupiscencia concubinae suæ accensus, aperto ore eam intuebatur. Quare & de corporali apertione oris carmen hoc intelligi potest, vt sit sensus; Os meum aperui in oratione, querendo, petendo, pulsando, & sicut sitiens attrahit aquam ad os, spiritum attraxi, quo facerẽ quod per me facere non poteram, & hoc, Quia mandata tua desiderabam, scire & facere. Sic August. Os meum aperui in oratione, & attraxi, vel auxi spiritum; oratio quippe & auget, & ad se spiritum Domini attrahit; sicut Apostoli orantes spiritum sanctum ad se traxerunt Actorum 2. Nam sicut qui respicit, interiorem quidem aerem calidũ exterius effat, rursusq; frigidiorẽ colligit: sic in oratione animus ex charitatis ardore suspiria, gemitus, vocesq; exterius emittit, lachrymas exprimit; at ab extra rursus refrigerantem spiritum Dei tanquam sui reciprocum munus trahit; qui enim totum spiritum suum coram Deo deuotẽ effundit, ipsius Dei spiritũ pro remuneratione colligere solet; vn-

*Simile.*

*Gen. 27.*

*Gen. 27.*

*3. Reg. 10*

*2. Machab. 6*

*Simile.*

*3. Esdr. 4.*

*August.*

*Acto. 2.*

*Simile.*

de

de

de rectè dicit, Os meum aperui, & attraxi spiritum, Oratio proprium hominis Christiani exercitium est: qua se suaq; omnia munit, Deoq; commendat. *Simile.* Condidit quidem Deus in vniuersi structura, quaedam veluti vniuersales causas, quæ in se particularium effecta ac virtutes continerent. Sol vniuersalis causa est, qui eminenter in se ceterarum causarum virtutes ac proprietates includit: illuminat, comburit ceterosq; ignis effectus efficit, nec tamen ignis est: generat hominem, ac plantam, nec tamen homo aut planta est: sic in celo hoc spirituali, quod est Ecclesia hæc visibilis, ad similitudinem vniuersalis causæ orationem posuit Deus, quæ ceterarum virtutum causa apparet; non quia eas generet, solus enim Deus virtutum infusatum pater est; sed quia & ad acquirendum & ad conseruandum eas optimum ac potissimum medium est. *Act. 10.* Orante Cornelio angelus ei apparuit, & vt Petrum accerseret monuit, à quo Christi fidem edoctus est. Ecce quomodo oratio quasi causa quædam, licet remota, fidei ipsius fuit; auget fidem, licet ipsa non sit fides; sed alterius virtutis actus, quæ religio dicitur. *Luc. 17.* Adauge nobis fidem (dicebant vtrique discipuli Domino) tanquam oratio impetret augmentum eius, & charitatem conseruat, ac crescere facit, cum in eâ maximè charitas exerceatur, cum tamen ipsa non charitatis immediatè, sed religionis sit opus elicitum, humilitatem, patientiam, spem, ceterasq; virtutes auctiores facit, quoniam in eius exercitio omnia virtutum opera in lucem prodeunt, operasq; sitas exercent. Est enim veluti tota maior in horologio, ad cuius motum ceteræ rotæ mouentur. Nô maior est oratio, multæ enim aliæ virtutes præminent; tamen cum ipsa in opus exit, ceteras etiam in opus trahit; fides ibi credit fiditq;, charitas etiã tunc in chorum salit, liquefcit quippe cor præ amoris

ris teneritudine in oratione; spes autem in alta se iactat, cum in oratione animus in Deum eleuatur, spe quippe tanquam ala quadam vsq; ad conspectum Dei se extollit: in chorum hunc etiã humilitas exit, cursumq; suum ac opus exercet, cum suam paruitatem Deiq; celsitudinem fatetur: sic & patientia expectat, & denique omnes virtutes oratio quasi in lucem prodire facit, in chorumq; coram Deo celsitibusq; educit (hæc scera de todas las virtudes) ibiq; mutuo se agnoscunt, mutuisq; complexibus gaudent; in chorum salunt, operasq; suas quælibet edit. Quod qui in tali exercitio expertus est, melius edocere valebit. Nanque veluti *Gen. 29.* altera Rachel pulcherrima virgo atque à vero Iacob adamata virtutes veluti oues ad pastum educit (in oratione quippe virtutes ex Dei colloquio pascuntur, impinguanturq;) atque ad fontem adaquandas trahit. A cuius ore lapidè tollit, sponsumq; suum sibi obuiam habere meretur; nam in oratione ad Deum fontem viuum anima sicut, spiritumque refrigerantem (qui aqua viua dicitur) fugit, omniaq; obstacula tollit, quibus ab eius dulcedine impedire solebant. Oratio gerit vicem humidi radicalis in anima; nam humidum radicale calorem naturalem conseruat in corpore. Pascitur quippe calor humido illo, & in eo ardet ac conseruatur, veluti lucerna in oleo, & in se ipsu transferit illum, ac conuertit: sic oratio charitatem (quæ calor supernaturalis est animæ) conseruat. Nam in ea pascitur, lucet ac ardet, ac demum in se ipsam charitas illam ac ceteras virtutes transfert; cū omnes ibi intrementum capere soleant, reparando damna quæ quotidianæ negligentia ardescere solent, sicut caloris naturalis diminutio per humidum radicale resarcitur. Vnde oleum est oratio *Mat. 24* quo prudentum virginum lampades lucent, ob cuius

cius defectum extingit sunt imprudentum lucerna. Audeo dicere penè impossibile est spiritua- lem vitam integram conseruare absque orationis adiumento; extinguatur lucerna ubi deficit oleum, deficiente oratione lampades animæ etiam extinguuntur. Quare te viam semper lucidiorem Sole lampadem esse velim. O virtutum omnium conseruatricem oratio atque in hoc templo Dei viui inter suspiria, flagellaque rugientem, in altaribus capellisque strepentem, vt & animas quæ te exerceant illuminet, & tepidas suscitando calefcere, ardereque facias: & sicut vniuersalis causæ vires gerit, sic & generalis medicina pro omnibus curandis languoribus erit, benedictaque nulli nocua, omnibusque proficua erit. Pro carnis lenocinijs medicina erit abstinentia, contra mundi strepenta negotia desertum, aduersus diabolum sacrata lectio, contra superbiam humilitas; at hæc speciales medicinæ singularibus ægri tudinibus medentur; oratio vero omnibus accommodatissimum antidotum est. Quæ aduersus carnis illecebras aperit medicina quàm oratio? quæ omnia præter Deum contemnit affligitque; seruat, ne suis præstet impedimentum amoribus? mundum calcat, & omnia veluti stercora reputat; Dæmonem fugat, superbiam eliminat, denique omnia vitia in exiliū agit.

*Ephes. 6.* Quare Paul. Ephes. 6. postquam Christianum hominem Christianis etiã armis induerat, pro lorica iustitiam, pro galea spem, pro scuto fidem, pro gladio verbum Dei porrigendo, quasi vltimum colorem addens subdit; Per omnem orationem, & obsecrationem orantes, omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione; ac si aperte diceret. Singula vobis arma ad singulos hostes contuli, nunc autem accipite armaturam vnam, quæ omnium vicem gerit, per omnem oratio-

orationem, ac si oratio omnes debellaret hostes; egeris nõ semper vti poteris; vt pote ieiunio, solitudine, hac semper & vbique bellare valebitis, sciungit quippe oratio à terrenis mentem, celestibusque copulat ac vnit. Nam sicut cymba quæ sine agitur, quãto plus funem versus aliã ripã agimus, tanto ab alia cymbam deuiamus: sic anima quæ in hac corporis scafa inter cælum & terram stat, si funi huic qui oratio est manum apponimus, & à terra plus eam separabimus, & tãto magis Deo eã propinquire reddemus. Quare iure optimo Propheta noster dicit se aperuisse os in oratione, & spiritum Dei ad se traxisse. Quo & videre anima, & ad celestia appropinquare potest.

Potest & intelligi spiritualiter sumendo os pro desiderio, & propensione voluntatis (vt vult magus Basilus) sicut Paulus desiderabat dari sibi verbũ in apertione oris, id est, cũ desiderio magno, & pro pra voluntate illud propagandi, & de iusto dicitur *Prou. 3. 1.* Os suũ aperuit sapiẽtię. Debet enim desiderũ præcedere spiritũ sapientię, secundũ illud *Sap. 7.* Optaui & datus est mihi sensus, & inuocaui & venit in me spiritus sapientię. Sicut enim infans aperit os, vt ex vberibus matris lac sugat; sic iustus animæ os apertum habet, vt sapientię dulcedine perfundat. Vnde *Isa. 60.* dicitur; Suges lac gentiũ. *Iob 29.* Super eos stillabit eloquiũ meum, expectabãt me sicut pluuiã, & os suũ aperiebant, quasi ad imbrẽ serotinũ. Quare sic aperto ore, ait Psalmista, attraxi spirituale intellectũ (quẽ in hoc octonario persona hæc tantopere concupiscit) de quo. *1. Cor. 3.* dicitur, Litera occidit, spiritus aut viuificat, & *Iob 28.* Trahit aut sapiẽtia de occultis, id est, de spirituali & abdito sensu scripture. Quare Lyranus hic p os intelligit intellectũ quo carpitur abus animę, qui est verbũ Dei, & p spiritũ, desiderium

A a a rium



rium & auiditatē illud hauriendi. Vel attraxi Spiritum sanctū, qui ab humilibus attrahitur, secundum illud Isa. vii. Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Hunc attrahunt aperiendo os in confessione suorum delictorum, & in diuinis laudibus ac gratiarū actione.

Sed aduerte quod peccatores attrahunt spiritum vanitatis, vel immunditiae ad se, secundum illud Ierem. 2. Onager astuetus in solitudine, in desiderio animae suae attraxit ventū amoris sui. Onager, hoc est, asinus siluester absq; iugo, libidinosissimū animal est, atq; olefaciens femellas, ad eas toto impetu currit: vnde & praecessit; Cursor leuis explicat vias suas. Sic peccatores filij Belial, id est absq; iugo, carnalibus acti desiderijs praecipites ad ea currunt, à longe vētum ad se trahentes, offendiculaq; ac occasiones quærentes. & cap. 14. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventū quasi dracones. Hi præ nimio calore quem intus gerunt, os aperiant, & attrahunt ventum, quo grandis temperetur calor. Carnales homines concupiscentiae calorem, quem intus gerunt, refrigerare volunt hi caducis rebus, quæ veluti ventus fugiunt, & statim non comparent, easq; quærentes ad se quasi in quadam trahunt. & Prouerb. 10. dicitur; Qui inuitur mendacio, hic pascit ventos. Omnia huius mundi falsa bona, mendacia in Scriptura dicuntur, ut supra diximus. Qui ergo eis inuitur, est veluti pastor ventorum; sequitur enim ventos, sicut pastor oues, res fugaces, leuesq; minimeq; constantes; vnde & de his in Prouerbis dicitur; Ventos colere, & rete ventos venari.

(Quia mandata tua desiderabam) Argumentum huic sumitur, quod propter desiderium confertur homini gratia. Isa. 26. Memoriale tuum in desiderio animæ. Diuus Hieronymus tamen sic inter-

interpretatur; Os meum aperui, & cor mundum reseraui, & dignum me feci desiderio mandatorum tuorum, in quem Spiritus sanctus effunderetur, Insinuans mundum cor requiri ad desideranda & custodienda mandata Dei: Vnde in lege veteri, nihil ex his quæ sancta lex habebat permittebatur tangi nisi à mundis; quasi hi soli sint qui legem recte custodiant; Et multo minus Spiritus sanctus datur, nisi his qui mundum cor possident, secundum illud Iob 34. Si direxerit ad Deū cor suum, spiritū eius & statum ad se trahet.

VERSUS QVARTVS.

Aspice in me, & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.

**A**spice in me & miserere mei.) Scio quidem oculos tuos lucidiores Sole, in omni loco contemplari bonos & malos, & quod nulla creatura sit invisibilis in oculis tuis; tamen ego posco, ut me singulariter aspicias eo aspectu, quo electos ad miserendum aspicere soles. Nam Sapient. 4. lego. Respectus eius in electos illius. Circa quod aduertendum ex Diuo Gregor. 2. moral. quod Deus homines diuersimodè vider: aliquos respicit ut saluet, aliquos vider ut damnet. De primo dicitur Luca 22. Quod respexit Dominus Petrum; & recordatus Petrus fleuit amarè. De secundo dicitur Psal. 33. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. De primo etiam dicitur Ierem. 14. Ponam oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc. De secundo dicitur

*Amos. 9.* Amos. 9. Ponam oculos meos super eos in malū,  
& non in bonum. Aspectum ergo gratiosum, non  
*Ambro.* rigorosum hic poscit Propheta. Vnde D. Ambros.  
hic pulchrè ait, Cum dixisset aspice in me, adiunxit,  
& miserere mei: quia respicit Deus etiam aliquos  
iratus, vt quando aspexit super castra Aegyptio-  
rum, & ligatis axibus curruum, omnes eos deiecit  
*Exo. 14.* in fluctus. Aspexit etiam Sodomam & Gommor-  
*Gen. 19.* rham, quarum vtraq; ab igne denorata est. Scri-  
*Pf. 101.* ptum est etiam Psal. 113. Qui respicit terram, & fa-  
cit eam tremere. E contra autem respexit Deus ad  
Abel, & ad munera eius: Cain autem & munera  
eius non respexit. *Gen. 4.* Quid sit autem aspiciere  
Deum, euidentissime illo testimonio declaratur,  
*Pf. 101.* Psal. 101. Quia respexit Dñs super filios pauperū,  
& non desepxit preces eorum. Oculus enim Do-  
mini non aspernatur iustorum munera. Denique  
sic & nos oculos nostros, cum in aliquem ira mo-  
uemur, auerimus, quasi ipsum indignum aspe-  
ctu iudicemus, què oderimus affectu. Hinc ergo  
*Simile.* piū aspectum noster exposcit Propheta. Si enim  
ex Sole, Luna, cæterisq; planetis (qui veluti oculi  
sunt huius mundi) ex aspectu eorum, ad terrā tot  
bona promanant, Aurū, gemmę, fructices atq; sa-  
lubria quæq; generantur. Quanto magis aspectu  
oculorum Dei, qui lucidiores sunt Sole, diuersa  
quæq; bona in animis quas respicit gignentur  
*Ioan. 9.* Respexit Dñs cæcū, & oculos ei pulcherrimos re-  
*Ioan. 5.* stituit; Respexit claudum, & gressum dedit: ex illis  
enim tanquā ex fontibus diuinæ quædā, simulq;  
gratissimæ, ac salutares affluentię dimanant, qui-  
bus humectatus animus celestes simul ac dulcissi-  
mos fructus redit. Recte ergo iustus postulat di-  
*Simile.* cens, Respice in me & miserere mei. Solēt vlcerati  
ac mendici quantumcunq; possint, miserabiles se  
exhibuere, obnixeq; postulare, vt liuores ac mise-  
rias

rias suas homines aspiciant, quatenus ex eorum,  
miserabili aspectu ad misericordiā inclinētur: sic  
miserellus homuncio multis repletus miserijs, eas  
ante Dei oculos presentare debes, misereque expo-  
scere, vt oculos suos in eas cōuertat, certus qđ ad  
tui miserendum, misericordijs plenum eius diui-  
num pectus trahes. (Aspice ergo in me, & miserere  
meis secundum iudicium diligentium nomē tuū)  
Quod dupliciter potest exponi. Vel secundum iu-  
dicium quo iudicas de diligentibus nomen tuū:  
hoc est, secundum eum modum quo ex iudicio  
tuo agis cum seruis tuis qui te diligunt. Vel secun-  
dō sic, Aspice in me & miserere mei, secundū qđ  
iudicant, & volunt hi qui diligunt nomen tuum;  
hoc est, secundum id quod bonum iudicabunt,  
hi qui zelant tuam gloriam; non autem se cundū  
quod iudicant, & volunt illi qui suā gloriam dun-  
taxat quærunt. Qui meam perditionem magis  
oprant quam salutem. Id est dicere, Misericordiā  
illam postulo, quam tu diligentibus te decreuisti,  
in eos enim hanc exeres misericordiam, vt in præ-  
senti gratia tua, atq; in futuro gloria repleas. Vel  
eam quam hi qui te diligunt poscunt ac exoptāt;  
nam iusti recte instituti, hanc quærunt misericor-  
diam, non tam eam quæ à corporis miserijs leuat;  
quam eam quæ animum à peccatis & erroribus  
mundet, & in consummatā euocat misericordiā.  
Et occasione huius quæritur utrū leuare Deū  
in homine miseras tēporales sit signū misericor-  
diæ, ac bonæ voluntatis eius erga hominē; hoc est  
querere, si cōferre diuitias, remq; familiarem co-  
piolam, honoris amplitudinem, filiorū multitudi-  
nem, salutis ac valetudinis integritatē, sit signum  
beneuolentię diuinę, ex qua argumentū vel cōiectu-  
ra desumi possit, qđ eū Deus inter dilectos atque  
amicos habeat; vel potius è contra sit inimicitie  
A a a 3 signum,

*D. Tho.* signum, ac odij sit argumentum quod se gerat ut pater, vel potius ut iudex. Circa quod præmittendum est ex. 2. 2. q. 30. quod motuum misericordie est malum, vel miseria alterius, quæ ei, vel contra voluntatem, vel contra naturalem appetitum aduenit, qualis est mors, fames, ægritudo &c. Misericordia autem voluntas efficax subleuandi proximum à tali miseria.

*Pf. 102.* Quo supposito dico primum. Conferre Deum hæc bona temporalia homini, non signum, nec argumentum est misericordie diuinæ erga eum, imò potius solet esse nota & coniectura iræ, & indignationis eius aduersus hominem. Quod sic proba; Summa Dei misericordia est hominem ab omnibus suis miserijs subleuare, secundum illud *Matt. 5.* Psalmi. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Hoc autem in hac vita non contingit, sed in futura beatitudine, ubi corpus & anima libera ab omni miseria existent, anima à peccato, imò & à possibilitate peccandi (peccatum autem solum animæ miseria dici potest) corpus autem à morte, dolore, ægritudine, cæterisque miserijs, quibus in hoc exilio subditur, summa ergo misericordia in beatitudine consequitur: sed bona temporalia regulariter impedimento esse solent ad hanc beatitudinem consequendam, ergo vera est assertio nostra. Modo autem scholastico procedendo (quoniam per modum quæstionis, hanc docere volo Christiano homini Christianam doctrinam) proba illam minorem inductione, modo Summulistico, hoc est, descendendo ad omnes singulares temporalium rerum; & primo de diuitijs, ac re familiari sic proba, quod sit offendiculum ne consequatur hæc beatitudo, Quoniam Christus docens in monte, pauperes beatos prædicat, paupertatemque in summum felicitatis

gradum euehit; quoniam adhuc viuentes in paupertate felices dicuntur. Sunt enim beati in femine, in spe & promissione quandam beatitudinis gratiam prælibantes. Diuitiæ autem ex opposito se habent huic paupertati, quæ beatos homines facit ergo. Deinde Paulus secundæ ad Timotheum 6. ait, Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Si ergo laqueus, tentatioque sunt diuitiæ, quomodo in eis beatitudo, quæ hominem liberum ab omni laqueo constituit, erit? Tentatio quidem sunt, quoniam amorem celestium à corde auferunt, quo amoto, etiam desiderium supernarum rerum deficit. Consequitur quippe tale desiderium ad amorem, veluti fitis ad calorem, ubi est calor & fitis, ubi est amor & desiderium consequendi, quod amatur. Deficiente calore febris, & fitis deficit; ablato amore alicuius rei, & cupiditas illius simul perit: qua sublata etiam cura ac sollicitudo inquitendi talem rem auferetur; vnde ex amore diuitiarum tepiditas, ac accidia rerum diuinarum oritur. Quod & Lucæ decimoquarto, *Lucæ 14.* in illis qui inuitati fuerunt ad nuptias manifestum fit; prius enim se beneuolos conuiuas exhibuerunt; at superuenientibus diuitiarum ac rerum temporalium curis repperunt, & conuiuium quod prius volebant contempserunt, Villam enim non possum ire; ac si diceret (he me hec herico perdonad) ad conuiuium hoc nos Deus inuitat, nempe ad nuptias cælestes. Hoc enim fuit intentum parabole; nam cum quidam legisperitus dixisset, Beatus qui manducabit panem in regno cælorum; hanc subintulit parabolam Dominus: ac si diceret: omnes quidem ab beatitudinem inuitati sunt, omnesque eam acceptant & appetunt, at superuenientibus rerum temporalium curis ac cupiditatibus, eam

in opere abijciunt, aspernanturque. Quare offendicula plura atq; pericula in prosperitate huius vitæ quàm in aduersitate reperies, Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. dicitur in

*Psal. 90*

*Figura.*

*1. Reg.*

Psal. 90. In beatitudine nõ est bona & mala fortuna, sed omnes ad dexteram prosperitatis erunt. In præfenti miseria est hæc vicissitudo; sed in dextera, hoc est in prosperitate, decem millia cadunt in sinistra nempe in aduersitate tantum mille. Quare de David (cuius domus prosperabatur & crescebat, vnde & prosperitatem significabat) cõcinebatur, quod percussisset decem millia. Saul autẽ (cuius domus minuebatur, quare & aduersam referebat fortunam) dicebatur percussisse tantum mille. Diuitiæ ergo vel omnino auferunt, vel tepefere saltem faciunt diuinorum amorem.

Accedit ad hoc. Quoniam vt amor conseruetur requiritur colloquium, præsentia, & familiaritas cũ re amata, multas enim amicitias dissoluit inappellatio vel silentium, ait Arist. Quare vt diuinus amor iugiter in tuo corde perseueret, opus est vt cum illo colloquia misceas, conuerferis sæpius in oratione, in meditatione, in sacrorum codicum lectio, in colloquendo de eo, ita vt illud Pauli dicere possis, Conuersatio nostra in cælis est. & illud psalmi. Pronidebam Dñm in conspectu meo semper. Qui enim à Deo se elongat, peribunt; qui Dei obliuiscuntur ignauiaq; tepefunt, alijs intenti curis, perire in eis diuinum amorem necesse est; impossibile quippe videtur in charitate radicatum ac fundatum habere cor, nisi iugiter illi aliqua harum communione adhareas. Sunt aliqui qui amorem Dei in corde gerunt eo modo quo quis gauiphilatum florem (vn clauel, o clauellina) versat in ore, vel in manu; nam cum excisus sit à radice, nec humorem habeat, quo sustentetur, statim marcescit

*Aristot.*

*Philip. 3*

*Psal. 15.*

*Psal. 72.*

*Simile.*

scit & perit: atque vtinam non ita compluribus Christi cultoribus contingat, aliquantulum enim bene sibi olet Deus, sapit, iucundusque cordi eius sentitur; sed cũ nec radicem intus, nec humorem habeat, prorsus marcescit in corde deuotio, atq; à memoria excidit, quod antea delectabat. Calor in ferro defuit, nisi frequenter illud igni applicueris; aqua in suam redit frigiditatem, nisi sæpius eam igni appropies. Si ergo tot distentus curis ad externa & tẽporalia negotia distenditur diues, quõ hic in eo perseuerauit amor? manebat David & anticipabat vigilias oculi sui, vt æternos cogitaret dies, immensaq; beatitudinis gaudia mente perstraret, atq; dicebat; Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum & non sum loquutus; ineffabilia bona quæ mente versaret loqui non audebat, nec poterat; Cogitavi, aiebat, dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Ecce cum rex temporalis esset, quõ in meditatione æternorum inardescibat. Quoniam id oppido necessarium, ad hunc ignem conseruandum videbat. Igitur diuitiæ tentatio sunt, quæ Dei amorem à cordibus expellunt.

*Simile.*

*Psal. 76.*

Laqueus etiam sunt, quoniam animæ pedes quasi compedibus ligant ne ad suam beatitudinem pergant. Auferunt enim à corde amorem, qui pondus est quo anima fertur (vt Augustinus docet) dicens, Amor meus est pondus meum, illo feror quocunq; feror. Si ab alto emisseris talentum plumbi & cirrum lanæ (vna guedeja de lana) multo citius plumbi pondus quam lana descendet; quoniam grauitate sua quidquid in via impediti offenderit, rumpet; quod lanæ leuitas facere nullatenus poterit. In corde vbi amor est, pondus est, quo libero citoque cursu, ad centrum quod Deus est currat, ac quidquid se in via opposuerit rumpat conteratque; quod si amore vacua fuerit

*August.*

*Simile.*

fuerit quidquid in via, vel tenuiter insufflauerit & strahet: in tentationem ergo & in laqueū diaboli incidere necesse est, qui diuitiarum amore concutitur. Certeus qui perniciosissimo cursu p̄ sylvas progreditur, si in laqueum venatorum offenderit, detinetur ne currat. Sic diuitiū cor illaqueant, desideria extinguunt, suffocant verbum, vt Christus docet, ne fructus efficiat. Vnde Aug. de serm. Domini in monte. to. 5. hom. 13. ait q̄ vermis diuitiarū est superbia, quilibet arbor suam propriū habet vermen, aliud pyra, aliud malum; proprius diuitiarū vermis superbia est, quæ minuit corroditq; virtutis edulium. Vnde sapiens Prouerb. 30. sic ait, Duo rogauit, ne deneges mihi antequam moriar: mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria: ne forte satiatus illuciar ad negandū, & dicam, quis est Dominus? vnde si diuitiæ cordi hæreant, lagenæ sunt, quibus mens detinetur ne pergat. Vnde Danid Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, id est, & si manum aliquando porrigas diuitijs ad accipiendum, cor minime tradas ad concupiscendum: rectè ergo roborata, atque munita remanet assertio nostra, diuitiarum abundantiam elargiri Deum, non misericordiæ aut amoris, sed potius iræ signa esse solere. ¶ Nec ex corporis salute argumentum summi potest, quod te Deus ad æternam beatitudinem diligat; id probat ex D. August. de patientia. rom. 4. vbi hanc veritatem probat, ex hoc q̄ diabolus primū hominem in paradiso incolumem, egreditur ac doloris expertem, omnibus membris sospitem deuicit: Iob vero ægrum, leprosum, vlceratum, à planta pedis vsque ad verticem capitis liuidum, qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio, nec deuinccere, nec vt stultum aliquid labijs proferret inducere valuit. Accedit ad hoc. Quoniam

Simile.

Luca 8.

August.

Pror. 30

Psal. 61.

August.

nam carne robusta validaq; tanquam instrumento solet diabolus vri, vt animam perdat; inimicus autem infirmus minus nocet quam validus, gladiusq; obtusus minus ferit, quam acutus. Quare demon, etsi omnia quæ erant Iob destruxit, filios etiam peremit, vxorem tantū incolumem dimisit, per quam eum irritaret ad impatientiam & peccatum: carnem sospitem & validam vult hostis noster, per quam nos ad peccata alliciat: quod intelligentes perfecti viri, eam solent ieiunijs, ac vigilijs extenuare: caro gladius est & lancea, qua diabolus ferire studet: obtusa ergo eius redde arma, ne scindere possint. Vnde Pau. 1. Cor. 9. Ego autem sic pugno, nō quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, &c. Obtusa reddere nitēbarur inimico arma, nec aerem in vanum quatēbar, sed carnem suam percutiens eam ineptam ad ferendum reddebat. Eleazarus, vt legitur. 1. Machab. 6. bestiam illam super quam hostis insidens damna populo inferebat, occidere conatus est: super carnem tuā inimicus insidens tibi officere conatur; bestiam perime, & hostis simul cum illa corruet: igitur non in corporis valetudine sita virtus est, quæ potius obesse solet; nec eam habere, signum diuinæ dilectionis erit.

Tertiò, nec multitudo filiorum signū est misericordiæ diuine, pater in beato Iob: cui cū post flagella omnia duplicia reddidisset filios nō duplicauit, sed eundem numerum tantum reddidit, & tamen eum in pristinā prosperitatem restituere voluit; id etiam manifestatur. 1. Regum. 6. Quando cum Philistæi captiuam duxissent arcam Dei per suas ciuitates, tandem eam percussi eam restituere vellent, habito concilio Satrapæ decreuerunt, vt eam plauastro nono superponerent, vaccasq; fecas quarum vituli domi remanerent clausi in-

1. Cor. 9

1. Machab. 6.

Iob vlt.

1. Reg. 6.

Figura.

go vnirent, que plastrum vbi erat arca veherent; solasque relinquerent, existimantes sine Dei ductu eas nullo pacto moueri versus Bethsames, hoc est, solis ciuitatem. Sed cum recto itinere pergerent Bethsames, mugitus pro vitalis quos reliquerant passim emittebant; quoniam impossibile videretur, eos qui filios enutriunt, absque specialissimo Ductu in ciuitatem solis, hoc est in caeleste regnum properare; potissimè cum ea cura maximè eos anxios reddat, vt diuites procreasque gnatos relinquunt, quod vt faciant in barathrū voraginemque vlturarum, ac iniquorum contractuum seiplos multotiens mergunt: tamen si aliqui Deo duce recto itinere pergunt, adhuc mugitus frequenter edunt, cura illa eos sæpè sæpius viget, retrahitque; ac penè inuitos ac violentos in bonis operibus efficit. Quare Propheta noster Psal. 143. eorum reprobat opinionem, qui beatitudinem in multitudine filiorum constituebant, cum dicit; Erue me de manu filiorum alienorum. & quorum filij sicut nouellæ plantationes à iuuentute sua, filij eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi: beatorum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius Dominus Deus eius. Alienos hos vocat, eo quod non ipsam Deum pro fine habeant, sed temporalia in quibus confidunt. De honore plura dicenda essent, nisi iam supra multa dicta fuissent, & per hoc vnum argumentum patet, non esse signum diuinæ misericordiæ, quoniam ablatio honoris est causa quod homines Deum querant, secundum illud Psalmi; Imple facies eorum ignominia & querent nomen tuum Domine.

Secunda ergo assertio sit. Habere necessaria vitæ moderatamque rem familiarem (vn dia y victo) vt in nostro vulgari dicitur, & hoc cum hilaritate & tranquillitate mentis, sentiens hoc sibi melius esse

esse ad salutem; hoc misericordia Dei est, signumque paterni affectus ac cure; hanc docet D. Thom. 3. ca. gen. cōt. 133. Paupertas enim in hoc gradu non impedit imò adiuuat hominem, vt rebus diuinis ac spiritualibus vacet, tempusque tribuit ac curarum quietem, vt id faciat: vita quidē præsens absque corporis cura, nempe victus, vestitus, & aliarum quarum accidunt rerum transigi nequit: hæc autē moderata paupertas his prouidet curis, à superfluis nimisque alijs vacat: quare ad insistendum diuinis plus temporis suppetit ei: vnde sapiens vbi supra; Medicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessariæ. & 1. Tim. 6. Habentes victum, & quibus tegamur, his contenti sumus. ¶ Sed tertia assertio (quã a treme considerãdam censeo) hæc sit. Assuere diuitijs, ac honoribus, abundare filijs, omniaque; ad nutū succedere, quid libnerit exequi, numinis irati signum esse credo.

Hoc enim est quod Prophetam nostrum in admirationem rapiebat, atque turbabat, cum Psal. 72. sic effatur; Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde; mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelauit super iniquos pacem peccatorum videns. Quia non est respectus mortis eorum (parece que los ha olvidado la muerte, y que les tiene respecto) nec firmamentum in plaga eorum. Non est firmata plaga in eis: statim enim sospitatem recipiunt. In labore hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur, hoc est, nõ eis adueniunt aduersa que alios homines affligere solent. Sed quid ex hoc consequatur audiamus. Ideo tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate & impietate sua, id est à planta pedis vsque ad verticem capitis operi sunt iniquitatibus. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. In corde eorum quasi adeps iniquitas incrassata est,

ex

Ps. 143.

Psal. 82.

D. Tho.

Prov. 30

1. Tim. 6

Psal. 72.

ex qua exteriora peccata prodeunt, atque nutritur; ex nequissimo illo habitu, quem in mente gerunt, nequissimi etiam actus eduntur. Transferunt in affectum cordis. Quasi transfugi à Deo, in desideria sua transferunt, eisq; tanquam ducibus sacramenta fecerunt, fœderaq; celebrarunt cū eis, secundum illud: Pepigerunt fœdus cum morte. & Pau. Ephes. 4. Tradiderunt semetipsos impudicitie. Ecce quot mala ex prosperitate consequuta sunt, & Ierem. 12. dicitur etiam de his; Plantasti eos, & radicem miserunt; proficiunt & faciunt fructum. idē est quod supra dixit; non est firmamentum in pla-ga eorum, propē es tu ori eorum, hoc est. (A pedir de boca todo lo que quieren los otorgas.) Longē à renibus eorum, hoc est à desiderio & opere. Nec enim bonas sed malas gignunt operationes. Sanctifica eos in die occisionis, & congrega eos quasi gregem ad victimam. Ut D. Tho. docet. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. in lege veteri dicebantur sanctificari, qui applicabantur diuino cultui. Ceder enim in Dei cultum & gloriam huiuscemodi puniō in die vindictæ. Impinguantur modo impij, ut illo die in honorem iustitiæ Dei mactentur. Seruum mercenarium conducis non solum pro victu & vestitu, sed etiam pro stipendio pecuniario; filio autem tuo solum victum & vestitum præstas, sed nihil amplius, quoniam omnia bona tua in suam dictionē euentura esse consideras: sic Deus filijs alienis omnia abundanter tribuere solet, suis autem etiam necessaria aliquando deesse permittit. Quoniam omnia bona sua iure hæreditario reseruantur eis; sicut & tu cibum etiam à filio tollis ne ei noccat, cum tamen si inebrietur seruus nihil cures; non sunt huius mundi delitiæ pro filijs Dei, fortē nocua eis erunt. Vnde Gregorius ait, Misericors Dominus quos tenerē diligit, ab exterioribus separat & D. Au-

& D. August. ait. In nulla re magis iratum contra me Deum sentio, quā cum ad remum non essem, me ad gubernaculum posuit. Igitur huius vitæ prosperitates, potius signa sunt iræ quam amoris Dei. Quare D. Ambros. cum in domum quandam introisset, ab hospiteq; audiret narrante omnia sibi fauultē euenire, nec infirmitas, nec paupertas, nec aliquid triste vnquā sibi accidisse, ait, Egre-diamur ex hac domo, nec enim Deus habitat in illa; cumq; egressus esset, corruit domus, & omnia quæ in illa erant perierunt. Ecce assertionem nostram corroboratā his dictis, ex quibus omnib. vlti-ma sequitur ac inferitur assertio, quod paupertas melior est oībus his absolutē, quam D. Tho. multis rationibus loco citato. 3. contra gentes ostendit.

VERSVS QVINTVS.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum:  
& non dominetur mei omnis iniustitia.

**I**eremiæ 10. dicitur; Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri est ut ambulet & dirigat gressus suos. & Prouerbiorum 16. Domini est dirigere gressus. Gressus autem sunt animæ voluntates & motus: nam ut ait Gregorius, velle aliquid, iam mente ire est. Ille autē gressibus suę mentis claudicat, nec directos habet gressus suos, qui in temporalibus veram pacem æstimat esse, qui peccatores tranquillitatem mentis credit habere, qui ad temporalia ditarnicat pedem suum: quod Ezechielis 16. damnatur cum dicitur; Diuisisti pedem tuum omni transeunti. Hos claudos super muros Hierusalem posuerunt Iebusæi in contemptum David: quod fit, cū hominibus, temporalibus

poralibus cupiditatibus astrictis, episcopatus ac dignitates, regimenque animarum tribuuntur in defectu Christi filij David. Talem enim claudicationem aberrationemque mentis, petit ecclesia à se amoueri cum dicit; Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, id est, secundum voluntatem tuam, eo modo loquendi, quo verbum in scriptura pro voluntate sumitur, quia est signum voluntatis, cum verbo imperamus quod volumus; quatenus videntes directis gressibus ecclesiam Dei, quæ sponsa Christi est, incedere, dicamus illi illud Cant. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis: Norma autem, qua dirigi debent hominis Christiani gressus, charitas est, ut supra explicatum dedimus: cum ergo operibus charitatis calciati apparent affectus, pulchri sunt gressus ecclesiarum, quæ filia Principis vniuersique seculi est, vel filia nobilis, ut Hebræa verba sonant. Vera quippe nobilitas est infirmorum indigentibus compati, sicut ipse filius Dei & David infirmitates nostras tulit, sublimemque naturam humili iungens humiles ac pauperes elegit, eos ad alta diuinamque euerit, sic anima Christiana regali exorta progenie, nepes diuina (genus quippe sumus Dei, ait Paul.) egenis paruulisque communicare dedignari non debet, talesque gressus tunc elegantes venustique coram omnium oculis apparebunt.

Secundò, quia gressus mentis proni sunt ad ambulandum per viam peccatorum nisi adiuentur à Domino, secundum illud Genesis 6. Omnis cogitatio hominū prona est ad malum ab adolescentia sua: ideo Dei adiutorium postulat dicens; Gressus meos dirige &c. Quod Isaia 30. vaticinatur dicens. Erunt aures tuæ audientes verbum posterum in orientis: hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, nec ad sinistram: quod in para-

paralytico illo quem Ioan. 5. sanauit Dñs expressit; nam postquam ei vis ambulandi restituta est, quasi iam directos haberet gressus, ad templum, ut Deo gratias redderet, pergit.

Vel tertio sic: Christus in presenti vita in seipso omnis virtutis specimen dedit, & imitandum se à nobis prædixit. Sic ergo dicere Christo, gressus meos dirige, id est, ac si posceret dicens, me tuorum operum imitatore fac esse: id docet D. Greg. 16. mor. c. 36. in illud. Iob 23. Vestigia eius sequutus est pes meus, dicens; Quasi namque quidam gressus Dei sunt operationes eius, quibus bonus quisque malusque regitur; iusti iniustusque suis ordinibus disponuntur; quibus quisque subiectus ad meliora quotidie ducitur, & auersus ad deteriora ruit; de quibus nimirum gressibus propheta dicebat Psal. 67. Viderunt ingressus tuos Deus. Itaque cum virtutem longanimitatis & pietatis Dei intuemur, & intuentes imitari contendimus, quid aliud quam gressum eius vestigiaque imitatur. Iam enim per fidem aperte videmus, quod mediator Dei & hominum benignus est ad tribuendum, humilis ad sustinendum, patiens ad exemplum præbendum: cuius exemplum Psalmista sibi ad imitandum proponit. Ut quidquid in hac vita ageret, ad imitationis illius vestigia ligaret: ideo orans dicit; Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, hæc Greg. Et tunc animæ talium operum imitatrici etiam illud cantari poterit, quod supra retulimus. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis? Habebit enim tunc calcæatos pedes in præparationem Euāgelij pacis, ut dicitur Ephes. 6. hoc est præparatos habebit affectus ad imitandam euāgelicam pacem quam Clitus Dominus verbo & exemplo docuit; dice- turque ei illud Deutero. 33. Ferrum & æs calcea-

Ioan. 5.

Gregor.

Iob 23.

Psal. 67.

Cant. 7.

Ephes. 6.

Deut. 33



mentum eius. Nā qui affectus suos in Christi imitationem dirigit, ferreos habebit animæ pedes. Ita ut possit ambulare super aspidem & basiliscum; & cōculcare leonem & draconem; ut dicitur Psal. 90. (Et non dominetur mei omnis iniustitia) id est, nulla iniustitia, nām negatio preposita omnia negat, & quidquid post se inuenit destruit, & eius oppositum ponit; ut dicunt Summūlistæ: & sicut iniustitia solet sumi generaliter pro omni virtute; ita & iniustitia pro omni vitio. Ita quod velit dicere, nullum mihi dominetur vitium: non dicit inquit, hoc enim impossibile est, sed ne dominetur postulat: ut docet Paulus. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, non dicit non sit, sed non regnet, quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas: de quo consule quæ supra tract. 5. super 5. octonar. diximus.

Vel secundò per omnem iniustitiam; fomitem intelligit, qui occasionalis causa omnium malorum est, quem petit non dominari in virum, hoc est rationem mentis, sed ut subter nos sit appetitus noster, & nos dominemur illius.

VERSUS SEXTVS.

*Redime me à calumnijs hominum: ut custodiam mandata tua.*

**N**on minimum præstat impedimentum exquirentibus veritatem malorum calumnia, qui semper in bonos conuicti iactant, arque eis falsa imponunt crimina, quibus eorum bona fama denigretur, autoritas que coram hominibus mutuetur. Quæ cernens Propheta noster, cū

virtutis gradus ascendere cepisset, cum in ipso primo gradu pedem fixisset, statim aduersus malorum calumnias se protegit, dicendo: Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudivit me: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. & cum quæreretur, quid sibi ad linguam dolosam, & cur tantopere eam timeret, subiungit tanquam rationem reddens. Idè à labijs iniquis in tribulatione positus posco, ut proregar: quoniam sunt sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Vnde Prou. 25. Iaculum & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Quare Eccl. 26. dicitur: A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, delaturâ ciuitatis & collectionem populi, (id est, conspirationem vel coniurationem communitatis) & calumniam mendacem, super mortem aut omnia gratia: has calumnias cum patitur iustus, in periculo magno consistit, ut patet de Ioseph & Susanna. Quorū vterque ob falsas calumnias periculo mortis expositus est; nulla enim pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus, ait Hierony. Vnde diabolus, & primum parentē & Iob, cum proprijs vxoribus ad tentandum aggressus est; & discipulus qui simul cū Domino capiebat cibos, eius proditor fuit. Vnde & ipse Dominus tanquam grande malum futurū dixit; Inimici hominis domestici eius. Olim in Prouerb. dicebatur; Deus est homo homini. hoc est, sicut Deus hominibus necessaria prouidet, ita homo homini in adiutorium deberet esse tanquā alter Deus: modo autem dicitur, lupus est homo homini, non Deus, sed diabolus, & satan, aduersarius & calumniator; nō Deus indigentis suis prouidens, sed lupus honorem omniaq; bona sua deuorans, ac dilacerās. Quare optimè iustus petit se

redimi à calumnijs hominum, tanquã à tyrannide quam Domini supra mancipia exercere solent, se possit redimi, ne impedimento sibi sint, ad custodienda mādara Dei; bellum quippè semper est inter bonos & malos, licet Deus conuertat in bonū iustorū. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Sic Eccles. 33. Contra malum bonum est, & contra mortem vita, sic cōtra virum iustū peccator: Nam sicut ex bono & ex vita multa bona oriuntur, sic ex persecutione peccatorū, merita accescunt iustis, & aliquādo eorum iniusta persecutio eos ne corrumpat tenet: nec enim (ait Aug. 11. de ciuit. Dei. c. 18.) Deus vnum non dico Angelorum, sed vel hominum creasset, quem malum futurū esse præscisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum vñibus commodaret: nisi enim hoc intelligere vellet, sapiens non diceret; Contra malum bonum, & contra mortem vita: sed è diuerso, contra bonum malum, & contra vitam mors: sic & contra virum iustum peccator, qui eum tanquam mors & malum in perditionem mittit: nūc autem dicit, quod sicut bonum malo obstat, & vita morti, sic & peccator in causa est aliquando ne iustus peccet, aut mortem incurrat. & Prouer. 14. dicitur; Ambulans recto itinere & timens Deum despicitur ab eo, qui infami graditur via.

Alij de prælati hoc intelligūt, qui à calumnijs & litijbus temperare debent, vt Dei obseruent mādara, sunt enim veluti captiui & serui, cū temporalibus vacant, qui ad spiritualia munera ascitū sunt, nam spiritualia totum vendicant prælatum. Vnde & Petrus alios constituit ad dirimendas lites, si quæ orirentur, vt totus verborum prædicationi deditus esset, sicut habetur in itinerario Clementis; sic etiam dixerunt Cpostoli Act. 6. Non est æquū, nos derelinquere verbū Dei, & ministra-

rc

re mensis. & Paulus 1. Cor. 6. ait, Sæcularia iudicia si habueritis, contēptibiles qui sunt inter vos, illos constituite ad iudicādum. & Exod. 18. dixit Ierho Moysi; Stulto labore consumeris; & post; Esto in populo in his, quæ pertinent ad Deum. Quare alij legunt hoc carmen, inter quos Caietan. Redime me à lite Adam, quod est nomen hominis assumpti de terra, vt Paulus docet, dicens; Primus homo de terra terrenus; nos autem secundi hominis sumus filij, quem Paulus dicit de celo celestē. Quare celestia tantum munia subire debemus relictis terrenis: nec indui oportet ministros Dei tunica ex lino & lana contexta.

1. Cor. 6

Exod. 18

Caietan.

1. Cor. 15

Deut. 22

## VERSUS SEPTIMVS.

*Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.*

**H**ic petit illustrationem fidei, quæ necessaria est ad salutem. Quoniam eū res creatæ, aliq̄ alijs subordinate sunt; hinc est quod perfectio naturæ inferioris non consistit solū in his, quæ ex propria natura ei conueniunt, sed etiam in eo quod participant à superiori natura: pater in aqua, cui duplex conuenit motus, alter in centrum ex propria graui natura, alter fluxus & refluxus, secundum quod lunæ subordinatus est: eodem modo terræ proprium est descendere, secundum propriam naturam, quia grauis est, germinare autem secundum quod naturæ superiori, hoc est Soli, subiecta est: sed natura rationalis sola (comprehendendo etiam Angelos) soli Deo subordinatur (vt supra tractatu quinto docui-

Bbb 3 mus)

mus) igitur perfectio eius non solum consistit in naturalibus proprijs, sed etiam in illis quæ à Deo, cui soli immediate subest, participat. Quare non est perfecta in sola cogitatione naturali, nisi aliquid supra naturam à Deo, cui subest, communi-  
*Ioan. 6.* cet; sed scientia humana absque doctore non ac-  
 quiritur; multo minus diuina & supernaturalis, cuius solus Deus doctor est, secundum illud *Ioan. 6.*  
*Isa. 54.* Omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me. & *Isaie 54.* Dabo filios tuos doctos à Domino. Quare hoc lumen supernaturale fidei hic poscit propheta. Hoc enim lumen est faciei eius, quo illum secundum quod finis supernaturalis est cognoscimus, & talis perfecta cognitio in faciali visione consistit, cuius aliquid initium est fidei cognitio.  
*2. Cor. 4.* Vnde Paulus: Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere; ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi Iesu, hoc est, ille qui verbo tuo ditauit lucem à tenebris, etiam ipse in cordibus nostris lumen fidei infudit, quo faciem Christi eius possemus agnoscere. Vide Diuum Thom. 2. 2. quæst. 2. articulo 3.  
 Sed quoniam iam in secundo versu huius octonarij dixerat, quod fides illuminat corda, idem lumen modo poscit, sed extensus ut extendatur ad opera, & iustitias Dei explendas, est enim scientia operis distincta ab alia. Quare Dominus Matth. vlti. bis docere præcipit Apostolos gètes dicens; Docete gentes baptizantes; docentes eos seruate omnia quæ præcepi vobis. Qui enim audiunt licet memoria teneant quod audiunt, nequaquam didicisse putandi sunt, nisi faciant quod audiunt; veritatis. n. hoc verbum est; Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, qui ergo non facit, hic non venit, non didicit, ut ait hic *D. Aug.* Quare totiens repetit

repetit hanc petitionem, docet me iustificationes tuas, ad infinuandum ardens desiderium obseruandæ. Nam scriptum est *Ecclesiast. 3.* Quæ præcipit tibi Deus, illa recogita semper; & in superius quibus rebus voluit seruari, multipliciter; non enim sufficit illuminatio veritatis sine operatione virtutis; quoniam experibus innotescit quantum homo in sacra Scriptura profecerit.

At vero quoniam apud Hebræorum phrasim faciem ostendere, est beneuolum beneficumque se præstare, secundum illud quod Moyses petebat *Exod. 33.* ut ostenderet Deus sibi faciem suam; hoc est, quod cum se ostendisset iratum contra populum propter idolatriam, iam sibi placatum fore poscit; ostendendo faciem sibi, id est, signa beneuolentiæ. Eo modo loquendi, quo nos dicere solemus ei, quem placatum nobis volumus, (volued me: aca esse rostro.) Vnde Sponsus; Ostende mihi faciem tuam, sicut è contra auertere faciem est iratum se Deum demonstrare cõtra aliquem, secundum illud *Iob. 13.* Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Cum hoc ergo ita sit, postulare, ut Deus illuminet faciem suam super eum, est petere, ut sibi placatum, ac beneuolum velit esse. Vnde versu sequenti, lachrymis intendit eum placare cum dicit; Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, sic *Psal. 66.* Deus misereatur nostri, & benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vel tertio per faciem Dei intellige effectus suæ bonitatis, quam super nos illuminat, quando plenam sui notitiam communicat nobis, quem sensum Ricardus docet, dicens; In facie omnes sensus corporei abundant: suam ergo faciem Deum ostendere, est plenam sui notitiam mentis oculis infundere. Quid est ergo, faciem tuam illumina, nisi ostende mihi sapientiam tuam, ne errem,

miseri cordiam, ne desperem? Doce iustitiam tuam, ut non presumam: innotescat mihi bonitas tua, ut te amem in donis tuis: innotescat mihi passio tua, ne succumbam in malis meis. Et attende quod dicit: Super seruum tuum, ubi multa genera seruitutis ostendit, quosdam enim seruos efficit ipsa eorum natura (ait Richardus) quosdam belli necessitas, alios humilitatis magistra: charitas: seruiam ergo creatori meo iure conditionis, obsequar regi meo ex reuerentia maiestatis, subijciar Saluatori meo ex debito charitatis. Quantum apud eum possit voluntaria seruitus intelligo, & idcirco magna peccens, humilitatis meae obsequium humiliter recolo, & dico: Faciem tuam illumina super seruum tuum. Pater quod fortiter se vendicat a seruitute peccati, qui se non dubitat vocare seruum Dei.

(Et doce me iustificationes tuas.) Me, inquit, non dico diabolum, non Angelum. Quia his ille semel reprobatus informari non debet, nec ille in bonis confirmatus indiget istis doceri. Alij per faciem intelligunt Christum, qui facies Dei est, de quo supra versu secundo octonarij octauj.

VERSVS OCTAVVS.

*Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.*

Hierony.

Thren. 3

**H**ic fatetur se poenitere tam de suis, quam de aliorum erratis. Vera quippe poenitentia est (ait hic Hieronymus) iugiter fletibus commissa diluere, & abluta non iterare. Thren. 3. dicitur: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus,

meus, in contritione filij populi mei, super quo loco D. Greg. 3. past. & super septem Psalmos penitent. Psal. 101. docet, quod in verè penitentibus, tanta debet esse abundantia lachrymarum, ut diuidantur, sicut aqua diuiduntur ad irrigandum diuersas terrae partes, secundum industriam hortulani; nam tunc diuisiones aquarum deducimus, cum singulis peccatis seorsum lachrymas damus. & Hest. 14. legitur, quod ipsa regina omnia loca,

Gregor.

Hest. 14.

Simile.

in quibus latari consueuerat, crinium laceratione compleuit. Et sicut Pharmacopola, & Pigmentarius, ex diuersis hortis herbas colligunt, quas ibi sciunt nasci, esseque contra malos humores & vulnera proficuas intelligunt, easque tundunt in mortariolis, atque ex eis vel fomenta & emplastra, vel succus, quibus euacuationes fiant conficiunt; sic peccator recogitare debet loca in quibus commoratus est, atque peccata quae ibi commisit in mentè reuocare, in tali ciuitate hoc feci, in tali domo talia verba loquutus sum, vel tale desiderium habui, ac omnia haec in mortariolo cordis sui, per contritionem tundere ac conterere: lachrymisque suis liquefacere, ac diluere, & bibere talem amarum potum cum fletu, ut sic purgationem peccatorum suorum faciat, & dicat cum Ezechia Rege. Isa. 18.

Psal. 6.

Thren. 3

1. Deduc quasi torrentem lachrymas, per diem ac

ac noctem non des. requiem tibi, nec taceat pupilla oculi tui. Per diem ac noctem, id est continue: *Psal. 29.* nam sicut cum *Psal. 29.* dicitur; Ad vesperam demorabitur fletus, significatur, quod non erit diurnus: ita cum dicitur; Per diem & noctem, significatur continuatio, ut est illud *Horatij* in arte Poetica.

*Vos exemplaria Græca nocturna versate manu, versate diurna.*

*Deut. 28.* Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ, mane dices; Quis mihi det vespertim? & vesperi, quis mihi det mane? Per vespere, & mane intelligitur dies ac nox per *synecdochem*, secundum illud; Factum est vespere & mane dies unus.

*Gen. 1.* Continuus ergo dolor deberet esse super peccatum mortale contra Deum commissum. Sed quia in actu fieri non potest propter alia concurrentia, ad quæ animus debet attendere, satis est ut in habitu id habeat, hoc est paratus sit atque habitus, ut sibi semper displiceat peccatum, cum memoriæ occurrerit, licet hoc non necessarium sit, ut diximus, sed maxime congruum atque continentius, post primam displicentiam, quæ expressa debet esse peccati mortalis commissi, ut Theologi docent in materia de penitentia, per illam enim deletur peccatum, sed quod necessarium semper est, quod nunquam placeat peccatum. Observandum, duplices sunt lachrymæ, quedam dulces, quedam amaræ; dulces illæ sunt, quæ ex deuotione & affectu animi effunduntur: quales erant illæ, quas *D. Aug.* effundebat cum Deo in communibus officijs psalleret, ut ipse lib. confess. fatetur, dicens; Flebam autem vberissime in Hymnis, & Canticis siue sonantibus Ecclesiæ vocibus vehementer affectus, & fluebant lachrymæ, & bene mihi erat cum illis. Aliæ sunt lachrymæ amaræ, quales pro peccato funduntur, ut *D. Petrus* post

*August.*

*D. Petrus.* pecca-

peccatum egressus foras fleuit amarè. Has debet peccator in abundantia emittere, & dicere; Exitus aquarum, vel riuos aquarum, ut alij legunt, deduxerunt oculi mei. (ha se de hazer fuentes y arroyos.) Secundum illud *Iere. 9.* quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Desiderabat in seipso fontem habere, à quo lachrymæ abundanter efflueret, quibus & peccata sua deleterentur; nam peccator in seipso habet profundissimum puteum, à quo lachrymarum riuos educere possit, nempe altissima consideratio peccati mortalis contra Deum commissi. Ex hoc enim quod peccatum est contra Deum qui infinitus est, quandam etiam infinitatem communicat, ex qua dignus fit ut infinitè de eo doleat, qui commisit; ac proinde, si infinito tempore duraret penitens, & per totam vitam de peccato peniteret, non maiora, quam quæ peccato debentur, solueret. Ex hoc enim puteo riuos illos lachrymarum *Magdalena* deduxit, quibus pedes Domini abluuit; quæ cum ex profundo corde deducuntur totam lauant animam, & cum per fontes oculorum exeunt, iam mundæ veniunt, & lauant pedes Domini postunt, quoniam iam à profundo usque ad summum animam lauerunt, cum ab imo cordis exeuntes totam mundauerunt animam, secundum illud *Psal. De profundis* clamaui ad te Domine. Hæ autem lachrymæ inuisibiles sunt aliquando, nempe quando anima vere dolet, displicentque illi maxime peccata; fundunt enim aliqui Christiani faciles ac superficie tenus lachrymas, quæ cum ex intimo non procedant, nec lauant animam, nec mundæ sunt, ac proinde nec ad pedes Dominicos lauandos dignæ. Quando autem ex profunda consideratione, ac displicentia peccatorum per oculos defluunt, iam habet penitens irriguum inferius, & superius, quod

*Ierem. 9.*

*Luca 7.*

*Iosue 15*  
*Figura.*

Axa filia Chaleb suspirans in asina, postulat à patre suo; anima in corpore suspiria emittens, si has duplices lachrymas internas, & externas accipit, etiam & duplex irriguum inferius & superius habet; quo terram arenam & sterilem, qualis est peccatoris anima, fecundet ac feracissimam reddat. Hæ lachrymæ peccata diluunt, ita ut amplius à Deo non legantur: quod Dominus insinuauit.

*Ioan. 8.*

Ioan. 8. cum peccata hominum digito scribebatur in terra. Nā ea quæ in puluere scripta sunt, si aqua abluantur delentur, & abstergantur, vel si infusa flentur etiam cooperiuntur: sic peccata quæ Deus cōtra nos scripta referuat, vna lachrymula diluuntur, si ex corde procedit, vnoque suspirio propelluntur tanquam à vento, ita ut amplius non legantur à Deo: Nam peccati super quod gemitus emittit peccator, obliuiscet Deus, ut dicitur Ezech. 18. & Isaïæ 1. cum Dominus pœnitentiæ opera docuisset, dicens; Lauamini mundi estote, &c. Subiungit dicens; Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Non quod ipsa peccata vnquam munda sint, sed quod peccator, qui flet peccata, ab inquinamento eorum mundus euadit; nec peccata per se placent Deo, sed peccata per pœnitentiam deleta, hoc est dicere; Si Deo displicet peccatum, placet tamen ei dolor de peccato. Quare talia peccata in honorem eius cedunt, cum ipse deleuerit, & flent pro ipsis, & fletus peccatorum admittens. Vnde cum deformis, ac fœda ad pedes Domini Magdalena accessisset, lachrymis ita abluta ac formosa effecta est, ut iam ad caput Domini sicut altera Ruth etnehi meruerit.

*Simile.*  
*Richar.*

Solent agricolæ, ait Richardus, siccitatis tempore fontium riuulis terram rigare, ne ariditate nimia semina nequeant multiplicari, terræ commē data.

data. Ad horum imitationem Psalmista imbre gratiarum tardante descendere, operum suorum fructus lachrymarum vnda non negligit infundere. Sciendum tamen est, ait, quod aqua quæ in locis sublimibus oritur, facile iuxta deducentis votum, ad humiliora quæque loca irriganda deriuatur; quæ autem in imo defluit, ad fundenda eminentia non facile assurgit: sic nimirum desideriorum vena, quæ in infimis labitur, ad sublimia appetenda non attollitur, & qui non nisi terrena appetit, cœlestia desideria nescit. Vis & tu ad prophetæ similitudinem, aquam hanc salubrem deducere? memineris sublimia concupiscere, & humilia de te sentire. Tunc facile est de desideriorum tuorum collibus, ad denotionis tuæ vallem cōpunctionis fluentia discurrere. (Hæc Richardus.) Nam sicut duplex est aqua, alia pluuiialis de cœlo, alia quæ in ipsa terra nascit. Ita est duplex aqua lachrymarum, pluuiiales nempe lachrymæ, quæ veniunt pro desiderio cœlestis patriæ, & aqua fontis, vel fluminis, hoc est lachrymæ emissæ pro amissione terrenorum. Primæ lachrymæ sunt fecundæ, & non aliæ; nam Philosophus 7. de animalibus dicit; Quod aqua pluuiialis magis est fructifera, & magis conuenit plantis quam aqua fontis vel fluminis, & nihil vniformiter bene crescit, nisi aqua pluuiali imbibatur. Vnde Psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum. Deducitur ergo aqua ab oculis (ait iterum Richardus) quando alternis vicibus nūc hæc nunc illa fletu culpa diluitur. Cum vicissim modo pro hac, modo pro illa gratia fletus effunditur. Deducit aquam, qui nunc sua, nunc aliena deflet delicta; vel qui nunc pro sua, nunc pro aliena compungitur miseria. Diuidit aquam, qui quandoque luget mala, quæ committit, quandoque bona quæ omisit. Diuiditur aqua, quando vicissim, nunc pro metu

*Aristot.*

*Psal. 79.*

*Richar.*

metu infernalium tormentorum, nunc pro desiderio lugetur celestium gaudiorum. Iusti quippe, & mala presentia, & celestium bonorum dilationem lugent. Ideo quippe (ait D. August. de sermone Domini in monte) tertia beatitudini, nempe Beati qui lugent, responder donum scientiæ, nam ex hoc quod iusti per donum scientiæ intelligunt mala presentia, & bona futura, ad quæ consequenda impedimento sunt instantia, lugubres ac tristes incedunt, lugent etiam sua peccata & aliena. Vnde Ezech. 9. præcipitur viro induto lineis, ut signaret Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiebant in terra & Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus. Quando ergo & mala presentia, & bona futura lugemus, habemus irriguū superius & inferius, quod filia Chaleb postulauerat. Bene ergo ait Psalmista. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Sed quæ est causa tanti fletus? ait Richardus. (Quia non custodierunt legem tuam.) Vix mihi misero, cui quotidie dolere incumbit & flere, non solum pro eo Domine, quod oculi mei non custodierunt legem tuam, sed eo vel maxime, quod necdum custodiunt. Veruntamen hoc mirum est, cur non maluit dicere, quod non custodiui legem tuam, sed quia non custodierunt legem tuam. Attamen si diceret ego non custodiui, voluntatem vtrique culparet oculorum. Itaque culpa increpatur & solummodo defletur; quid est igitur culpam oculorum deflere, nisi quod in discretionem errasset, hæc gemendo deflere? Tunc enim oculus peccat, quando discretionis iudicium errat; oculus ergo offendere est, ex intentione bona, sed parum differata in aliquod malum incidere.

Sed aliqui de alijs intelligunt, nimirum cum dicitur,

aitur, quia non custodierunt legem tuam, subintelligit peccatores. Oculi enim viri iusti deducunt lachrymas propter transgressiones peccatorum; quomodo de Samuele legimus, quod iugebat Saul i. Regum 15. Nam charitas non gaudet super iniquitate. Sed potius dolet; & vera iustitia habet compassionem, sicut & falsa dedignationem, ut ait Gregorius: & Christus Dominus videns civitatem fleuit super illam. Et hic est panis, quem manducant Dei ministri, secundum illud Psal. Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, nam peccata populi comedunt sacerdotes, quare & ea deflere debent. Vnde dicitur: Inter vestibulum, & altare plorabant sacerdotes, ministri Domini dicentes; Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in perditionem, (toda su vida andan llorando duelos agenos.)

DECIMVS OCTAVVS

Octonarius.

- Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.** 1. Zadi.  
**Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.** 2. Zadi.  
**Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.** 3. Zadi.  
**Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.** 4. Zadi.  
**Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.** 5. Zadi.  
**Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.** 6. Zadi.

Tribu-

7. Zadi. *Tribulatio & angustia inuenerunt me: manda-  
ta tua meditatio mea est.*
8. Zadi. *Aequitas testimonia tua in eternum: intelle-  
ctum da mihi, & viam.*

INCIPIT TRACTATUS  
Decimus octauus.

VERSUS PRIMVS.

*Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum*

*Induit  
personā  
magna  
perse-  
cutionis.*



In hoc decimo octauo octona-  
rio Propheta induit personam  
tantæ perfectionis, vt afflictus  
flictus non solum constans sit,  
sed affligatur, quia se affligen-  
tes obliuiscuntur legis Dei. Qua  
persona explicatur in tertio ver-

su cū dī: Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliu-  
sunt verba tua inimici mei, Vel angustiatores mei,  
*Caieta.* vt legit Caietan. ex Hebræo. Vbi clare explicatur tā-  
tæ perfectionis zelus, vt non doleat de proprio ma-  
lo. Sed quia inimici despiciant legē Dei. Talis fuit  
zelus Heliaz cū dicebat. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum

*1. Reg. 19*

pro Dño Deo Israel: quia dereliquerunt pactum  
Dñi filij Israel: prophetas tuos occiderunt gladio,  
& altaria tua suffoderunt, & derelictus sum ego  
solus, & quærunt animam meam, vt auferant eā.  
Est autem causa tantū zeli huius, iustitia, veritas,  
& puritas diuinorum præceptorum: nā tam munda,  
tam iusta, tam verā madata despici, magnæ tili-  
tuz,

sticiæ, ac pijsimi zeli causa est. Quanto enim me-  
liorres est, quam indignè pati videmus, tanto ve-  
hementius aduersus inflictores accendimur. Lite-  
ra autem, quæ huic octonario additur est, Zadi, vel  
Sade, decima octaua in ordine, quæ interpretata  
dicitur consolatio vel iustitia; hoc enim maximè  
moerorem temperat iusti; quod omnia à diuina  
prodeunt iustitia, in ipsamque tandem reducen-  
da sunt, cum iustitia sit principium & finis via-  
rum Dei, vt statim videbimus, & quod afflictiones  
quas patitur ab ipso Deo permittente, & ordina-  
te sunt, quas ideo æquo animo fert. Vnde Iob *Iob 6.*

sexto dicitur; Et qui cepit ipse me conterat, solu-  
uat manum suam, & succidat me. Et hec mihi sit  
consolatio, si affligens me doloribus non parcat,  
nec contradicam sermonibus sancti. Solatium  
iustis est, si afflicti à Deo patienter ferant ma-  
num eius, nec eius iustitiæ contraire velint. Quod  
Iob de seipso fatetur confundens Eliphaz, qui  
eum impatientiæ, ac iræ contra Deum arguerat.

*Gregor.*

Vel vt Diuus Gregorius, in illo loco docet. In  
hoc iusti consolantur afflicti, quoniam in præsen-  
ti vita puniri iudicium esse solet, quod non ad fu-  
tura referuntur supplicia. Hinc illa sanctorum  
vox; Domine, hic seca, hic vix, vt in æternum par-  
cas. Consolantur etiam & de diuina misericor-  
dia, qua afflicti liberantur à miseria secum confe-  
rentes illud Psalmsi sepruagesimo sexto. Nun-

*Psal. 76.*

quid obliuiscetur misereri Deus: aut continebit  
in ira sua misericordias suas? & etiam consolantur  
de spe veniæ: quoniam omnibus verè pœni-  
tentibus plena promittitur, & datur venia, se-  
cundum illud Ezechielis decimo octauo. In qua-  
cunque hora ingemuerit peccator, omnium ini-  
quitatum eius non recordabor. Qui enim seip-  
sum pro peccato punit sufficienter, amplius non

*Ezec. 18*



punitur à Deo. Quoniam Deus non punit bis in idipſum. Præſolatio etiam gloriæ magnum iuſtis ſolacium eſſe ſolet, in memoriam reducentes illam Domini ſententiam; Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Denique ipſa Dei iuſtitia magna probis conſolatio eſt, conſiderantes, vt

*Ambroſ.*

hic ait Ambroſ. quoniam ſicut Deus eſt vltor culpæ, ita moderator eſt penæ; ſicut vindex eſt peccatorum, ita remunerator eſt virtutum, qui ſinit nos ſæpè tentari volens iuſtè præmia dare.

*Tob. 3.*

Vel poſt exitum lachrymarum conſolatur iuſtus. Quoniam vt dicitur Tob. 3. Deus poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt lachrymationem, & ſterum exultationem infundit. Denique commune proloquium eſt; Poſt nubila Phebus. Dicit ergo iuſtus zelo iuſtitie Dei accenſus. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Acſi diceret. Quid mirum, ſi mea ac aliorum peccata deſeam, cum ſciam te non ſolum miſericordia (qua ſibi blandiuntur impij) ſed & iuſtitia præditum eſſe, rectaque iudicia à te prodire: ſicuti ſimiles fructus à ſimili producantur planta, vt ab oliuarum arbore oliuæ ori ſolent; ita à te iuſto Deo, iuſta etiam iudicia procedunt, quibus omnium errata æquo pondere punire non deſinis, teſte Beato Job qui dicit; Veſebar omnia opera mea, ſciens, quod non parceres delinquenti.

*Job 9.*

(Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.) Iuſtus à iuſtitia dicitur; Quærit autem Diuus Thom. i. parte quæſtione 31. an in Deo ſit iuſtitia. Et per hanc reſpondit diſtinctionem, Duplex eſt iuſtitia, altera commutatiua, altera diſtributiua; commutatiua præſupponit debitum, vt quando pro eo quod recepi, remanet in me obligatio, vel reddendi, vel ſoluendi; quod

ſuper contractus omnes, qui inter homines in uſu ſunt: vt, do, vt des: facio, vt facias. Vnde. ff. de verborum obligationibus, dicitur; Contractus eſt vltro, citroque obligatio; vt patet in emptionibus & venditionibus. Hæc autem iuſtitia non eſt in Deo: Quoniam, nec vlli debitor eſt, nec ab alio accipit aliquid, ſecundum illud Romanorum. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Non enim quiſquam ſuo munere, obligationem reddendi imponit Deo, ſed potius ipſe omnibus affluenter tribuit. Eſt altera iuſtitie pars, quæ diſtributiua dicitur, & eſt propria principis ac gubernatoris, qua bona communia ſubditis diſtribuit, ſecundum cuiusque proportionem. Hanc autem diſtributiua iuſtitiam in Deo ponimus, qui tanquam omnium rerum moderator, omnibus tribuit, ſecundum quod cuiusque rei natura ſeu conditio efflagitat. Vt v.g. orbibus ſuum motum, homini animam rationalem & corpus ad illius operationes aptum; cæteris rebus ſuos inſtitus, quibus naturales ſuos fines aſſequantur, ad quos, natura ipſa propenſæ ſunt; ſecundum quod ſapentiſſime docet Diuus Dionyſius capite 8. de diuinis nominibus, dicentes: Oportet videre in hoc eſſe veram Dei iuſtitiam, quod omnibus tribuit propria, ſecundum vniuſcuiusque exitentium dignitatem, & vniuſcuiusque naturam, in proprio ſaluat ordine, & virtute. Hæc Dionyſius. Homini quidem rationis uſum tribuit, & non bruto, quia id vnius natura poſcit non alterius: hanc ergo diſtributiua iuſtitiam, in Deo aſſerimus. Sed quoniam quælibet iuſtitia nonnullam rationem debiti includit, operapretium erit adhuc ſecundum eiuſdem Diui Thomæ doctrinam aduertere, quod dupliciter hæc ratio debiti in Deo

*Rom. 11*

*D. Dionyſius.*

considerari potest, vel respectu sue bonitatis, quoniam sic concedet ei, vel respectu creaturæ, quoniam id eius conditio poscit. Licet hæc secunda ratio debiti ad priorem reducat: quoniam id unicuique rei debitum est, quod diuina sapientia disposuit sibi conuenire. Quare omnia tandem in Deum reducuntur; & ut ordo quem ipse instituit in rebus à se conditis conseruetur, Deus autem cum sit vniuersalissimus omnium finis, ad nihil aliud ordinatur nisi ad seipsum. Vnde Sapiens Prouer. 16. Vniuersa propter se, metipsum operatus est Dominus. Quare ut urbano, ac proprio sermone loquamur, (hablando cortesamente) non ita propriè dicimus, quod Deus quod debet creaturæ, ei tribuit, sed potius, quod sibi ipsi debet, elargiri, qui talem ordinem ac conditionem rebus à se conditis indidit. Veluti qui rempublicam de nouo instituit, sibi ipsi debet, ut ordinem à se institutum conseruet in ea. Vnde Paulus. Fidelis est Deus, seipsum negare non potest. Quare iustitia in omnibus Dei effectibus inuenitur, ab ipsa que procedunt, & in ipsam demum resoluuntur; imo, & in ipsis effectibus misericordiæ, Dei iustitia inuenitur, secundum celebrem illam sententiam Diui Anselmi in Prologo capite 10. vbi sic dicit; Cum punis malos, iustum est, quia eorum meritis conuenit, cum parcis malis iustum est, quia bonitati tue concedens est. Et statim capite 11. sic ergo nascitur de iustitia tua misericordia, quia iustum est sic esse bonum, ut parcendo sis bonus. Vnde & Sapien. 12. dicitur; Virtus tua iustitiæ initium est, & ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis; virtus tua, id est fortitudo tua iustitiæ initium est; hoc est dicere, quod fortitudo, quæ alios iniustos sanos-

que

que facere solet, in te iustitiæ, ac bonitatis initium est, & ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis; hoc enim boni principis proprium est, ut dominatu; non in sæuitiam, sed in misericordiam utatur: à iustitia ergo misericordia, ac clementia ortum habent, quod ipsa rerum natura indicat, nam in animalibus videmus fortitudinem, simul cum clementia ac mansuetudine mixtam. Leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauet occursum, simul clementissimus ac urbanissimus est. Solinus

Solinus

Linus de mirabilibus mundi, sic de leone dicit, Leonum clementiæ inditia multa sunt, prostratis parcaut, in viros potius quam in fœminas sæuiunt, infantes non nisi in magna fame perimunt, nec à misericordia separantur. Hæc Solinus. Vnde & versus;

*Parcere prostratis scit nobilis ira leonis.*

Et per oppositum Deus animalia crudelia potestate priuauit, ut patet de caniculis qui maximè cholericis, ac sæui sunt, sed quia carè viribus, latratibus suâ sæuitiam manifestant. Ecce iustitiam ac fortitudinem, quomodo misericordiam pariat ac nutiat, nec hoc solum, imo ipsa misericordia nihil aliud videtur esse quàm liberalis ipsius iustitiæ ac copiosa executio. Ut verbi gratia, iustitia exigit, ut omnibus rebus, secundum cuiusque naturam provideatur, misericordia id largitur ac affluenter tribuit. Ut quia iustitia Dei præmia bonis decreuit, misericordia talia largitur præmia ac instituit, quæ in infinitum ipsum operum nostrorum valorem excellant, secundum illud Pauli Ro-

Rom. 8.

Ccc 3 rata,

rata, non adæquant præmium, quòd pro eis largitur Deus, quod est ipsemet Deus, omnia infinitè superans, ac excellens. Item iustitia exigit, vt homini suus præstitatur finis, sicut & cæteris rebus, mediâque decernantur ad talem finem congrua: misericordia ei altissimum præstat finem, nempe ipsum Deum, prout in se ipso est: ad quem consequendum, superexcellen-  
 tia media etiam instituit, nempe gratiam carer-  
 rasque supernas virtutes, quibus diuinæ natu-  
 ræ confortes efficiuntur; vt dicitur 2. Petri 1.

2. Pet. 1.

qualis, ac quanta in Deo iustitia sit. Quare in vltima retributione, quando Deus illam manifesta-  
 bit prout iustitia distributua exigit, omnibus red-  
 det secundum opera sua; atque in hac vita ali-  
 quod specimen huius iustitiæ ostendit cum pec-  
 catores punit, secundum illud Danielis 9. Om-  
 nia quæcunque fecisti nobis Domine, vt in ve-  
 ro iudicio fecisti; quia peccauimus tibi, & man-  
 datis tuis non obediuimus. Vel rursus cum eos  
 impunitos in hac vita relinquit, vt ad æterna re-  
 feruet supplicia: & sic intelligunt nonnulli illud  
 Sapientie 12. Ipsum quoque qui non debet puni-  
 ri condemnas; hoc est, impium quem ad æter-  
 nos ignes damnas, non punis hic; quia secun-  
 dum iustitiæ tuæ ordinem illum correctionis tuæ  
 flagellis non cædis, quibus quos diligis castigas,  
 vt resipiscant ne pereant: nam secundum iusti-  
 tiam Dei non debent illi puniri sicut filij, sed  
 suæ relinqui voluntati, qua in æternum ignem  
 præcipites ferantur: rectè ergo dicit Propheta de  
 Deo; Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum,  
 quoniã omnia à rectissima procedunt Dei voluntate.

Dan. 9.

Sap. 12.

Secundò dico, quòd sepe in Scriptura cū Deus  
 dicitur iustus, sic accipere conuenit, non solum  
 quod in se sit iustus, sed ideo iustus dicatur, quia  
 nos

nos iustos ac probos efficiat; nam quæ Deo &  
 Christo Saluatori nostro Scriptura tribuit, om-  
 nia ad nos referenda sunt, eo quod, non quid  
 Deus in se, sed quid nobis esse soleat Scriptura præ-  
 dicit. Quare illa verba Zachar. 9. Rex tuus ve-  
 nit tibi iustus, sic accipienda sunt, venit vt te iu-  
 stificet, sola sua gratia per se ipsum. Quo sensu  
 virtus hoc vocabulo Paulus cum Roman. 3. dicit;  
 Vt sit ipse iustus, ac iustificans. & hæc iustitia, qua  
 Deus dicitur iustus, quia nos efficit iustos, maxi-  
 mè magnificat ipsum Deum, ipsamque eius bo-  
 nitatè in infinitum commendat. Nam cum vir-  
 tus & efficacia causæ in effectu cognoscatur, quan-  
 to virtus eius ad distantiore effectus extenditur,  
 tanto maior, ac efficacior erit; sicut ignis, qui lon-  
 gè distantia comburit, maioris virtutis ac effica-  
 ciæ ostenditur: quam qui propinqua solum exu-  
 reret. Cum ergo longo intervallo ac penè infini-  
 to peccator à Deo distet (quia longè est à pecca-  
 toribus salus: & filius Prodigus in regionem  
 abiit longinquam) si illos attingit eius bonitas,  
 magnitudini eius maximè attestatur; quàm si iu-  
 stos, qui sibi propinquiore sunt, saluaret. Vnde  
 Diuus Augustinus in Manuali capite 32. sic  
 ait; Cum totus, & summè iustus sis tu, idcir-  
 co malis etiam benignus es: quia totus & summè  
 bonus es. Minus nanque bonus esses, si nulli ma-  
 lo esses benignus: melior est enim, qui & bonis si-  
 mul & malis est, quàm qui bonis tantum bonus  
 est: & melior est qui malis & parcendo, & punien-  
 do bonus est, quàm qui puniendo tantum: ideo er-  
 go bonus es, quia totus & summe bonus es.

Zach. 9.

Rom. 3.

Ps. 118.

Luca 15.

August.

*Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.*

**D**ixi iudicia tua rectissima esse, ac æquissima: insuper dico, quod valde, & distinctè admodum præcepisti obseruari præcepta tua, quæ sunt iustitia & veritas, id est, in iustitia & veritate disposita præcepta tua, quæ non nisi iustitia, & veritas sunt, id est, iustissima & fidelissima tu mandasti custodiri valde. Vbi aduertendum, orationem istam sic debere construi, vt accusarij ille, Testimonia tua, cum alijs duobus iustitiam & veritatem coniungatur per appositionem, hoc ordine, Tu mandasti nimis testimonia tua, iustitiam & veritatem, hoc est, quæ testimonia sunt iustitia & veritas. Vel sic; Mandasti nimis iustitiam & veritatem testimonia tua, hoc est, quæ iustitia & veritas est testimonia tua; & hanc constructionem aliquanto etiam commodius suscipiet oratio, si pronomen, tuam, secundo loco omittatur, quod nec in Hebræo, nec in Græco legitur: quod est dicere, quòd Deus præcepit nimis custodiri mandata sua, quoniam iustitia sunt & veritas; vel quod mandauit nimis & obseruari iustitiam & veritatem: quoniam hæc, iustitia scilicet & veritas, sunt testimonia Dei, nempe testificantia Deum ipsum esse iustum, & veracem; Nam, vt ait hic Caietanus, iustitia & veritas, non qualitercunque, sed valde testificantia sunt Deum iustum, ad differentiam naturalium operum, quæ sunt minora testimonia Dei; grauius quippe testimonium de Deo habemus ex eo, quod est author iustitiæ & veritatis,

*Caietan.*

tatis, quam ex eo quod est author naturæ. Vnde in die iudicij, qui est dies destinatus iustitiæ, innotescet Christus omnibus tanquam Dominus vniuersorum, & omnia subiecta erunt ei. Nam hodie non omnia videmus ei subiecta, vt docet Paulus 1. Corinthiorum 15. Tunc enim suppedancos tenebit inimicos, & omnibus palam erit claritas eius. Apponit autem aduerbium, valde, vel nimis, dicendo; Mandasti testimonia tua, & veritatem tuam nimis: quoniam Deus ea quæ sunt naturalis iuris, nempe præcepta naturalia & moralia, nimis præcepit ac valde, cæremonialia autem non itidem. Quoniam illa sunt iustitia & veritas in perpetuum, ista ad tempus iusta & vera, & illa sunt quæ simpliciter & absolute pro testimonijs suis statuit Deus. Nisi dixeris, quod aduerbium, valde, determinat subintellectum verbum substantiuum esse, vt sit sensus; Præcepisti iustitiam & veritatem esse valde testimonia tua, Sed quoniam de hoc plura versu quarto primi octonarij dicta sunt, vbi dicit propheta; Tu mandasti mandata tua custodiri nimis, ideo ab his superlegendum hic censeo.

Sed obserua, quòd diabolus contraria his præcipit, nempe iniustitiam. Sapientiæ 2. Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ. & voluptatem, vt ibidem dicitur, non sit præteritum quod non peruanseat luxuria nostra. Falsitatem etiam ac mendacium docet Ioan. 3. Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mēdax est & pater eius, scilicet mendacij: & hoc nimis, nempe vt omnibus innotescat. Isaie 3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt.

*1. Cor. 15.*

*Sapient. 2.*

*Ioan. 3.*

*Isaie 3.*

VER-

## VERSUS TERTIUS.

*Tabescere mei fecit zelus meus: quia oblit  
sunt verba tua inimici mei.*

D. Tho.

**Z**elus effectus est amoris, vt Diuus Tho-  
mas docet. 1. 2. quaestione 28. artic. 4.  
Nam quanto aliqua virtus intensiori  
vi in aliquid tendit, tanto fortius re-  
pellit contrarium & repugnans sibi  
id quod intendit; sed amor est quidam motus &

August.

propensio in rem amatam, vt Augustinus lib. 83.  
quaest. q. 35. & 36. Vnde intensus amor & feruens  
quidquid sibi repugnat excludere quaerit. Quare  
zelus in Scriptura significat iram: non illam qui-  
dem quae est inter inimicos; sed eam quae ex ar-  
denti amore proficitur: vt cum parentes liberis  
succensent, nō quod eis perperam velint, sed quia  
diligunt: nam per correctionem quam eis adhi-  
bent praecauent ne rursus scelera iterent, quo gra-  
uius puniantur. Quare in Scriptura zelus sem-  
per viurpatur pro ea ira quae inter amantes versa-  
tur: nam quemadmodum ferrum à rubigine assu-  
mitur, si diu intactum perseueret; ita inuicem  
amor perit, si nunquam aliqua intercesserit ira,  
vel dissensio; iuxta id quod Comicus dixit; Aman-  
rium irae amoris reintegratio & renouatio est.

Simile.

Quare hic zelus inuenitur in Deo erga nos, vt  
Dionysius capit. 4. de Diuinis nomi. quod Deus  
appellatur zelotes propter multū amorem quem  
habet ad existentia. Et ipse dicit Ezechielis 16.  
Auferetur zelus meus à te & quiescam, vt non  
irascar amplius.

D. Dio-  
nysius.  
Ezec. 16

Sed aduertendum ex eodem D. Thoma vbi su-  
pra, qd est duplex amor, & concupiscentiae, & ami-  
citiae;

citiae; & ita est duplex zelus; concupiscentiae zelus  
est tristitia animi, vel metus vt aliquis porciatur eo,  
quod ille ipse concupierit; zelus vero amicitiae est  
tristitia animi, siue metus ex eo quod aliquis bo-  
num amici impedit, vel impugnet: itaque zelus  
concupiscentiae, id conatur repellere quod impe-  
dit fruitionem, & plenā delectationem boni amari  
inquantum est bonum suum: et sic dicuntur viri  
zelare vxores suas vel alias foeminas; sed zelus ami-  
citiae, quoniam praecipue quaerit bonum amici, id  
profigare vult totis viribus, quod contrariatur bo-  
nis amici: non propter suam vtilitatem aut honū,  
sed amici. Contigit autem, quod bonum quod quis  
amat sit perfectum, id est, quod possit integrum à  
multis possideri, & ex hoc non causatur zelus in-  
uidiae, vel indignationis, quoniam nullus alteri in-  
uider cognitionem veri, vel visionem lucis, quae  
simul à multis cognosci & videri possunt; verum est  
quod de excellentia huiusmodi cognitionis potest  
esse zelus, ex eo quod vnus pra alijs honoratur; sed  
hoc iam pertinet ad bona temporalia & imperfe-  
cta, quae à multis simul, ob sui exiguitatē possideri  
non possunt; vnde quando amor talium rerum est  
inordinatus, zelus inuidiae inardescit. Et hic zelus  
non habet locum in iustis, qui solū spiritualia  
bona quaerunt. Igitur zelus iustorum non ex amo-  
re concupiscentiae, sed amicitiae ortum habet, &  
hoc tabescere aut liqueferi animam eorum facit,  
quod iniqui legem Dei praeruantur. Quare Di-  
uus Augustinus legit; Tabescere me fecit zelus  
tuus: quasi ex zelo ipsius Dei & honoris eius ad-  
uersus impios tabesceret, aut liqueferet: sicut de  
Duo Paulo legitur, qd discabatur in corde suo  
videns idololatriae deditam ciuitatem: nam spon-  
sus sibi zelat sponsam suam, amicus autem sponsi  
non eam sibi debet zelare, sed sponso. Vnde Paul.

August.

Act. 17.

**2. Cor. 11** 2. Corinth. 11. Aemulor vos Dei æmulatione, non mea, sed Dei; despondi enim vos vni viro, & tantam amicus sponsi sponsam ipsi zelabat nō sibi. **Psal. 68.** & Psal. 68. de Christo Domino dicitur. Zelus domus tuæ comedit me, quia domum Dei zelabat Deo; quo zelo ementes & vendentes eiecit de templo. Io. 12. & de Phinees dicit Dñs. Num. 25. Auertit Phinees iram meam à filijs Israel; quia zelo meo succensus virum Israelitam & mulierem Madianitam interfecit coeuntes simul. Et hic vocatur zelus Dei: nam qui ex amore concupiscentiæ prodit, dicitur zelus per iram vel contentionem; qui ex æmulatione rerum temporalium procedit, zelus per inuidiam vel indignationem.

**Simile.** Sed aduertendum quod sicut calor naturalis dupliciter accenditur; vno modo ab extrinseco, ad præsentiam sui contrarij, quod dicunt Græci per Antyparistasm. Qua ratione ventres animalium in hieme sunt calidissimi, vt dicit Philosophus; alio modo ab intrinseco ex virtute naturali, sicut calor naturalis est fortior in iuuentute, quam in senectute. Ita & zelus diuinæ legis dupliciter accenditur; vno modo, quando in præsentia nostra eam videmus transgredi ac præuaricari, sicut 1. Machab. dicitur de Mathatia; Accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit Iudeum immolantem idolis super aram; & quod modo citauimus de Phinees Num. 25. Alio modo ex conditione & natura ipsius verbi Dei, quod est incensiuum huiusmodi zeli, secundum quod dicitur Deuteronom. 12. In dextera eius ignea lex; de quo & vers. sequenti, Ignitum eloquium tuum vehementer.

**1. Mac. 2** dicitur de Mathatia; Accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit Iudeum immolantem idolis super aram; & quod modo citauimus de Phinees Num. 25. Alio modo ex conditione & natura ipsius verbi Dei, quod est incensiuum huiusmodi zeli, secundum quod dicitur Deuteronom. 12. In dextera eius ignea lex; de quo & vers. sequenti, Ignitum eloquium tuum vehementer. **Num. 5.** Obserua quod sicut Num. 5. mulier quæ maledicta congesta in aquis amarissimis absque peniculo hauriebat, pro fideli reputabatur ac casta; sic anima fidelis quæ maledicta hominū impiorum æquo

æquo animo fert, & amara quæquæ; quæ illi euenire malignorum studio poterunt absque peccato haurit, non adultera, sed probatæ fidei apud Deum, & Angelos apparebit. Dicit ergo iustus, Tabescere me fecit zelus meus; quia obliui sunt verba tua inimici mei. Nec enim meos esse iudicabo, qui aduersus Deum hostes extiterint.

VERSUS QUARTVS.

*Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.*

**H**oc est purificatum ac igne examinatum; & ideo accensus zelo sum aduersus eos, qui præuaricantur eloquia tua cum purissima, ac castissima sint, omni vanitate, falsitate, fuce, ac iniquitate vacua: & ideo ego seruus tuus maxima ad illa dilectione affectus sum. Pro eodem sumitur hic ignitum, ac si diceret purificatum; vel igne examinatum, quoniam idem vocabulum apud Hebræos est hic, & in Psal. vndecimo, vbi dicitur, **Psal. 11.** eloquium Domini esse argentum igne examinatum. Ibi ergo dicit eloquia Domini eloquia casta: nihil enim inhonestum indecorumque, vel inuerecundum continent, nec quod ad libidinem prouocare possit, sicut sunt ea quæ carmina poetarum referunt. Illa enim vanos, ac turpes amores, turpia dicta, turpia facta referunt; eloquia autem diuina casta, pura, cuiuscunque pestime infectionis expertia. Quare qui tarpiter libidinoseq; sacræ Scripturæ verba interpretatur, in ipsam in ipsiusque authorem iniuriosissimus est, ne dicam blasphemus. Quod & Diuus Pertus **D. Per.** (vt

(vt Clemens Papa refert) deſlere conſueuerat me-  
 dia nocte ſurgens; nempe inter alia ſuper quæ la-  
 chrymas effundebat hoc vnum erat, quòd aliqui  
 prauim homines obſcenè interpretabantur ſacra elo-  
 quia, cum nec ſolum quidem turpem in literis ſa-  
 cris inuenias. Ideo quippe inter alia Hebræũ Idio-  
 ma, lingua ſancta dicitur, quoniam nullum verbum  
 indecorum, quod pias aures offendere poſſit ha-  
 ber; ſed ea quæ inhoneſta in ſe ſunt, cultionibus  
 verbis nominat, vt pote maledictionem, nomine  
 benedictionis proferat, vt paſſim apud Iob reperies.  
 Nifi in faciem benedixerit tibi; id eſt, maledixerit.  
 Benedic Deo & morere, dixit vxor Iob ad illum, id  
 eſt maledic. Ne fortè peccauerint filij mei, & bene-  
 dixerint Deo in cordibus ſuis, i. maledixerint. Vnde  
 his quæ inhoneſta ſunt, abundantiorè circundat  
 honorè: ſicut & latini per antiphrasim, ſacri p̄b̄  
 execrabili dicunt. Vnde dicitur auri ſacra fames  
 bellũ vocat, quia res bella non eſt, & lucum, qui  
 minimè lucet; his autem honeſtioribus verbis ſcri-  
 ptura vitur, præcipuè quò cum Deo miſcet ſermo-  
 nem. Vnde (quemadmodum annotauit Onige-  
 nes) Satan verbo maledictionis uſus eſt, ſed Moſes  
 decentius, vt pote ſamulus Dei, illud tranſmutauit.  
 Idem Chryſoſtomus homilia 4. de patientia Iob.  
 ſic ait, Scriptura ſancta benedictis maledicta vela-  
 uit, vt tu fidelis diſcas, cum aliena mala narraue-  
 ris, eadem verborum honeſtate velare: ſi ergo in-  
 comuni familiarique colloquio honeſtè loquen-  
 dum eſt, impiſſimus erit, qui cū Dei verba refert,  
 impudicè loquitur. Sunt ergo eloquia Domini ca-  
 ſta, argentum igne examinatum probatum terre,  
 hoc eſt, à terra, nihil enim terrenæ cupiditatis con-  
 tinent, Vnde & Hieronymus tranſfert purgatum,  
 quia per probationem eſt ſeparatum, atque purga-  
 tum à terra; purgatum ſeptuplum, id eſt, omnimo-  
 dè

Iob 1.  
 & 2.

Chryſoſ.

Hieromy.

de atq; perfectè; ita quod nihil impuritatìs, nec  
 alienæ commixtionis in eo remanſerit; nã ſepten-  
 nario numero vniuerſitas & perfectio ſolet deſi-  
 gnari. Vel dicitur purgatũ ſeptuplũ, quia ſeptiformem  
 Spiritus ſancti gratiam continet; ab eo enim,  
 qui ignis exæſtuans eſt, condita ſunt ſacra eloquia,  
 atque ideo caſtiſſima, atque probatiſſima ſunt:  
 Nec enim voluntate humana allata eſt aliquan-  
 do ſcriptura, ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti  
 ſunt ſancti Dei homines. Quare cæcè ſcripta, quæ  
 ab hominibus adiuenta ſunt, non hac pollent  
 puritate, & gratia; ſed ſèper aliquid falſitatis, vani-  
 tatis, vel certè indecorum aliquid aut ſuauitatem ad-  
 mixtum ve habent, quia non à tali doctore dictata  
 ſunt. Vnde ſupra Propheta noſter dixerat: Narrate  
 mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua.  
 Nam fabulationes ſunt quæcunque non ſecundũ  
 hunc ſeptiformem ſpiritum probata ſunt; qualia  
 ſunt, & quæ in ſacra pagina & ſacris concilijs ſcri-  
 pta ſunt, quæ hunc ſeptiformem ſpiritum redo-  
 lent, imò & in ſe ipſis incluſum gerunt. Eſt ergo  
 ignitum eloquium Dei, vt etiã dicitur Prouerb. 30.  
 Omnis ſermo Dei ignitus: clypeus eſt ſperantibus  
 in ſe: his enim qui hunc ſermonem probatum ac-  
 purum adimplebunt, pro clypeo erit Deus, eos ab  
 omni malo protegens.  
 Sed ſecundò dicitur verbum Domini ignitum  
 cauſaliter, nimirum quia ignem diuini amoris in  
 corde accendit, quia vitia exurit, carnis virorem  
 exſiccet, læcet, atque in Dei lumen animas dedu-  
 cit. Nam hac etiam ratione dicitur caſtum, non ſo-  
 lum quia in ſe mundum eſt, & ab omni commix-  
 tione mendacij, aut vanitatis alienum; verum etiã  
 propter effectum quem habet, quoniam caſtificat,  
 & mundos, ac puros facit homines ſibi intentos:  
 vnde Pſal. 18. poſtquam dixerat; Lex Domini im-  
 maculata,

2. Pet. 3.

Prou. 30.

Pſal. 18.

maculata, è vestigio subiūgit; Conuertens animas, ab omni videlicet vanitate & errore, ad Deum & lumen veritatis. Vnde Diuus Ambrosius hic ait; *Ambros.* Ignis est hic sermo Christi & bonus ignis, qui calefacere nouit: exurere autem nisi sola vitia nescit, hoc igne super bonum fundamentum posito apostolicum illud aurum probatur, hoc igne illud aurum vel operum examinatur argentum, hoc igne pretiosi illi lapides illuminantur: foenum autem, & stipula consumitur: mundat ergo hic ignis animum, consumit errorem. Vnde Dominus ait Ioannis 15. *Ioan. 15* Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. Hic est ignis qui ardet ante Dominum; nisi enim, quis flagrantiam deuotionis assumpserit, praesentiam Domini habere non poterit. Accende ergo hunc ignem prius in mentibus tuis, vt Christi lumen tibi effulgeat: Ignem quidem hunc Dominus misit in terram, non vt sodoimitano rursus ardeat incendio, sed qui secretorum mentium diuinæ cognitionis ardore inflammaret affectus, qui vaporem fidei & deuotionis adoleret, qui cupiditatem virtutis accenderet. Hoc igne *Iere. 20.* calefactus dicit ca. 20. Et erat ignis flammigerans in ossibus meis. Hoc igne sermonum celestium vaporati Cleophas & ille alius dicebāt. Nonne eorum nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas? Hoc igne vrebatur rubus, & non exurebatur. Vrit ergo sermo diuinus, vt corrigat conscientiam peccatoris, non vrit vt perdat. Denique *Dan. 3.* hoc igne succensi Hebrei Dan. 3. fornacis ardentis vaporem nec timere, nec sentire potuerunt. Merito ergo bonus seruus Dei diligit ignitum Dei eloquium, quo induitur charitas, quæ timorem excludit. Ignitum dicitur eloquium Dei, quia mundat, quia accendit, quia illuminat audientes; Hic est enim ignis diuinus, qui super Apostolos descendit

scendit in linguis igneis. Quia hoc igne nempe charitatis exardere debent qui enuntiant, quem ardere debent, qui alios incendere volunt. Quare Romanus Pontifex, capa rubea induitur, quia rotus igne charitatis ardere debet, & omnia ex charitate facere, omnino quoque martyrio non deesse, Christi gerens personam, cuius vestimentum est sicut calcantium in torculari.

Ignitum certè eloquium Dei, cuius prædicatoribus in linguis igneis apparuit Spiritus sanctus, vt ostendat (sicut Gregorius in homilia de Pentecoste docet) non satis esse linguam prædicantis nisi adsit virtus Spiritus sancti, intus quasi ignis illuminantis, qui est vnctio docens intus corde omnibus; ignis illuminans corda lumine fidei, exurens charitatis ardore, exiccans & cõsumens carnis & vitiorum virorem, ac ea omnia, quæ impedimento sunt, ne verbum Dei operetur in nobis. Linguæ eum igne, verbaque secum afferunt Spiritus sancti prunas, vt intrent penetrentque omnes animæ spiritusque recessus; exterius loquitur prædicatoris lingua, interius operatur Spiritus sancti ignis. Vnde Paulus; Cum accepisset verbum Dei, accepisti illud; non sicut verbum hominis, sed, sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vobis. Si enim exterior sufficeret prædicatio, omnes audientes crederent; quod tamen non ita contingit; sed iste vel ille, alio in sua pernicatia remanente; quoniam Deus in istius corde efficaciter operatur, quia vult, & non in alio. Vnde Gregorius loco citato ait, Ipse vos docebit omnia, dicit, quia nisi ipse spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo docentis: nam cum vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia, nisi quia præter hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magister

*Greg. 1.  
Ioan. 2.*

*1. Thes. 2.*

*Gregor.*



ster interior qui de vocis intelligentia, quosdam specialiter docet? Vnde ligna & ignis requiruntur, ligna foris, intus ignis. Sed si vis, & in ipsos audientes retorquere dices; Si prædicator est, qui applicat ignem lignis, quomodo non ardeat ligna: nisi quia populus non est ligna, sed lapides, imo plusquam lapides, cum dicatur Ierem. 23. Nunquid non verba mea quasi ignis; & sicut Iera. 23. maleus conterens petras? Zacharia. 7. Cor suum posuerunt quasi adamantem, ne audirent legem, & verba quæ misit Deus exercituum in spiritu suo; ecce ignis, sed non ligna, & Ecclesiasticus 48. Surrexit Helias Propheta quasi ignis, & verba illius quasi facula ardens: & certè quod homo non diligit verbum ex hoc accidit, quod non est expertus virtutem verbi, aut quod infirmitatem suam non sentit: & ideo non quærit ignem medicinalem. Vnde Origenes ait, Iesus seruis suis non herbarum succis, sed verborum sacramentis medicamenta conquaret, & post addit; Ex agnis & montibus herbas non colligit, nisi qui viam earum nouit: sic ex libris colligere negligit, aut parui pendet, qui inesse virtutem medicaminis nescit.

Iera. 23.

Zach. 7.

Ecc. 48.

Origenes

Simile.

VERSUS QUINTVS.

*Adolescentulus sum ego, & contemptus: iustificaciones tuas non sum oblitus.*

**A**

Csi diceret. Ideo ex iniquorū damnosa obliuione tabesco, quia ignitū & probatū verbum tuum recipere renunt, imo & me qui recipio, & audio, contemptui habent: nec tamen

ego

ego iustificaciones tuas oblitus sum, sicut & illi; imò cōsolatio mihi maxima inest ex eloquijs ignitis tuis, & quæ paruulis subiectis, & humilibus, qui legem tuam non deserunt, mira promittunt.

Obserua. Duplex est senectus, & duplex etiam adolescentia: nam per senectutem quandoque significatur morum grauitas. Iob 12. In antiquis est sapientia. Tamen secundò per senectutem etiam significatur verustas peccati, vt Daniel. 13. dixit seni illi adultero, Inueterate dierum malorum; sic ergo suo modo duplex erit adolescentia, altera stoliditatis & peccati, de qua Iob 20. Replebuntur vitijs adolescentiæ suæ, altera virtutis & humilitatis, de qua Threnorum 3. Beatus vir qui portauerit iugum ab adolescentia sua, & de hac loquitur hic propheta, acsi diceret; In me ipso humilis & à malis vilipensus sum; tamen ab humilitate etiam contemptus non recessi, sed mandatis tuis obebiens fui, quia iustificaciones tuas non sum oblitus. Quare secundum Ambrosium tripliciter exponitur carmen istud. Primo literaliter, de ipso Dauid; secundò allegorice de Christo; tertio moraliter de populo Christiano. Et de ipso Dauid patet intelligentia, quia ipse minimus inter fratres suos, rure cum ouibus inter feras vitam agebat, cumque Samuel venisset in domum Isai patris sui, vt vngeret eum in Regem, alios filios obrulit Isai Samueli, cumque diceret Samuel nullum ex illis elegisse Dominum, subiungit, Nunquid iam completi sunt filij? respondit Isai; Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues: illum iussit adduci Samuel, atque vnxit in Regem, & directus est spiritus Domini ab illa die in Dauid & deinceps; cumque ad pugnam processisset Saul aduersus Philisthæos, fratresque Dauid cum eo iter egissent, misit Isai Dauid visi-

Iob 12.

Dan. 13.

Iob 20.

Thren. 3

Ambros.

1. Re. 16

1. Reg. 17

raturum eos, & Philistæus ille proceræ stature ex-  
probabat exercitui Israël, contra quem cum vel-  
let procedere Dauid, increpatus est à fratre suo  
maiori, atque despectus, & dixit ad Dauid. Quare  
venisti? & quare dereliquisti pauculas illas oues in  
deserto? ego noui superbiam tuam, & duritiam  
cordis tui, quia ut videres præliū descendisti; nec  
hoc ob iratus est Dauid, sed humiliter ac man-  
suetè respondit; Quid feci? nunquid non verbum  
est? Nec deuicto Philistæo superbia intumuit, sed  
humili animo regis emuli sui obsequiebatur im-  
perio: atque cum postea Deus ei promississet hære-  
dem in æternum, & quod Messias ex semine suo  
processurus esset, coram Deo humiliatus grauius  
egit, nec in superbiam elatus est: quare de se ipso  
diceret potuit. Adolescentulus sum ego, & contē-  
ptus, & tamē iustificaciones tuas nō sum oblitus.

Secundo intelligitur de Christo, ut ait hic D.

*Ambros.* Ambr. cuius gerebat typum Dauid, qui quasi de-  
spectus venturus esset in terra, totū populū mun-  
di huius crucis suæ prælio liberare, cui applau-  
derent animæ sanctorum per baptismatis sacramen-

*Figura.* tum renouatæ, qui verum illum Goliath reuelatū  
nobis ac proditū verbi sui gladio trucidauit, cui  
canunt animæ iam sacræ percussisse decem milia,  
ob quod mundus ac dæmon inuidiæ stimulis agi-  
tari indignantur. Hic autem præ omnibus fuit cō-

*Isa. 53.* temptus ac despectus, secundum illud Isa. 53. Et  
ascendet sicut virgultū coram eo, nō est ei species,  
nec decor, & vidimus eum, & non erat aspectus,  
& desiderauimus eum despectū, & nouissimum vi-  
rorum, virum dolorum, & scientē infirmitatem, &  
quasi absconditus vultus eius & despectus, vade  
nec reputauimus eum. Virgultū quippe in quam-  
cumque volueris partem flectetur ac inclinabi-  
tur, etiam si in orbem volueris eum. Christus Do-  
minus

minus sicut virgultum vsque ad pedes Iudæ fle-  
xus est, & in orbem versus cum cruci affixus pas-  
sus est nouissimus virorum, vbi septuaginta le-  
gunt; Virum deficientem præ omnibus, hoc est,  
exinanitus; quoniam à maiestate sua supersedit,  
naturamque humanam omnibus miseris subdi-  
tam, excepto peccato assumere voluit; in qua fla-  
gella, sputa, alapas, clauos, lanceam, crucem, deni-  
que quicquid hostibus libuit ferret. Vnde Paulus;

*Philip. 2.*

Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.  
Vultum diuinitatis abscondit, & formam serui  
oculis persequutorum obiecit, ut eum tanquam  
vile mancipium flagellis caderent, vili pretio  
venderent, sputis fœdarent, ludibrijsque ac irri-  
sionibus adimplerent; Exinaniuit se (hinc hoise  
de vazios) quæ tot flagella, alapas, illusionesque  
caperent. Quare Psalm. 21. in persona ipsius Chri-  
sti dicit Dauid; Ego autem sum vermis & non ho-  
mo, opprobrium hominum & abiectio plebis. In-  
ter cætera animalia vermiculus contemptibilior  
est, nullus enim conculcare eum veteret, abijce-  
re, contemnere, & tanquam rem nihil habere, nec  
est qui doleat, ac compatiatur ei; Aded contem-  
ptui, & irrisioni habitus est Christus Dominus, ut  
nec conculcare, nec cedere, nec faciē spuere, per-  
cutere, genas vellere, vllus vereretur, & eum flagel-  
lare, trahere, cruci affigere, lancea ac clauis tere-  
brare nihil pensi haberent; nec compassionis affe-  
ctu erga eum moueretur quis, ut Psalm. 21. Quæsiui

*Psalm. 21.*

qui simul contristaretur, & non fuit, consolantem  
me quæsiui, & non inueni: imo tanquam vilem,  
nulliusque pretij hominem vendere, morteque  
damnare pro re parua existimauerunt. Vade

*Psalm. 21.*

Isa. 53. In humilitate iudicium eius sublatum  
est, acsi diceret (de pretio tenerle eu poco no le  
guardarō su iustitia). Aestimauit enim Pilatus ho-

*Isa. 53.*  
*secūdum*

70.

minem illum ita despectum, ac nihili esse, ut prester primatibus Iudæorū placere, quam eum a morte seruare, etiam si innocens ac indignus ea appareret. Et quoniam ipse ut flos campi, de radice Iesse prodijt, omnes hunc florem conculcauerunt, Domini, serui, sacerdotes, laici, viri, mulieres, iuuenes, senes, pueri, Iudæi, Gentiles, omnes eum non tanquam florem, sed tanquam foenum arens, suis pedibus conculcauerunt. Adolescentulus ergo, ut pote triginta trium annorum, ac contemptus factus est, & tamen iustificationes Dei non est oblitus, quippe qui ut hac Dei iustitia nos iustificatos redderet, hæc omnia perpeffus est.

*Augu. & Ambros.* Diuus Augustinus & Ambrosius qui legunt, iunior sum ego, hoc carmen intelligunt etiam de populo Christiano, qui antea despectus, postea populo Iudaico prælarus est, ut Dauid & Ioseph suis stribus; quoniam Iudæorum populus, suam iustitiam voluit statuere, & ideo abiectus est. Christianus autem populus iustitiæ Dei se subdit, & ideo alijs præhabitus est. Vel intellige de quolibet Christiano singulariter, qui cum sit seruus Dei ac iustus, dicere poterit. Adolescentulus sum ego, hoc est, per gratiam, notus & robustus effectus sum ego, ut ait Paulus Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Et iterum, Interior noster homo renouatur de die in diem. de talibus enim adolescentibus scriptum est Cantic. 1. Adolescentulæ dilexerunt te. nam qui indies proficit, indies renouatur, adolescentior, robustiorque efficitur (Et contemptus) nam de his dixerat supra; Factus sum sicut vter in praua. Quippe mundus, eos qui huic mundo vale dixerunt, delicias negligunt, aspera amplexantur, Deo se consecrauerunt, hos aspernatur atque contemnit: vnde Dominus Ioan. nis 15. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat

erat diligeret. Et ad Ezech. 12. dicitur, Fili hominis portentum domui Israel dedi te, sed tamen nec propter hoc neglexi iustificationes tuas, nec recessi ab incepto salutis itinere. Sicut & sanctus Iob, cap. 23. dicebat, Probauit me Dominus, quasi autum quoddam per ignem transijt, & addidit, A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba eius.

VERSUS SEXTVS.

*Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.*

**I**N memoria reducenda est distinctio illa D. Pauli, quam supra non semel retulimus, nempe quod sit duplex iustitia; altera Dei, altera hominum. Prima est quæ nos iustos coram Deo reddit, quando opus facimus in iuxta gratiæ Dei, & propter Deum purè, ac sincerè sine alicuius peccati admixtione. De qua iustitia dicitur Extra de verb. signif. cap. Forus, quod iustitia cum scelerato homine consortium habere non potest. Hæc autem iustitia dicitur æterna, quia præmium eius in æternum manet. Iustitia autem hominum illa est, quæ nos coram hominibus iustificat, ut illis videamur iusti, non tamen coram Deo; nimirum cum opus quod facimus, non bene facimus, nec in ordine ad Deum, sed immixtum alijs sceleribus: & ista iustitia non manet in æternum, quia æternum præmium non debetur ei. Ideo dicit Psalmista, Iustitia tua, iustitia in æternum, ad differentiam iustitiæ hominum, quæ nec est nec manet in æternum; sic Ambrosius hic (Et lex tua veritas) Ad differentiam legis antiquæ, quia lex antiqua solum

erat quædam figura sine umbra nouæ legis. Lex autem Euangelica est veritas per ipsam antiquam legem figurata, quia finis legis Christus. Illa antiqua lex veritatis exemplar est, in exemplari enim sanguis agni funditur, sed in veritate Christus immolatur. Vnde Ioannes Baptista dixit Ioan. 1. Lex per Moysen data est: gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. si enim veritas fuisset, in lege, non fuisset veritas facta per Christum. Vel secundo sic (Iustitia tua iustitia in æternum) quia increata iustitia Dei est æterna; effectus quoque diuinæ iustitiæ æternaliter manet in reprobis: vel sic. Iustitia tua, id est, iusta lex fidesque Christi, nunquam deficiet mundo isto durante: nec ei succedet alia lex, sicut successit iustitiæ veteris legis, quæ æterna non fuit: sed Christo veniente, & passo esset; in cuius signum tabernaculum illud portatile erat; quia non fixè in æternum permansura erat lex illa. Vnde Pau. Hebr. 7. Translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat. & cap. 12. vocat cæremonias mobilia quæ transferuntur dicēs, Declarat mobiliū translationem, tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. (Et lex tua veritas) quoniam a deo vera est, vt conuenientius veritas nominetur, quàm vera: nihil enim dubietatis, nihil falsitatis habet.

*Figura.*

*Hebr. 7.  
Ibi. c. 12.*

### VERSVS SEPTIMVS.

*Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.*

**I** Deo quia iustitia tua æterna est, & lex tua veritas, cū me premunt tribulationes, & angustia vndiq; coarctant, pro mēore solatium sunt mihi manda-

mandata tua. Inuentū vocant Hebræi, id quod coram se habent. Gen. 19. vbi nos legimus, Filias tuas presentes, Hebræi legunt, Filias tuas inuentas. Tribulationes & angustias inuenimus; quoniam eas in hac vita semper presentes habemus, atque eas coram oculis cernimus, manibusque contrectamus. Vnde valde lachrymarū ac miseriarū vita presens dicitur: de qua D. August. in meditationibus quæ communiter circumferuntur cap. 12. sic ait; Tædet me Domine valde vitæ huius, & istius ærumnosæ peregrinationis, vitæ hæc vitæ misera, vitæ caduca, vitæ incerta, vitæ laboriosa, vitæ immunda; vitæ domina malorum, reginā superborum, plena miseris & erroribus; quæ non est dicenda vitæ, sed mors, in qua momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis defectus diuersis generibus mortuū. Nūquid hoc quod viuimus in hoc mūdo dicere possumus vitam? quæ humores tumidant, dolores extenuant, & ardores exiccant, aer morbidat, escæ inflant, ieiunia macerant, ioci dissolunt, tristitiæ consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hæbetat, diuitiæ inflant & iactant, paupertas deijcit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas fragit, mēror deprimat, & his malis omnibus mors furibunda succedit, simulque cunctis gaudijs istius miseræ vitæ, ita finē imponit, vt cum esse desierint nō fuisse putentur. Ideo vitæ presens comparatur tempori quo mulier est in pressuris partus; tunc enim dolores miserè eam excruciant: At futura vitæ, cum iam in lucem videt iustus quod gerebat in utero fidei, confertur tempori quando iam natus est homo in mundum: cum finitis pressuris succedit requies, & tristitia in gaudium transit. Dicit ergo iustus, quod in hac vitæ presens habet mērores & angustias, imo eis circumdatus vndique vadit, secundum illud Pauli, Foris pugna, intus timores, tribulatio extra,

*Gen. 19.*

*August.*

*Ioan. 16  
Simile.*

extra; angustæ intra: quocunque se vertit, inueniunt eum mala.

Obserua. Quidam inueniuntur à tribulatione, nempe illi qui eam expectant, & patienter suscipiunt, vt supra, Pericula inferni inuenerunt me. Alij inueniunt eam, scilicet, qui eam quærunt, & contra se prouocant, de quibus supra, Tribulationem & dolorem inueni. Hi sunt qui his rebus caducis intenti, eas flagrantissimè quærunt, quos sapiens concionator vanissimos ac stultissimos vocat, & Paul. de eis dicit 1. ad Tim. 6. quod inferuerunt se doloribus multis. Rectè dicit eos inferos, quoniã ea quæ inferimus aliena sunt, atq; alterius naturæ, ab eo cui inferuntur. Curæ rerum temporalium alienæ atq; extraneæ sunt ab homine Christiano, cui cura regni celestis intracta est, ac si oliuæ oleastrum infereres; ideo dicit, inferuerunt se doloribus multis, & subdit. Tu autem ò homo Dei hæc fuge; sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinè: quasi hæc deberent esse curæ viri orthodoxi, atque Christi cultoris. Vel dic

1. Tim. 6

Ambros.

cum D. Ambros. Tribulationes omnes generaliter quærunt, sed aliquos inueniunt, aliquos non: illos inueniunt, qui sunt digni corona, qui per illas inueniunt Christum. Illos vero non inueniunt, qui coronari non sunt digni, nec Christum inuenire; & sic quantumvis multi mali tribulationibus premanetur, ipsos tamen tribulatio non inuenit, sed premit. Quid est enim inuenire, nisi rem perditam recuperare? sic solum illos tribulatio inuenit quos recuperat, & ad statum perfectionis adducit, & in his tribulationibus inuenitur Christus, nempe qui semper eas passus est. Eum inuenerunt Andrazas & Mahanael cum dicebant; Quem scripsit Moyses & Prophetæ inuenimus Iesum, & vt ostenderet quomodo deberet quæri & inueniri, subdunt; Veni, & vide.

Ioan. 1.

vide: nam & per fidem & charitatem quærendus; & inueniendus est Christus. Charitas est via qua pergimus, fides notitia qua id quo pergimus cognoscimus, viam appellat Paulus charitatè, cum 1. Cor. 12. dicebat; Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

VERSVS OCTAVVS.

*Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viam.*

**Q**uid mirum quod pro magno solatio sint mihi testimonia tua, cum nihil aliud sint quam æquitas & iustitia; hoc est quod non sunt testimonia Dei furtum, aut rapina, aut quæcunque alia iniquitas, sed sola iustitia; vt hinc intelligamus iustitiam & veritatem ira addicta & coniuncta esse testimonijs Dei, vt è conuerso ipsa testimonia Dei sint ipsa iustitia, & veritas indefinenter, non quandoque sic, aut quandoque non, sed semper; & ideo nunquam sint deserenda. (Intellectum da mihi, & viam) Hic pro perseverantia supplicat orat, quæ singulare Dei beneficium est, nec cadit sub merito, sed potest precibus impetrari; fac me intelligere intus testimonia tua, & viam vitæ animæ; non enim in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, verbo inquam intellectu verbis Dei, tam practico, quam speculativo. Vel dic, quod pati tribulationes, & martyria pro Dei lege æquum est, cum ipsa sit æquitas & iustitia. Et ideo petit intellectum, vt intelligat, quoniã

Matt. 4.

2. Cor. 4.

momentis

momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus  
*Rom. 8.* operabitur in nobis, & quod non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

INCIPIT TRACTATUS  
 Decimus nonus.

VERSUS PRIMVS.

*Clamaui in toto corde, exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram.*

DECIMVS NONVS  
 Octonarius.

- P**
1. Coph *Clamaui in toto corde exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram.*
  2. Coph *Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiam mandata tua.*
  3. Coph *Præueni in maturitate & clamaui: quia in verba tua super speraui.*
  4. Coph *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.*
  5. Coph *Vocem meam audi secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.*
  6. Coph *Appropinquauerunt persequentes me iniquitatis: à lege autem tua longe facti sunt.*
  7. Coph *Prope es tu Domine: & omnes viae tuae veritas.*
  8. Coph *Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in æternum fundasti ea.*



**N** hoc octonario Propheta induit personam assidue vacantis orationi, ac contemplationi ad seruandam legem Dei. Quæ explicatur in primo versu, vbi dicitur, Clamaui in toto corde. Clamare enim orantis actus est, vt cum orabat Moyses dixit illi Deus; Quid clamas ad me? Litera quæ huic additur octonario, quæ est Coph, decima nona in Alphabeto Hebraico significat conclusionem, circuitiionem, & etiam aspiceret. Quia iustus cum se vidit despectum, tribulationibus & angustijs interclusum, ac circumdatum, aspiceret debet, non ad auxilium hominum, quod non est, sed ad Dei præsidium, quod semper adest, & dicere; Clamaui in toto corde, exaudi me Domine. Quoniam hoc regulare est omnibus exquirentibus mandata Dei, & iustificationes eius, vt ab impijs & dæmonibus obsideantur, ne ad aliquod bonum exire possint, sicut Exod. 14. Pharaon cū toto exercitu suo persequitur filios Israel de Aegypto fugientes, & ad terram promissionis properantes, cum eos quasi interclusos mare vidisset, Thren. 3. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Omnibus enim partibus obsidet intercluditque iustum diabolus: à superiori parte per ambitionem dignitatum,

*Induit personam assidue vacantis orationi.*

*Exo. 14.*

*Thren. 3.*

INCL.

Gregor. tum, ab inferiori per concupiscentiam voluptatū, ab anteriori per concupiscentiam oculorum, à posteriori per reminiscentiam peccatorum, à sinistris per aduersa, à dextris per prospera. Vide Gregorij homil. 12. super Ezechielem, vbi refert id quod Dominus Propheta mandauit capite 14. nempe vt sumeret laterem, in eoq̄ue describeret ciuitatem Hierusalem; & ordinaret aduersus eam obsidionem, & edificaret munitiones & compararet aggerem, & daret contra eam castra, & poneret arietes in gyro. Protinus enim quod homo in corde suo terreno, celestis ciuitatis Hierusalem describit ordinem, desideriumq̄ue pingit, ac conuersationem imitatur; aduersus malignorum spirituum insurgit exercitus, obsidet, cingit, circuitq̄ue diuersis machinis, tentamentis ac virijs: vt vix quo se expediat locum habeat, secundum illud Ecclesiast. 9. Ciuitas parua & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, extruxitq̄ue munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Cum ergo sic circumuentus sit iustus, quid faciet, nisi leuare oculos suos in montes, vnde veniet auxilium sibi, & Christum sibi defensorem, ac adiutorem vocare cum clamore dicendo; Clamaui in toto corde? Nā post verba quæ modo retulimus ex. 9. capite Ecclesiastes: statim subinfertur, Intentus est in ea vir pauper, & sapiens, qui liberauit urbem sapientia sua, & nullus est recordatus hominis illius. Hic vir pauper & sapiens (vt vult Hieronymus, & postea alij) est Christus Dominus: ciuitas parua est mundus hic, vbi pauci viri sapientes, ac iusti morantur, vndique obsessus & interclusus à dæmonibus & virijs, ita vt perfecta fuerit obsidio, quod nec commeatu adduci, nec auxiliares copias ei præsto esse possunt, nisi Christus Dominus, qui de se dicit: Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, & sapiens,

plens, quippè qui sapientia Dei dicitur à D. Paulo. 1. Corinth. 1. sapientia sua liberabit illum. secundum illud Isa. 1. Sion in iudicio redimetur (per puram discretionem se redimio el mudo, y le decerco Christo) nam antea foris armatus, idest, diabolus in pace custodiebat arrium suum, hoc est, mundum cui dominabatur, sed venit fortior illo, nimirum Christus Deus & homo, eumq̄ue expoliavit, atq; cathenis vinctum in Barathrum detrusit, & mundum ab obsidione liberauit. Sed ò pessima hominum ingratitude? Nam post tam ingens beneficium nullus est recordatus hominis illius, secundum illud Isa. 17. Oblita es Domini creatoris tui, & fortis aduersus tuum non es recordata, quod ne huic iusto, qui assidue orationi ac Dei contemplationi vacat, contingat, subiungit dicens; Iustificationes tuas requiram. Has nempe operas tuas quibus iustificatus sum, & à diaboli & peccati seruitute redemptus, nunquam obliuiscar. Circumspectus ergo iustus esse debet oculis vndique plenus, sicut animalia illa sancta quæ vidit Ezech. non debent dormire oculi eius, nec dormire palpebræ, sed huc illucq̄ue circumspicere: ne si, vel tantisper oscitateat, circumuentus ab hostibus intereat. In fabulis est lunonem vaccam quandam adamasse, eamq̄ue Pastori cuidam, qui Argos dicebatur custodiendā tradidisse: Hic caput plenum oculis habebat, vt cū pars somnum caperet reliqui vigilarent: descendit Mercurius mercium, ac mercatorum Deus, tibijsq̄ue dulcissimis cepit canere, vt soporem omnibus eius oculis induceret, simulq; virgula quadam que virtutem habebat afferendi somnum, oculos eius leuiter percutiebat, sicq̄ue omnes oculi à somno victi sunt atque clausi, & tunc vaccam ei surripuit Mercurius. Hoc i veritate nihil significat (ea enim dauatata, quæ in Scripturis sacris sunt, ad significandum

1. Cor. 1.

Isa. 1.

Luc. 11.

Isa. 17.

Fabula.

candum instituta fuerunt) nisi nos aliquid hic velle fingere, atque ex spolijs Aegypti populam Dei dirare, captiuamq; vnguib; ac capillis praecisus in nostrum asciscere contubernium. Ringamus ergo sic; vacca haec à Deo dijsque dilecta, Ecclesia Christi est, quam Pontifici maximo, ceterisque Episcopis custodiendam Dominus reliquit, ut qui ipse sunt Ecclesiae oculi, vt Dominus docuerat eos. Vos estis lux mundi: sed Mercurius mercatorum Deus sonis, ac percussione virgæ eis soporem inducit: nam pecuniae cupiditas quæ radix omnium malorum est, voluptatum etiã amor, ac timor mundanus, qui virgula quædam est leuiter percutiens, somno dant mentes eorum. Quem Christus Dominus amouere cupiens dicebat? Nolite timere eos qui occidunt corpus. Igitur hoc timore mundano perterriti, ne regibus in aliquo offensi sint: vt pinguiorem eis præbendam assignent, ne in exilium mitantur, vel in temporalibus multentur, sopore hoc victi dormiunt: & sic ab eis diabolus vaccam furripit, vel saltem multos ex Ecclesia perire facit. Aspice ergo in Christum, vt saluus sis, & clama in toto corde, secundum quod Hieron. in Threnis. ca. admonet dicens, sub hac eadem litera Coph, Surge in nocte in principio vigiliarum tuarum, effunde sicut aqua cor tuum ante conspectum Domini, extolle ad Dominum manus tuas, pro animabus paruulorum tuorum, id est, subditorum, qui deficiunt fame. Dicit ergo iustus à tot malis hostibusque circumuersus; Clamaui in toto corde exaudi me Domine. Sicut custos castris obsessi ad Dominum mittit pro auxilijs copijs, sic iustus ad Dominum clamat. Nam nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam; Clamaui ergo, ait iustus, ad Deum sicut obsessus ad Dominum suum petens auxilium, sicut ægrotus ad medicum petens consilium,

*Mat. 5.*

*Thren. 2.*

*Simile.*

*Ps. 126.*  
*Sinifra.*

filium, sicut infantulus nuerici petens edulium, secundum illud Bar. 3. Et nunc Domine Deus Israel, anima in angustijs & spiritus anxius clamat ad te, sed quia multi clamant ad Dominum, qui non exaudiuntur, quia non bene clamant, secundum illud Psal. 17. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum nec exaudiuit eos; ideo Prophetam modum clamandi ostendit, dicens, Clamaui in toto corde, id est, non tantum ore sed corde, nec corde diuiso, quia mens diuisa non impetrat, vt ait Cassiodorus, & Osee. 10. Diuisum est cor eorum, modo interibunt, sed in toto corde, corde pleno, quod est quando aliunde non cogitatur, vt ait Cassiodorus. Est autem clamor cordis, (vt ait hic magnus August.) magna cogitationis intentio, quæ eum est in oratione, magnum exprimit desiderantis & petentis affectum, vt non desperet effectum. Tales orationes raræ sunt multis, crebræ autem paucis, talis fuit clamor Moyse, Annæ, Susannæ, & Danielis: hic clamor est qui etiam silente corporis voce semper auditur. Vnde supra Psal. 17. Clamor meus in conspectu eius: (hoc est, in corde vbi Deus aspicit) introiit in aures eius.

*Baruc. 3.*

*Psal. 17.*

*Osee 10.*

*Cassiodo.*  
*August.*

*Psal. 17.*

## VERSVS SECVNDVS.

*Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiam mandata tua.*

**C**Rebra hæc repetitio clamoris magnæ affectionis est nota, assidueq; perseverantis in clamore signum: taliter enim & tamdiu clamandum est, donec exaudiamur, etiam si repulsam aliquando videamur pati, exemplo Chananeæ mulieris. *Mat. 15.*  
*1. Reg. 1.*  
Ecc & An-



*Isa. 40.* & Annæ vxoris Helchanæ. *Isa. 40.* Clama ne cesses.  
*Ionæ 2.* & *Ionæ 2.* Clamaui ad Dominum de tribulatione  
 mea, & exaudivit me, saluum me fac, ne infirmus  
*Hiere. 7.* tentationi succumbam: saluum me fac in præsen-  
 ti salute gratiæ & in futuro salute gloriæ. *Hiere. 7.*  
*Esal. 87.* Sana me Domine & sanabor, saluum me fac & sal-  
 uus ero. & supra *Psalm. 87.* Domine Deus salutis  
 meæ in die clamabo & nocte coram te: interim ta-  
 men inter istas duas salutes seruari debent. *Dei præ-*  
*Prou. 13* cepta; per hoc enim & gratia conseruatur, & veni-  
*Ambros.* tur ad gloriam. *Prouerborum 13.* Præcepta mea  
 cor tuum custodiat, longitudinem enim dierum  
 & annos vitæ, & pacem apponent tibi. *Ambros. sic*  
 ait; In hoc quod dicit, clamaui, notatur promptien-  
 do affectus; in hoc autem quod sequitur, custodiã  
 mandata tua, salutis obsequium. Ad hoc enim est  
*Eccl. ult.* omnis homo, vt dicitur *Eccl. ultimo.* Time Deum,  
 & mandata eius obserua, hoc est enim omnis ho-  
 mo: hoc est, cætera omnia vana sunt, quantumuis  
 feliciter homini contingat, hoc tamen solum est  
 totum hominis bonum, & ab his duobus nullus  
 hominum excludi credit.

VERSUS TERTIVS.

*Præueni in maturitate & clamaui: quia in  
 verba tua supersperaui.*

*August.* **M**agna difficultas est in hoc versu penes  
 translationem, quæ diuersissima est  
 in pluribus. *Augustinus* legit, præue-  
 ni in tempesta nocte & clamaui; & di-  
 cit, plures codices non habere in tem-  
 pestu nocte, sed immaturitate, vix autem vñ in-  
 uentus est, ait, qui haberet geminatam præpositio-  
 nem,

ne, id est, in immaturitate, ex quo colligitur, quod  
 non agnouit nostram translationem, in qua legi-  
 mus in maturitate, nec in Græco inuenitur, & ex  
 interpretatione *Aug. Ambros. Hilarij, Aymonis & August.*  
 aliorum, qui hunc versum commentantur, hæc le- *Ambros.*  
 ctio colligitur quam nos habemus; de quo consu- *Hilar.*  
 lendus est *Franciscus Luca Burgenfis*, in egregio *Aymon.*  
 volumine, quod nuper congestit de varijs locis, in *Fræcisc.*  
 quib. nostra vulgata vna ab alia discrepat. Nã *Luca.*  
*Iansenius* super hunc versum, corruptam putat esse li- *Iansenius*  
 teram, ac corrigendam; at ego vt verum fatear, li- *Lyranus*  
 cèt diuersas trãslationes videre appeto, nec id alie- *Richel.*  
 num à sacrarum literarũ interprete arbitror, imò *Arnob.*  
 bonum ac plurimum conducens; tamen semper le- *Hierony.*  
 ctioni quæ in pluribus circumfertur, familiariorq;  
 est Ecclesiæ vsui, adhærendum securius, ac vtilius  
 putauis; & ferè tota Ecclesia latina quotidie canit,  
 vt nos habemus, nempe; Præueni in maturitate &  
 clamaui. Imò *Lyranus*, & *Richelius*, & inter vete-  
 res *Arnobius*, & *Hieronymus* nostræ auspicantur  
 lectio, vt ex eorum commentarijs videre licebit,  
 ait quippè *Arnobius*. Præueni in maturitate & ex-  
 clamaui, sui puer, postea adolescens, itemq; iuue-  
 nis, nunc ecce iam senui, & vitæ meæ finem atten-  
 dens, in hac maturitate positus clamo, & præue-  
 niunt oculi mei. & *Hieronymus* ait, Vetera vitia  
 pudicitia iuuenili præuenit, qui per maturitatem  
 viuacis animi spem suam nunquam à verbis Dei  
 remouit. *Beda* etiam vtrumque exponit; Præueni  
 in maturitate & præueni in immaturitate. Etenim  
 senum maturitas non abhorret à Dei obsequijs.  
 Nam licèt natura debilis, spiritus tamen prom-  
 ptior ac robustior debet esse, etenim longo exerci-  
 tio quasi in naturam versa est eis virtutis iam diu-  
 urna consuetudo; quoniam in antiquis fertur esse  
 sapientia, & in multo tempore intelligentia. &  
 Ecce 2 *Psal.*

*Pfal.* 70. *Pfal.* mista petit ut usque in senectam & senium non derelinquatur à Deo. Imago illa quam vidit Nabuchodonosor ferreos pedes habebat. Quoniam in ultima aetate indurata prava, vel bona consuetudo quasi ferrea effecta est. Ora sacerdotalis vestimenti pulchrior ac cultior quam tota vestis erat, quoniam finis vitae, quae est senectus, splendidior in studiis actionibus, alijs aetatibus debet esse. Quare sicut virtus in senibus maxime edificatur, ita & contra vitia pessime scandalizant: sicut *Dan.* 13. de illis duobus senibus dicitur, qui contra Susannam insurrexerunt: Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus indicibus, qui videbantur regere populum. Ad similitudinem quippe naturalis mortis velocior debet esse cursus virtutis in fine quam in principio. Imò et si alias aetates in peccatis insumpserit, non erit inutile in senectute clamare ad Deum.

*Mat.* 20. Quoniam & operarii illi, qui tota die orio vacauerunt, & in ultima hora ierunt ad vineam, pari praemio atque primi donati sunt; & in quacumque hora ingruerit homo peccatum, clamor eius ascendet ad Deum; & sic intelligi potest illud *Isa.* 46. Usque ad senectutem ego ipse & usque ad canos portabo, ego feci & ego feram, ego portabo & saluabo. Et hoc convenit cum lectione *D. Aug.* qui legit; Praeueni intempesta nocte & clamaui, hoc est tempore intempesto, potius ad quietem corporis quam ad clamorem à natura decreto, intempestivo tempore: sic senectus ob corporis debilitatem aliasque maiores naturae necessitates intempestivum tempus ac importunum videtur ad clamandum ad Deum. Sed quoniam virtus in spiritu sita est, etiam tunc clamant iusti exemplo Christi redemptoris nostri, qui clamando ad Patrem emisit spiritum cum lacrymis & clamore valido, ut ait *Paul.* Usque in ultimam horam perduravit clamor: alius si in senectute defecerit, vel vitij

tij adolescentiae adhuc indulserit, ei obijcietur illud *Iob.* 20. Ossa eius plena sunt vitij adolescentiae suae, & cum eo in pulvere dormient, & illud *Thren.* c. 1. Sordes eius in pedibus eius (id est, in extremis vitae suae, sicut pedes extrema sunt corporis); & non est recordatus finis sui. *Lyranus*, & *Dionysius Cartusianus* sic exponunt hoc carmen; Praeueni in maturitate & clamaui, id est iste clamor finis, non procedit ex impetu passionis, sed ex liberatione rationis. Vel sic statim ut ad maturitatem perveni, & primum illuxit mihi rationis usus, ante omnia alia praevieni ut ad te clamare. Sententia quippe Theologorum est, hominem cum primum ad usum rationis pervenerit, in primo actu illius teneri converti ad Deum; itaque primum actus usus rationis debet esse conversio ad suum finem; & hoc est praevenire omnes alios actus. protinus cum ad usum rationis perveneris, nam haec sunt primitiae nostrae, quas debemus offerre Deo, secundum illud *Hierem.* 2. Sanctus Israel Domino primitiae frugum eius. Sic docet Dominus *Mat.* c. 6. Primum quare te regnum Dei, id est, ante omnes alias haec te primum occuperet cura; veluti *Iepre* primum quod ex domo illius occurrisset, venit Domino, & occurrit unica filia sua. Tunc homo dicitur esse Dominus domus, cum per liberi arbitrij ac rationis usum incipit esse Dominus suarum actionum; nam antea, ut brutum operabatur; Primum ergo quod occurrerit illi, ex domo sua offerat Domino, id est, primam actionem liberi arbitrij, quae est veluti unica ac primogenita filia sua (primogeniti autem Domino offerrebatur) homo hanc offerre debet Deo, & se, ac sua omnia in eum referre, ut possit dicere, praevieni in maturitate & clamaui: ac si diceret protinus quod ad maturitatem & usum rationis accessi, ad te clamaui in corde meo, praeveniens hac actione omnes alias subse-

Ecc 3 quon.

*Job.* 20.

*Thren.* 1

*Lyranus*

*Dionys.*

*Cartusianus.*

*Hierem.* 2.

*Mat.* 6

*Iud.* 11.

quentes: & hoc est quod alij interpretes dicere vo-  
lunt, nempe q̄ in adolescētia, idest iuuentute, quæ  
adhuc videtur immatura ætas, homo debet elama-  
re ad Deum; & nos tamen dicimus quod est respec-  
tu virilitatis immatura sit ætas adolescētie ac iu-  
uentutis, tamen respectu pueritię, cum adhuc non  
splendet rationis vltus matura ætas diceretur, in qua  
primo Deus quærendus est, secundum illud quod  
nos admonet egregius ille concionator Eccles. vi.  
dicens; Memento creatoris tui in diebus iuuentu-  
tis tuæ, antequam veniant dies afflictionis tuæ, &  
appropinquent anni de quibus dicas, nō mihi pla-  
cent. In diebus iuuentutis tuæ dicit: nam vt ait Au-  
gust. Quod homines in senectute iam iam mori-  
bundi agunt erga diuina, parum habent volunta-  
rii: nā si essent iuuenes & frui possent mundo isto,  
adhuc immemores essent Dei; sed deserti à mūda-  
nis voluptatibus recurrunt ad Deum. Vnde qui  
senio confectus recurrit ad Deum, feces tantum  
vult offerre Deo; cui congruit illud Malach. i.  
Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculū,  
idest, floridam ætatem, & immolat debilem Domi-  
no, idest, differt vsque ad senectutem diuina obse-  
quia: Memento ergo creatoris tui in die iuuentu-  
tis tuæ; antequam veniat tempus afflictionis; hoc  
est senectus, quæ plena doloribus est, & appropin-  
quent anni de quibus dicas, nō mihi placent; nul-  
lus enim sibi placet de defectib. ac molestijs quas  
secū affert senectus. Hac pulcherrimā hypotepōsi  
hic depinxit sapiens, quaslibet hic exponere, quo-  
niam gratum arbitror fore legentibus; Subdit er-  
go, Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna,  
& stellæ, hæc est prima molestia, vel primus defe-  
ctus senectutis. In homine tanquam minori mun-  
do, sol est intellectus à quo provenit lux spiritua-  
lis cognitionis, lumen est cognitio veritatis, luna

volu-

voluntas quæ regitur & illustratur à ratione, &  
per seipsam mutabilis est: stellæ sunt interiores po-  
tentie sensitivæ, quæ intellectuāli operationi de-  
ferunt. Hæc omnia senibus obtrēbescunt;  
nam quavis aliq̄ illarum sint immateriales po-  
tentie, quia tamen intellectus vtitur organo cor-  
porali, corruptione corporis quasi tenebris obū-  
brantur, secundum illud Sapient. 9. Corpus quod  
corrumpitur aggrauat animam: vnde senes defice-  
re sensu contingit. ¶ Secundus defectus est, Reuer-  
tantur nubes post pluiam: quod potest intelligi,  
& de perpetuo fluxu lachrymarum, & pituitæ,  
(tenen perpetuo catarro.) In iuuenibus quidem  
accidit aliquando hæc pluuia, tamen restituta sa-  
nitate reddit serenitas valetudinis: sunt enim in il-  
lis interualla quædam & induciæ; at senes licet ad  
tempus euasisse videantur, protinus redit eadem  
vel alia infirmitas, & quasi reuertitur nubes post  
pluiam, quia nunquam deest illis tussis, & gemē-  
di & lachrymandi occasio. ¶ Terriō, Commoue-  
buntur custodes domus, hic est tertius defectus:  
per domum intelligimus corpus humanum, in  
quo tanquam in domicilio requiescit, siue detine-  
tur anima: huius custodes sunt vires corporales,  
quæ collatæ fuerunt ad tuendam vitam, & ad pro-  
pulsandam iniuriam. Potissimum vero apparet in  
lacertis & manibus, quas proinde vocauit Philo-  
sophus, organum organorum; nam manus, vt in-  
strumentum rationis est homini pro armis quas  
reliquis animalibus natura concessit. Hi custodes  
tempore senectutis commouēt: deficient enim  
vires consumpto per ætatem calore. ¶ Quartus de-  
fectus est, Nutabunt viri fortissimi: per quos intel-  
liguntur nerui & ossa, quibus tãquam firmissimis  
columnis sustinetur moles humani corporis, præ-  
sertim autem in cruribus; nam in tibijs fortitudo

Sapient. 9

Ecc 4 magna

Ecc. vi.

Malac. i

magna est ad sustinenda onera; hæc in senibus, præ debilitate contremiscunt; unde curti ac tenui procedunt. ¶ Et otiosi erunt molentes in minuto numero. Qui aris est defectus commestionis; nã stomacho parum digerente, paruo etiam alimento est opus, ideo dicitur otiose molentes, id est, mole. Ob quod Ver cellai Galaadites octogenarius, negavit se accessurum ad mensam regis, quia nõ tantum ciborum capiebat. 2. Reg. 19. Insuper propter defluentis humeris copiam, dentes commouentur, & decidunt; ideo ait, in minuto numero. Nam pro singulari priuilegio dictum est de Moysè Deut. vii. q. dentes eius non sunt moti. ¶ Et tenebroscent videntes per foramina, per quod significatur hebreudo sensuum exteriorũ, quæ est sextus defectus, nã per exteriores sensus veluti per foramina & fenestras percipit animã exteriora sensibilia, præsertim autem oculi, quorũ defectus in senectute maxime apparet. Vnde Gen. 29. Sequit Isaac & caligauerunt oculi eius. ¶ Et claudunt hostia in platea. Platea: amplitudine & perspicuitate cæteras, vbi partes superant; hic est Septimus defectus, significatur enim per illam, pectus humanum: nam ideo Plato sic appellatus est, quia habebat amplissimum pectus, cuius hostia sunt viæ, vel arteriæ per quas vel spiritus diffunditur, vel vox. Hæc in senibus præ frigore constringuntur. Quare in eis vox est gracilis & submissa: prouenit autem hoc ab humilitate vocis molentis, per quod significatur debilitas pulmonis, qui tanquam motus circularis spiritum spirat & respirat: id est dicere, (que no da baissant ayre el molino) vel potest intelligi infirmitas stomachi, vbi tanquam in mola alimenta omnium membris conceduntur, & quia deficit calor in stomacho, non transmittuntur sufficienter spiritus vitales. ¶ Octauus defectus est somni debilitas, ad

dic.

dicitur, & consurgunt ad vocem volucris: nã somnus prouenit ex abundantia vaporum ascendentiũ à stomacho in cerebrum, & obrinentium organa sensuum, in senibus autem propter debilitatem caloris, exigui vapores ascendunt, & ita facile intercipitur somnus: quod significatur per hoc, quod ad vocem volucris excitatur, id est, leuissimo sonitu, & etiam propter defectum virtutis retinendi suum perfuam humorem, puta vrinam; & ad gallicanum vt plurimum excitantur senes. ¶ Et obsurdescunt filie carminis. hic est. Nonus defectus, nempe surditas quæ prouenit in senibus, vel propter humoris abundantiam obstruentis organa, vel propter desiccationem nerui auditus. Prouenit etiam quod apud eos organa musicæ sileant, quia non amplius delectatur carminibus amatorijs, qui dolori potius expoliti sunt quam amori. Vnde cantrices, quæ etiam vocantur hic filie carminis, & quæ quondam gratissimæ erant quæ vigeat ætas, nunc humiliantur in conspectu eius, vt legit Hebræus, quia iam eas contemnit. ¶ Excella quoque timebunt, hic est decimus defectus, certimus quippe aperte pauidam esse decrepitam ætatem, tum propter malorum experientiam, tum quia viuis & sanguine sunt destituti, qui solent confirmare iuuenum pectora, audacesque atque magnarum rerum cupidos facere. Quare senes ardua scandere timeant, imò & loca excellã ascendere, atque omnia periculosa cauent: vnde prouenit quod formidat in via: vel etiam quia senes lento gradu quasi pauidi incedunt, præ timore, quia facile offendunt & cadunt: quod si spiritaliter intelligere cupis, senes formidant exitum de hoc mundo, quia vident proximum esse, & memores delictorum nesciunt quam viam sint aggressuri.

Sunt alij defectus etiã circa speciem corporis; primus

primus defectus est cum dicitur, Florebit amigdalu-  
 lus, hoc est habebunt caput senile, id est, præ canic-  
 cie album, propter humiditatis & frigoris abun-  
 dantiam: nam amigdaluus præ cæteris arboribus  
 candidiores flores emittit; sed his tamen floribus  
 significatur proxima ætas, vt Lucæ 22. Scitis quia  
 prope est ætas, ita canicies prænuntia est mortis.  
 ¶ Impinguabitur locusta. Secundus corporis defe-  
 ctus: nam cætera membra erunt exilia, at dorsum  
 & venter impingrabuntur; nam dorsum impin-  
 guabitur, venter indigestis humoribus onerabi-  
 tur, & pedes podagra intumescunt; & tibiae (quæ  
 significat locusta,) etiam humore tumescunt. ¶ Dis-  
 sipabitur caparis, cuius fructus & edendi appeti-  
 tum, & libidinem excitare dicuntur; quo significa-  
 tur, omnem appetitum delectabilem, secundum  
 tactum in senibus extinctum esse: quod scriptura  
 significat in David. 3. Reg. 1. qui pulcherrimam  
 adolescentulam sibi copulauit coniugio; nunquã  
 tamen, eo quod senex esset, cognouit eam. ¶ Et bit-  
 cuibunt in platea plangentes: Ecce quem tandem  
 exitum sortitur huius vite tragedia, per loca illa  
 ubi quondam exultare solebat, triumphos ac choro-  
 ros ducere, tandem vita functus, cum lachrymis  
 efferendus est. Hucusque de molestia senectutis.  
 Nunc de dissolutione mortis incipit agere cum  
 dicit: Antequam rumpatur funiculus argenteus.  
 Vbi nota quod ad vitam corporalem miro modo  
 duæ colligationes concurrunt, altera ex parte cor-  
 poris, in quo plures humores contrarijs qualita-  
 tibus præditi, ad certam temperiem reducti vir-  
 tutem animæ continent; quæ si ex parte alicuius  
 turbetur, succedit ægritudo, quæ provenit ab  
 humore prædominante; si autem penitus dis-  
 soluatur harmonia, continuo sequitur mors.  
 Quoniam autem consonantia hæc pluribus re-  
 sultrat

sultrat humoribus, vocatur cathena, vel funiculus;  
 qui dicitur argenteus, quoniam licet sit pretiosa  
 colligatio, sed tamen non summa, quia est alia  
 melior, quæ vocatur vitta aurea, per quam intel-  
 ligitur secunda colligatio, quæ est vnio rationalis  
 animæ ad corpus, quæ inter omnes coniunctio-  
 nes formæ ad materiam primatum tenet, sicut nau-  
 rum inter metalla. Est enim hoc singulare quod  
 rationali animæ primo conuenit esse, & vivere,  
 atque adeo subsistere, & ab illa tanquam à fonte  
 derivatur in corpus; quare dissoluto corpore, non  
 perditur vita animæ aut eius subsistentia, sed  
 quodammodo reducitur ad ipsam animam so-  
 lam; Propterea dicitur, Antequam recurat vitta  
 aurea, quia sicut vitta inuoluitur, sic & subsistere  
 colligitur ad animam in morte. Vnde ad idem re-  
 fertur quod aliqui legunt ex Hebræo, Antequam  
 rumpatur fons aureus. Nam in morte præscin-  
 ditur vena, per quam vita defluebat ad corpus, sed  
 manet fons integer in ipsa anima. Quoniam au-  
 tem vita in motu & opere consistit, hi duo motus  
 designantur præcipue vitales, qui cessant in mor-  
 te: nam secundum Philosophum cor est mem-  
 brum, quod primo viuificatur in corpore, & quod  
 ultimo deficit: & propterea dicit, & conteratur  
 hydria super fontem, quia primo haurit aquam  
 vitalem ab ipsa anima, quam intelligit per fon-  
 tem, in morte autem dicitur confringi, quia ces-  
 sat motus cordis.

Et confringatur rota super cisternã. Secundus mo-  
 tus vitalis est in cerebro, quæ assimilatur rotæ super  
 cisternã, non solum propter orbicularem figurã,  
 verum propter officium, hauriendi & distribuenda.  
 Nam cerebrum attrahit sanguinem à iecore,  
 & spiritus vitales à corpore, diffundit autem per  
 omnia membra spiritus animales ad sentiendum:  
 Ascen-

Afcendit rota cum ad fe afcendere facit cerebrum, fanguinem & vitales fpiritus; defcendit cum diffundit per mēbra. (Sube y vaja la polea.) In morte autem ceffat hoc officium. Vnde frangularius homo moritur quia rota non potest haurire, nec diffundere per cisternam. Aut intelligitur pectus vbi venæ funt fpirituum & fanguinis. Vel intellige per rotam rerum temporalium volubilitatem, quæ omnino conteretur & deficiet, & reuertetur puluis in terram fuam, vnde erat, & fpiritus redeat ad Deum, qui fecit illum. Tandem vnumquodq; in fuam redit originem, ac principium. Cum ergo tot incommodis obfefa fit fenectus, recte nos admonet fapiens, vt in diebus iuuentutis, nos in Dei cultum dedicemus, antequam importuni dies fenectutis euenerint, in quibus non ita commode id poterimus efficere, ac ideo dicit Propheta, feftim vt maturam attigit ætatem, clamaffe ad Deum. (Quia in verba tua, inquit, fuperfperavi.) Hoc est, plusquam in verbis aliorum quorumcunque, quæ verba tua falutarem non poffunt continere. Vnde & fubdit.

VERSUS QUARTVS.

*Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.*

**A**C si diceret non folum in tempefta nocte clamaui ad te, fed & diluculo ad meditando eloquia tua furgebam, vel in principio ætatis iuuenilis quando ftatim coeperat rationis vfus illucfcere, illud enim inftans erat, quafi diluculum diei quo ratio lucfcere coeperat, ita quod interce-

tes

res oculi mei, ad te diluculo vigilabāt: imò & fufcitabant corporis oculos ad idem munus; diluculo, id eft, fummio mane. Nam tempus matutinum apertiffimum eft ad exorandum Deum, quia tunc folet animus hominum effe curis prophanis vacuus, ac proinde promptior ad perceptionem rerum fpiritualium: nam vt dicit Auguftinus in quæftion. fuper Exod. quæft. 68. Nimiſ intentus humanis actio nibus animus; Deo quodam modo vacuatur, quo fit tanto plenior, quanto in fupernaturalia liberius extenditur. Vnde Pfalm. 5. Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocē meam, mane aftabo tibi & vibebo. Prouerbiorum 8. Qui mane vigilauerint ad me intuent me. Nam vt ait Ambro. hic pudor eft, fi radius folis in frattu otiofum te inueniat, & lux clara feriat oculos fomnolentos; adhuc corpore depreffos, arguit nos tanti temporis fpatiū, fine vllius deuotionis munere, ac facrificij fpiritualis oblatione feriata nocte tranſmiſſum. An nescis o homo, quod primitias tui cordis ac vocis quotidie Deo debeas? quotidiana tibi meſſis, quotidianus eft fructus. Occurre ergo à folis ortu, vt te oriens inueniat iam paratum, ne lumina tua madido fopore adhuc mergentia, primus diei fulgor exagitet; & infra dicit; Præueni orando & meditando hunc ſolem quem vides, vt illucfcatur tibi Chriſtus; ſi hunc ſolem præueneris antequam iſte ſurgat, accipies Chriſtum illuminantem; diuide ſaltem Deo & ſæculo tempora tua, vel quando non poteſt agere in publico quæ ſunt illius mundi, & tenebræ prohibent noctis, Deo vaca; indulge orationibus, & ne obdormiſcas pſallito, ſomnum tuū bona fraude fraudato, mane feſtina ad Eccleſiam, defer primitias pij voti, & poſtea ſi vacat ſecularis neceſſitas non excluderis dicere, præuenerunt oculi mei mane meditare verba tua, & ſic ſecurus procedis

Auguſt.

Pſal. 5.

Prou. 8.

Ambroſ.

cedis ad tuos actus. Vnde & religiosi hoc munus in iunctum est, saltim illis qui à sanctis patribus hos mores antiquos receperunt, quos refert Diuus Augustinus libro primo de moribus. Ecclesie. Et Diuus Vincentius, in tractatu de vita spirituali, religiosos monet, vt audito horologio, vel primo signo ad matutinas, statim à lecto surgant omni tepiditate reiecta, quod tum ait facilius exequeris si super durum stratum iacueris, non mollem delicatum, memor Christi Domini qui durissima crucem pro lecto habuit. Vnde Diuus Bernardus, ait. Suauissimum mihi bone Iesu certical tuum, spinea corona capitis tui, dulcis mihi lectus ligni crucis tue. Philo de vita contemplatiua, narrat de moribus. Esse eorum eos bis quotidie conuenisse orationi vacare, mane scilicet, & vespere. Oriente enim sole diem postulabant felicem, vtq; mentes eorum cœlesti munere replerentur, occidente autem sole vt anima sensibus exonerata corporis, veritatem posset inuestigare. Quare Iob diluculo surgebat ut ferre sacrificium pro filiis suis, singulis diebus. Imo & ipse Deus optimus maximus dicitur exurgere de nocte & diluculo ad nos monendum atque ad nostra peragenda negocia: vt sæpe legitur in scriptura. Vide caput vltimum secundi libri Paralipomenon, & ea quæ supra diximus super versum scripturæ, octonarij octauum in octauo tractatu. Intenim tamen pro pleniori intelligentia sciendum, quod nox secundum consuetudinem bellantium atque pastorum, diuidebatur in quatuor vigilias, vt coligitur ex Matthæo vigesimo quarto capite, & Marco capite 6. & Luca capite duodecimo. Quælibet autem vigilia habet tres horas, prima dicebatur conticinium, à conticendo: quoniam cum nox incipit, cessant negocia, quæ communiter diurno tempore fieri solent. Secunda pars vocatur intempesta nox,

noctis, siue media, quoniam tunc erat tempus intempestium ad aliquid agendum, & destinatum ad quietem. Tertia pars vocatur gallicantus. Quarta diluculum seu antelucanum, vt Mar. 13. dicitur; *Mar. 13* Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus domus veniat sero, an media nocte, an gallicantu, an mane; ecce has quatuor vigilias. Et quod hæc vigilia varpata fuerit inter milites, patet ex historijs & experimento. 1. Regum. 26. Dauid reprehendit Abner, quod non vigillauerit ad custodiam regis qui erat in castris, de vigilijs autem pastorum super gregem suum fit mentio Luca 2. A principio ergo noctis, intempesta nocte, in gallicantu, cum Perro, & diluculo vigilare debemus ad Deum; quia nescimus qua hora Dominus noster venturus sit. *Luca 2.*  
Vel dic quod in hoc versu monemur, quod qui orat orando periculum debet præuenire. Facilius enim præcauetur amorbus antequam veniat, quam expellatur postquam venit: sic & hosti facilius resistitur, ne ciuitatem accipiat, quam postquam ipsam occupauerit expellatur, & in prouerbio est. *Simile.*  
*Turpius eijcitur, quam non recipitur hospes:*  
Sic & pericula tam temporalia quam spiritua- lia præuenire debemus, ne postquam increuerint, animum à sanctis meditationibus impediant. Per oculos intellige prælatos qui vigilare debent atque custodias agere super gregem suum, vt dicitur Luca 2. Quare alij legunt inter quos Caietanus; *Caiet.* Præuenerunt oculi mei custodias.



Tractatus Decimus nonus  
VERSUS QUINTVS.

Vocem meam audi secundum misericordiam  
tuam Domine: & secundum iudicium  
tuum viuifica me.

**A**C si diceret, & si ita studiose vigilo ac clamor ad te, non tamen in hoc confido, sed magis in misericordia tua; ideo vocem meam audi secundum misericordiam tuam, id est; ostende te audire me, faciendo quod peto, secundum misericordiam tuam quæ semper parata est iurare petentes: unde supra dicebam, *Mortuus est pes meus, misericordia tua Domine adiuvat me, hoc est, si aliquo bono affectu ferebar, misericordia tua Domine præstabit.* Daniel 9. Non in iustificationibus nostris prosterimus preces ante faciem tuam, sed in miseracionibus tuis multis, exaudi Domine, placare Domine, attende & fac. Hæc enim est virtus orationis, ut non ex merito orantis, sed ex misericordia illius qui oratur vires sumat. Ideo quippe Theologi dicunt etiam orationes peccatorum esse impetratorias licet non meritorias, quoniam impetratio misericordiae Dei, meritum autem gratiae & charitatis, qua caret peccator, innititur, (Et secundum iudicium tuum viuifica me) id est, secundum quod tu vis & iudicas, omnia enim iudicio & voluntati diuinæ relinquenda sunt, velut Cassiod. dicit (secundum iudicium tuum viuifica me.) Non quomodo futuro iudicabis: Sed quo supplicibus parcis, & condemnantibus. Viuifica me mortuum lege peccati, de qua dicitur Sapient. 2. Inuidia diaboli intrauit in orbem terrarum.

*Psal. 93.  
Dan. 9.*

*Cassiod.*

*Sap. 2.*

VER.

In Psal. B. Immaculati. 409  
VERSUS SEXTVS.

Appropinquauerunt persequentes me iniqui  
tati: a lege autem tua longe facti sunt.

**S**I forte quæras quare ita clamem, respondebo quoniam appropinquauerunt persequentes me iniquitati a lege autem tua longe facti sunt. Talis enim est natura contrariorum, quæ quanto quis magis vni extremo appropinquat, tanto amplius recedit ab alio; sicut patet de loco sursum & deorsum, quanto quis plus centro appropinquat, tanto magis distat a celo. Quare in illo loco damnati sunt detrusi, vbi est secundum locum plus distendantur a celo; sicut & in affectibus longe facti sunt a Deo: & cum lex Dei sit dilectio proximi, qui proximum odio habent ac persequuntur plus a lege Dei elongantur, atque iniquitati magis appropinquant. Unde odium proximi est maximum peccatorum, quæ in proximum committitur: quoniam per illud maximum deordinatur voluntas erga proximum, & est principium & radix cuiuscunque nocimenti quod proximo inferitur, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 33. articulo 4. & 5. Imò & videtur vitium contra naturam esse, ut Seneca docet Epistola 7. dicens, Natura nobis indidit amorem mutuum & sociales fecit, & ex illius constitutione miserabilis est nocere quam laedi, & ideo qui proximo nocet contra institutionem humanæ naturæ facit. Quare qui ad hoc stident, a consortio hominum sunt prescindendi: nam docet Magnus Albertus. 7. libro de Vegetabilibus, quod in omni arbore agri consiti, oportet amputare quæcumque in ramis & virgis aruerunt, quia vicinia sibi arboris mem-

*Simila.*

*D. Tho.*

F ff bra



bra corrumpunt; sic in proposito, ager est mundus iste, arbor in eo confita est natura humana, ut dixit cæcus ille Marci. 8. Video homines sicut arbores ambulantes, & Plato vocat hominem arborem inuersum, eo quod habeat radices supra, nempe intellectum, ac voluntatem. In singulis vero arboribus est inuenire ramos aridos, hoc est humore gratiæ & vitæ spiritualis carente, qui membrâ vicina sibi, hoc est, alios proximos student corrumpere, atque in temporalibus, & spiritualibus alijs nocere satagunt. Præscindendi ergo sunt ab hominibus consortio, & longe à Deo & hominibus eliminandi, ut Dominus docet Ioan. 17. Mittetur foras sicut palme, & arefcet. Vnde Hierony. ut habetur 24. quæstione. 3. Resecandæ sunt, ait, putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat. Intereant ergo tales, maxime elongantur à Deo & ab eius lege, è contrâ vero innocentes, id est, qui nulli nocent Deo maxime appropinquant, secundum illud Psal. 24. Innocentes & recti adhæserunt mihi. Rectè ergo dicit Propheta, appropinquaerunt &c.

Psal. 24

Obserua. Impij nocere cupientes iustis, sibi ipsis nocent; nam illis potius proficui sunt; Ait quippe Aug. in Enchiridione cap. 11. & 96. Tam bonus est Deus ut nullum permitteret malum, nisi tam sapiens, ac tam potens esset, ut ex malis bona eliceret bonis: imò & ideo Deus sustinet malos in hac vita, ut ministrent bonis præbendo illis materiam meritorum, sicut dicitur Proverbiorum 11. Qui stultus est fertur sapienti: omnia enim propter electos. Gabaonitæ qui ex aliena stirpe erant à filiis Israel, ministrabant tamen in templo, ligna atque aquam portantes in officium sacrificiorum. Sic impij qui ex aliena

Prov. 11.

Iosue 9.

na stirpe sunt, nempe diaboli (Vos ex patre diabolo estis Ioannis capite 8.) ligna ac cruces subministrant bonis, ut holocausta patientiæ ac pietatis suæ offerant Deo. Sunt impij corruptio terræ, secundum illud Psalmi. 3. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt, computrescunt enim in vitijs suis, sicut iumenta in stercore suo, ut dicitur Ioelis 1. Natura autem ex primæua intentione generationem intendit, corruptionem tamen per accidens, in quantum confert ad generationem, quoniam corruptio vnius est generatio alterius, cum ergo reprobi sunt corruptio mundi, ut diximus, non ab authore naturæ & gratiæ tanquam per se necessariò sunt intenti, imò redundant in mundo. Non enim sunt ei necessarii homines impij, sed per accidens in ordine ad generationem electorum, corruptio quippe illorum virtutes generat, vel in electis, augmentum enim etiam est veluti quædam generatio, ut docet Aristoteles in libro de generatione; & sequitur tyrannorum patientiam generavit martyrum, fidem quæ ac charitatem auxit; alterius impij superbia humilitatem in bono efficit: ut lapidantes Beatorum Stephanum, heroycum illum actum charitatis excitauerunt in eo, ut pro se lapidantibus deprecaretur, exemplo Christi Domini, qui pro persecutoribus exorauit. Propter electos ergo sustinentur mali, ut zizaniam sustulit paterfamilias inter triticum vsque ad tempus messis propter bonum tritici, ne simul eradicaretur, cum tamen serui vellent ea radicibus euellere. Hæ sunt quippe profundissimæ rationes iudiciorum Dei, quæ ipsos etiam summos Angelos latent. Nos enim videntes reprobos inter electos, confestim ut euellerentur volumus, existimantes illos potius obesse quam prodesse, & ut vel ter-

Psal. 13.

Ioelis 1.

Mat. 20

ra aperiret os suum & deglutiret eos, vel fulminibus è celo missis exurerentur, vel vt visibiliter à demonibus raperentur: Deus autem, qui omnia ad electos ordinat, occultissimo iudicio suo eos sustinet, vsque in diem iudicij, cum in fasciculos cõgregatos exurendos infernalibus flammis traderet. Aded enim diligit Deus ordinem vniuersi, vt etiã reprobos ac demones ab ipso nõ excludat, sed velint nolint, ei inserviũt, licet peruersa intentione: vt in tentatione sancti Iob perspicuum fuit, & in hoc sensu potest intelligi illud Matth. 21. Quia Dominus his opus habet, intelligendo per iumenta illa malos ac peccatores: quoniam illis indiget Deus, in quantum ordinat malitiam eorum ad electorum profectum. Vbi aduertendum, aliud esse quod Deus permittit aliud quod ordinat, & iterũ aliud esse quod vult, malitiam istius permittit, sed quod ex eo bonum alteri consequatur sapientia sua ordinat, bonũ autem quod ex tali ordine consequutum est absolute vult Deus: vt tyrannorum malitiam permisit, quam ordinavit in patientiã martyrum quam absolute voluit. Sunt ergo mali veluti ministri & operari qui coronam iustorum fabricant, secundum illud Isa. 54. Ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentẽ vas in suum opus, hæc autem vasa electi sunt, qui dicuntur à D. Paulo vasa in honorem fabricata, vt ministri illi qui fornacem Babylonicam incendebant, & qui ad prunas Beatorum Laurentij in craticula assabant, hanc pueris illis & Laurentio conflagant coronam. Vnde D. Gregorius 20. Moralium, c. 22. dicit, Omnipotens Deus electorum suorum aduersarios temporaliter permittit excrecere, vt per malorum scelerum purgetur virtus bonorum: nunquam enim Dominus aduersus bonos eos scelerum permitteret, nisi etiam quantum

Mat. 21

Isa. 54.

Rom. 9.

Dan. 3.

Gregor.

tum prodesse videret. Nam dum iniusti scelerum, iusti purgantur, & vilitati innocentum militat vita prauorum, dum hanc & premendo humiliat, & humiliando semper ad melius format. Vnde rectè per Salomonem dicitur, Qui stultus est seruiet sapienti. Vide plura ibi.

VERSVS SEPTIMVS.

Prope es tu Domine: & omnes viae tuae veritas.

**H**oc est, Appropinquauerunt quidem inimici mei, sed mihi minimè nocuerunt, quia tu prope ad remediũ intus ades, nec te latet quod agimus, sic glossa. Vel dic, Prope es tu Domine, ac si diceret, Verè dixi reprobos longe factos esse à te, & à lege ac doctrina tua: quoniam ipsi se elongauerunt, tu enim prope semper omnibus ades: & ita est quoniam Deus semper idem est omnibus, nec in eo mutatio accidit, sed ex nostra parte mutabilitas provenit. Ex eo enim quod peccator elongatur à Deo, dicitur Deus ab eo longe esse sicut tu, qui modo es ad dexteram columnæ quæ non mutatur, si postea in aliam partem muteris, erit tibi sinistra columna quæ antea erat dextera, non quia columna mutata est, sed tu. Omnibus adest Deus illuminaturus eos sicut Sol, ait Ambr. sed si tu claudis oculos, vel fenestram domus tuæ, non illuminaberis à Sole: sic respectu Dei claudis oculos ac fenestras animæ tuæ, quomodo poteris à tanto lumine illustrari? Oculos suos clauserunt ne viderent lumen celi, ait quidam Propheta. Prope ergo es tu omnibus, sed qui elongant se à te peribunt. Vel dicitur

Simile.

Ambros.

- Deus propinquus, quia vicinus est visibilibus, pro quanto inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, vt dicitur Rom. 1. Vel dicitur propinquus, quia nostram assumpsit naturã. Vel propinquus peccatoribus; quia ex partibus peccatoribus etiam originem duxit, vt tanquam ad propinquum ad eum accederent peccatores & diceret Euangelista Luc. 15. Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores, & auerteret dicere peccator ad Deum, illud Ruth. c. 3. Extende pallium tuum (nempe misericordie) super me, quia propinquus es, nec poterit excusari cum Booz esse alium propinquiorem: quoniã ipse ad eum intimus ac propinquus est, vt intimior nobis sit quam nos ipsi sumus: in ipso enim viuimus mouemur & sumus. Quoniam virtus primæ causæ omnibus effectibus propinquissimè adest.
- Obserua quibus sit Dñs prope, primo Dñs prope est omnibus verè orantibus ad audiendũ Psal. 144. Prope est Dñs omnibus inuocantibus eum in veritate, Isa. 55. Inuocate eũ dũ prope est. Item prope est patientibus, seu tribulatis ad auxiliandum, Psal. 4. Cum ipso sum in tribulatione, & Psal. 33. Iuxta est Dñs his qui tribulato sunt corde, Isa. 64. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Bern. Quantum cumq; sæuier tribulatio nõ putes te derelictum; si memineris scriptum esse, cum ipso sum in tribulatione. Itẽ prope est laborantibus ad remunerandum. Philip. 3. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus prope est. Isa. 51. Prope est iustus meus: egressus est Saluator meus, Eccl. 11. Benedictio Domini in mercedem iusti festinat, Ioel. 3. Cito velociter vicissitudinem reddet in caput eorum, Iacob. 5. Ecce index ante ianuam assistit. Item est prope de se loquentibus, Luc. 22. Factum est dũ fabularent.

larentur, & secum quærent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Prope est etiam infirmantibus, Luc. 10. Samaritanus quidam iter faciens, venit secus vulneratum, & videns eum misericordia motus est, & appropinquans alligauit vulnera eius. Est etiam prope pœnitentibus ad se reuertentibus, pater de filio prodigo, Lucæ 16. & de latrone in cruce cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, Lucæ 23. Est etiam prope ipsis malis, qui ab eo elongati sunt, ad recipiendum quodcumque redire volunt, Act. 17. Non longe ab vnoquoque nostrum. Apoc. 3. Ecce ego sto ad ostium & pulso. Væ tibi piger, atque infeste & inurbane peccator, qui per annum integrum expectate facis Dominum tuum ad ostium pulsantem & clamantem, Aperi mihi foror mea.

(Et omnes viæ tuæ veritas.) Quare reprobi, qui à lege tua longe facti sunt, etiam à veritate longo intervallo distrahantur, iuxta illud Roman. 1. Ita vt sint inexcusabiles, Quia cū cognouissent Deũ, non sicut Deum glorificauerunt, exercendo scilicet opera veritatis. Vel omnes viæ tuæ veritas, hoc est, vera & iusta sunt omnia opera tua Domine, verba, & iussa. Quauis enim vniuersæ viæ Domini sint misericordia & veritas, nihilominus etiam omnes viæ eius sunt veritas; & iterum, omnes viæ eius sunt misericordia secundum aliquem modũ. Dum enim peccatores gratis iustificat, iustum est ex parte bonitatis suæ quæ tanta est, vt iustum sit etiam indignis misereri. Est quoque iustificatio illa misericors, eo quod Deus sine meritis misereatur iniquo: hæc Diuus Augustinus hic. De quo supra versu primo octonarij, & tractatu decimo octauo. Sorores dilectissimæ sunt iustitia & misericordia, quæ simul comitantur, & cum iustitia in actum exit (sicut misericordia sine conella apadularen.)

Luc. 10.

Luc. 16.

Luc. 23.

Act. 17.

Apoc. 3.

Cant. 5.

Rom. 1.

August.

mandola.) Nam vt ait Chryſoſtomus ſuper Mat-  
thæum. Miſericordia ſine iuſticia quædam fatuitas  
eſt, non miſericordia: & iuſticia ſine miſericordia  
non eſt iuſticia, ſed crudelitas.

VERſVS OCTAVVS.

*Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in æter-  
num fundasti ea.*

**D**ixi autem omnes vias Domini eſſe ve-  
ritatem, quoniam ab initio id cogno-  
ui de testimonijs tuis, cum in æternũ  
ea fundaueris. Ab initio, hoc eſt, con-  
feſſum quod vſum rationis attigi: quo-  
niam testimonia ac mandata tua ipſa ſunt ratio  
ac natura hominis: vt ſupra dixerat, Præueni in  
maturitate & clamaui, Hoc eſt protinus vt accepi  
vſum rationis. Hieronymus aliquanto clarius ver-  
tit ex Hebræo ſic; A principio noui de testimonijs  
tuis, quod in æternum fundaueris ea, ac ſi dicat,  
primum omnium, ante omnia, vel in primis hoc  
cognoui, quaſi maximè obuium, vel cognitu facil-  
liſimum. Vel initio, hoc eſt, à principio conditionis  
meæ, quoniam homo cum gratia & fide inſuſa  
creatus eſt, qua cognouit testimonia Dei, & legem  
æternam eſſe. Vel à principio, quando in primo  
homine cœpit Eccleſia, in qua hæc fides ſemper  
perſeuerat. Vel à principio, in primis parentibus  
& priſcis patribus, cognoui te, & bonis præmia, &  
malis ſupplicia decernere. (Quia in æternum fun-  
daſti ea) Quia ſcriptum eſt. Lucæ 21. Cœlum &  
terra tranſibunt, verba autem mea non præteri-  
bunt. Et Iſaiæ 40. iuſus eſt clamare & dicere; Om-  
nis caro ſcœnum, & omnis gloria eius, quaſi ſlos  
agri;

Lucæ 21

agri: exiccatum eſt ſcœnum, & cecidit ſlos, verbum  
autem Domini manet in æternum. Vbi Hierony-  
mus ſic dicit, Re vera ſi quis fragilitatem carnis  
aſpiciat, & quod horarum momentis creſcimus  
atque decreſcimus, nec in eodem ſtatu manemus,  
ipſumq; quod loquimur, dictamus, & ſcribimus,  
de vitæ noſtræ parte præteruolat; non dubitabit  
carnem ſcœnum dicere, & gloriam eius quaſi flo-  
rem ſcœni, vel prata camporum: qui dudum in ſaus  
ſubito puer, qui puer repente ituenis, & vſque ad  
ſenectutem per ſpatia mutatũ incerta, & ante ſe  
ſenem intelligit, quam iuuenem non eſſe miretur.  
Pulchra mulier, quæ poſt ſe adoleſcentulorum tra-  
hebat greges, arata fronte cõtrahitur, & quæ prius  
amori, poſtea ſaſtidio eſt, quod & egregius apud  
apud Græcos ſcribit orator; Speciem corporis, aut  
tempore deficere, aut languore conſumi. Hacten-  
us Hieronymus. Cum ergo omnia per tempo-  
rum interualla deficiant, verbum tamen Domini  
in æternum ſtat.

Vel dicuntur in æternum fundata, quoniam  
præmia & ſupplicia quæ promittunt in æternum  
duratura ſunt, vt ait hic magnus Auguſtinus, vel  
quia Eccleſia in qua ſunt hæc veritatis testimo-  
nia, in æternum duratura eſt, quia ſolidum habet  
fundamentum, nempe Chriſtum, vt ait Paulus. 1. Cor. 3  
Diuus Baſilius per testimonia cœlum & terram in-  
telligit, quæ ab initio temporis condita ſunt, per  
quæ intelligere poſſumus ipſam veritatem æter-  
nam & inuiſibilem, vt docet Paulus Roman. 1. Et  
hoc eſt quod in contemplatione & oratione co-  
gnouit perfectiſſimè iuſtus ac intellexit.

Auguſt.

Baſilius.

Rom. 1.

1. Res. *Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.*
2. Res. *Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.*
3. Res. *Longe a peccatoribus falus: quia iustificatio- nes tuas non exquisierunt.*
4. Res. *Mifericordie tue multe Domine: secundum iudicium tuum viuifica me.*
5. Res. *Multi qui persequuntur me tribulant me: a testi- monijs tuis non declinaui.*
6. Res. *Vidi preuaricantes & tabescebam: quia elo- quia tua non custodierunt.*
7. Res. *Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.*
8. Res. *Principium verborum tuorum veritas: in ater- num omnia iudicia iustitie tue.*

INCIPIT TRACTATVS  
Vigefimus.

VERSVS PRIMVS.

*Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.*

Personã  
hois cer-  
raris con-  
tra fallax  
eos induit.

Persona que in hoc vigesimo octonario intro-  
ducitur, est hominis certantis aduersus fal-  
lax in materia diuina legis, hoc est contra  
eos.

eos qui nullam curam habent doctrinae, ac legis diuinae, vel ediscendae, vel obseruandae; Quae persona explicatur in versu sexto, vbi secundum Caietanum sic dicit, Vidi fallaces & certant: quia dictum tuum non custodierunt, quod in idem recidit cum nostra litera. Fallaces quippe sunt in opere qui preuaricatores sunt diuinae legis: & quia persona haec postulat eripi, redimi, & viuificari colligitur, recognoscere se indigere auxilio diuino, nec suis conatibus aut viribus, & ideo proponit suam afflictionem, ac subiectionem dicens, Vide humilitatem meam, & eripe me. Litera autem quae in eo praemittitur est, Res, vigesima inter Hebraeas literas quae significat caput, vel primatum, aut pauperem. Quoniam seruus Dei humilis, ac pauper praecipue circa ea quae ad caput attinent zelo Dei accenditur. Caput autem totius Christi corporis mystici veritas legis eius est, ob quam defensandam, se afflictionibus aduersariorumque certaminibus exponit, sicut coluber cum urgetur periculo, ut ait hic Ambrosius, caput semper abscondit, & in orbem se colligens obiecta reliqui corporis parte, caput solum tueri conatur, eo quod saluo capitis vigore, laesa caetera membra fertur reparare, sic enim & tu, seruato capite, Christi seruata auctoritate ac veritate legis eius, quae inter omnes capitis primatum tenet, perire non poteris, imo hac salua veritate, caetera refarcies mala: qua perdita viuere impossibile erit. Nam sicut in corpore hominis caput omnia membra fouet, & dirigit, atque sensibus implet, inde ductus venarum meatusque spiritus, sanguinis vires in totius corporis partes deriuantur, lustrat omnia, sublato capite corpus sine nomine est, non agnoscitur, nec vllus superest vsus viuendis: propterea qui in aliquo damnatur crimine, ideo capite punitur, eo quod caput ornamentum est totius

Ambros.  
Simile.

Simile.

tius

titus corporis, quia qui turpi vel scelesto reatu, bestialis immanitatis horrorem commiffisse detecti sunt, formam humanæ conditionis videntur exure. Recifo enim capite reliqui corporis truncus beftiarum corpori comparatur: fic à Chrifto capite, & ab eius veritate omnia nobis vitæ gratiæ bona promanant, quod qui abijciunt, trunci, & abfq; nomine femper erunt. De quibus dicit Pau. ad Colof. *Colof. 2.* Quod non tenent caput, ex quo totum corpus per nexu & coniunctiones, fubminiftratu & conftitutum crefcit in augmentum Dei. Dicat ergo iuftus, qui aduerfus huiufmodi certat fallaces præuaricatores. Vide humilitatem meâ & eripe me: ac fi diceret, cû tu fis prope Dñe, vide afflictionem meam, & ex huiufmodi me eripe calamitatibus, quia licet propter legem tuam affligerer, eius tamen oblitus non fum: nec fufstinui iniquum aliquid agere, aut odiffe infidiatores meos. Sic Euthymius; Vbi humilitas pro afflictione capitur, ficut crebro in facris literis fit, & fic transfert Diuus Hieronymus, fic enim orabant olim sancti afflictionem fuam ante oculos diuinos proponentes, vt fic eum ad mifericordiam flecterent, fic Ieremias Threnorum primo. Vide Domine afflictionem meam, & vide Domine quoniam tribulor. Et Daniel capite nono. Aperi oculos tuos, & vide defolationem noſtram. Sic enim ſtrenuus miles membra ſua vulnerata oftendit regi, vt ipſum eripiat è labore certaminis. Vnde hic Ambroſius dicit; Athleta bonus membra ſua monſtrat, vt conuerſationis ſuæ approbet diſciplinam; monſtrat etiam tunc membra ſua, quando poſt aliquot certamina grauiora, iterum certare compellitur, vt iudex vidēs feſſum corpus, nequaquam cum certate compellat, & tu Chrifto oftende labores tuos dicēs; Vide humilitatem meam & eripe me.

Sed

Sed Diuus Ambroſius & alij hunc verſum intelligunt de humilitate, quatenus virtus eſt; & tunc hic erit ſenſus. Nam cùm in præcedenti octonatio actum fit de clamore concluſi perentis liberari & exaudiri; & quia nemo liberatur nec exauditur, niſi per humilitatem, quæ ſemper Deo placuit, ſecundum illud Iudith nono. Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio, ideo humilitatem ſuam oculis omnipotentis obijci, vt clamor eius ante maiestatem Dei aſcendat. Scriptum quippe eſt. Eccleſiaſt. trigefimoquinto. Oratio humiliantis ſe nubes penetravit, & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec altiffimus aſpiciat: cernimus quippe aues, quæ vt in alta ſe iactent, prius ſe in terra inclinant pedore, atque alis puluerem attingentes; exindeq; vſque ad nubes pertingunt. Imo & flamma prius ſtatu contrahitur, vt poſtea eleuetur; fic eſt oratio eius qui ſe humiliat, & tamen cum humilis ſit proterua videtur eius oratio; cum non conſoletur niſi appropiaquet, nec diſcedat donec aſpiciat altiffimus. Eſt enim humilis oratio veluti blanda quedam ac mollis contentio cum Deo, quæ eum ad amorem & miferationem flectit; Nam ſermo mollis (qualis eſt humilis oratio) frangit iram Dei. Prouerbiorum 15. Cui etiam congruit litera, Res, quæ ſignificat caput, quoniam humilitas eſt caput quæ totum noſtrorum actuum fouet corpus, inflatus autem hoc caput non tenet; quia non amplectitur Chriſti humilitatem, quæ eſt caput omnium virtutum. Dicitur etiam primatus quoniam primatus ille qui per Chriſti humilitatē habetur, non datur filio maiori, id eſt, maiora de ſe ſententi: ſed minori fratri Iacob placido, quieto, ac minorā de ſe intelligenti.

Humilitas quidē virtus eſt quæ acquiri pōt humanis

Ambroſ.

Iudith. 9.

Eccle. 35

Simile.

Prou. 15

Gen. 27.

manis viribus, sicut alia virtutes acquirunt, ac naturales, sicut docet Dicitur Thomas. 2. 2. quæst. 161. articulo 1. licet non fuerit à Philosophis cognita, quia emanerunt in cogitationibus suis, & obsecratum est insipientes cor eorum: nam vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei. Quare nihil de humilitate dixerunt, licet contineatur sub iustitia legali, qua subditus principi obedit. Sed ratio ipsa ratio humilitatis potior est in humilitate, quatenus virtus infusa est: non ea generalitate, solum qua virtutes infusa sunt potiores acquiruntur, sed volumus dicere quod ipsa ratio humilitatis, potior est in infusa, nam proprium principium humilitatis est se cognoscere, & Deo se subijcere, sed per solum gratia munus cognoscere possumus defectus nostros, & gratiam ac celsitudinem divinam, secundum illud. 1. Corinthiorum. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quare humilitas propria virtus est viri Christiani, quam à Christo magistro suo apertissime verbo, & exemplo edoctus est. Hanc virtutem sancti tanquam caput ac fundamentum omnium virtutum summis laudibus efferunt, quod tamen non sic intelligendum est, quasi omnibus sit præferenda virtutibus, cum & Theologicæ potiores sint, & inter morales iustitia legalis atque religio prævineant: sed dicitur caput ac fundamentum, quoniam aufert impedimenta spiritualis edificij. Sicut quando in edificio fundamenta aperitur, extrahuntur ea quæ impedire possunt: sic quia humilitas aufert superbiam, quæ maxime impedit spiritualem structuram, quoniam Deus superbis dicitur resistere. Iacob. 4. ideo dicitur fundamentum, hoc est dicere in nostro vulgari (la çanja del edificio Christiano.) Quod quoniam in cælum vult

que pertingere debet, profunda debet habere fundamenta. Unde Ambrosius hic, vide humilitatem meam ait, quoniam humilitate superbia vincitur, quare omni Christiano necessaria est, & etiam dicitur caput ac fundamentum, quoniam nulla virtus est, quæ reddat hominem habiliorem ad hoc quod à Deo recipiat bona, quod sic patebit. In omnibus enim actionibus passivum proportionatur activo, & secundum dispositionem passivi splendet in eo virtus agentis, & quanto est maior virtus agens, tanto est minor potentia ex parte passivi necessaria, quæcunque autem natura creata ad bonum divinum supernaturale comparata est veluti nihil, & ideo qui se extimat nihil esse, hoc est, proprium passivum respectu illius. Sic Isaia 57. Hæc dicit excelsus, & sublimis habitans æternitatem, & sanctum nomen eius in excelsis, & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, ut vivificet spiritum humilium: ut vivificet cor contritorum. Ecce quomodo quoniam excelsus est Dominus, & humilia respicit in eis operatur talibus quæ bona sua impartitur. Ortum autem habet humilitas ex consideratione vitæ propriæ, & celsitudinis Dei. Considerans humilem naturæ conditionem dicebat Abraham; Loquar ad Dominum cum sim pulvis & cinis. Genesis 18. & Iob 18. Putredini dixi; pater meus es mater mea, & soror mea vermibus. Id nobis insinuare vult Spiritus sanctus cum Michæ 6. dicit. Humiliatio tua in medio tui, hoc est, in ventre, quem voluit auctor naturæ ante nos esse, ut præ oculis haberemus infirmam ac cædam nostræ naturæ conditionem, qua vana superbia concutere-tur. At secunda causa humilitatis est intuitus divinæ maiestatis: cuius esse expers est omnis defectus. Quare in conspectu eius infirmitas nostra clarius cernitur, secundum illud Iob 15. Stellæ non sunt mundæ

Ambrosius

Isa. 57.

Psal. 132.

Genesis 18.

Iob 18.

Mich. 6.

Iob 15.

**Bernar.** munda in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Bernardus ad fratres de monte Dei, Nunquam se, ait, melius apprehendit modus humanæ imperfectionis quam in lumine vultus Dei in speculo diuinæ visionis.

**August.** mens humilis in suo imo manet. Quare Diuus Augustinus humilitatem ex his duobus conditionibus describit, dicens, Humilitas est ex intuitu propriæ conditionis, & sui conditoris voluntaria mentis inclinatio in suo imo ordinabili ad suum conditorem. Humilitas est velut quadam mentis inclinatio & genuflexio coram Deo, eum semper venerans.

**Seneca.** Seneca in Epistolis sic dicit; Quod homines liberrime de alijs faciunt, de te mala existima, illud tamen maximè tracta, quod in te esse infirmum senties; sic palea locum supremum tenet non sui nobilitate, sed vento, & sui vanitate, granum vero quod pretiosum est tenet locum imum: sic superbia vilis elationis opinione, vel ambitionis presumptione super alios se extollit: humilitas verò in imo remanet. Bernardus in l. de duodecim gradibus humilitatis sic eam describit; Humilitas est veritas, qua homo verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit.

Valet autem ad humilitatis commendationem primo quia in Scriptura maximè commendatur

**Eccles. 3.** Ecclesiast. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Quanto maior es, ait, Gregorius in Moralibus Mirum est, ait, cum in cordibus sublimium, regnat humilitas morum, vnde pensandum est quia potentes, quippe cum humiliter sapiunt, culmen extraneæ, & quasi posita à longè virtutis acquirunt. Bernardus; Nō est magnum in afflictione esse humilem. Magna prorsus & rara virtus est humilitas honorata. Eccle. siast. 7. Humilia valde spiritum tuum. Luc. 14. Re-

umbe in nouissimo loco. Secundo, quia Christus verbo & exemplo maximè nobis eam commendat.

**August.** Ambula per Christi humilitatē, vt venias ad æternitatem: & alibi, Medicina tumoris hominis, est humilitas Christi erubescat homo esse superbus, quia humilis factus est Deus. Erubesceret miles sedere in scanno si videret regē sedere ad terram. Isa. 64. Vtinā dirūperes celos, & descēderes: à facie tua mōtes defluerent, id est, superbi humiliarentur. Bern. Intollerabilis impudentiæ est, vt vbi se exinanituit maiestas; infletur vermiculus & tumescat. Magisterium humilitatis specialiter sibi Christus ascribit. Mat. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Super quo August. libro de Virginitate, Non dicit, discit, à me mundum fabricare aut mortuos suscitare, sed quia mitis sum, & humilis corde. O doctrinā salutarem, O magistrū Dominūq; mortalium, quibus mors poculo superbix propinata atque transfusa est. Noluit dicere qd ipse non nosset, noluit iubere quod ipse non faceret: ita ne magnum est esse paruum, vt nisi à te qui tā magnus es fieret, disci omnino non posset? Ita plane, non enim inuenitur aliter quies animæ nisi inquieto tumore digesto, & quia ex humili matre, humili loco nasci & cætera omnia, quæ humilitatis sunt assumere voluit. Hoc erit vobis signum, ait Angelus ad pastores, inuenietis puerū pannis inuolutum & positum in præsepio. Vbi Bernardus. In signum positi sunt panni tui dō bone lesu, sed in signum cui hodie à multis cōtradicitur; sic plane sic decet: vt vincat etiam humilitate, qui sublimitate vincebat. Tertio, quoniam miro modo humilitas placet Deo. Canticorum

**Cant. 1.** 1. Cum esse rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, id est, humilitas, nardus enim humilis arbor est, odor autem bonus com-

G g g placen-



placenciam in Scriptura significat, secundū illud,  
*Pf. 140.* Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu  
 tuo, id est, accepta & placita sit ante Deum; sicut  
 species aromaticæ cum in pulnerem rediguntur  
 vehementius redolent, sic bona hominis cum per  
 humilitatem quasi comminuta fuerint. *Cant. 5.*  
*Cant. 1.* Quæ est ista quæ ascendit de deserto sicut virgula  
 fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & universi  
*Pf. 101.* pulueris pigmentarij? & Psalmista. Respexit in ora  
*Gregor.* tionē humilium, vnde Greg. Magnus creatori no  
 stro ad recipiendū fletus humilium misericordie  
*Pf. 135.* sinus. Quare alibi Psalmus, In humilitate nostra  
 memor fuit nostri. Quarto, quoniam humilitas  
*Eccl. 13.* gratiam haurit, vt vas inclinātū Eccl. 13. Humilitate  
 re Deo & expecta manus eius. quare vasa vacua  
 impleta sunt oleo, hoc est, diuina misericordia.  
*4. Reg. 4.* Reg. Humiles glorificat Deus. *Iob 22.* Qui humi  
*Iob 21.* liatus fuerit, erit in gloria. & *Psal.* Tu populū  
*Psal. 17.* humilem saluum facies, & humiles spiritu salua  
 bis. Nec mirum, hæc enim virtus specialiter subditū  
 hominē maiestati Dei, est & fidelissima Deo, quia  
 non sibi vsurpat quæ sunt Dei: nā ipsa dicit illud,  
*1. Cor. 4.* Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? charitatem  
*Bernar.* reparat. Bern. Sola virtus humilitatis læsæ est repara  
 ratio charitatis. Nam videmus per contumaciā hu  
 milē reparari in peccatore. Laqueum euadit. Vnde  
*D. Anto  
 nius.* cum D. Antonius mundū plenum laqueis vide  
 ret exclamauit & dixit, & quis effugiet laqueos  
 hos omnes? & audiuit vocem dicentis, sola humi  
 litas Antoni. Item humilitas pacatissima est: nam  
 & cū suo contrario pacē habet: nempe cū super  
 bia, quis nam vidit vnquā ignē, cum aqua pacem  
 habere? nullus hominum certe, & tamen humili  
 tatis virtus cū superbia pacata est. Superbus alius  
 superbum non capit, imō expellit ac pūgit, cum  
 enim vnus alterius ferit tumorem. Apud geome  
 tras

trās demonstratur quod spherica corpora quæ  
 quasi tumida sunt: non possunt se contingere nisi  
 in solo punto. Vnde pungere se inuicem possunt  
 nō tamen sibi coaptari: sic superbi qui turgidi ac  
 rumentes sunt. Vnde *Prou. 13.* Inter iuperbos sem  
 per sunt iurgia, at vero corpus concavum, in con  
 cavitare illa, quæ vacua est, sphericum corpus at  
 que rotundum in se capit. Sic humilis superbum  
 pacificè recipit atque pertractat. Vnde *Isa. 11.* Ha  
 bitabit lupus cum agno, & pardus cum hēdo ac  
 cubabit, vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur;  
 hoc est, superbi cum humilibus, & puer paruulus,  
 id est, humilis minabit eos.  
 Scire etiam debes, quomodo acquiritur humi  
 litas, quæ tot comoda affert. Et dico quod licet vir  
 tutes potissimè sedem habeant in potentijs inte  
 rioribus, tamen præcipuum negotium est adhibē  
 dum circa exteriora: nam consentaneum est ho  
 minem per sensibilia ad interiora deduci. Proptere  
 rea volenti parare habitum abstinentiæ exteriora  
 necessaria sunt, nempe ieiunia, sobrietates &c. &  
 hoc potissime in humilitate necessariū est: non tā  
 tum quia à facilioribus est inchoandum: sed quia  
 per exercitium humilitatis paulatim absconditur  
 verecundia seruandi ea, quæ coram hominibus  
 despectabilia apparent; & ideo qui vult acquirere  
 humilitatē, ab exterioribus debet incipere. Vnde  
 instituta sūt huiusmodi exercitia in religionibus,  
 dum modo non sint inutilia irrisione digna, quæ  
 plus vanitatis ac superbiæ, quam virtutis & veræ  
 humilitatis præferant. (Quæ sea mas elruydo  
 que las nuezes.) Vide *D. Tho. 2.2.* quæst. 161. ar  
 tic. 6. ad secundum. Dicat ergo verus Dei cultor &  
 sanctus. Vide humilitatem meam, vbi Hilarius sic  
 ait; Non regni opes, non spiritum prophetiæ,  
 non aliquid humanæ iactantiæ nominat conspi  
 Ggg 2 ci

*Simile.*

*Prou. 13*

*Isa. 11.*

*D. Tho.*

*Hilarius*

ei in se, sed humilitatē precatur. (& eripe me.) Nā superbus malis innectitur, vt humilietur, humilis eripitur vt exaltetur, vt ait hic glossa. (Quia legem tuam non sum oblitus.) In qua veluti peculiare ius habetur; Qui se humiliat exaltabitur & qui se exaltat humiliabitur, vt ait hic magnus August.

Luc. 10.  
August.

VERSVS SECVNDVS.

*Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.*

August.

**A**ugustinus vult, quod hic versus sit veluti repetitio superioris: quod enim ait, vide humilitatē meā, hoc est, iudica iudicium meū, & quod ait, eripe me, hoc est, & redime me, quod vero supra dictum est, quia legem tuam non sum oblitus, huic congruit, quod hic dicitur; propter eloquium tuū viuifica me: Ipsum enim eloquiū est lex Dei, quam non est oblitus, vt se exaltandus humiliaret, ad ipsam vero exaltationem pertinet, quod ait, Viuifica me, quia sanctorum exaltatio vita æterna est.

Vel dic qđ petit eripi, hoc modo, vt à Deo iudicetur causa sua: nā quē scit æquissimum esse, et nouit & pijsimum, potiusque ab eo iudicari, quam ab homine iniusto & impio desiderat, secū dum illud Iob 6. Qui cepit ipse me cōterat: soluat manum suam & succidat me; ac si diceret. Ipse me vel condemnet vel absoluat, viuificet vel occidat: dum modo ad impiorum hominū iudiciū nō me remittat. Scio enim ipsum pollicitum esse vitam his, qui suę pijsimæ maiestati ex corde se tradunt. Id etiam significare voluit Rex David 2. Reg. 24. cum

Iob 6.

2. Reg.  
24.

eum dixit; Melius est mihi incidere in manus Dei, (multæ enim misericordiæ sunt eius) quam in manus hominum. Vel tertio vt postulet Deum sibi tanquam iudicem & patronum causæ suæ. Vnde Caietanus legit; Litiga litem meam, & eripe me, hoc est, ad similitudinem aduocati atque patroni assume causam meam, & à tot fallacijs eripe me, vt vitam propter promissa tua.

Caietan.

Obserua quod in nobis duplex est iudicium, quo pro peccatis nostris iudicamur. Vnum est iudicium nostrum, aliud est iudicium Dei: iudicium nostrum dicitur, quo nos voluntarie nos ipsos iudicamus, nos ipsos pro peccatis nostris mortificantes, & carnem castigantes, & hoc vel in satisfactionem præteritorum peccatorum, vel in cautelam futurorū. Sic enim seipsum iudicabat Apostolus cum 1. Corinthiorum 9. dicebat; Castigo corpus meum &c. Aliud est iudicium Dei, quod nos quidem nō assumimus, immisium tamen toleramus, sicut sunt flagella quæ ab extrinseco à Deo nobis immittuntur pro nostris delictis, de quibus Psal. 9. dicitur; Cognosceretur Dominus iudicia faciens.

1. Cor. 9.

Psal. 9.

Primum autem iudicium quo homo seipsum iudicat plus Deo placet, quā aliud ab extrinseco illatū, nam sic contritio est iudicium nostrum, quam Deus summopere optat: de quo iudicio loquitur hic Psalmista, dicens; Iudica iudiciū meum, & redime me: quasi diceret, quia Deus videt quod me ipsum iudico, ideo me redimit à peccato. Et huius iudicij solum in præsentī est tempus, quia hic quisq; seipsum iustificare potest, quod in futuro non habebit locum. De quo iudicio dicitur Iob 34. Nequaquam ultra in hominis est potestate, vt veniat ad iudicium. Vbi Gregorius 25. Moral. cap. 6. sic ait, Hic nimirum, non illud iudicium designatur, quod per æternam

Iob 34.  
Gregor.

Ggg 3 retri

retributionem punit, ſed quod mente conceptum per conuerſionem diluit, & quod eſt illud iudiciū niſi de quo Apoſtolus dicit 1. ad Cor. 11. Si noſmet-  
*1. Cor. 11*  
*Pſal. 98.* ipſos iudicāremus, non utique iudicāremur? & Pſal. 98. Honor regis iudiciū diligit. Vt videlicet, qui iam Dominum honorat ex fide ſolicite conſideret, quid ei debeat in operatione. & alibi dicitur Iudicare coram Domino & expecta eum. Coram Domino iudicatur, qui corde Dominum conſpiciat, & actus ſuos ſub eius penitentiā ſolicite inqueſtione diſcernit. Quem tanto ſecurius quiſq; expectat, quanto quotidie vitam ſuam ſolicite examinat. Qui enim ad extremum eius iudiciū venit, non iam coram illo, ſed ab illo iudicatur. Debet ergo vniuſcuſque mens, & cauſas ſuas apud Dominum, & cauſas ſuas coram ſe ſolicite inqueſtione diſcutere: debet caute penſare vel quæ bona ab eo percepit, vel quæ mala bonis illis peruerſe viuendo reſpondet, quod electi facere quotidie non ceſſant, penitendo feriunt, quod ſuperbè commiſerunt, ibi tor patiuntur ſupplicia, quot pati timet. Nec deeſt in hoc iudicio mente concepto omne miniſteriū, quod punire reos plenius debeat: nam conſcientia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat: quod iudiciū eo certius punit, quo interior ſæuit. Vnuiſque enim cum cauſam humani examinis cōtra ſe aggredi ceperit, ipſe eſt actor qui exhibet, ipſe eſt reus, qui exhibetur: odit qualem ſe fuiſſe inuenerit, & ipſe eſt qui ſemetipſum inſequitur illum qui fuit; atque ab ipſo homine aduerſus ſemetipſum ſit quædam rixa in animo parrentens pacem cum Domino, & ſubdit; Quia ergo nunc in poteſtate noſtra eſt internum mentis noſtræ contra nos ſubire iudiciū, recognoſcendo accuſemus noſmetipſos, & quales fuimus penitendo torqueamus: non ceſſemus dum licet iudi-

iudicare, quod fecimus. Vnde Prouerb. 11. dicitur; *Prou. 11*  
 Cogitationes iuſtorum iudicia. Haſtenus D. Gregorius. Et certe hoc iudiciū noſtrum exigit à nobis Deus, vt excuſemus ſuū: quod portare nequaquam poterimus. Si enim Angeli, vt ait Petrus 2. *2. Pet. 2*  
 Epit. c. 2. qui ſpirituales naturæ ſunt, non poſſunt portare iudiciū eius, quid nos miſelli, ac imbecilles portare valebimus? Vnde & per Prophetam Ierem. 2. dicit Dominus; *Ierem. 2*  
 Quid vis vt iudicio cōtendam tecum? ac ſi diceret, tu te ipſum diſcutiendo iudica, ne me vt te iudicem compellas: non enim euadere poteris iudiciū meum. Hinc illa vox ad primum parentem, Adam ubi eſ? non quaſi igno-  
*Gen. 3.*  
*Hebr. 4.* ras ubi nam lateret id interrogat Deus, cum nulla creatura ſit inuiſibilis in conſpectu eius: ſed occaſionem præbere voluit, vt ipſe ſateretur peccatum ſuum, ac ſe iudicaret, ne in Dei iudiciū incideret. Horrendū quippè eſt incidere in manus Dei uiuentis. Idem voluit cum fratricidam Cain interrogauit, ubi eſſet Abel frater ſuus. Imò Dominus id eum Samaritana agebat cum ei dixit, vt vocaret virum ſuū, quaſi eam ponens in via vt ſateretur peccatum ſuū, ſed quia celare voluit, ipſe ei impropere-  
*Gen. 4.*  
*Ioan. 4.* rauit dicens, quod eſſet cum alieno viro. Conſirere ò homo peccatum tuū ad auriculam ſacerdotis, ſub ſigillo quod aperiri nō poteſt: niſi velis quod Deus coram Angelis & hominibus manifeſtet in *Pſal. 31.*  
 die iudicij. Ideo quippè dicuntur teſta peccata penitentium, quia ſi in occulto modo conſitentur, non exibunt in publico, vt confundantur. Vnde *Iſa. 43.*  
*Pſal. 31.* Iſa. 43. ſecūdum Sepruaginta dicitur; Die tu prior iniquitatē tuam, vt iuſtificeris. & Pſal. Dixi & conſitebor aduerſum me in iuſtitiam meam Domino, & tu miſiſti iniquitatem peccati mei. hoc enim ſingulare eſt apud Dei tribunal, quod cum in alijs & reus cōfiteretur peccatum damnatur ad mortem,

*Iob 9.* in hoc reus si fallus fuerit delictum suum abfoluitur; Ego te abfoluo, ſubinfert iudex, poſt rei ac peccatoris cōfeſſionem: & ſic intellige illud *Iob 9.* Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceris delinquenti: quoniam niſi te ipſum iudicaeris in hac vita ac punieris, erit in alia puniſio tua. Nullum ergo crimen erit impunitum; quoniam niſi in præſenti vita, per proprium iudicium voluntariè caſtigauerit impius, ſubmittendo ſe Eccleſia iudicio, in futura æternaliter ſoluet.

Ultimo intellige carmen hoc de iudicio, quo per aduerſa iudicamur à Domino, ut vult hic *Ambroſ.* unus *Ambr.* ac ſi diceret; Iudica iudicium meum &c. id eſt, hic fac iudicium meum, hic puni peccata mea, hic ure, hic ſeca, hic percutite, hic flagella; quia hic iudicatus liberabor à culpa, & ſalvabor in gloria. Et hoc eſt quod ſubdit, & redime me, id eſt, per talia iudicia redimes me à culpa: illos quippè ſolos præſentia iudicia ſaluant, quos emendant, ait *Gregorius.* (Secundum eloquium tuum viuifica me.) Quia per talia iudicia caſtigatus æternaliter vitam: ſic enim dicit Dominus *Deu. 32.* Deuteron. 32. Ego occidam, & ego vitare faciam; percutiam, & ego ſanabo.

VERSUS TERTIVS.

*Longe à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.*

**H**ic oſtendit pœnam, ac culpam peccatorū qui ſtatuta Dei cōtemnunt: vel ea fallaciter interpretantur, de cetero; Longe &c. quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. Hæc eſt culpa

pa- propter quam longè eſt ſalus ab eis, ſecundum illud *Prouerb. 15.* Longè eſt Dominus ab impijs. *Prou. 15.* Metaphoricus ſermo eſt; verè enim Deus longè à peccatoribus non eſt diſtantia locali, ſed diſſimilitudinis. Sunt enim valde diſſimiles diuinæ voluntati, quæ odit peccata, in quibus tamen ipſi delectantur. Vnde eodem capite dicit *Sapiens;* Cor ſultorum diſſimile erit.

Obſerua ideo à peccatoribus longè eſt ſalus: quia ipſi ſaluti appropinquare nolunt, ſicut enim anima nunquam deſerit corpus: niſi ex defectu corporis, ut puta propter infirmitatem, ſenium vel illationem paſſionis ab extra: ſic & Deus animam non deſerit, niſi propter defectum ipſius animæ, vnde non Deus qui eſt ſalus elongat ſe ab eis, ſed ipſi à Deo, non quidem loco, ſed moribus: id ergo eſt longè eſſe à Deo, Deum deſerere, i. mandata eius non custodire. Vnde ideo longè à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes, hoc eſt mandata Dei, non custodierunt. quod in parabola de filio Prodigio adumbratum eſt cum dicit abiſſe in regionem longinquam à patre ſuo, quoniam infinite diſtat peccator à Deo: nam peccatum in quantum aduerſatur Deo, qui infinitus eſt, infinitatem quandam dicit; Quare dum eſt in peccato mortali (de hoc quippè loquimur) appropinquare Deo non poteſt: Deus autem non ſe elongat à nobis niſi quantum iactus eſt lapidis, ut patet *Luca 22.* Ut ſi peccator inuocet citiſſime auidiat: nam in quacunque hora ingemuerit peccatum ſuum, præſtò a deſt Deus illi; ipſi ergo ſe à Deo longiſſime diſtrahunt, & ideo ab eo derelinquantur. Quoniam Deus ad animam venit non vocatus; non tamen vadit niſi reiectus.

Longe à peccatoribus ſalus, quia longe à cordibus

ac desiderijs eorum: quoniam iustificaciones Dei non exquirunt, vt ea aperte compleant, licet forte aliqui eas exquirunt, vt sciant. *Iſa. 58.* Me creatura de die in diem quarunt, & ſcire vias meas volunt. Quasi gens que iustitiam fecerit, & que iudicium Dei sui non dereliquerit, Rogant me iudicia iustitiae, & appropinquare Deo volunt, tamen non appropinquant, nisi ore tenus: secundum illud *Ierem. 2.* Prope es tu ori eorum, & longe a rebus eorum. (Logè à peccatoribus salus.) Multiplex est salus: vna carnis, qua est peccatores fruuntur: alia est sanitas spiritus, hæc est sanitas gratiar, que tñ est bonorum: alia celestis, id est, gloriæ que ad præcedentem cõsequitur; prima tollit morbos corporis, secunda spiritus, tertia vtrosq; quando nec in carne infirmitas, nec in anima peccatum erit. *Quoniam* absterget Deus omnẽ lachrymã: vt dicitur *Apoc. 21.* Est & quarta salus, quæ est fons aliarũ, hæc est Christus Iesus: de qua *Ioan. 4.* Salus ex Iudæis est. Ab hac et elongabuntur peccatores in perpetuum, cum à corpore exierint: audient quippe tremendam illam, ac omnium terribilium sententiam, ab ore ipsius iudicis promulgatam, cum dicit eis. *Ite* (yd os de mi) à quo fugas eos Domine? à te quies fons vitæ, salus, quies, ac beatitudo omnium? *Quo* ibo a spiritu tuo? tantillum te cognouerat Petrus *Pf. 138.* & dicebat; *Quo* ibimus à te Dñe, verba enim vitæ æternæ habes? Scintillam, quãdam in mensse lucis tuæ in trãfiguratione viderat, & diuelli ab illo loco nolēbat: sed dicebat; Bonũ est nos hic esse. *Quo* ergo, id ferre poterūt mali, à te qui bonum omnium es, in sempiternum diuelli? Expulsi à te fratricidam illum primum, & omnibus membris tremens per longissimã vitã tremebundus permanfit. Quid faciet miser homunculus, quem à te in sempiternũ expuleris? *Quot* angustiar, dolores, tremores, dentium

dentium stridores apprehendent eum? Discedite à me, à me inquam, qui summum omnium rerũ bonum sum: ergo si à bono summo eos expellis, in summum rerum omnium malum eos detrudere vis: vt adimpleas illud *Sophonie 1.* Dispergam eos qui auertuntur de post tergum Domini, & qui nõ exquiescerunt Dominum, nec inuestigauerunt eũ: longè ergo à peccatoribus salus, cum à te qui eter na salus es in æternum elongabuntur.

Obserua. Quãdo peccatores elongantur à Deo, errant circa diuina & cœlestia propter nimiam distantiam. Nam vt docet *Basilius*, nimia distantia circa tria facit errare, nempe circa quantitatem, qualitatem, ac circa figuram. De primo ponit *Basilius* exemplum in Sole qui propter longum interuallum quo à nobis distat vix pedalis quantitatis apparet nobis in diametro, cum absque mensura maior sit: circa qualitatem est exemplum de velis nauium, quæ cum sint alba, apparent multũ distantibus esse nigra: circa figuram etiã erratur, vt patet in turribus, quæ cum sint quadratæ apparent longè rotundæ, vt dicit autor de visu propositione decima, quia in magna distãtia anguli quadrati non immutãt sensum: hoc modo peccatores elongati à Deo tripliciter errant circa futurã gloriam; circa eius quantitatem non considerantes quã magna est multitudo dulcedinis Dei, & illud, ò *Israel* quã magna est domus Domini, & ingens locus habitationis eius? circa qualitatem non considerant, quia nec auris audiuit nec in cor hominis ascēdit gloria quam preparauit Deus diligentibus se, imò & circa figuram decipiuntur, nec enim animaduertunt quã stabilis sit & eterna; est enim in quadro posita, sicut dicitur *Apocal. 21.* Ipsi autem credunt eam esse rotundam, id est, volubilem & caducam: vnde, longè à peccatoribus salus &c.

Obser.

*Sopho. 1.*

*Basilius.*

*Basilius.*

Obseruandum deniq; Peccator dupliciter acci-  
 pitur, vel quòd habilis est ad peccandum: & sic om-  
 nis homo peccator dicitur in vita præfenti, quem-  
 admodum & pictor dicitur, non ab actu pingendi,  
 quia etiam dormiens pictor est, sed ab habilitate.  
 Secundò dicitur peccator ab actu peccandi, vel  
 ab ipso peccato in quo iacet, & sic accipitur pecca-  
 tor hic. Vnde Gualfredus exponens hunc versum  
 dicit; Longè à peccatoribus salus verum est si per-  
 manent peccatis, dum dissimulant, dum excusant,  
 dum vel peccant in spe vel desperantes in malo  
 rum profundum decidunt contemnentés, talia  
 quippe peccata separant nos & Deum, & murum  
 interponunt.

Gualfre.

VERSVS QVARTVS.

Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum  
 iudicium tuum viuifica me.

**H**OC est dicere, licet à peccatoribus lon-  
 gè sit salus, hoc est Christus, tamen  
 misericordiæ multæ sunt Domini,  
 Quibus præsto es peccatoribus que-  
 rentibus te: nam effectus diuinæ pie-  
 tatis, multi & varij sunt, multipliciterque miser-  
 tus es nobis, imò mille & mirabilibus modis nos  
 succurrere miseris: sicut scriptum est Threnorum, 3.  
 Misericordiæ Domini, quia non sumus consum-  
 pti, quia nõ defecerunt miserationes eius: nec enim  
 poterit cõtinere in ira sua misericordias suas. Deus  
 puniebat quidem Iudæos per Chaldæorum capti-  
 uitatē, nec tamen interim misericordiæ obliuiscer-  
 batur, quoniam non vsque ad internecionem læ-  
 uiebat gladius; vnde & subdit ibidem; Quia si abie-  
 cit

Thren. 3

2. Reg. 2

cit & miserebitur, secundum multitudinem miseri-  
 cordiarum suarum. & Iob decimo. Licet hæc celes-  
 in corde tuo, tamen scio quod vniuersorum memi-  
 neris, hæc est etiam, si aliquando ob scelera nostra  
 misericordiam celes in corde tuo, non tamen obli-  
 uisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ cum  
 aliquando dixeris per Isaiam; Nunquid obliuisci  
 poterit mulier infantis vteri sui? & si illa oblita fue-  
 rit, ego tamē nõ obliuiscar tui. Vel ipsa vna, ac sim-  
 plex misericordia Dei vocata est pluraliter miseri-  
 cordiæ, propter multiplicem actum suum: misericor-  
 diæ ergo Domini multæ, quia & si longè sit à pec-  
 catoribus salus, tamen nec peccator desperes, quia  
 multæ sunt misericordiæ Domini. Vnde Ambrosi-  
 us hic; Multæ misericordiæ Domini, quia qui  
 suo peccato pereit, misericordia Domini liberant.

Iob 10.

Psal. 43.

Isa. 49.

Ambros.

Obserua; Misericordiæ Domini multæ dicun-  
 tur, quia sunt vniuersales Psalm. 32. Misericordia  
 Domini plena est terra. & Psalmo 47. Suscepimus  
 Deus misericordiam tuam in medio templi tui:  
 ubi Bernardus sermone de Purificatione ait; In  
 medio templi nostræ animæ misericordia Dei est,  
 non in angulo aut diuersorio, quia non est apud  
 Deum acceptio personarum, in communi posita  
 est, omnibus offertur, & nemo illius expers est, nisi  
 qui renuit; Suscepimus Deus misericordiam tuam  
 in medio templi tui: longè est hæc gratiarum actio  
 à voce illa gementis, Domine in cælo misericordia  
 tua, quid enim, videretur ne tibi in medio fuisse mise-  
 ricordia, cum apud solos cæligenas haberetur? at  
 ubi Christus minoratus paulò minus ab angelis  
 factus est Dei & hominis medius, ex hoc suscepi-  
 mus Deus misericordiam tuam, in medio templi  
 tui: eramus enim nos natura filij iræ, sed cõsequuti  
 sumus misericordiam, & non solum sunt vniuersa  
 les verum etiam sunt magnæ. Psalm. quinquagesi-  
 mo.

Psal. 32.

Psal. 47.

Bernard.

Psal. 50.

MO.

mo. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, vbi Bernardus docet, quod ſicut ſunt peccata minima, mediocria, & maxima. Ita & miſericordia; parua enim miſericordia eſt dare temporalia, mediocris expectare peccatorem ad penitentiam, magna indignum coronare & ad gloriam Dei reſtituere. Magno igitur peccatori magna eſt opus miſericordia; & vbi abundauit delictum ſuperabundabit & gratia, Roma. 5. & ideo, vbi abundauit delictum vel iniquitas datus eſt Chriſtus, qui magna eleemoſyna fuit; priſcis autem parua, vtpote Abraham Moyſes, &c. & dicitur parua miſericordia vel mediocris non in ſe, ſed in comparatione ceterarum, alioquin magna miſericordia eſt expectare peccatorem cum angelum non expectauerit, ſed conſectim damnauerit ei: & certe quantum ad effectum plus miſeri magis miſeretur Deus, licet ſecundum ſe æqualis ſit omnibus miſericordia Dei; vtpote qui ipſe Deus eſt qui non recipit magis aut minus; eſt ergo miſericordia Dei & vniuerſalis & magna, eſt etiam multiplex, vnde ſubiungit Pſal. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Vbi miſerationes pro ipſis effectibus, & operibus miſericordiae ſumuntur, qui multi ſunt, quonia vbi a principio diximus, mille modis nobis miſericordiam tribuit; illum aduerſis ſanat, hunc proſperis, alium in nuptijs, iſtum in celibatu, illum præmi amore allectum, alterum timore penarum conculſum, hunc blanditijs, illum minis, hunc velociter rapiendo, alterum miſericorditer expectando, iſtum in abſcondito, illum in propatulo; igitur in præcedenti verſiculo miſericordiam Dei magnificauit, ſecundum quantitatem continuam dicens, magnam, hic autem ſecundum quantitatem diſcretam, dicens; Secundum multitudinem. Bene autem dicitur

etur miſericordia Dei multiplex & magna; nempe intenſiue exenſiue, & duratiue; intenſiue eſt multa & eſt fortis, quia delet peccatum; quod eſt tantæ malitiæ; vt pro eo nullus mortaliu ſatisfacere poſſit: vt oſtendit Diuus Anſelmus. r. lib. cur Deus homo. cap. 6. Vbi oſtendit, quod oportet dare hominem in ſatisfactionem peccati commiſſi aliquid maius omni eo, quod non eſt Deus, quod nullus mortalium facere poſſet, & ideo ex miſericordia Deus incarnatus eſt, vt pro homine ſatisfaceret factus homo: ſed quod teneretur homo dare pro peccato aliquid maius omni eo, quod non eſt Deus, probat Anſelmus cap. 21. quia homo non ſatisfacit pro peccatis ſuis niſi reddat aliquid maius, quam ſit illud pro quo peccare non deberet. Vt qui in prætorum iniurijs eſt, vt defendat regem nihil debet: quia aliquid maius dat, quam ſit illud pro quo peccare non deberet; ſed ſi propter aliquid inferius à prætorum eum offenderet, reus eſſet, ac debitor, nec ſatisfaceret, niſi per aliquod opus excellens detrimentum quod accepit prætor, vt Ionathas qui prætermiſit adiurationem patris ſui regis Saul, ob quod erat debitor penæ quam intulerat rex, ſed quia maius beneficium contulit Reipublicæ Iudæorum ob lucrata ex Philistijs illuſtrem victoriam: abſolutus eſt à penæ, quia maius opus fecit quam fuerit prætermiſſio præcepti patris. 1. Reg. 14. Debet ergo peccator reddere aliquod maius quam ſit illud pro quo peccare non debet, ſed pro omni eo quod non eſt Deus non debuit homo peccare: ergo oportet pro peccato reddere aliquid maius omni eo quod non eſt Deus, & iſtud eſt vita Chriſti; & ideo dicitur ad Titum 3: Non ex operibus iuſtitiae quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Iſta ergo miſericordia fuit fortis intenſiue, nam vt Philoſophus docet,

docet, primo de celo, virtus & fortitudo potentia  
 aeterna terminatur per maximum, in quod potest.  
 Quare si esset aliqua potentia que posset in dupli-  
 triplum, quadruplum, & sic in infinitum, illa dicere-  
 tur infinita in se: sed talis est Dei misericordia  
 quia non est dare peccatum ira graue, vel magni  
*Coelis 2.* quin misericordia Dei maior sit ad remittendum,  
 ideo quippe dicitur Deus prestabilis super mali-  
 tia (porque no ay peccados que puedan agotar su  
*Sapient. 8.* misericordia.) Et Sapient. 8. dicitur quod sapientia  
 vincit malitiam.  
*Simile.* Est etiam misericordia Dei infinita extensiuè,  
 quod patet primo ex parte subiecti nempe Christi  
 Dei: nam si quis vicinis omnibus concederet ritum-  
 los de fonte sua, ita vt quis pro libito aqueductus  
 faceret; signum esset fontem illum perennè aqua-  
*Eccles. 1* rumque multarum esse: hoc modo Deus pater filii  
 suum, qui fons sapientie est, verbum Dei in excel-  
 sis misit in mundum; & voluit eum scaturire de  
 terra vteri, virginis, & vt omnibus esset copiosus  
 permisit cui libet ritulum sibi facere, quando Iu-  
 dæorum & Gentilium voluntati tradidit illum vt  
 ipsum crucifigerent: & alius lancea, alius clavis,  
 alius spinis, alius flagellis, aqueductus sibi face-  
 rent, vt omnibus prodesset ad vitam, cuius virtus  
*Iere. 41.* ad omnes sufficientissima est. Vnde Ierem. 41. dici-  
 tur in plurali; Dabo vobis misericordias, ex parte  
 etiam hominis recipientis hanc misericordiam pa-  
 tet eius sufficientissima, imò & redundans copia;  
 nam Deus homini multipliciter miseretur; primo  
 preseruando vt caueat, secundo expectando vt re-  
 deat, tertio condonando vt poeniteat. Vnde August.  
*August.* 2. Confes. Gratia ac misericordia tua deputo qua-  
 cumque mala non feci, quia te duce non feci. Est & in-  
 finita duratio: nam quantumcunque tarde pec-  
 cator veniat, si poeniteat, indulgentiam consequi-  
 tur,

mir; semperque peccatoribus ianua eius paruit, vt  
 patet in latrone, vnde Bern. super Canuca, Omni-  
 no propter misericordiam tua post te curramus;  
 videntes quod non spernis pauperem, peccatorè  
 non horres; non horruisti latronè confitètem, non  
 lachrymantem meretricem, non chanaanem de-  
 precantem, non deprehensam in adulterio; non  
 sedentem in theloneo; non supplicantem publica-  
 num, non persecutorè Pauli, non ipsos tuos cru-  
 cifixores: rectè ergo misericordie Dei multa & ma-  
 gna dicuntur, cum tot & tam magnos effectus  
 creent. Econtra autem misericordia hominū est  
 debilis, & modica multipliciter, primo intensiuè,  
 quia vix quis mouetur ad compassionem alterius  
 iuxta illud secundæ Tim. 2. Erunt homines aman-  
 tes seipos sine misericordia: sibi ipsis solum bene-  
 facientes erunt. Secundò extensiuè quia si forte  
 ad alium extenditur eius pietas, vel est solum ad  
 consanguineum vel propinquū, non tamè ad ex-  
 traneum; & ideo dicitur Eccl. 18. Miseratio homi-  
 nis circa proximum suum: misericordia autè Do-  
 mini super omnem carnem. Tertio est breuis du-  
 ratione, quia non durat nisi quandiu ob oculos  
 cernitur homo, vt dicitur Osee sexto. Misericor-  
 dia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros ma-  
 ne pertransiens. non sic docuit Tobias filium  
 suum, sed ait, capit. quarto. Quantum potueris esto  
 misericors. Et Paulus Colossenses tertio. Induite  
 vos sicut electi Dei, viscera misericordia, non dicit  
 verba, sed viscera: quia multi verbis compartiuntur,  
 sed operibus pauci. Vnde Rabbanus in quo-  
 dam sermone: In resurrectione coram omnibus  
 Angelis in conuentu omnium resurgentium, non  
 dicetur quod Abel fuit passus, quod Noe mun-  
 dum seruaui, quod Abraham fidelis fuit, quod  
 Moyses legem dedit, quod Helias in caelum af-  
 cendit,  
 H h h

Bernar.

2. Tim. 2.

2. Tim. 2.

Eccl. 18.

Osee 6.

Tob. 4.

Coloss. 3.

Rabba-



tendit, quod Petrus refupinus crucem afeenderit; quod Paulus decapitatus fuit, quod Laurentius combuftus, omnia enim hæc Chriftus tacet, & folū de operibus mifericordię loquitur, dicens, Efurui & dediftis mihi manducare, fitiui, & dediftis mihi bibere, &c. vt oftendat qđ qui mifericors eft, & ipfe à Deo mifericordiam meretur. Mifericordię ergo tuę Domine multę & magnę, adhuc enim & multiplex eft mifericordia Dei, nempe præueniens quo ad boni propofiti inspirationem, Pſal. 58. Mifericordia Domini præueniet me; ſubſe- quens quantum ad meritum cooperationem, Pſal. 22. Mifericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitę meę; perficiens quo ad præmij eter- ni retributionem, Iſa. 49. Non eſurient nec fitient amplius: nec percutiet eos eſtus & Sol: quia mife- rator eorum teget eos. Dicat ergo propheta; Miſe- ricordię tuę multę Domine: ideo miſerere mei ſe- cundum magnam mifericordiam tuam, & ſecun- dum multitudinem miſerationum tuarum.

(ſecundum iudicium tuum viuifica me.) Vbi

*Ambroſ.* Ambroſ. ait, Quomodo cum dixerit multas eſſe Dei miſerationes ſecundum iudicium eius viuifi- cari poſcit: maximè cum alibi dixerit, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine? Pſal. 142. Re- ſponder; Sed aliud eſt iudiciū illud beneficiorum Chrifti, cui reſpondere non poſſumus. Quis enim referre poteſt debitum naturę, debitum ſalutis & gratię? aliud eſt iudicium quo fragilitates noſtrę naturę cenſemur, in hoc tamen iudicio miſericor- dia cum iuſtitia copulata eſt, vt veritas iudicij mi- ſericordia Dei temperetur: hætenus Ambroſus. Maximè cum Chriftus Dominus qui noſter eſt ſu- curus iudex, multarū perſonarum officia ſumpſe- rit. Eſt enim paſtor, aduocatus, reus cum pœnas aſtraſ exoluerit & iudex: nec enim mancipium

tibi

tibi tot operas impendit, quot Chriftus ( qui for- mam ſerui accepit) exhibuit: cum & tuos lauaue- rit pedes, atque ſemetipſum ad omnium volunta- tem tradidit, ſi fortem eum volueris, leo eſt, ſi man- ſuetū agnus, ſi ſeruū, formam ſerui accepit, ſi cu- ſtodem paſtor eſt, ſi patronum aduocatus noſter eſt apud patrem, denique quidquid völueris in eo inuenies, ita vt poſſis dicere, quod vxor Tobię de ſuo dicebat gnato; Omnia in te ſolo habemus. Igitur non trepidat Propheta eius iudiciū in hac vita cum tot admixtum ſit mifericordijs: nam ſi iudex, & Patronus atq; aduocatus etiam eſt, ſi leo etiam agnus ſi Dominus etiam ſeruus, ſi rex etiam pater: cum ergo tot ſint mifericordię tuę Domi- ne etiam iudicium tuum in hac vita poſtulo: nam cum illud, tot conſtipatum, ac circumdatum miſe- ricordijs video, non ita ac ſi nudum aſpicerem per- horreſco, vt qui iudicem, ſuis patronis ſociatū videret, minus timet: quam ſi ſolum videret; Viuifica me ergo ſecundum iudicium tuum; Quoniam nō ſolum mifericordia tua verū etiam iuſtitia vi- tam tribuit: nam in Chriſto omnia vita ſunt, eſt enim arbor vitę cuius & fructus & folia viuifica- bant. Et ſic intelligit D. Ambr. illud Ioan. 1. Quod factum eſt in ipſo vita erat, id eſt tam diuinitas quę nō eſt facta, quam humanitas quę facta fuit, omnia in Chriſto vita ſunt. miſeretur vt Deus: iu- dex eſt in quantum homo ſecundum illud Ioan. 5. Potēſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt: ſecundum vtraque ergo vita viuifi- cans eſt, & ideo dicit propheta etiam ſecundum iudicium tuum viuifica me. Vel ſecundum gloſ- ſam poteſt intelligi de iudicio miſerationis quo in præſenti parcat peccantibus.

*Philip. 2*

*1. Ioan. 2*

*Tobia 10*

*Simile.*

*Ambroſ.*

*Ioan. 1.*

*Ioan. 5.*

*Gloſſ.*

Traſtatus Vigefimus  
VERSUS QVINTVS.

Multi qui perſequuntur me tribulant me: a te-  
ſtimonijs tuis non declinaui.

**Q**uia poſſet aliquis quaerere quare tam anxie hanc viuificationem poſceret reſpondet dicens; Quoniam multi qui perſequuntur me & tribulat me  
*Pſ. 33.* *Iere. 20.* *Gal. 5.* *Iud. 6.* *Figura.* *Mich. 7.* *Eccle. 9.* *Gen. 37.*  
 lationes iuſtorum; & Iere. 20. in perſona iuſti dicitur; Audiui contumelias multorum & terrorem in circuitu, perſequimini & perſequamur eum, ab omnibus viris, qui erant pacifici mei. Multi ſunt perſecutores iuſtorum. Primus eſt caro, quæ blanditijs in peccatum allicit, de quo Paul. Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum; quæ perſequuntio præfigurata eſt in Dalila & Sanſone, quæ illum crinibus expoliavit recumbentem in gremio ſuo, atque Phililtæis tradidit, qui erutis oculis ipſum in mola, molere fecerunt Iud. 6. Ita & caro ſpiritum ſibi conſentientem virtutibus ac ſanctis meditationibus expoliat, & in Phililtæorū manus, hoc eſt demonum eum tradit, qui & rationis uſum & celeſtium contemplationem in eo excæcant, & ad piſtrinum, & molam molere faciunt, hoc eſt temporali ſollicitudine eum diſtendunt. Vnde Mich. 7. dicitur; Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Et Eccleſ. 9. Non des mulieri (ideſt carni) poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. Secundus aduerſarius eſt mundus, qui Gen. 37. præfiguratus fuit in Labam, qui perſequutus eſt Iacob fugientē tribus diebus; Labā quippe interpre-  
 tatur candidatio, mundus autē in ſuperficie candidus

didus apparet, ſed interius immēſis ſordib; ſeateſ; Iacob vero luſtator, vel ſupplātor dicitur, qui luſtando & mundū & carnē ſupplātor: Labā ergo, hoc eſt mundus ſeu mūdāna gloria, Iacobū, ideſt, virū iuſtū, qui in mūdo peregrinatur, perſequitur fugientē cū vxoribus ac liberis; hoc eſt a mūdo recedentem cum bonis operibus ſuis, quæ in actiua, ac contemplatiua viſa, quaſi liberos genuit, inſequiturq; tribus diebus; hoc eſt p peccatū cordis, oris & operis: nam ſi quarta die perſequutus eſſet eū, hoc eſt peccatoꝝ conſuetudinis, mirum ſi potuiſſet euadere; tiberantur autem iuſtus per acerrimum teſtimoniū; hoc eſt per ſacram ſcripturam. Tertius perſequutor eſt diabolus, de quo. 1. Petri. 5. dicitur; Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit: quærens quem denoret. Adumbrata fuit tribulatio hæc, quando Saul perſequutus eſt David; ſiquidem ſola inuidia Saul perſequutus eſt David; ſic diabolus virum iuſtum, ſecundum illud Sapientæ 2. Inuidia dāboli mors intravit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. Iſaiæ. 2. In Aegyptum deſcendit populus meus à principio, vt colonus eſſe ibi: & Aſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Alij perſequutores ſunt parentes, propinqui, ac familiares, ſecundum illud Malachiæ ſeptimo: Inimici hominis domeſtici eius. & Ieremiz nono. Vnuiſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat: & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplātans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Perſequuntur et tyranni, qui martyres occiderunt; hæretici etiam ſchiſmatici, ac peccatores, de quibus eccleſia conqueritur Canticū. 1. Filij matris meæ pugnanturunt contra me. Heretici enim in eccleſia geniti ſunt, & peccatores in eius gremio nutriuntur.

& hi omnes persequuntur iustum. Patet quia Paulus dicit primæ Cor.6. Fugite fornicationem: fugimus autem eum qui nos persequitur. Præfigurabatur etiam in tribus persequentoribus, quos habuit David. Primus Goliath, id est, diabolus, quem facie ad faciem resistendo iugulauit, secundum illud; Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Secundus Saul, id est, mundus & homines, quem patientia superauit. Si fuit inimicus tuus, porum da illi. Tertius Abalon, id est, caro, à quo fugiendo euasit. Fugite fornicationem, ait Paulus; Tot ergo persequentoribus obfusus iustus, tamen mandata Dei non deseruit, exemplo sancti viri Tobia, qui in captiuitatem positus viam veritatis non deseruit. Tobia x. Redde ergo tunc dicere poterit iustus. Multi qui persequuntur & tribulant me: à testimonijs tuis non declinaui, imò & subdit.

VERSUS SEXTVS.

*Vidi prauaricantes & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.*

**H**ic versus eundem prorsus habet sensum cum illo; Tabescere me fecit zelus tuus, quia obliui sunt verba tua inimici mei: qui tamen supra expositus est. Vult modo dicere propheta, quod non solum inter tot persequentores non deseruit mandata Dei, imò & zelo Dei fuit accessus contra inimicos, qui ea deserunt. D. Aug. legit sic; Vidi non obseruantes pactum & tabescebam, quod id est est, prauaricare in legem Dei & non obseruare pactum; nempe illud, quod pepigerunt filij Israel cum Moysè dicentes Exodi 24. Omnia quæ præcepit nobis

nobis Dominus noster faciemus, & quod Christia in baptismo etiã pepigimus, cum mandata Dei obseruare promittimus; de quo quoniam non seruiamus, iustus zelo Dei succensus tabescit præ tristitia, secundum illud Pauli 2. Cor. 12. Quis scandalizatur, & ego non vrora. (Quia eloquia tua non custodierunt.) Præcepta Domini quandoq; dicuntur eloquia, quia a perre significant & loquuntur; quandoq; verba, quia sunt notæ & significationes voluntatis Dei ad homines; quandoq; testamenta, quia promissiones & legata Dei ad amicos suos continent; quandoq; iustificationes, quia facientes iustificat; aliquando mirabilia, quia insolita & noua præcipiunt; nonnunquam æquitas, quia æquitatem habent: Dicuntur etiam veritas, quia dicunt res sicut se habent; aliquando iustitia, quia nihil iniustum vel inordinatum continet; quandoq; præcepta, quia vt fiant dantur.

VERSUS SEPTIMVS.

*Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.*

**V**ideretur quod hic Propheta virtutes suas palam faciat cum dicat; Vide quoniam mandata tua dilexi Domine; & tamè hoc est exponere eas periculo, quia qui diuitias suas publicat in itinere, latrones prouocat, vt furentur. Quod docet Greg. moral. c. 30. Qui virtutes suas patefaciunt, ostendunt malignis spiritibus, quasi insidiantibus hostibus, quæ depreudentur: quod probat ex Rege Ezechia. 4. Reg. 20. qui diuitias ac thesauros suos legis regis Babylonie ostendit: Quapropter & H h 4 postea

**Psal. 77** postea ab eis ablata sunt omnia in Chaldaea. **Psal. 77** Tradidit in captiuitatem virtutes eorum & pulchritudinem eorum in manus inimici. Virtutes quippe, ait Gregorius, & pulchritudo in manus inimici traduntur, quia omne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, oculis aduersarij autem mancipatur. Hostes autem ad rapinam prouocant, qui suas, contra nobilitatem denudat, quousque enim ab aeternae patriae securitate distinguunt, in latronum insidiantium iter ambulamus. Qui ergo in itinere depradari formidat, abscondat necesse est, ipsa quae portat. Quomodo ergo eas hinc propheta pandit dicens. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine. Ad quod ipse respondet, quod non licet quidem publicare bona ad ostentationem, bene tamen ad edificationem: ut & de Deo dicitur **Psal. 110**. Virtutem operum suorum auuntiauit populo suo, ut det illi hereditatem gentium. ac si aperte dicatur, idcirco fortitudinem suae operationis insinuat, ut hos qui audierint donis ditescat. Unde quod hic dicit Psalmista. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine, idem est ac si diceret, fac vide Domine quod ego obseruo mandata tua atque diligo, ut meo exemplo ad eorum dilectionem alios prouocem; More scripturae quae dicit, Nunc cognoui quod timeas Deum, id est nunc feci cognoscere. **Gen. 22**. Sic nunc, vide, id est fac videre: quod etiam docet Paulus discipulum suum **Timotheum**; Profectus tuus manifestus, sit omnibus. **1. Tim. 4**. Et aduertendum, quod non dixit, vide quoniam mandata tua non negaui, nec quoniam mandata tua feci; sed quoniam dilexi, quod est perfectio. Unde hic ait Augustinus; Non ait vide quoniam mandata tua non negaui; quod martyres facere quandoque cogebantur, & non facientes nimis horribilia

horribilia patiebantur; sed dicit, quoniam dilexi, ubi factus est omnium passionum: quoniam si tradidero corpus meum, ita ut ardeat, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, **1. Cor. 13**. Et etiam insinuat, non ob timorem seruilem, sed ob amorem filialem Dei mandata seruare: & dicendo, vide, ostendit se plenam confidentiam habere in Domino: nam ut ait hic Ambrosius, Nemo alteri dicit, vide, nisi qui iudicat se si videatur esse placiturum; sed quia non in meritis suis, sed in Dei gratia confidit, adiungit dicens; In misericordia tua uiuifica me: nam, ut ait Ambrosius, non est arrogans debitor mercedis exactor, sed est uerecundus diuinam misericordiam precator. Viuificari ergo petit per misericordiam, qui iam uiuus erat per gratiam: sed vitam gloriae sibi dari per misericordiam petit, ut in terra uiuentium bona Domini possit videre.

VERSUS OCTAVVS.

*Principium uerborum tuorum ueritas: in aeternum omnia iudicia iustitiae tuae.*

**A** Csi diceret persona haec, quae aduersus fallaces in materia diuinae legis certat. Quid magnum si hoc assumo certamen aduersus tuae legis fallaces interpretes, aut praenaricatores, cum uerba lex tua ueritas sit a principio usque ad finem, imò & sit totius ueritatis summa, a prima ueritate, quae nec fallere, nec falli potest, principium ac ortum habens? Insuper & ob hoc posco uiuificari aduersus hostes tuos, quoniam in lege tua id pollicitus es pro re decertantibus; omnes autem legis tuae pollici-

pollicitationes veræ, imò & ipsa veritas sunt. Principium & caput apud Hæbræos ferè idem sunt, cum litera, res, vtrunq; significet, caput autem significat & principium & summam siue recapitulationem: & sic potest intelligi illud *Ecclesiast. 3. 2.* Adolescens si interrogatus fueris, habear caput responsum tuum: hoc est principium tibi congruum & ordinatum sermonis tui constitue, vt non præcípites sermonem, quasi temulentus vel temerarius, nesciens vnde sumas exordium: sed quidquid in buccam venerit absque præuia meditatione proferens. Vel potest etiam ibi sumi caput pro summa vel recapitulatione: hoc est responde breuiter & summarie, vt non multis verbis pereffluas, sed paucis sermonibus multa comprehendas. Et secundum has duas significationes, duos etiam habebit sensus hic versus, Primus iste erit, Principium omnium verborum tuorum veritas, hoc est omnium verborum Dei veritas prima est principium, origo, & fons, à quo cuncti sermones eius originem ducunt; & ideo in æternum omnia iudicia eius, quæ in suis verbis continentur in æternum erunt quoniam originem trahunt à prima veritate, quæ nec fallere nec resti fallum, vt pote cuius obiectum est veritas prima, cuius falsitas omnino repugnat: Sed de secundo significato hic erit sensus, ea quæ in sacra pagina sunt verba Dei summa omnis veritatis sunt; hoc est, vbi quasi in summario quodam sunt omnes veritates Dei, omnes inquam, quas Deus voluit reuelare nobis Alij vero sic interpretantur: A capite & initio rerum vsque in scæculum omnia dicta, facta, & visa sua sunt veritas. Alij sic: Caput statim & initium omnium verborum tuorum dicitur atq; factorum, veritas atq; iustitia est. Nō defunt qui

de

de Christo Dño hoc carmen intelligi volunt; nam cum omnia per ipsum verbū facta sint, & sic ipse principium omnium verborum Dei, per quod sibi & nobis loquitur, & ipse filius de se dicat, quæ est veritas, non in congruè dicitur principium verborum tuorum veritas, id est Christus Iesus, qui est veritas tua. Vnde prima verba Sacre scripturæ sic dicunt: *Genes. 1.* In principio creauit Deus celum & terram. Et concilium Viennense per principium intelligit filium, in principio, id est, in filio, & sic intelligunt aliqui illud *Psal. 39.* In capite libri scriptum est de me, id est in principio librorum sacrorum, quæ dicitur: In principio creauit Deus celum & terram, cui alludit sanctus Euangelista Ioannes, cum sic incipit: In principio erat verbū, hoc est in illo principio, quando Deus creauit celum & terram, iam erat verbū istud ab alio altiori principio procedens. Quod si principium & caput intelligimus summam, vel recapitulationem, aut compendium, in Christo Iesu repositæ sunt omnes veritates Dei, secundum illud *Pauli*; In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, & ipse dicitur finis legis in quo summa totius legis cōinetur, sicut in fine orationis, nepe in peroratione cōinetur summa omnium, quæ in ipso orationis discursu, dicta sunt: & sic potest intelligi id quod modo citauimus ex *Psal. 39.* In capite libri scriptum est de me, nimirum quod sicut in capite libri, vel capituli continetur summa eorum quæ dicuntur in illo libro vel capitulo, sic in Christo Domino tanquam in compendio quodam, sunt omnia quæ in sacris literis continentur. Ipse enim est thesaurus qui in agro illo sacrarum literarum absconditus continetur, quæ quia Christiani intenuimus gaudemus atque à Iudæis ignorantibus illum emimus vendentes omnia; nā vitam & omnia desiderabilia nostra

pro

Tractatus Vigésimus

Ioan. 5. pro Christo exposuimus atque damus. Vnde ipse met Dominus Iudæis, ait Ioan. 7. Scrutamini scripturas, quia ipse testimonium perhibent de me.

VIGESIMVS PRIMVS

Octonarius.

1. Sin. Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.
2. Sin. Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
3. Sin. Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.
4. Sin. Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ.
5. Sin. Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.
6. Sin. Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.
7. Sin. Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.
8. Sin. Seruauit mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.



INCI

INCIPIT TRACTATUS Vigésimus primus.

VERSUS PRIMVS.

Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.



N. hoc vigesimo primo octonario induit Propheta personam viri perfecti, in omnibus operibus suis, quam explicat in ultimo versiculo, dicens; Seruauit mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo, hoc est, non solum præcepta ad quæ teneor custodiui, sed & testimonia tua quæcumq; testimonium perhibent de te: qualia sunt perfectionis opera, eo quod quæcûq; facio, cogito, loquor, considero præsentem iudicem meum; nam qui coram principe graditur, non solum recta saragit vt sint operæ eius, sed & vt grata appareant & digna tanti principis conspectu. Vnde de viro sapiente dicitur Eccl. 14. Beati qui in sensu cogitabit circumspectionem Dei, hoc est Deum omnia ambientem ac oculis suis cuncta circumsipientem. Perfectio autem hæc dupliciter ostenditur in presenti octonario, primo in patièdo, secundo in agendo. De primo, cû versu primo dicit, Principes persecuti sunt me gratis &c. hoc est factis me persequerantur. Ego autem præposui verba tua factis eorum, imò & lætatus sum in eis. Ecce perfectissimas actiones viri perfecti. Litera autem est vigésima prima quæ dicitur, Sin. & significat super vlnus: nam tribulationes

Induit personam viri perfecti.

Eccl. 14.

triones ac persecutiones huius vitæ quasi malagma vel emplastrum sunt super vulnera mentis quæ ceu medicamenta, timorem reprimunt, dolorem mitigant, saniem expellunt, fracturam consolidant. Vnde supra Psal. 59. Da nobis Domine auxilium de tribulatione. & Iob 5. Incepciones Domini ne reprobes: quia ipse vulnerat & medetur, percussit & manus eius sanabunt. Vnde & ipse Iob manum suam super se desiderabat dicens ca. 6. Qui cepit ipse me conterat: solpat manum suam & succidat me. Nam vt D. August. docet i. lib. de ciuit. Dei. ca. 8. Præsentes tribulationes licet malis in malum cedant, bonis autem atq; electis in bonum vertuntur: manet enim, ait, dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento non est idem virtus & vitium; nam sicut sub vno igne, aurum rutilat, pallea fumat, & sub eadẽ tribula stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur, nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli pondere exprimitur. Ita vna eademq; vis iruens bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vastat, exterminat. Vnde in eadẽ afflictione mali Deum detestantur, atque blasphemant, boni autem precantur & laudant. Tantũ interest non qualia, sed qualisquisque patiatur: nam pari motu exagitarum & exhalat horribiliter cœnum, & suaviter fragrat vnguentum.

*Ambros.* Vel secundum Ambrosium, verbum Dei est medicamentum hoc super vulnus. Vide vulnera, principes persecuti sunt me gratis. Vide super vulnera siue medicamentum vulnerum sanantium; labor ego super eloquia tua, nam verbum Dei, omnium infirmitatum tam corporalium, quàm spiritualium est sanantium, secundũ illud Sapient. 16. Nec herba nec malagma sanabit eos: sed tuus Domine sermo qui sanat omnia. Ideo quippe dicit verbum

bum esse semẽ Dei. Luc. 8. Nam sicuti granum producit frumentum iuxta genus suum, vt pote granum tritici triticum, granum nucis nuce, & semẽ hominis hominem: quoniam est virtus illius à quo decisum est, in cuius virtute sibi simile generat, sic verbum, quia est semẽ Dei, secundum virtutem illius cuius est semẽ, operatur; & quoniam est virtus Dei qui omnipotens est, ita & verbum Dei omnia potest. Vnde sapiens verbum Dei omnipotens vocat, cum dicit? Omnipotens sermo tuus Domine. Verbo Domini celi firmati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eorũ, id est, ornatus: in quo & angeli includuntur: verbum Dei deos facit, si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est. Vnde ergo tanta virtus? quoniam semẽ est verbũ Dei, & in principio erat verbum. ab illo originem trahit verbum Dei, qui omnium rerum principium est, in quo tanquam in primo principio & causa eminenter continentur omnia; & quia verbum caro factum est, hinc verbum Dei homines generat filios Dei. Rursus quoniam verbum Dei beatos homines facit secundum illud Lucæ 77. Beati qui audiunt verbum Dei; beatitudo autem est status omnium bonorum cõgregatione perfectus. hinc est quod verbum Dei omnia in se continet bonam corporis quàm animæ, quoniam omnia hæc in beatitudine possidentur. Si ergo fructices producant fructum vnumquodque iuxta genus suũ, nimirum malum mala, nux nuce; vnde ortum habet, si verbum Dei ex cœlo originem trahit secundum illud Ecclesiast. 1. Fons sapientiæ verbũ Dei in excelsis: Hinc erit, quod fructus quos germinat, sunt vitæ æternæ ac regni cœlorum iuxta illud Psal. 106. Seminauerunt agros & plantaauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis. natiuitas verbi Dei de cœlo est, tales ergo fructus profert.

*Psal. 59.*  
*Iob 5.*

*Iob 6.*

*August.*

*Simile.*

*Ambros.*

*Sap. 16.*

*Sap. 18.*  
*Psal. 32.*

*Ioa. 10.*

*Lucæ 77.*

*Ecl. 1.*

*Pf. 106.*

profert. Quare in anima in qua hoc semen radicitur, & fructificat, omnes hos fructus reperies; imò erit omnia hæc, humilis, honesta charitate ac misericordia prædita, prudens, fortis, patiens, cælum, Sol, stellæ, angelus; denique Deus; quoniam omnia hæc cõtinet in virtute seminis, quod in se habet, quod est verbum Dei. Omnia ergo vulnera sanat, quoniam yniuersalis contra omnes infirmitates medicina est; in cuius signum *Lucæ 9.* dicitur quod Iesus conuocatis duodecim discipulis, misit eos prædicare verbum Dei, & sanare infirmos. Quasi hoc vltimum esset veluti effectus consequens ad prædicationem verbi Dei. & *Psal. 101.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Habet autem anima, quam plures infirmitates, quæ ad septem capitales tanquam ad radices reducuntur, & per alias septem ægritudines corporales quasi adumbrantur atque intelliguntur. Superbia frænesi comparatur, nam sicut frænericus patitur mentis alienationem atque læsionem phantasiæ, nec de se nec de alijs bene iudicat, imò & cum sit impotens atque ægrotus iudicat se validum, ac robustum: eodem modo superbus, & alios deiicit, & seipsum supra se atque vires suas eleuat atque iactat. Hanc ægritudinem patiebatur Nabuchodonosor Danielis quarto. qui dixit deambulans in aula sua; Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificauit in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & gloria decoris mei? Cumq; statim mente alienatus à regno deiiceretur, alienatusq; à mente sibi videretur chimericum quoddam animal esse superne bos, infernè leo, vt Hebræi tradunt, post finem dierum, ad Danielis orationem reuersus in se dixit; Omnes viæ Dei iudicia, & gradientes in superbia humiliare potest. Curatur

*Lucæ 9.*

*Psal. 101.*

*Dan. 4.*

atur aut frænesis à principio per euacuationem sanguinis aliorumq; humorum ad cerebrum ascēdēdum, & perturbantium rationis vsum: eodem modo verbum Dei nos curat, cum vacuos nos ab omni bono docet esse, nihilq; ex nobis sufficientes esse: quasi ex nobis; sed quod sufficientia omnis nostra ex Deo est, omniaq; nostra bona accepta esse, à Deo illiq; tanquam primo auctori referenda: aliàs *Eccl. 3.* dicitur; Synagoga superborum non est sanitas. Quare oportet superbiæ sanguinem minuire; & rerum temporalium superflua omnia effundere, & cum vera humilitate ac fide ad Deum currere, de quo *Luc. 6.* dicitur; quod omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

*2. Cor. 3.*

*Eccles. 3.*

*Lucæ 6.*

Secunda ægritudo spiritalis est ira, quæ comparatur febricitanti, quam habens calorē continuū patitur, & sicut magnam secundum medicos: ad hunc modum vir iracundus passim cholera succenditur, atque eam vultu, gestibus, ac verbis manifestat. Habet etiam sicut magnam, hoc est, appetitum vindictæ, omnesq; familiares ac propinquos pro nihilo quotidie turbat, ac incendit: quā ægritudinem passus est Herodes, quando illusus à Magis iratus valde innocentes occidit, præcessit nimis calor, & consequuta est sicut crudelissimæ vitionis. Quam infirmitatē curat sermo diuinus, cum de dulcedine ac pietate Dei nos admonet, Deoq; referendam esse vindictam tanquā vero iudici, ne tanquam vsurpatores diuini iudicij arguamur. In cuius signum legitur *Mar. 6.* quod discipuli ungebant multos oleo, & sanabantur, oleum autem liniuina & blanda vinctio est.

*Marci 6.*

Tertia infirmitas est inuidia, quæ comparatur febricitanti, nā talis modo frigescit, modo calefcit: sic inuidus modo gaudet de aduersitate bonorum, modo



**I. Re. 18** dolet de eorum prosperitate. Quam infirmitatem sustinebat Saul. I. Reg. 18. cum audiuit mulierum choros cantantes; Percussit Saul mille, & David decem millia, in millibus suis: quia illi tantum dederunt mille, & filio Isai decem millia. Hæc autem ægritudo interiora hominis corrumpit, atque in putredinem vertit, cui pro medicamento applicatur sermo diuinus gratitudinem ac amorem suadens: nam sicut inuidia est putredo animæ, sic amicitia est sanitas eius, secundum illud Proverb. 14. Vita carniū sanitas cordis, putredo ossium inuidia, hoc est, animus sanus à peccatorum ægritudine non solum est vita animi, sed etiam carniū: cum viuendum corpus efficiat atque virorem suum in eo seruet. Nam animus sanus lætificat corpus, ac per consequens viuificat illud, quo contra inuidiæ vitium, quæ tristitia est alieni boni, non solum animam inficit, sed & corpus putrefacit, & ossa: cū tristitia inimicissima sit vitæ humanæ, utpote retrahens cordis motus ex quo proficiscitur vita; Quare putredo dicitur ossium, putrescunt enim ossa non viuificata motibus cordis. Vnde de inuido dicit Poeta quidam.

*Inuidus alterius marcescit rebus optimis.*

Et Poeta Hispanus de ea dicit;

**Ioannes à Mena.** *O triste vicio mezquino, que penas con bien ageno.*  
Imò sanitas mentis infirmioribus, & tenerioribus corporis partibus vigorem confert, inuidia vero robustissima inficit atque corrumpit: & ideo prius fit mentio de carnibus, secundo de ossibus. Vide **Gregor.** D. Gregor. 5. Moral. cap. vlt. & 3. parte Pastor. curæ admonitione 11.

Quarta ægritudo animæ est accidia, quæ comparatur paralyssi, quæ est membrorum dissolutio, atque debilitatio impediens perfectum membrorum motum atque usum. Quam in figura patiebatur ille, qui per triginta & octo annos iacuit ante piscinam

nam expectās motum aquæ, ut dicitur Ioan. 5. nec vnquam potuit in eam descendere, ut sanaretur. **Ioan. 5.** Atque significat inueteratos dierum malorum, qui iuxta sacramentum confessionis continuo iacent, & tamen nunquam intrare satagunt donec veniat hora mortis. Hæc autem ægritudo per nimis calida medicamenta curari solet, nempe si tartareas flammæ ad memoriam reduxeris, caleas etiam Christi amore, qui nos grauissimis verbis ad operam virtutum excitat. Vnde Ierem. 3. dicitur; **Ierem. 3.** Convertimini filij reuertentes, & sanabo infirmitates vestras.

Quinta spiritualis infirmitas est auaritia, quæ comparatur hydropici secundum Bedam, cuius **Beda.** proprietas est, quod quanto magis bibit tanto plus sit hydropicus, eodem modo auarus nunquam dicit, sufficit;

*Sed crescit amor nummi, quātū ipsa pecunia crescit.*  
Hanc sustinebat diues ille, qui Lucæ 12. dicebat; **Luc. 12.**

Destruam horrea mea & faciam maiora, & illic congregabo omnia, quæ nata sunt mihi. Hanc aduertam valetudinem sanat sermo diuinus dum suadet elemosinam, ac pietatis & misericordiæ opera. **Isa. 58.** Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, & sequitur; Tunc erum per quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur.

Sexta ægritudo animæ est gula, & ebrietas subuertens rationis iudicium & comparatur epylepsia vel morbo caduco, quæ facit hominē cadere corporaliter, sed spiritualiter facit cadere in omnia genera peccatorum, quia ingressus est & ianua omnium vitiōrum. Alia quidem vitia maiora sunt quæ gula, tamen ipsa aperte ianuam alijs, ut animæ diuitiæ depredetur. Est enim veluti latrunculus parvus, qui licet non multum furetur, tamen ingredi-

*Lucæ 16* rur per strictum foramen per quē maiores ingredi non valent, atq; eis aperit ianuam, vt intrent & diripiāt diuitias domus. Hunc morbum patiebatur dñes ille epulo *Lucæ 16.* qui induebatur purpura, & bisso, & epulabatur quotidie splendide. *Loth & Gen. 19.* inebriatus vitam q; filiam cognouit, *Gen. 19.* Nam morbus hic nunquam solus occupat animam, sed germanas habet infirmitates, quas secum trahit. Hic morbo diuinus sermo medetur, docens rationabilem abstinentiam, secundum illud *Ecc. 31.* Vigilia & cholera, & tortura viro infructu somnus sanitatis in homine parco. Et infra; Sanitas est mentis & corporis sobrius potus.

Septimus morbus spiritalis est luxuria, & conseritur lepre, eo quod generatur ex calore corrupto, & deordinato: quem morbum patiebatur Salomon, qui tot uxores & concubinas habuit, & cū iam senex esset deprauatum est cor eius per mulieres. *3. Reg. 9.* Hæc agritudo contagiosa nimisque detestabilis est: nam ex his vnus centum inficere valebit: cui pestilenti morbo sermo Dei medetur suadens homini societates honestas, penitentię serueritatem, ac feruentis orationis instantiam. Hæc enim omnia ad hunc morbum curandum necessaria sunt, cum Paulus doceat, vt fugiamus fornicationem, hoc est, occasiones mulierum, impudicos ac turpes sermones, quia corrumpunt bonos mores colloquia praua, & Christus Dominus dicit; Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in ieiunio & oratione. In cuius typo Maria lepra percussa per septem dies fuit exclusa à castris, & non nisi ad orationē Moysi sanata, *Numer. 12.* dicente Moysi ad Dominū; Deus obsecro sana eam: sic ergo sermo Domini omnia sanat, super que omnia vulnera medicamentū profectum est. Vnde & hæc litera, Sin, significat etiam fecunditatem, quā ser-

mo Dei habet, tot mirabiles effectus producendū.

Dicat ergo vir vndequaque perfectus, qui in precedentibus octonarijs obnixè Dei auxilia obsecratus sit: nam non solum communes homines ac ex mediā plebe illum insequēbantur, sed & principes, ac magnates gratis satebant in eum. Et dicarinquam; Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum, hoc est dicere. Potentes principes persecuti sunt me, quos nō tantopere metui, quam timui ex animo ne à verbis tuis discederem. Versum hunc primum aliqui inter quos *Basilius de ipsomet. Dauid* interpretantur, qui & Saulem Regem, & Absalonem filium suum magnos viros, acros hostes, ac persecutores habuit, tamen timens verba Dei, quæ propriam vindictam interdicit sumere, semel & iterum pepercit Sauli eum: postea ex eo vindictam accipere, in filium quē rebellem tam indulgens fuit, vt *Ioab* præciperet, dicens; Seruate mihi puerum Absalon. Potest & carmen hoc de Christo Domino intelligi, quem gratis & absque causa principes sacerdotum persecuti sunt, vt ipse dixit discipulis suis, *Ios. 15.* ex Psalmo 34. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorū scriptus est, quia odio habuerant me gratis. Nihil enim quod animos hominum offendere posset, sed potius quod fortiter alliceret in eo erat, qua ergo ratione eum tanto odio persequebantur? gratis utique ac sine causa. Adamauit Samson Dalilam, at ipsa eum tanto odio persequeuta est, vt rasis capillis capitis sui, in quo maxima eius fortitudo sita erat, ipsum tradidit Philistheis, vt oculis euis ad pistrinum ipsam molere facerent. Quid causæ fuit vt tantum in eum mulier hæc admitteret scelus? ipse iuuenis, super omnes homines fortis, sapiens, qui enigmata proponebat, pulcher,

*Basilius.*

*1. Re. 24.*

*2. Re. 6.*

*2. Re. 18.*

*Ios. 15.*

*Psal. 34.*

*Iud. 16.*

ut pote à Deo per Angeli nuntium, datus, ſanctus, quia Nazareus, hoc eſt Domino conſecratus: gratis ergo ac ſine cauſa, talem virtū leuis ac ingrata mulier odio habuit. Quæ nā cauſa fuit, quare Synagoga Chriſtum Dñm Samsone fortiorē tali, ac tanto odio proſequeretur? Ipſe pulcher, ac ſpaciōſus forma præ filiis hominum, cādidus & rubicūdus, electus ex millibus, caput eius aurum optimū, iuuenis ut pote triginta trium annorum, ſane ſapientior, nā ſapientia patris erat, qui ænigmata & parabolas propōnebat, quas indocta Synagoga capere non valebat, ut videntes non viderent, & intelligentes non intelligerent, fortior ipſo Samsone, qui apprehendens duas crucis columnas, terram, ac ſaxa tremere fecit, pluresq; hoſtes interfecit moriens, quā viuens occiderat. Et tamen hunc ſine vlla cauſa impia Synagoga auulſis capitibus ſui ac barbæ capillis, (nā dederat faciē ſuā percutientibus, & genas ſuas vellentibus,) in manus gentium tradiderunt, oculosq; eius velaerunt, ut colaphis cederent, ſputisq; ſedarent, & in piſtino crucis eū, in orbē molere fecerūt, ludibrijs, ac illuſionibus: eū repluerunt, pro cuius amore ipſe ad terram deſcenderat, arcanaque cordis ac myſteria reuelauerat ipſis. Quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatis, ait Dominus per Ieremiam capite 2. quia elongauerunt à me? Totū deſiderabilem eum appellabat Sponſa, hoc eſt totū amabilem (todo era de comer no auia en el que hechar à mal.) Cur ergo eum ſic abominati ſunt? nulla certe cauſa fuit, ſed gratis eum odio habuerunt. Quare recte in eius perſona dicit Propheta; Principes perſequuti ſunt me gratis. Sed ipſe à verbis Dei formidauit, timore filiali obediens patris ſententiæ, ac definitioni, qua ipſum pro ſalutē hominū in crucē damnauerat atq; traderat,

D. Au.

DAug. de perſecutionibus quas à regibus terre corpus Chriſti, hoc eſt, ſancta Eccleſia pertulit hunc interpretatur verſiculū, dicens; Quid enim Chriſtiani læſerant regna terrena, quanuis eis regna celorum promiſerit rex eorum? quid inquam læſerant regna terrena? nūquid eorum rex milites ſuos prohibuit impendere, & exhibere quæ debentur regibus terræ? nonne de hoc ſibi calumniam molientibus Iudæis dixit; Reddite Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & Deo, quæ Dei ſunt? Nonne tributū in ore piſcis inuentū etiam ipſe perſoluit? Nonne præcurſor eius militibus regni huius, quid facere deberent pro æterna ſalutē quaerentibus, nō ait, cingulum ſoluite, arma proiците, regem veſtrum deſerite; ut poſſitis Domino militare, ſed ait. Neminem concuſeritis, nulli calumniam feceritis, ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum? nonne vnus militum eius & dilectiſſimus comes eius commilitonibus ſuis, & quodammodo Chriſti protinencialibus, dixit; Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit? Et paulo poſt ait. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: & cui veſtigal, veſtigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis? nonne præcepit, ut pro ipſis etiam regibus oraret Eccleſia? quid ergo eos Chriſtiani offenderunt? quod debitum non reddiderunt? in quo Chriſtiani non ſunt terrenis regibus obſequuti? ergo terreni reges Chriſtianos gratis perſequuti ſunt. Sed quod ſubiicit, attende. (Et à verbis tuis formidauit cor meum). Habuerunt quidem & illi verba minacia, expello, proſcribo, occido, vngulis torqueo, ignibus torreo, beſtijs ſubiugo, membra dilanio, ſed tua me potius verba terruerunt. Noli te timere eos, qui corpus occidunt, & poſtea non

I ii 4 ha-

*Pſal. 44.*

*Cant. 5.*

*Mat. 13.*

*Mat. 17.*

*Iſa. 50.*

*Mat. 26.*

*Ierem. 2.*

*Cant. 5.*

*Auguſt.*

*Mat. 22*

*Mat. 17*

*Lucæ 3.*

*Rom. 3.*

*1. Tim. 2.*

habent quid faciant, sed eum timete qui habet potestatem corpus, & animam perdere in gehennam. Ab his verbis tuis formidauit cor meum, & contempsit hominem persecutorem meum, & vici diabolum seductorem meum. Diuus Ambrosius, de persecutione demonum aduersus homines intelligit hoc carmen. Hi enim sunt principes tenebrarum harum, & gratis homines persequuntur ob solam inuidiam, cum nihil exinde ipsi sibi lucrentur. Sed quomodo, qui gratis impugnantur, dicitur timere, cum potius constans, & sine timore deberet esse? & responderet, quod timor maioris mali fortificat ad minus subeundum. Erant enim Martyres inter duo mala positi, aut perpetuo à Deo abdicari in æternosque ignes detrudi, aut mortem momentaneam perpeti. Hoc malum elegerunt, ut illud euaderent, imo timor illius maioris mali fortiores fecit ad subeunda minora.

VERSUS SECVNDVS.

*Labor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.*

**P**er ea verba vicit à quibus formidauit. Vicit enim spolia detrahuntur sic per patientiam Martyrum non solum victus, sed & spoliatus est diabolus, qui erat foras armatus custodiens in sua

*Luc. II.* tyrannide mundum, ut dicitur *Luc. II.* Tunc autem spolia eius detracta sunt, cum per patientiam Martyrum multi ex gentilibus, quos sub sua potestate tenebat, ad fidem Christi conuersi sunt. Facitur ergo iustus plus voluptatis capere ex verbis Dei,

Dei, quam si inuenisset thesaurum maximū; nam verbum Dei contra superbiam humiliat timorem Dei inspirando, ut versu precedenti visum est. Lætificat etiam cor, & fugat tristitiam, nam si homo hominem in aduersis positum sermonibus bonis consolatur, quanto magis verbum Dei tristis consolatione replebit? propter quod dicitur *Isaías* sexagesimo primo. Spiritus Domini ad annuncian- dum mansuetis misit me, ut consolarem omnes lugentes. Et hoc est, quod iustum gratis persequuntur consolatur, maximè cum dicit. (Lætabor ego super eloquia tua.) Nam sic etiam dicit Propheta *Zacharias* primo. Angelus loquebatur in me verba consolatoria. Vide mirabilem rerum ordinem: nam primus Psalmista dixerat, à verbis tuis formidauit cor meum, nunc autem dicit se in verbis Domini maxima affectum lætitia: cum timor magis tristitiæ occasio, quam lætitiæ sit, sed quia (ut dictum est in precedenti versu) timor maioris mali, ut ab eo se eruat homo, facit ut lætanter minus subeat: hinc est, quod iustus eloquijs Dei informatus nouit malo penæ temporalis ignes æternos compensare. Ideo hic persequutus lætatur diuinis promissis roboratus, cum audiat Christum dicentem; Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā. Gaudete, & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælis. Nam ut Ambrosius hic ait, Qui formidat à verbis Domini, postea in verbis eius exultat, & qui habet in corde suo verba Dei, excludit sermones principum à corde suo. Excludit timor timorem. Si enim quis ingressus balnea solis estum deponit, & sic calor calorē excludit, quanto magis diuini iudicij terror hunc terrorem excludit humanum, humanum feruorem gratiæ feruor æternæ? (Sicut qui inuenit spolia multa.) Christus sua victoria, quā à per-

*Isa. 61.*

*Zach. I.*

*Matt. 5.*

*Ambros.*

*Simile.*

sequentibus principibus per mortem suam tulit, spolia multa inuenit, quæ Ecclesiæ suæ reliquit, prætereaque in cælum inculit, nempe animas præscitorum Patrum, quas ab inferno abstulit. Spoliavit quidem Dauid Goliath illum allophilum proceræ staturæ virum, ac fortissimum Philistinorum, gladioque eius decorauit templum. Sic nos ster verus Dauid, id est, manu fortis potentissimū dæmonem cum deuicisset, eum vas bellicis spoliavit, atque crucē, quā sibi parauerat, (illa enim fuit gladius, quo percutere voluit Christum) ab eius culit potestate, taliq̄ue gladio Ecclesiam decorauit suam, quam sumē, colimus per eamque templa, atque altaria decoramus; cum ipsa sit arbor decora, & fulgida, ornata regis purpura, electa digno stipite tam sancta membra tangere. *Ambros.* ma etiam diaboli (ait hic Ambros.) Gentes erant, fide autem gentium vulneratus, caput quod habebat amisit, detracta sunt spolia, vasa eius direpta, quia alligatus est fortis; Caro hominis peccatoris erat diaboli, sed postquā in Christum credidimus, caro nostra cepit esse vas electionis, spolia diaboli quæ in Adam inuaserat, Christus vindicauit, qui captiuam duxit captiuitatem. Ideo caput eius abstulit, vt ipse esset caput corporis interempti. Merito ergo gentes nunc toto orbe caput regale circumferunt, quia membra sunt Christi. Cognosce etiam de Iudæis, quibus Dominus Iesus abstulit spolia, hoc est, regnum cælorum, & dedit genti facienti fructus eius; ab illis abstulit, nobis dedit. Merito ergo exulto, sicut qui inuenit spolia multa. Sine labore meo inueni spolia quæ non habeam. Inueni Pentatheurum scripta, Psalms, Prouerbia, inueni Euangelium. A Iudæis hæc spolia detracta sunt; & mihi

*Figura.*  
*1. Reg. 17*

*Ambros.*

mihī data, Lex quidem spiritalis est, illam habet qui illam intelligit. Illam non habet Iudæus, qui illam in spiritu nō intelligit. Habent Iudæi libros, sed sensum librorum non habent, habent Prophetas, sed non habent quod illi prophetauerunt; quomodo enim habent quem non receperunt? ideo cum Moyse & Helia mihī apparuit, quia ab illis recessit. Multa habet spolia, qui habet Dei verbum; habet resurrectionem, habet iusticiam, habet sapientiam, habet virtutem, habet omnia, quia omnia in ipso cōstant. Hebræi spoliauerūt Aegyptios, & vasa ipsorum abstulerunt: Nos aurum mentis ac cepimus, nos acquisuimus cælestis sermonis argēturum. Dicat ergo populus Christianus, cum ipso capite læteret & dicat: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa, Hactenus luculenter ac eleganter Ambrosius. Ad istū sensum etiam Diuus Gregorius affert hunc versum. 18. *Greg.* moralium capite 11, dicens; Eloquium Domini spolia nominatur; quod Psalmista testatur dicens; Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa, Quæ eloquia idcirco spolia vocata sunt, quia ad fidem Domini Gentilitate transeunt, Iudæi sacris eloquijs, quibus induti fuerant, spoliant. Propter quod dicitur Sapientie 10, quod *Sap. 10.* iusti tulerunt spolia impiorum. Iusti etiam hoc cōcinnant carmen, cū non solum victoriam de hostibus, ac persecutoribus lucrati sunt, verum etiam spolia multa tulerunt; nempe gratiæ ac charitatis augmentum, patientiæ coronam, gaudium etiam spiritus, ac internam cordis læticiam, qua electi in suis laboribus reficiuntur, secundum illud *Apocal.* Apocalypsis 2. Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Solutus enim iustus cui datur, saporem intelligere valet. Aestimatur Timotheus ille musicæ artis peritissimus, satis mu-

*Figura.*

*Greg.*

*Sap. 10.*

*Apocal.*

sicis

ficis pro premio esse dulcedinem illam; quam ipsi in musica decore, ac concinnitate capebant. Multo maiorem iusti in virtutis usu, Deique familiari conuictu capebant. Præmium etiam æternum merentur, quod inter opima spolia principatum tene re quis ambigat? vnde Apocal. 3. dicitur: Qui uenerit dabo illi sedere mecum in throno meo. Et Isa. 9. Latrabitur in te, sicut qui latantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Nam sicut messorum cum uberem fructum percipiunt, ex labore reficiuntur fructibus, compensantes sudorem: & sicut victores gaudent post partem victoriam, quando captiuorum spolia diuidunt, etiam si vulneribus multis ac vitæ periculo ipsam lucrati sint; sic iusti his opimis spolijs refectione laboribus, quibus ea comparauerunt lætantes, ac dicunt: Latabor ego super eloquia tua. Intelligere etiam de formidine quam concipit peccator iudiciorum Dei, ex qua mouetur ad poenitentiam de eis: & cum poenituerit, gaudet quasi qui inuenit spolia multa. Inuenit enim bona opera meritoria quæ in gratia fecerat, quibus & spoliatus fuerat, reddita sibi fuisse per poenitentiam. Nam vt Theologi docent in 4. sententiarum, dist. 16. & D. Thomas. 3. par. q. 89. per veram poenitentiam redeunt opera quæ antea fecerat homo cum esset in gratia; quæ tamen per peccatum mortale mortificata fuerant, in hoc sensu, quod sibi non imputarentur ad meritum, secundum illam Domini sententiam per Ezech. cap. 18. promulgatam, quod si se auerterit iustus à iustitia sua, iustitiæ eius in obliuione erunt: hoc est, quod sibi non imputabuntur ad meritum, dum in mortali fuerit: quia tamen fuerunt grata Deo, quia in gratia facta sunt, manent semper in acceptione diuina: non tamen imputantur peccatori, quia extra gratiam & amicitiam Dei

Apoc. 3.  
Isa. 9.

D. Tho.

Ezech. 18

Dei est. Cum tamen postea per veram poenitentiam ad eam redit, titulus restituitur ei quod accepta sint opera eius, nempe gratia & amicitia Dei. Et licet omnia opera meritoria quæ fecit, dum esset in gratia redeant, nõ tamen in eo valore quem tunc habuerunt, sed secundum proportionem gratiæ ad quam resurgit: nam si ad medietatem gratiæ redit, singula etiam erunt accepta ad subduplo minorem gloriam, de quo consulendi sunt scholastici doctores vbi supra. Hæc autem sententia innititur testimonio Ioelis cap. 2. vbi Deus dicit pro peccatoribus poenitentibus, & ieiunantibus, pro peccatis suis: Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca. Sterilia tempora illa sunt, in quibus in peccato versatur homo, quæ copiam bonorum fructuum excedunt. Sunt enim vacæ ille macilentæ ac squalidæ, quas in somnio vidit Pharaon Genes. 41. quæ deuorauerunt alias septem crassas, & pulchras, quæ in pastu paludis vireta carpebant: & sunt septem spicæ illæ tenues & percussæ vredine, quæ altarum septem, quæ vberes fuerant, ac plenæ, pulchritudinem deuorauerunt. Nã tempus quo in peccato extitit homo, omnem copiam ac pulchritudinem bonorum operum, quæ tempore gratiæ fecit, deuorat ac consumit: sicut septem steriles anni Aegypti consumpserunt abundantiam aliorum septem, qui præcesserunt. Quoniam peccatum locusta, bruchus, ac erugo est, quæ illa bona opera excedunt. At tamen cum ad gratiam reuertuntur, redeunt opera illa quæ mortificata per peccatum fuerant modo prædicto. Cum ergo peccator Dei formidine correptus ad gratiam redit, audiens promissionem hanc per Prophetam à Domino promulgatam, videns spolia bonorum operum, quibus nudatus fuerat redire, lætatur super hæc eloquia Dei, sicut qui inuenit spolia multa.

Ioel 2.

Figura.  
Gen. 41.

V E R.

*Iniquitatem odio habui & abominatus sum.  
legem autem tuam dilexi.*

*August.  
Simile.*

*Malach.*

*Seneca.*

*Cassiod.*

*Simile.*

**Q**Via hic est alius effectus verbi Dei; nam timor verborum Dei quem habuit cum dixit; A. verbis tuis formidavit cor meum, non odium sed charitatem fouet, & amorem Dei ac legis, ut hic docet Augustinus. Quemadmodum obsequens filius & amat, & timet, offendere patrem; & pudica coniux virum timet, ne ab illo deseratur, & amat ut fruatur; si ergo pater homo, & coniux homo, & amari & timeri debet, multo magis pater noster, qui est in caelis, & ille speciosus forma patris filijs hominum. Vnde Malach. 1. Dominus dicit: Filius honorat patrem suum, & seruus timet dominum suum, si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Hic autem est timor filialis, qui ortum habet ab amore; nam qui amat Deum, timet offensam Dei, omniaque abominatur, quae existimat Deum odio habere, cum amicorum proprium sit eadem velle & nolle. Et Seneca dicebat, Quamuis scirem Deos mihi ignoscituros, non peccarem propter ipsam vilitatem peccati. Haec ille, haec enim Deo displicet. Et Cassiodorus dicit, quod amor honorum odio probatur malorum. Vnde hic pro causa odij peccati reddit amor legis Dei, cum subdit; Legem autem tuam dilexi. Nam ut Philosophi docent, Amor est principium & caput, imo & causa ceterarum passionum. Nam cum omne agens agat propter finem, finis autem est bonum amatum, hinc fit quod omnia opera nostra circumtrahant ex amore. Quemadmodum figura circularis

laris inter omnes capacior est, & vniuersas alias in se continet & includit, sic amor vniuersos alios affectus in se comprehendit, ut omnium fons & origo. Vnde hic Propheta timorem, delectationem, odium, abominationem, omnia denique in amore refert. Quare sanato & in ordinem redacto amoris affectu, vniuersi alij pectoris nostri affectus roborantur. Vnde Diuus Augustinus in libro de ordine non aliter diffinit virtutem ac vitium nisi per amorem dicens, Virtutem ordinatum amorem, vitium vero inordinatum esse. Quod Cantic. 2. videtur insinuare Spiritus sanctus, cum dicit; Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Hoc est, ad arcana amoris sui me intromisit, & quo me composuit ornatu, amor ordinatus fuit, in me ordinauit charitatem. Docuit me quid amare, quid odio prosequi deberem; quid in primis, quid secundo diligam; quid plus, quid minus, aut quid charius estimare deberem; quid cum modo, quid sine modo diligendum sit. Quoniam si haec in me affectio ordinata fuerit, ceteras etiam tranquillas, ac recte morigeratas habebo. Quare oportet inordinatum amorem a principio diruere. Nam principijs obuandum est. Et Seneca in Tragedia.

*August.*

*Cant. 2.*

*Quisquis primo obstiterit pepulitque amorem,  
Tutus ac victor fuit.*

*Seneca  
tragicus.*

Deinde ab illo cogitationes auersas debemus habere, ut alijs maioribus negotijs impliciti, turpem obliuiscamur amorem, ut ille curator amoris docet hoc carmine.

*Quia si tollas, periere cupidinis arcus.*

*Ouidius.*

Imo & antiqui alijs amoribus ab illo reuocare; nam & antiqui per epulas, per vinum usque ad ebrietatem hos affectus curabant. Vnde & dicebant; Sacra liberi pertinere ad animi purgationem.

Imo

Imo & flegetotiam pati, qua verus estuat sanguis, nouisq; cum nouis creatur spiritibus; & rem amatam nec videre, nec de ea loqui, sed maxime Deum deuorè ac frequenter deprecari. Ait ergo noster amator. Iniquitatem odio habui, & legem tuam dilexi. Legem inquam non illam carnis que occidit, sed hanc spiritus que uiuificat, ut hic docet Diuus Ambrosius.

VERSVS QVARTVS.

*Septies in die laudem dixi tibi : super iudicia iustitia tua .*

**S**ED quoniam dilectio Dei, ac legis ipsius nostrum, sed maximum Dei beneficium est, ideo se in eius laudibus occupat iustus dicens, (Septies in die laudem dixi tibi.) Hoc est, multoties, sæpe propter omnia opera tua, quæ recta sunt atque ab æquissima iustitia tua prodeuntia. Diuus Greg. 35. Moralium capite 6. & 7. docet, quod in sacra Scriptura septenario numero aliquando requies æternitatis designatur, aliquando vniuersitas præsentis temporis, aliquando sanctæ Ecclesiæ vniuersitas designat. De primo patet, nam dies septimus in requiem Domini sanctificatus est. Requieuit Dominus die septimo ab omni opere quod patrarat. & in lege dies septimus est dies ortus, & numerando septem hebdomadas annorum, vna addita quinquagesimus annus Iubilæi designatur, ut perpetuam beatitudinem signat. Iubilæi sacratissima requies obseruetur. Sed quod per hunc numerum etiam præsentis vitæ vniuersitas designatur, hinc patet, quia post eum octonarius numerus subiungitur, Ideo enim septenarium

narium numerum, adhuc alius sequitur, ut ex ipso eius augmento intelligatur, quod finienda temporalitas æternitate concludatur; quod & Salomon admonet dicens Eccl. 11. Da partes septem, nec non & octo: nam per septenarium numerum, hoc quod septem diebus agitur præsens tempus expressit; per octonarium vero vitam æternam designauit, quam sua nobis Dominus resurrectione patefecit, cum die Dominico resurrexit. Qui dum diem septimum sequitur, à conditione octauus inuenitur. Bene ergo dicit; Da partes septem, nec non & octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram: ac si diceret, sic dispensa temporalia, ne appetere non obliuiscaris æterna. Oporteret namque ut in posterum bene agendo prouideas, qui de venturo iudicio quanta tribulatio sequatur ignoras. Et etiam quia per septem dies hoc totum vitæ præsentis tempus euoluitur, & quia sancta Ecclesia toto hoc tempore quod diebus septem euoluitur duratura est, vniuersitas eius in septenario numero signatur. In cuius signum septem vicibus arca circumiit Ierico, & ad septimum clamorem tubarum corruit Ierico. Quoniam per prædicationem creuit Ecclesia toto hoc tempore, quo permanebit mundus. Sed ipsemet Gregorius 1. libro moralium capite. 11. dicit. Quid in septenario numero nisi summa perfectionis ostenditur? ut enim humanæ rationis causas de septenario numero raceamus, quæ asserunt quod idcirco perfectus sit, quia ex primo pari constat, & primo impari; nam constat ex binis dualitatibus, & dualitas est primis numerus par, & vno ternario qui numerus est primus impar, nam vnitas non est numerus sed principium numeri. Idem Augustinus lib. 11. de ciuitate Dei capite 31. ubi explicat, septies in die cadit iustus & resurget, id est,

Eccl. 11.

Iudic. 6.

Gregor.

August.

K k k quo.

Gregor.

Gen. 2.

Leui. 25



quoriescunque ceciderit, non peribit: quod non de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi voluit. Sed tamen certissimè scimus quod septenarium numerum Scriptura sacra pro perfectione ponere cōstat. Nam quia Dominus die septimo requieuit, etiam septimus dies datus est in requiem hominibus, hoc est sabbatum. His suppositis multiplex erit sensus huius carminis. Primo septies, hoc est septenarium, ut Basilius vult, quoniam septenarius numerus vniuersitatem designat, hoc est semper, & omni tempore quo congruum erat ab alijs vacare, & tuas decantare laudes. Sic enim intelligitur illud; Oportet semper orare, hoc est congruis ac statutis horis ad id munus exequendum aptis, ac institutis. Nā ipsemet Psalmista qui dicit, Septies in die laudem dixi tibi, dixerat Psal. 33. Sēper laus eius in ore meo, hoc est, semper quod opus & tempus fuit. Et hic est literalissimus sensus, quem Dignus August. hic prosequitur dicens, Septies in die, quod ait, significat semper, solet esse quippe iste numerus vniuersitatis indicium, propter quod sex diebus diuinæ operationis septimus adiectus est quietis, & per septem dies currentes, & decurrentes tempora vniuersa voluuntur. Nec ob aliud dictum est Proverbiorum 24. Septies cadet iustus & resurget, id est, non perit iustus modis omnibus humiliatus, sed non præuaricatus, alioquin non erit iustus. Nam pro omni genere tribulationis, qua in conspectu hominum deijcitur positum est, septies cadit, & pro eo quod ex ipsis omnibus tribulationibus proficit positum est resurget. Satis illustrat in eo libro consequens sententia præcedentem, ibi enim sequitur; Impij autem infirmabuntur in malis, hoc est itaque iusto septies cadet, & resurgere, in omnibus malis non infirmat.

Basilius

Luca 18

Psal. 33

August.

Prov. 24

Mc.

Merito igitur septies in die laudabit Ecclesia Deū super iudicia iustitiæ ipsius, quia cum tempus esset, vt iudicium inciperet à domo Domini, in omnibus tribulationibus suis non infirmata, sed coronis martyrum glorificata est. Et idem D. August. libro 3. de doctrina Christiana c. 35. Idem est (ait) Septies in die laudem dixi tibi, ac dicere, semper laus eius in ore meo, & 1. de ciuitate Dei c. 31. Vel aliter septies, id est perfectè, sicut & Psal. 111. eloquia Domini dicuntur argentum purgatum septuplū, hoc est plenè & perfectè purgatū, quantum purgari potest, & Psalmo 78. Reddite vicinis nostris septuplum in sinu eorum, perfectā & condignam illis da retributionem: sic modo septies dicere laudem, significat perfectam, integram & cōtinuam, siue perpetuam laudem dicere, vel laudem multiplicem & copiosam. Quem sensum videtur hic sequi D. Ambrosius. Si autem septenario numero significatur requies æterna, vt vult Dignus Gregor. erit hic sensus, septies in die laudem dixi tibi, id est, in die æternitatis & gloriæ laudabo te, vel per laudem quam in præsentis temporali vita tibi decanto, ad æternam illam festino. Quod hic insinuare videtur Dignus Hieronymus cum dicit. Septies Deum per diem landat, quia mens eius in pleno splendore perdurans ad illum septimum diem, id est, sabbatorum sabbatum, qui est requies æterna festinata. Vel sic; Septies in die laudem dixi tibi, hoc est, septem vicibus per septē horas canonicas, vt mos est religiosus. v. g. laudes matutinas summo diluculo, quia tunc resurrexit Dominus, postea primam quia tunc traditus fuit Pilato, deinde tertiam quia tunc clamauerūt Iudæi crucifigatur, vltierius sextam quia tunc crucifixus fuit, deinde nouam quia tunc spirauit, postea vespas quando depositus fuit de cru-

August.

Ambros.

Gregor.

Hierony.

ee, vltimo completorium, quia tunc sepultus fuit. Matutinas vero nocturnales cantat Ecclesia ad designandum vigilias Domini, & diligentias Iudæorum in eius custodia. Vel idcirco septies in die laudat Ecclesia Deum, vt septem virtutes illi tribuat, quibus septem vitia expellat, & septem beatitudines acquirat. Iosue 6. Cum septimo circuitu

*Iosue 6.* sacerdotes clangere tubis, postquam in aures multitudinis simul increpuit, muri Ierico corruerunt. Sic per harum septem horarum vocem inimicos nostros fugamus. Hęc enim fuit cithara it-

*Figura.* la septem cordarum, qua cum psalleret Dauid, spiritus nequam à Saule fugabatur. Vel quia septies

*Prou. 24* cadit in die iustus, vt dicitur Prouerb. 24. septem vicibus opus est ad Deum clamare, vt resurgat. De

antiquitate autem septem horas canonicas cantandi in Ecclesia, & quomodo ab Apostolorum seculo, hic mos dimanauerit videndus est Aloysius Lyppomanus in prima parte in vita sancti Marci, fol. 400. & in secunda parte in vita sancti Vubisibrot, fol. 402. Vbi ex Eusebio, & Beda, & Philone verustatem eius probat.

*Lyppo-  
manus.*  
*Euseb.*  
*Beda, &  
Philo.*

(Super iudicia iustitię tuę) per quod intelligit, vel præcepta ipsa quę in iustitia disposuit, vel dispositiones diuinę voluntatis, secundum quas iuste operatur omnia, cū à iustitia omnia prodeant, Iudicia æquissima sunt, ac summa laude digna.

*Campe-  
nis.* Quare Ioannes Campensis sic explicat. Septies per diē laudauit te propter normas viuendi æquissimas præscriptas à te. Vel per iudicia iustitię intel-

lige flagella, & verbera quibus corrigit, & iustificat filios suos; de quibus supra: Exultauerunt filii Iudæ propter iudicia tua Domine. Vel dicuntur iudicia iustitię, hæc flagella quę iuste infliguntur.

*Dan. 3.* Daniel 3. Vniuersa quę fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti.

VER-

VERSVS QVINTVS.

*Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.*

**V**erbum Dei obseruatoribus suis pacē confert corporis & animę, nam qui Dei mandata obseruat, iustitiam facit, quia iustitia est hominem Deo subditum esse. Iustitia autem pacem

generat, secundum illud Isa. 32. Opus iustitię pax. *Isa. 32.* Quare capite 48. eiusdem Prophete ait Dominus; *Et 48.*

Vnam attendites mandata mea, & facta fuisset sicut flumen pax tua. Hoc est abundantissima.

Ex hoc est quod hic Propheta dicit, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

Scandalum secundum Theologos est dictum; vel factum minus rectum præbens occasionem rui-

nę: est enim nomen vsurpatum à corporalibus, à quibus utpote nobis magis notis spiritualia deno-

minamus. Scandalum autem corporale dicitur quando ponitur alicui obex in via, per quam tran-

sit, in qua offendens, ve ruit, vel disponitur ad ruinam, ita in via spiritali per dictum vel factum

alterius solet aliquis trahi, vel induci ad peccandum. Vnde Hieron. Matt. 18. super illud. Quicum-

que scandalizauerit vnum &c. dicit; Scandalizat alium, qui alteri dicto, vel exemplo occasionem

ruinę præbet; quod peccatum maximè contradicit vitę prædicatorum, qui sunt ordinati ad leuan-

dum iacentes, secundum illud Isa. 35. Genua discolora, vel debilia roborare, id est, (a los que facilmente caen) Vnde Greg. lib. 1. Pastor. Nemo amplius (inquit) in Ecclesia nocet, quam qui pertinet

*Isa. 32.*  
*Et 48.*

*Hieron.*  
*Mat. 18*

*Isa. 35.*

*Gregor.*

Kkk 3 sc

se agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet; de-  
linquēte namq; eū redarguere nullus presumit, &  
in exemplū culpa vehementer extenditur, qm̄ pro  
reuerentia ordinis peccator honoratur. Est autem  
duplex scandalum; alterum actiuum, de quo intel-  
liguntur dicta; nempe quando quis sua actione al-  
teri præbet occasionem ruinæ: alterum passiuum  
qm̄ impingit tractus verbo, vel facto alterius; rur-  
sus scandalum passiuum alterum pusillorum, alte-  
rum Phariseorum; pusillorum est qm̄ ob ignoran-  
tiam scandalizantur pusilli de aliquo facto, non  
intelligētes causam eius; quale in primitiua Ecce-  
lesia erat illorū qui scandalizabantur. videntes Chri-  
stianos ea quæ verita erant in lege manducare: Et  
tunc talia opera etiam si bona sunt intermittenda  
sunt, vsq; dum pusillis ratio eorum reddatur; & sic  
intelligitur illud Pau. 1. Cor. 8. Si esca scandalizat  
fratrem meum, carnem non manducabo in æter-  
num. Tamen si post redditam rationem nō cessat  
scandalum eorum, non ideo à bono opere cessan-  
dum est: qm̄ iam non ex ignorantia, sed ex malitia  
est scādalum eorū, & iam transit in scandalū Pha-  
riseorum. Vt v.g. scandalizantur pusilli videntes  
Episcopū munera & enxenia mittere mulieri pul-  
chræ, cū tamen Episcopus ex charitate Dei & non  
ex libidinoso affectu id faciat, debet tunc Ep̄s ab  
illo opere cessare quousq; reddita ratione sedetur  
suscipio. Si autem sufficēti data satisfactione ad-  
huc permanent in suo scādalo, relinquendi sunt,  
nec intermittenda eleemosyna; quia iam eorum  
scandalum est Phariseorum, quod est quando nō  
ex ignorantia, sed ex malitia sua quis in alterius  
factum, vel dictum scandalum sumit: qualia erant  
scādala Phariseorum aduersus Christum. Quare  
cum discipuli scandalizatos Phariseos in suis ser-  
monibus retulissent, dixit eis; Sinite illos, cæci sunt  
& du-

& duces cæcorum. Ad propositum ergo nullū ho-  
rum scandalum nec actiuum nec passiuū nec pu-  
sillorum nec Phariseorū locum habet in viris per-  
fectis; nec enim dicto vel facto occasionem ruinæ  
alijs præbent, nec tantam ignorantiam agendorū  
habent, vt lateat illos quem nam finem bonū ha-  
bere possit opus, quod ignorātibz possit aliter ap-  
parere. Nec ob aliorum facta, vel dicta scandalizā-  
tur, aut ruunt: qm̄ tales sunt in charitate radicati,  
& fundati, vt ait Paul. Quare sicut ventus validus  
etiam si moueat arborem fixē radicātā non tamē  
euellit, sic mala aliorum non eradicant iustos etiā  
si tantisper moucant; habent enim domum supra  
firmam petram ædificatam, contra quam etiam si  
venti ac flumina insurgant, non tamen obruere  
possunt illam; quare Paul. audacter dicebat: Quis  
nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an  
angustia? &c. Et vt ostenderet se non impingere ob-  
aliorum facta, ait alibi. Quis scandalizatur, & ego  
non ruo? non dicit, & ego non scandalizor. Hoc  
enim longe est à viris perfectis, quos charitas fixos;  
ac immobiles in bono tenet. Vnde Prover. 15. Via  
iustorum absque offendiculo, quare Psalmista in  
hoc versu diligentibus dicit non esse scandalum,  
nec turbati pacem eorum. Vnde Ambros. ait; Cha-  
ritas pellit omnes tribulationes, non vt non eue-  
niant, sed vt non noceant; quia licet exterius tribu-  
lationes insurgant, tamen vir iustus interius non  
turbatur, secundum illud Proverb. 12. Non contri-  
stabit iustū quidquid ei acciderit. Quod si aliquan-  
do iusti dicantur scandalizari, id est, vel quia vehe-  
menter dolent de peccatis aliorum, vel quia in  
admirationem rapiuntur, tot mala videntes susti-  
nere: vel secundum D. Augustinum non est illis  
scandalum aliquod à lege ipsa Dei, quoniam qui  
diligit legem Dei, si quid est in ea quod non in-  
telligat,

telligat, illud tamen veneratur, & honorat; & si quid est in ea sonare videtur absurde, iudicat magnam & difficile, & se nescire; & ideo non scandalizatur. In cuius signum in esu agni Paschalis præcipiebatur Exod. 12. vt non remaneret ex eo quicquam vsque mane, sed si quid residuum erat, igne comburebatur; quoniam nihil in lege Dei prætermittere debes, quod non credas & opere compleas; quod si aliquid non intellexeris, igne charitatis combure, tuæ ignorantia tribuēs, quia tu non penetras mysteria omnia quæ in lege Dei sunt; quæ licet tibi non ita appareant, bona tamē ac iusta existimare ac credere debes; hæc enim omnia facit charitas & amor legis Dei.

(Pax multa diligentibus legem tuam &c.) *Obserua:* Pax secundum D. Thom. 2. 2. q. 29. idem est quod concordia, licet aliquid amplius addat super illam: est enim cōcordia diuersarum voluntatum concors assensus; Pax autem hunc voluntatum consensum includit, & addit præterea ipsius etiam ad seipsum concordem assensum; vt non solum alienæ voluntati concordet, sed in seipso etiam cū semetipso pacem habeat, vt affectus in eo quæ bonum ac officiosum est, conueniant, & appetitus rationi, ratio vero Deo subijciatur. Quare concordia est inter plures, pax eiusdem ad seipsum, conuenientia affectuum est: Licet hæc pax in hac vita perfectē haberi minimē possit, cum etiam inter perfectissimos viros hoc ciuile bellum ingruere videamus. Nam Paulus vas electionis his intestinis prælijs angustiabatur, cum aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, captiuantem eum in lege peccati. Vnde & clamabat. Infelix ego homo, quis me liberauit de corpore mortis huius? hoc est de hoc corpore mortali, quod animā ad mortalia aggrauat.

In

In patria fruuntur iusti omnimoda pace, cū adimplebitur id quod per Isaiam (secundum Septuaginta) pollicetur eis Deus dicens c. 57. Dabo eis pacem super pacem, hoc est, & corporis & mentis pacem. In hac vita mentis pace fruuntur iusti, vt pote quam omnibus quibus possunt modis subditam habent Deo; corporis tamen pace non gaudent, quoniam inordinatus appetitus ac fomes peccati adhuc viger in eis, vsque dum terram promissionis ingrediantur. Illic enim terra quiescit à prælijs, & super pacem mentis, quæ etiam tranquillior ac amplior erit, corporis etiā ac affectuū pacem adipiscuntur. At vero pacem illam quam concordiam dicimus, omnes res appetunt; consequitur enim ad appetitum naturalem, quem omnes res gerūt super quietis ac boni: quare & quæ illam turbat odio prosequor, & quod cōseruat diligo, ac ideo omnes me cū habere pacem volo, vt nullus me aduersetur voluntati ac bono; In tantum autem hic in crescit appetitus, vt & bella ipsa (ait Philosophus) homines excitēt, vt hac perfruatur pace. Nā quia Turca vider Christianū aduersari illi, nec suæ obsequi voluntati ac libidini, quæ omnia sibi subdita esse cōcupiscit, ideo aduersum illū bellū gerit, vt eum sibi subijciat, nec amplius eius libidini contraire contēdat. Quare sagax ipsa natura voluit, vt nullus mortaliū sibi soli sufficeret, sed semper alterius indigeret inuamine, vt vel sic necessitate compellus vnusquisq; alterius amicitiam quæreret. Videmus enim regiones aliquas quibusdam rebus abundare, quibus aliæ indigēt, & alias habere ea, quibus primæ carebant. Vnde & Hispanus Flandriam, ille Hispaniam quærunt, ac sic inter se amicitias ac societates cōstant. Sic quia auro carebat Hispanus in remotissimas trans fretauit regiones, quibus veram Ch. Domini si-

dem,

dem, qua ipsi carebāt, auro & argento pretiosiorē communicauit: & vicissim ab illis corruptibilibus auro & argento refertus est. Diues pauperis operibus eger, rursus pauper diuitis pecunias necessarias habet; indoctus sapientē ut eum doceat querit, iterū doctus stultū ut sibi ministret. Aeger medicum ut illum curet indiget, medicus infirmo ut illū diuitem faciat opus habet: & sic homines inter se amicitias ac coniugia copulant; vide quā concupita ab ipsa natura, imō & ab ipso auctore naturæ pax sit. Adde. Res omnes sui esse conseruationem ardentissimē appetunt, esse autē vniuersiūsq; rei in vnitāte consistit, nā diuisio corruptionis initium est, atq; via ad illam. Vnde diuisionem res omnes abhorrent tanquā suę cōseruationis aduersam, quæ in integritate ac vnitāte consistit. Quocirca & cū insensibile lignum scindis, stridet, stringiturq; ac vehemēter resistit, & quasi gemens queritur quod ipsum diuidas, quia diuisio conseruationi suæ contraria est; imō vel minimum acculæ ictū vehementer gemimus, quia carnem licēte niter diuidens ad corruptionē nostrī esse viam aperit. Homines autē vnum quid efficimus omnes, vnum corpus, vnā Rempublicam, conuentū, ac ordinem constituiamus, cuius conseruatio in vnitāte ac integritate consistit: quæ si per diuisionē defecerit, corpus ac nōbra simili defectiōe interibūt. Quare Ecclesia quæ corpus hoc mysticū Christianæ Republicæ continet ab Spiritu sancto in Canticis vocatur, Terribilis ut castrorū acies ordinata. Quā in acie si milites suum ordinem seruent, terribiles hostibus erunt, vnus enim omnes adiuuat, & oēs vni auxilium præbent, vnus in oēs, & omnes in vnū operas conferunt: at si turbatis ordinibus dimicare velint, certissimus erit totius agminis interitus. Si enim miles à duce diuidatur, aliumq; locū

*Cant. 6.  
Simile.*

sibi

sibi querat quā in quo positus est, vel alius a balio diuisus sit, iam nō vnus pro omnibus non omnes pro vno valebūt, sed vnus pro se tm̄ dimicabit. Vni autem non difficile erit resistere, imō & aduersus eum preualere. Sic sic tibi dico ò Christiane miles, qui in agmine sanctæ matris Ecclesiæ militas sub crucis vexillo; si in tuo te continueris loco ac officio, nec aliū à suo propellere velis; si in vinculo pacis & vnitāte spiritus ac charitatis cū alijs vixeris, ceteriq; tecum conuenerint, quasi testudine facta, quadratoq; ac clauso agmine terribilis & intolerabilis hostibus omnibus eris. At si te ab alijs diuiseris, tibi soli bona volueris, locū tuum dimiseris, ut alios antecellas, ceteriq; similiter à te descuerint, aperto latere ac turbatis signis & ordinibus te adorietur hostis, atq; superior euadens, vel interimet, vel in miserā captiuitatem tradet, iam enim minus vales. Qui. n. charitatis vinculo vniū sunt vnus pro omnibus & oēs pro vno pugnant, quā orationes ac satisfactoria opera aliorū quisq; communicat, secundū illud quod supra exposuimus; Particeps ego sum omnium timentū te &c. Vnde D. Cyprianus lib. j. Epist. j. Concordia simul iuncta, ait, vinci non potest. Sciat quippe orthodoxorū quisq; hostem nostrū diabolum etsi superbissimum ac fortem, meticulosum tm̄ ac inertem & pauidū esse, nec multos simul aggredi audebit sed vnum, vel alterū, cum ab alijs discreuerit, ac separatum viderit. Sicut & ille Goliath. 1. Reg. 17. à quo omnis exercitus Israel fugiebat, quoniā proceræ erat staturæ lorica ferrea indutus & ocreas ferreas habebat, & hastile lanceę sicut liciatorium texentium; tamen licēte fortis ac superbus ad singulare certamen populū Israel exagitantem (vno à vno) qui omnem exercitū simul videbatur posse ad congreduendum secum inuitare, adeo iners

*Cyprian.*

*1. Reg. 17*

*Figura.*

ac

ac mericulofus erat. Sic dæmon qui tot inditus eſt armis, artibus, dolis, cui non eſt potestas in terra comparabilis, vt dicit Iob, nihilominus timet multos ſimul viſculo charitatis vnitos adoriri, ſed ad ſingulare certam eſt deſcendit. Quare cum Chriſtiani nos vel religioſos diſciſſos inter ſe cognouerit, iam illos audacter ac confidenter aggreditur, peccatiſque ac interfectionibus omnia cõplet. Quod (proſolor) iam oculis cernimus eueniſſe ob Chriſtianorum principum diuifionem, hoſtem in Eccleſia graſſari, ſchiſmatibusq; ac hæreſibus omnia implere. Vnde Cyprianus vbi ſupra: Cui nõ eſt aduerſum omnes ſatis virium, circumuenire nititur ſolitudinem ſingulorum, Deo enim & naturæ odibilis eſt valde diuifio. Vnde (vt adnotauerunt Hieronymus & Origenes) cum Moyses creationis ſeriem referret dixit, quod Deus vidit primum diem, & dixit cum bonum, ſimiliter tertium, quartum, & reliquos, de ſecundo autem die non aſſeruit bonitatem, vt ſtatim ab exordio conditionis mundi inſinueret quantum ſibi diuifio diſpliceret. Nam dualis numerus primus ab unitate diſcedit, & in eo primum incipit diuifio. Quare regnum cœlorum domus vocatur, cũ Dominus dicit Ioan. 17. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Ampliſſimum illud regnum vbi tot millia Angelorum atque hominum ſunt, vbi ipſe Deus infinitæ magnitudinis reſidet, tot populi, linguæ, tribus & nationes morantur, domus dicitur, cum potius regio vel ſæculum dici debuerit. Non vacare id myſterio arbitror, vt oſtenderet vnanimitatem conſenſum animorumque concordiam qua ibi fruuntur beati; nam cum tot ſint & tam diuerſi, vna eſt omnium voluntas, ac ſi in vna domuncula morarentur, nam idem velle & idem nolle (quæ ſecundum Tullium vera amicitia eſt) omnes habent, quoniam cuncti vnanimitè

miter vno animo atque promptiſſimo ſpiritu in Deum ipſum feruntur: vnaque voluntas hæc eſt quoniam participatio omnium in idipſum eſt: hoc eſt in Deum vnum, qui tunc erit omnia in omnibus. Quod per Iſaiam Prophetam illis promittit Deus dicens. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Illa enim diuerſorum vna voluntas Dei ſubiecta voluntati, hæc pacis pulchritudine ſtruit. Nam pax (vt vult Auguſtinus) eſt tranquillitas ordinis: & ideo fiducialiter, & ſecuri inter ſe quieſcunt, nec hoſtium inſidias aut ſubdoli fratres reformidant. Quare requies illa opulenta eſt, cum omnium diuitias quilibet ſuo modo cõmuniceret. Vt nobis miſeris homunculis, quos nec vna domuncula capit: vbi duo ſoli morantur, nõ domus ſed Babylonica confuſio ſtridet: quod ſi in pace vueretis, quaſi vnus multi videremini. Scitè orator quidam apud Athenienſes cum in publico ſiggeſtu perſuaſurus pacem aſcendiſſet, eſſetq; obefe corpore, vt vix eum cathedra caperet, & niſum concitaret in populo, hinc exorſus eſt orationem ſuam dicens: Videtis me tumidum ac obefum ciues, ſcitorè ergo quod cum habeo pacem cũ vxore mea, ſtriſtus lectulus nos capit ambos, ſi autem diſſenſio inter nos concitatur, nec in tota poſſumus cõmorari domo. Ecce quid pax atque unitas faciat. Quare in domo Dei non eſt murmur aut querela, vlla, in inferno autem nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Hęc pax diligentibus Deum promittitur: quapropter nec eſt illis ſcãdalum nec offendiculum vllum.

Pſ. 121.  
Iſa. 32.

Iob 19.

VER-

VERSVS SEXTVS.

*Expectabam salutare tuum Domine : & mandata tua dilexi.*

**I** Deo iniquitatem odio habui, & mandata tua dilexi, quia expectabam salutare tuum Domine, hoc est, salutem à te consequi; vel expectabam Christum, qui est salus mea, ut salutiferum nomen eius præferret. Antiqui præstolabantur eum in forma mortali & passibili, nos autè in forma gloriosa & immortalis; secundum illud Paul. Philip. 3. Saluatorem expectamus. Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformauit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori clauitatis suæ: ut cum Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos appareamus cum ipso in gloria, ut dicitur Colof. 3. Bonum quippe est præstolari cum silentio salutare Dei. Thren. 3. De quo vide versum primū octona. & tract. 6. (Et mandata tua dilexi.) Spes quidem sperat à Deo salutem, faciendo tamen homo quod in se est, aliàs præsumptio vana erit spes ac cæssa. Vide Christus Lucæ 2. Sint lumini vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris; & tunc cum sanctis desiderijs ac operibus fueritis præparati, eritis similes hominibus expectantibus Dominum suum. Qui enim dormiens est in lecto, aut ludens, aut bibens & inebrians, non videtur expectare Dominum, sed nec eius quidem memoriam habere. Quare rectè Psal. noster dicit quod diligendo diuina mandata expectabat salutare Dei. Et certè hoc efficit etiam verbū Dei, nimirum mentem per spem fortificare. Obsessus expectans adiutorem spe roboratur, infirmus spe medici, captiuus spe redemptoris. Sic & flagellis huius

*Phil. 3.*

*Colof. 3.  
Thren. 3.*

*Luca 2.*

huius mundi oppressus, dum per hæc saluari expectat, per patientiam perseverat. Vnde dicit verbū Dei omni aduersa patienti. Psal. 30. Viriliter agere, & confortetur cor vestrum omnes qui sperauis in Domino. & Psal. 38. Expecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te. *Psal. 30  
Psal. 38*

VERSVS SEPTIMVS.

*Custodiuit anima mea testimonia tua : & dilexit ea vehementer.*

**H**oc est quia dilexit, idè custodiuit anima mea testimonia tua, atque mandata. Nam probatio dilectionis exhibitio est operis, ut ait Gregorius, de quo nos statim sermonè habebimus. *Greg.*  
Et quoniam dicit animam suam custodisse testimonia Dei, imò & dilexisse (nam Augustinus dicit in quibusdam codicibus haberi, & dilexit, in tertia persona) idè de interno amore ac desiderio custodiendi ex animo & in veritate mandata Dei est hic sermo. Per testimonia autem Caieta. intelligit etiā interna testimonia quæ Spiritus sanctus reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, de quibus supra. *Caieta.  
Rom. 8.*  
Sunt enim interna illa dona Spiritus sancti, in quibus clamamus, Abba pater, quæ testimonia super omnia desiderabilia iustus ac perfectus diligit, & æstimare non desinit. Lyranus vero per testimonia ceremonias intelligit, quæ ad cultum Dei pertinent, & ita Ioannes Campensis Paraphrastes Psal. *Lyranus.  
Campensis* morum dicit, Custodiuit anima mea ceremonias tuas: amat enim eas valde. Et quidem ceremoniarum observatio apprimè utilis imò & necessaria nobis est; nam homines per sensibilia ad intelligibiles

biles res manuducimur, & eleuamur; Nam inuisibilia per visibilia cognoscimus, vt testatur Paul. *Rom. 1.* Et ideo Deus homo visibilis factus est, vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilitum amorē rapiamur. Quare ceremoniæ istæ sensibiles affectum molliunt, atq; ad inuisibilia contemplanda animum rapiunt. Quocirca Dominus Iesus his visibilibus vsus est ad inuisibilia ostendenda, non solum in sacramentis quorum materiæ ac formæ sensibiles sunt, vt pote res & verba; verum etiam alias, vt cum Spiritum sanctū discipulis suis dedit cum potestate remittendi peccata, prius insufflauit in eos, & postea dixit. Accipite Spiritum sanctum, vt per visibilem illum flatum, ac spiritū, inuisibile Spiritus sancti spiramē ostenderet. Quocirca credimus, quod Christus Dominus fuit Magister ceremoniarum Ecclesiæ, easque Apostolos suos docuit, à quibus & nos per antiquam patrum traditionem accepimus. Quare credimus ab Apostolorum seculo has sanctas ceremonias, quæ in sacris peragendis sunt in vsu Ecclesiæ, dimanasse secundum regulam illam D. Augusti. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Consuetudines illas quorum initium ignoramus ab Apostolis acceptas esse, cuiusmodi sunt hæ sacræ ceremoniæ. In cuius signū cum Dominus Iesus versus Hierusalem iter ageret; Apostoli asinam super quam sedens intraret, suis vestimentis strauerūt. Ceremoniæ quippè eorum ornamenta sunt sponsæ, ad decorem eius maximè cōdecencia, quas Apostoli instituerunt, & eis sponsam Christi, hoc est Ecclesiam in qua ipse Dominus insidet, ornauerunt, atque mirificè decorauerunt. Nullus ergo audeat aliquam earum irridere, aut pessundare, ne vestem aliquam Apostolorum conculcet. Obstruat os suum impius Lutherus, quoniam à Christo Domino & ab Apostolis eius,

imò

imò & à spiritu sancto has sacras ceremonias veluti sponsæ ornamenta accepimus, nec hoīs adinventiones sunt, sed sanctorum Apostolorum ac patrum traditiones, quibus in hæc vita maximè indigemus. Ciuitates illæ quæ in medio regni sunt procul ab hostibus edificatæ, nullis indigent munitionibus, nec muris, nec antemuralibus, at quæ in prospectu sunt hostium, omni indigent apparatu, manibusque ac propugnaculis oportet esse munitas. In patria quidē, vbi timor hostis erit nullus, nō his indigemus cæremonijs. Quare D. Ioan. templum in illa ciuitate non vidit. *Apoc. 21.* quoniam tunc consummatum erit & sacrificium & ceremoniæ; at nos dū in hoc exilio peregrinamur, in prospectu hostium sumus: quare munitionibus ac propugnaculis indigemus, & muris & antemuralibus munire ciuitates nostras oportet. Muniti sunt virtutes, quæ animas protegunt & circumdant, antemurale (la barbacana) sunt ceremoniæ & sacræ obseruantia; à patribus instituta. Quod si hoc oppugnatum fuerit, facile & murus ruet. Quod Hierem. Thren. 2. deplorabat dicens. *Thren. 2.* xitque antemurale & murus pariter dissipatus est. *Isa. 26.* Vnde Christus Dominus *Isa. 26.* dicitur murus & antemurale: quoniam & ceremonias simul & virtutes nos docuit. Ad rei militaris atrem non solum gladius, sed & vagina, quæ gladium conseruet, necessaria est. Qui virtutis palestrā ingreditur, & virtutes, & obseruantias quæ eas à rubigine protegant ac conseruent, addiscere debet. Nam et si *Simile.* folia arborum cibus noster non sint, protegunt tamen ac defendunt à sole & ab imbribus fructus quibus pascimur: sic sacræ ceremoniæ ac obseruantia; Cortex arboris licet aspera sit, cot tamen eius *Simile.* conseruat ne exiccetur; nam si decorticaueris truncum, tota arbor peribit & arescet: sic ieiunia,

LII

vigi-



vigiliæ, humilitatis insignia, & alia quæ à præcis Patribus accepimus, vitæ medullâ continent, ne arescat. Ioel. 1. dicitur aduersus Lutherû, aliof. quæ perfidos ac vecordes hæreticos, qui has ceremonias, sacrasq; obseruationes irridet. Gens ascendit super terrâ meâ fortis & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis, & morales eius vt catuli leonis. Posuit vineâ meâ in desertû, & ficû meâ decorauit. Nudaus spoliavit eâ, & proiecit, albi facti sunt rami eius. Facilis est ad propositû applicatio. Iustus ergo qui iamiam perfectionis apicem attingit, non solum mandata, sed & ceremonias, & obseruantias summa amplectitur dilectione, sciens quoniam qui minima negligit, paulatim defluit. Aduerte tamen quod ter in hoc octonatio vir iste perfectus, qui in eo loquitur, dicit, se dilexisse mandata Dñi, & quod ex hac dilectione habuit ortû eorû obseruatio, secundum illam Dñi sententiâ. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermones meos seruet. Nul lum aliud testimoniû efficacius habere possumus in hac vita, q̄ diligamus Deum, quàm obseruatio mandatorû eius: Si quis dixerit quia diligo Deû, & mandata eius nō custodit, mendax est: quoniã vt supra retulimus ex Greg. probatio dilectionis exhibitio est operis: quod & beatus Apostolus altissimè nobis explicat, cum 1. ad Cor. 13. dicit; Si linguis hominum loquar, & Angelorum: charitatem autem non habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens. Videtur quod hic velit D. Paul. charitatem diffinire eo modo, quo Philosophi grandes res diffinire solent, nempe per negationes. Quærent enim quid sit homo primo respondemus, quod homo non est qui habet hos quinque sensus, cum cetera animalia eos habent, imò aliqua perfectiorem olfactum, acutiorem visum &c. Nec etiam est homo animal quod loquitur,

quitur, cum videamus Psyracos, turdosq; nostra verba conari. Erit igitur homo animal illud quod ratione viget, ac pollet. Hoc enim ita proprium ac singulare est homini, quod nulli alio ab homine conuenit. Sic Paulus diuinus doctor docere nos vult in quo esse spirituale hominis consistat, diffinit quæ quod in charitate. Volens autem ostendere nobis quid sit charitas, primum per negationes nobis illam explicat dicens. Si linguis hominum loquar & Angelorum &c. Vide sapientiam Pauli, non illam rebus naturalibus cõfert, nō Ciceronis, aut Demosthenis eloquentiæ, nō animositati Cæsaris, quoniam ab his longo interuallo distat charitas. Sed cum supernaturalibus comparatio fit, nimirum eû gratia ac dono linguarû, quod supernaturaliter infusum est Apostolis in die Penthecostes; Si omnè sermone loquar, sed & Angelico: si mihi datû esset quod spiritualissimè per intellectum ac conceptus loquerer. si charitatè nō habuero, factus sum velut æsonans aut cymbalû tinniens, vt pote quæ sine spiritu sonant; Nō ergo hoc est charitas; quid ergo erit? Prophetia, aut grãdis fides? minimè genti; & si habuero Prophetiã, & nouerim mysteria omnia, etsi habuero fidẽ, ita vt mōtes transferam, charitatè autem non habuero, nihil sum. Etiã si miracula facias, & secreta cordiû noueris, non ided sanctus eris sine charitate, quoniam & Balaã Prophetiæ donû accepit, & Indas miracula fecit: hæc enim sunt gratiæ gratis datæ, quæ et peccatoribus obueniunt: quoniam non ob suã utilitatè sed aliorû dantur, nepe in adificationè corporis Christi, sicuti & ego inimico meo possum elargiri pecuniã, non vt sibi sit, sed vt charo aut propinquo meo tribuat. Similiter hæc gratiæ dantur peccatoribus ad Ecclesiæ utilitatè, ac adificationè. Nō ergo hoc est charitas.

Iob 6.

Ephes. 4.

Imò etſi omnia hæc habeas, ſine charitate nihil eris. Vide D. Pauli diuinã eloquentiã; antea dixit Factus ſum velur æs ſonans &c. nũc multò minùs; Nihil ſum, ait, qm̄ ſola charitas facit aliquid, & ea ſola id quod eſt ab eo, quod non eſt diſtinguit, nec enim mundus eſſet niſi propter charitatẽ que eſt in electis. Ultra, Et ſi diſtribũero in cibos pauperũ oẽs facultates meas; & ſi tradidero corpus meum ira vt ardeã: charitatem autẽ nõ habũero, nihil prodeſt. Ideſt, quod nec magna ac heroyca opera, qualia ſunt ingentes eleemoſynã, martyrij fortitudo ſine charitate, omnia hæc caſſa ſunt ac inutilia. Quid ergo eſt charitas, ſi nihil horum eſt? Audire quid inferat. Charitas patiens eſt, benigna eſt, nõ emulatur, nõ agit perperam, nõ eſt ambitioſa &c. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Hoc eſt dicere; id eſt propriiſſimum charitati, omnium virtutum opera exequi, omnia vitia declinare, omnia præcepta ſeruare, non ſolũ quo ad ſubſtantiam (vt Theologi dicunt) verũ etiam quo ad modũ ob ſupernaturalẽ finẽ amari: Ecce ergo ſubſtantia diuini amoris mandata Dei ſeruare. Quare Propheta noſter obſeruationem mandatorum Dei dilectioni Dei ſemper attribuit. Adhuc autem & circa hoc idẽ obſeruandũ, qd̄ à custodia mandatorũ & testimoniũ Dei multa nos impediunt, ſi dilectio illorũ non ſit ſolicita. Nam, vt experientia docet, tria ſunt quã maximẽ iter peragendum impediunt, videlicet onus premens, æſtus ardens, & fames yrgens. Nã qui onere nimio premitur, ab incepto itinere deficere cogitur: ſic in via mandatorum Dei. Nullũ autẽ grauius onus in hoc itinere quam pec catum, quod talento plũbi comparatur, Zacha. 5. & Pſal. 37. dicit Propheta: Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatũ ſunt ſuper

Zach. 5  
Pſal. 37

ſuper me. Si ergo vis hanc mandatorum Dei viam perficere, hoc onus necceſſe eſt vt deponas. Auicenna primo Canon. loquens de regimine itinerantium, docet quòd non debet aliquis iter agere plenus ſanguine, ſed oportet prius euacuare corpus ac mundare, & ſic iter arripiat. Spiritualiter ille dicitur repletus ſanguine, cuius conſcientia peccatis abundat; nam & peccatores viri ſanguinum dicuntur Pſalmo 5. & Pſal. 50. Libera me de ſanguinibus, ideſt, de peccatoribus: oportet ergo euacuare peccata, vt iter hoc perficere poſſit. Vnde ſupra, Ab omni via mala præhibui pedes meos, vt euſtodiam mandata tua. Secundo impedit iter æſtus ardens, hoc eſt concupiſcentiã ardor cor exæſtuans. Auicenna vbi ſuprà docet quòd iter agentes debent tegere caput à ſolis ardoribus, ſic tu mentem tuam quã caput eſt virtutum tegumentis operire ſatage, ne eam concupiſcentiarum ardores exurant. Nam licet in noſtra non ſit, ſicutum poteſtate concupiſcentias ſentire, poſſumus tamen non conſentire, ne talis calor aſcendat ſuper caput noſtrę mentis, vt de nobis verificentur illud Pſal. 120. Per diem ſol non yret te. Tertiuũ impedimentum eſt famis debilitas. Auicenna vbi ſuprà dicit quòd iter agens de nutrimento præcipuẽ debet eſſe ſolicitus: nutrimentũ autem paucum, ſed bonę ſubſtantię oportet quod ſit; & abſtinere debet præcipuẽ ab alimentis quã humorem generant crudum. Quare celeſtis medicus de tali nutrimento in hoc itinere nobis mirabiliter prouidit: Sicut enim cum filij Iſrael iter agerent per deſertum, Deus pluit illis manna ad manducandum, quod quidem miniã erat quantitatis, magnã tamen virtutis ac ſubſtantię, placidosque generabat humores: ſic Chriſtus Dominus ſub ſpecie panis & vini corpus

Auicenna

Pſal. 5

Ps. 50

Auicenna

Pſ. 120

Auicenna

Exod. 16

pus suum, & sanguinem in cibum & potum fidelibus suis dereliquit, quatenus tali cibo deserti hoc transmeare, in celum q̄; properare possemus. Vnde & viaticum appellatur, cum ad iter peragendum necessarium sit. Est autem optimæ substantiæ, vtpote humanam continens substantiam a t̄que diuinâ. Et licet Christus, qui in hoc cibo nobis datur, sit gigas illius geminæ substantiæ, tamen sub specie modicæ substantiæ ministratur nobis. Est tamen multum nutrimenti, quia non solum corpus, sed etiam animam nutrit, secundum illud Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Ceteri cibi corporales, maximè si inordinate sumantur, generant crudos humores, idest, mortis deuos, ac illicitos: quare potius derardant quam promoueant. Qui ergo, hæc tria, quæ prædicta sunt, obseruauerit, poterit Dei custodire mandata, & dicere illud quod supra dixerat Propheta. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Et consequenter; Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer.

Ioan. 6.

VERSUS OCTAVVS.

*Seruauit mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.*

**H**oc est, ideo quia dilexi mandata tua, custodiuit ea anima mea. Insuper quæ oēs viæ meæ sunt in conspectu tuo, nec vlla te laet cogitatio, opera, desideria, ac cogitationes meæ ante oculos tuos versantur semper. Hebr. 4. Non est aliqua creatura inuisibilis in conspectu eius, quoniam omnia nuda & aperta sunt in oculis eius. Vnde & cogitatio-

Hebr. 4.

nes

nes nostras ob oculos habet. Ps. 18. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Siue sit de temporalibus siue de æternis; nam vt dicitur, à seculo & vsq; in seculum respicit, idest, ea quæ in hoc seculo & in alio geruntur omnia nouit, & nihil est mirabile hoc est nouum in oculis eius. Nam ab æterno omnia sciuit. & Iob 38. Subter oēs celos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ, idest, omnia quæ in visceribus & in superficie terræ sunt, cognoscit; orationes nostræ et sunt in conspectu eius. Psal. 87. Intret in conspectu tuo oratio mea. Opera iridem Iob 13. In conspectu eius arguam vias meas, & ipse erit Saluator meus. & cap. 31. Nonne Deus viam meam & oēs gressus meos diuumerat? cap. 14. Signasti in sacculo delicta mea, cap. 13. Obseruasti oēs semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Vnde Boetius, de consolatione, ait. Magna est nobis indicta necessitas probitatis, si dissimulare non vultis, quoniam omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cerneatis Seneca docens amicum quendam suum studiose viuere; suadet vt semper ob oculos gerat præsentiam alicuius magni, ac fama celebris viri qui studiose vitam egit, Catonis videlicet, vt ipse dicit, aut aliterius sancti ac studiosi viri; & pudeat facere, aut dicere eo absente, quod præsentem non auderet perpetrari; vel quod ille sanctus vir nec faceret, nec diceret, nec approbaret. Tu tamen Christi cultor ac seruus ipsum Christum Dominum ac iudicem tuum ante oculos tuos semper gerere debes, ac si præsentem videres, cum verè præsens sit, vt non audeas perpetrare quod oculis tantæ maiestatis displicere cognoscis: cogitatus, verba, opera, desideria tua, corâ eo sunt. Sint ergo tanti iudicis conspectu digna. Sic Psalmista; Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Et Helias dicere solitus erat. Viuit Dominus, in cuius conspectu sto hodie.

Psal. 18.

Eccl. 39.

Iob 38.

Psal. 87.

Iob 13.

Iob 31.

Iob 14.

Iob 13.

Boetius.

Seneca.

Psal. 15

4. Reg. 3.

Est enim Hebræa phrasis, quæ significat placere Deo, ut est illud Gen. 6. Noe vir iustus in generationibus suis ambulauit cum Deo, idest, placuit Deo; Quod Paul. explicat Hebr. 11. verba facies de Enoch dicens: Fide Enoch translatus est, testimonium enim habuit placuisse Deo. Et si quæras ubi est eiusmodi testimonium, quod Enoch placuit Deo, reperies illud Gen. 5. Enoch ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia transiit illi Deus; hoc est, fecit opera digna conspectu, idest, consortio Dei. Igitur si talia iugiter pensemus, timore Domini vehementer accendemur, & dicemus cum B. Job c. 13. Confiterans Deum, timore sollicitor. Hic autem timor opprimus, & cessare à peccatis, & Dei mandatis obsequi faciet, secundum illud Prou. 15. Timor Domini fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. ¶ Vel dic. Ideo omnes viæ meæ in conspectu tuo, ut illustrentur, ac dirigantur à te, qui verum lumen ac recta via es; ideo quippe dicitur via impiorum tenebrosa, quia te non habent ductorem, qui vera lux es, in quo qui crediderit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vite. ¶ Vel secundum August. dic. tertio. Omnes viæ meæ in conspectu tuo, quoniam rectæ sunt, & à te approbatæ; viæ enim quæ à dextris sunt nouit Dominus. Peruersæ verò sunt quæ à sinistris, Prouerb. 4. utpote quæ malorum sunt, quibus Deus dicit. Nescio vos. Porro ut ostenderet quod vias quæ à dextris sunt, idest, iustorum, & fructum huius considerationis nouerit Dominus, continuo subiecit; Ipse enim rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Ecce quare ait etiam iste, Custodiu mandata tua, & testimonia tua. Et ut quæreremus hoc unde ponerit prouenire ( inquit ) quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Nam ipse rectos facit gressus nostros, & viæ eorum qui custodiunt mandata Dei dignæ sunt diuinis conspectibus. Et ita dicit Ambrosius.

brof. Ille solus potest dicere omnes viæ meæ in conspectu tuo: qui affectu omnia vult videri à Deo. Ille autem solum cupit vias suas à Deo videri, qui bene agit; nam qui male agit, odit lucem, & non vult venire ad lucem, ut non arguantur opera eius, ut dicitur Ioan. 3. Et subdit. Beatus qui potest dicere, omnes viæ meæ in conspectu tuo, qui nolit abscondere omnes cogitationes suas, & omnes actus suos. Abscondebat Adam viam suam, abscondebat etiam Eva post culpam, abscondebat Cain necem fratris. In affectu possumus vias nostras abscondere à Deo non in effectu, plena abscondentis perfidia est apud Deum nulla sibi latebra. Ideo Ecclesia in canticis suis demonstrabat ei sua secreta dicens. cap. 8. Apprehendam te & ducam in domo matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, hoc est, omnia arcana atque occulta animæ, quæ genitrix est cogitationum mearum ac operum: Nam etsi Deus omnia videat cordis occulta, bonum tamen est, ut vnusquisque ei animam suam aperiat, & expandat, & tanquam lumini, vel calori eius occurrat. Itaque Domino Iesu Christo, qui est via, & veritas, bene hoc dicitur ab illis, qui ad illam veram viam fide, moribus, actuque desiderant peruenire: Omnes viæ meæ coram te Domine; Nulla enim via potest bona esse, nisi quam tu illuminandam tui visitatione luminis fueris dignatus.

VIGESIMVS SECVNDVS  
Octonarius.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intro

2. Thau *Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.*
3. Thau *Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.*
4. Thau *Pronunciavit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas.*
5. Thau *Fiat manus tua ut saluet me: quoniam mandata tua elegi.*
6. Thau *Concupiui salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.*
7. Thau *Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.*
8. Thau *Erraui sicut ovis que perijt: quare seruum tuum Domine, quia mandata tua non sum oblitus.*

INCIPIT TRACTATUS  
Vigefimus fecundus.

VERSUS PRIMVS.

*Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.*

*Induit p  
sona re o  
gnoscetis  
proprias  
vires.*

**I**N hoc vltimo octonario induit Propheta personam recognoscens proprias vires, sic quod ex hoc recurrit ad Deū ex gratia præueniente. Recognoscit quidem se parū posse ex proprijs viribus, & ex gratia præueniente habet non

non obliuisci mandata Dei: habet etiam recurrere ad Deū, & petit id quod est gratiæ subsequenti qua indiget. Quare hæc persona explicatur in vltimo versu, vbi dicitur; Erraui sicut ovis quæ perijt, quare seruum tuum Dñe, quia mandata tua non sum oblitus. Errabunda ovis, quæ se à caulis separat, præter pericula luporum ac inediæ quæ subit, non potest ad ouile redire, nisi pastor eā inquirat, sup humerosq; reportet. Homo secundū naturales vires intellectus & animi sicut ovis perdita errat, qm vagatur in operibus suis sine pastu diuinę doctrine extra gregem ouium Christi, impotensq; perueniēdi ad caulas nisi reducatur à Christo per gratiam subsequentem. Unde dicit; Quare seruum tuum. Vbi explicatur recursus ad Deū, qui est effectus gratiæ præuenientis, profitēdo impotentiam propriā, dum petit requiri. Ac si apertē dicat, nisi me inquiras, necesse est me in aternū perditū iri. Congruit autem vltima litera Alphabeti Hebræi quæ dicitur (Thau) & significat, erravit. Significat etiam consummavit, & significat signum. Quoniam iustus, qui se sicut ovis errasse cognoscit, appropinquare vult Deo, in quo perfecta cōsummatio est. Cum perfectio cōsummata creaturæ in approximatione ad creatorē sita sit, & talis approximatō signum est perfectæ salutis. Et ideo dicit erraui, de præterito. Nam si post errorem ad Deū appropinquet, iam non error, sed cōfirmatio est. Cōfirmatio autē (ait hic Ambros.) perfectio disciplinæ est. Sed qm in hac litera plura mysteria recondita sunt, aliquantulum in ea immorandū est. Primo sciendum quod secundū D. Hieron. super illud Ezech. 9. Signa Thau super frontes vitorū gementiū atq; dolentiū. Hęc litera Thau olim apud Hebræos habuit figurā crucis. Nā vt ipse Hieron. refert, Esdras deleuit characteres antiquos & novos

*Thau.*

*Ambros.*

*Hieron.  
Ezech. 9*

nouos instituit, ne cum Samaritanis, vel in figuris  
 literarum conuenirent. Erat autem olim (Thau)  
 huius figuræ, T, imo si Cassaneo historiographo  
 credendum est, fuit olim signū atq; stemma totius  
 populi Israel, sicuti & aquila Romanorū. Lyranus  
 Num. 2. dicit, quod vexillum cuiuslibet tribus erat  
 simile in colore lapidi posito in rationali, in quo  
 erat sculptū nomen sui Patriarchæ. Constat autē  
 Exo. 28. Exod. quod lapis in quo erat sculptū no-  
 men Iudæ (ex qua tribu oriūsus erat Messias) car-  
 bunculus dicebatur, cuius color flāmas ignis imi-  
 tatur, secundum illud Poete, Flammæ imitante py-  
 ro, i. carbunculus. Quā in vexillo crucis, quod di-  
 citur signum filij hominis, adeo flammescit amo-  
 ris ignis, vt nō solum peccata cōbussit, sed & cor-  
 da hominū in sui amorem ardentissimè conflagra-  
 re fecerit. Quare secundum D. Aug. Crux Christi  
 appellatur fornax, vbi ignis maximè ardet. Nam in  
 meridiano exurit terram, & in nouissimo calores  
 illius, quis poterit sustinere? vt dicitur Eccl. 43. Sed  
 Christus Dñs secus meridiem crucifixus est, & tūc  
 ostendit nouissima ardentissimi amoris sui. Quare  
 Burgesis in eodem loco dicit, q̄ in signe filiorum Iuda erat  
 catulus leonis, cui cōparatus est à Iacob patre suo:  
 Catulus leonis Iudas: ad prædam fili jmi ascendisti,  
 In crucem ascendit, ibi q; ad prædam salijt, vt præ-  
 donem mundi diabolu deprædaretur (abalançose  
 a la presa) In vexillo Ephraim erat figura tauri, in  
 vexillo Ruben figura hominis, in signe autē Dan  
 erat aquila. Et hæc quatuor vexilla atq; stemmata  
 ad quatuor plagas terræ arcam testamenti circun-  
 dabant, atq; muniebant, vt in istis vexillis figura-  
 rentur illa quatuor animalia, quæ vidit Ezechiel,  
 quæ Christum Dñm adumbrabant, vel quatuor  
 Euangelistæ, qui in medium mundi ipsum pertule-  
 runt,

runt. At vero signū crucis inter alia signa semper  
 emicuit, grandesq; res per illud significabantur.  
 Apud Aegyptios qui hieroglyphicis literis, i. figu-  
 ris conceptus suos significabāt, per crucem vitam  
 venturam intelligebant æternam, nempe illā quæ  
 per crucem hominibus data est, secundum illud,  
 Ego veni, vt vitā habeant, & abundantius habeat.  
 Est. n. crux Christi arbor vitæ, in qua etiā folia erāt  
 vitæ, & quicquid ibi erat, totum erat vita. Sic in cru-  
 ce Christi ipsa mors vita fuit, quoniam ibi mors in  
 vitam transijt. Imo quā vita ibi pependit, ab ipsa vi-  
 ta impregnata mors nobis peperit vitam. Fortis im-  
 pegit in fortem, & ambo corruerunt, ait Ierem. Iere. 46.  
 Mors & vita duello conflixere mirando in cruce,  
 sed dux vitæ mortuus regnat viuus. Vnde Ecclesia  
 nimio affecta stupore canit, & dicit: O magnū pie-  
 tatis mysterium, mors mortua tunc est, quā mor-  
 tua in ligno vita fuit? Quoniam ibi verus Iacob  
 matto complexu cum morte, & autore eius diabo-  
 lo luctauit, & vtrunque præcipitem dedit. Erat in  
 ligno crucis (ait Origenes) coluber ille tortuosus  
 inuolutus, sicut olim in ligno vitæ, & tñ secundus  
 Adam in illo ligno etiā circumplexus serpentem  
 tortuosum in ligno, vbi vincere consueuerat, deui-  
 cit: vt qui per lignum vincebat, per lignum quoq;  
 vinceretur, & suo illum gladio iugulauit, sicut Da-  
 uid Goliath, atq; velut alter Aman in ligno quod  
 parauerat Mardocheo, i. Christo, ipse suspensus est.  
 In fabulis est Herculem luctasse cum Antheo, qui  
 erat filius terræ, à qua nouas vires trahebat quo-  
 ties ab Hercule in eē prosterneretur: quod cernens  
 ipsam à terra eleuans fortiter cōplexum strangu-  
 lauit. Diabolus cernens Christū Dñm multa signa  
 in terra facere, indiesq; vires acquirere (sua quippe  
 vox illa fuit. Quid facimus, quia hic homo multa  
 signa facit? si dimittimus eū sic, omnes credent in  
 eum)

Ioan. 10

Iere. 46.

Figura.

1. Reg. 17

Esther 7.

Figura.

Ioan. 11

eum) animaduertens ergo potestatem ac nomen quod in terra acquirebat, complexus illum in cruce à terra eū separare contendit, & licet ibi ipsū animam efflare fecerit, tamen ex illo complexu Christus vitam sibi & nobis, diabolo vero mortem & in teritū lucratus est. Brachijs enim illijs quibus crucem amplexabatur, ipsum dæmonem suffocauit, Vnde licet videretur teneri à brachijs crucis. potius ipsam ipse tenebat, secundum illud Habacuc, Cornua in manibus eius, ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius, hoc est, mors & diabolus conculcati ab eo, atque superari cum summo dedecore visi sunt, ipsa autem crucis figura atque partium situs mira apparent. Omnia quippe complectitur, altitudinem, profunditatem, latitudinem, & longitudinem & rotunditatem. Et sicut circularis figura, quæ capacissima est, omnes alias figuras sub se continet, sic crux Christi omnia comprehendit, celestia, terrestria, subterranea, & quæ ab Oriente, & quæ ab Occidente, & quæ à Septentrione, & Meridie, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt: omnesq; gentes, quæ per quatuor plagas terræ continentur, ad vexillū vocauit crucis. Et quæ à dextris, & quæ à sinistris sunt ambiens, nempe bonos per crucem saluans, malos autem per crucē cōdemnans. Vnde & latronem vnum à dextris saluauit, illum autem qui erat à sinistris peremit. Est enim crux & tribunal, & regale sceptrum, quo omnium iudex ius omnibus dicit ac imperat. Quare signū crucis quod dicitur signū filij hominis in die vniuersalis iudicij apparere debet, licet D. Thom. opusc. 60. artic. 25. doceat quod lignum crucis, tunc non sumitur pro ipso ligno in quo ipse fuit affixus, cum nullum mixtū tunc permansturū sit: sed pro aliqua repræsentatione

Habac. 3

Simile.

Colof. 1.

Mat. 24

D. Tho.

ne ipsius, vt appareat signū aliquod simile cruci, nisi dicas ipsum mer lignum miraculose conseruatum vsque ad illam horam. Significat etiam hæc longitudo, latitudo, sublimitas, & profundium, amplissimum, altissimū, profundissimum, longissimū, ac inexplicabile mysteriū ipsius crucis; quod Paulus orationibus suis petebat pro suis clientibus, vt scirent quæ sit longitudo, & latitudo, sublimitas, & profundū: scire etiam supereminētē scientiæ charitatem Christi, quæ omnia in cruce ostensa sunt. Extensio quoque crucis significat promptitudinē, quam in Dei obsequio gerere debemus. Hylarem enim datorē diligit Deus, superior pars spem erigit nostrā, docens quod qui ibi inclinato capite emisit spiritum, in membra, diuina gratiarum fluentia, veluti verum caput influit, vnde Paul. Hebr. 12. Aspicietes in autorem fidei, & consummatorē Iesum. Longitudo crucis perseuerantiā in bonis operibus dicit. Vnde tales dicuntur longanimēs; Soluntas manus confortare, Et Paul. in longanimitate. Profunditas est, quæ grauitatem tantū mysterij nos intelligere facit, quam nemo principū huius seculi cognouit. Et Paul. eam vocat sapientiam in mysterio absconditā. Item benedictiones quas legimus factas in mundo, per signū crucis datæ sunt. Benedixit Iacob filios Ioseph in modum crucis. positis manibus. Omnes etiā nostræ benedictiones à cruce nobis dimanarunt, quoniam in Christo crucifixus sumus electi ante mundi constitutionem, & in Christo Iesu benedixit nos pater omni benedictione, & per crucem multos filios adduxit in gloriam. Nam in baculo illo transiit Iordanem, & cū duabus turmis reuersus est. In cruce explicatum fuit enigma illud quod conuictis Samson proposuit, cum post occisum leonem cum fauim mellis in illo reperisset, proposuit tale problema; De comedente

Ephes. 3.

2. Cor. 9

Ioan. 19.

Heb. 12.

Isa. 33.

2. Cor. 6.

2. Cor. 2

Ephes. 1.

Heb. 2.

Figura.

Figura.

Iud. 14.

dente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo; Iud. 14. Hoc est, de leone, qui cætera deuorare solebat, suauissimus ac dulcis cibus egressus est. Mors, crux, flagella, spinæ, veluti diui leones homines deterrere solebant, ac deuorare: postquam autem verus ille Samson crucem & mortem subiit, non solum leonem hunc interemit, verum dulcissimum cibum pro electis fecit. Crux enim ac mors quæ alios deuorare ac interficere solebant, iam veluti si quis fauam mellis comedat, summo cum gaudio à multis hauriuntur, quod in martyribus ac puellis vidimus. Beatus Andreas cum ad crucem duceretur, videns crucem dulcissima cum illa verba habebat, atq; dicebat; O bona crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata? securus & gaudens venio ad te: ita & tu gaudens suscipias me discipulum eius, qui pependit in te magister meus Christus. Salue crux quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Multæ autem sacratæ puellæ cum sententiâ mortis à tyranno latâ audissent, dicebat vna quælibet: Infelix, has epulas ego semper optavi, & votis omnibus exquisiui. Ac multi martyres tanquam ad conuiuium læti properabant ad supplicium. Igitur iam scimus quid nam est (que cosa y cosa es) De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quoniam crucem ac mortem quæ alios comedebant, cibus dulcissimus multorum est. Postquam. n. eam momordit Christus, & adimpleuit vaticiniū illud, Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne. Nescio quid dulcedinis illis impressit, vt auidissimè morsus in eis facere, quæ plurimi fatigant, vnde Pau. agēs de hac victoria quæ Christus de morte in cruce tulit, quasi subsanans ac irridens mortem dicebat; Vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? absorpta est mors in victoria.

Osee 13.

1. Cor. 15

Hoc

Hoc est (quitaron le la victoria de las manos) quando videbatur vincere denicta est. Quoniam sicut apis spinas ac tribulos in dulcissima mella conuertit, sic Christus Dñs spinas in flores, mortem in vitam, crucem in gloriam transire fecit. Itē crux est pons per quē Christus transiuit, est lectū in quo Christus dormiuit, scala per quam ascendit, libra in qua redemptio nostra pendit; Nā sicut qui conuenit pontem, submergitur in fluuium; sic qui cruci non innuitur peribit, secundum illud 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus stulticia est: his autē qui salui fiunt, id est, nobis virtus Dei est. Quare & de cruce exponi potest illud Sap. 10. Cum aqua deleteret terram saluauit iterū sapientia, per contempibile lignum iustum gubernans. Huic enim exiguo ligno credunt homines animas suas. Vnde B. Maximus in sermone de martyribus, Crux inquit, non solum intelligatur lignum patibuli, sed pię vitę virtutisq; propositū. Vnde omnis Christiana vita ei qui secundum Euangelium vixerit, crux est, atq; martyriū. Est enim lignum illud quod dulces facit aquas amaras, Exod. 25. Vnde Isidorus de summo bono sic ait, Si passio Redemptoris ad memoriam reducatur, nil tam durum quod non equo animo tolleretur. Parua enim tolleramus, si recordamur quid biberit ad patibulum, qui nos tuat ad celum. Ille enim opprobria, contumelias, irrisiones, alapas, sputa, flagella, spinam coronam, crucemq; sustinuit, & nos miseri ad nostram confusionem vno sermone fatigati, vno verbo deijcimus. Est etiam lignum crucis lectulus in quo Christus dormiuit. Lectulus noster floridus, nā & Nazareus ibi requieuit, qui floridus dicitur, & ipse flos capi de radice Iesse nūcupatur, & spinæ illę quæ sacrum caput pupugerunt nobis non spinæ sed flores aurei fuerunt. Vnde merito de eo dicitur 2. Paral. 24. Occiderunt

Simile.

1. Cor. 1.

Sap. 10.

Maximus.

Figura. Exo. 25. Isidorus.

2. Paralip. 24.

M m m runt



runt eum in lectulo suo & mortuus est. In lectulo crucis fuerunt diuinitas & humanitas, duo in lectulo, vna assumebatur ad penam, alia libera relinquebatur, quia pati non poterat. Nam diuinitas quæ erat in moriente non erat in morte, vt dicit Leo Papa. Est autem lectulus, quia strictum fuit & breue lignum crucis, in quo recumbens Dominus non habuit vbi caput suum reclinaret, nec vbi genua poneret, quare de illo dicitur illud quod de Patriarcha Iacob legitur, Gen. 50. Finitis mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos & mortuus est. licet noster luctator non potuit colligere, cum eos haberet clauis affixos. Est & scala lignum crucis, per quam Christus ascendit, ascendit enim sicut Ionathas reptans manibus & pedibus. 1. Reg. 14. Hæc est scala quam Iacob in somnis vidit, cuius cacumen attingebat cælum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes, & Dominum innixum scalæ, Genes. 28. Nec nobis alia via pater ascensus, nisi per hæc scalam. Vnde Paul. Galat. 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c. Est & lignum crucis libra & pōdus, in qua redemptio nostra pendit. Diuites qui in magna quantitate pecuniæ soluunt, non numerant sed pondere librant, qui enim centum millia ducatorum soluit, non numerat, ne tempus multum insumat, & sit error in tam magno numero, sed æquo pondere librat; Pauperes minuta & pauca numerant, in Christo Domino copiosa facta fuit redemptio nostra, quare non solum numerari voluit, secundum illud Psal. 21. Dinumerauerunt omnia ossa mea, imo voluit ponderari, quia pretium exuberans fuit, vt supra tract. 10. versus 2. pro capiti nostro explicuimus. Vnde Eccl. 6. dicitur; Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Positus ergo Christus Dominus

minus in vno ponderis appendiculo, sufficientissimè iuuentus est grauis, & ponderosus, ac ideo descendit ad centrum terræ, cum anima ipsius inferos attingit, qui in centro terræ sunt. Sed quanto hæc libra descendit, tanto alia in qua erat peccator ad cælum ascendit, vt sic verificaretur illud Ezech. 12. Humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile.

Fuit & ara crux Christi quæ dicebatur Ariel, hoc est leo, quia ibi leo de tribu Iuda immolatus ac dilaniatus fuit, vt crux Christi non templi esset ara, sed mundi, vt ait Leo Papa sermone de passione Domini. At vero quoniam in ara crucis immolatum ac occisum fuit, id quod maxime homines appetunt, nempe delicias, diuitias, vitam, honorem, cetera omnia pro quibus homines digladiantur, ideo exosa huius sæculi hominibus est. Dixit Moyses ad Pharaonem. Non possumus in Aegypto Deo nostro sacrificare, ne videntes Aegyptij quod immolemus ea quæ ipsi pro Dijs colunt, interficiant nos. Interimere volebant homines prædicatores crucis Christi, in qua videbant occidi ea, quæ ipsi pro numine colunt. Quare Paul. Quos sepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est. Ideo cruce Christi exosam habent, quoniam in ea honores ac voluptates quæ sunt eorum numina damnantur. Quorum finis interitus, mors est finis malorum, quoniam in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et tamen mors non est finis bonorum, quoniam non pereunt tunc bona sua; imo ibi initium capiunt. Iter autem impiorum peribit, quoniam in fine omnia bona sua intereunt, & cum ventre ac voluptates pro Dijs colant, ideo cum Christi cruce inimicitias gerunt. Denique crux Christi signum victoriæ est. Quando Moyses eleuabat manus cum virga in pro-

dum crucis, vincebat populus Israel, quoniam deprime-  
 bat vincebatur. Ideo Christus Dominus affixus in cruce  
 manus habuit & eleuatas, secundum illud Psalmi. Ele-  
 uatio manuum mearum sacrificium vespertinum, ut semper  
 haberemus certum signum victoriae nostrae. Et Constantino  
 Imperatori ostensum est signum crucis in caelo,  
 cum ad bellum procederet, & dictum est ei, Constantine  
 in hoc signo vinces. Quare deinceps in signe  
 Imperatorum est. Imo & nostri Reges Hispaniae plu-  
 res adepti sunt victorias ab infidelibus cum signo  
 crucis, ut Alfonso Octauus & alij, in cuius memo-  
 ria festum triumphum crucis celebratur in tota  
 Toletana diecesi. Vnde & Isa. 18. dicitur, Cum ele-  
 uatum fuerit signum in montibus videbitis, & clangore  
 tubae audietis. Signum prelij est tuba quod gerimus  
 Christiani sub vexillo crucis, quod est signum  
 victoriae nostrae, ut illud ab infidelibus defendamus.  
 Vnde & inuisibilem hostium phalanges facto  
 signo crucis profligatur, & imo & experientia con-  
 stat prestigiatrices mulieres non posse nocere par-  
 uulis, qui signo crucis signantur in nocte, ut ipsa-  
 met inquisitoribus fassae sunt aliquando, nec in heredi-  
 tates quae habent crucem ligneam, possunt immit-  
 tere grandinem, aut locustam. Miles Christi qui  
 coram se vexillum crucis fidelissime portat, nec  
 formidet aduersarios, nec manus cum eis conse-  
 rere metuat. Cum Machabaei aduersus Antiochi  
 exercitum ad praelium pergerent, essetque ad-  
 uersariorum exercitus magnus valde, ipsique pau-  
 ci numero, apparuit coram eis eques eos praecedens  
 in veste candida, armis aureis, hastam vibrans.  
 Tunc omnes benedixerunt Dominum, & con-  
 ualserunt animis, non solum homines, sed & be-  
 stias ferocissimas, & muros ferreos parati penetra-  
 re. Machab. 11. Christus Dominus est qui semper  
 praecedit nos cum armis aureis, hoc est, pla-  
 gis

gis ac insignibus passionis suae, quae licet illi san-  
 guinea, ac rubicunda fuerint, nobis tamen aurea  
 & praesulgentia, ut pote qui redemptionis nostrae  
 pretium per ea soluimus, hastam vibrans, hoc est,  
 crucem tanquam vexillum agitas, ut nobis vires ac  
 animus addantur, ut aduersus vitia, daemones &  
 occurreria omnia, constanter dimicemus. Qua-  
 re cum tot bona in Christi cruce habeamus, non eam  
 erubescere debemus, sed pro summo honore eam  
 ducere, nam ideo in frontibus signo crucis insig-  
 mur Christiani, cum in militiam Christi ascribi-  
 mur. Nam ibi ubi erubescit maiora signa appa-  
 rere solent, hoc signum portare debemus, tanquam  
 qui non erubescimus Euangelium Christi (in quo  
 crux Christi praedicatur) scientes quod sit vir-  
 tus Dei in salutem omni credenti. Vnde D. Au-  
 gust. super Psalm. 36. Crux Christi, ait, honorata est  
 & finita, finita est in poena, manet in gloria, a locis  
 suppliciorum transit ad frontes imperatorum.  
 Qui tantum honorem tribuit poenis suis, quid da-  
 bit fidelibus suis? Quare modo gerimus Christa-  
 ni in fronte signum crucis, loco laminae aureae, quam  
 olim in fronte ferebat sacerdos in honorem sa-  
 cerdotij, nam ibi erat scriptum ineffabile nomen Dei.  
 Saluae ergo crux benedicta, ubi redemptionis pe-  
 pendit pretium, mortis mors, initium vitae, signum  
 salutis, salus in periculis, cuius spinarum flores sunt,  
 cuius clauis caelorum clauis, cuius liuor sanitas,  
 cuius vituperium honor, cuius labor quies, om-  
 nia in te in melius commutata sunt, in te iustitia,  
 meritum pretium, ac redemptio mea est, in qua salus  
 mundi pepulit, in qua Christus triumphauit, & mors  
 mortem superauit. Suscipe me in te, ut per te me  
 suscipiat, in se, qui per te me redemit. Vnde hoc ca-  
 pra baculo, atque sub hac litera quae crucem Christi  
 refert audet errabunda ouis querulis vocibus ad pa-  
 M m m 3 florem

Rom. 1.

August.

Figura.

Exa. 28.

storē accedere, ac dicere; Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Dñe. Mos erat olim apud Hebræos, vt eo die quo quis tondebat gregē suū, pauperes ab eo poscerēt aliquid ex fetura; vel ex reliquijs cōiuij, quod tūc ille qui tōdebat amicis ac propinquis parabat. Sic Dauid cū fugiēs à facie Saul in deserto cōmorarētur, & audisset, quod Nabal Carmelus homo diues tōderet gregē suū, missis aliquibus ex socijs suis, petijt ab eo aliquid ex fetura (era como pedirle algo del esquilmo) quia tūc opportunior dies ad elargiendū erat. Christus Dñs est agnus ille qui tollit peccata mundi & ille qui tanq̄ ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum: cuius vellus aureum est, quo nos nostrę redemptionis pretium soluimus. In crucis mensa vellus eius tonsūm est, pro forcipibus lancea, clauis, flagella fuerunt. Tunc ergo opportunū tempus est, vt ex tali fetura postulemus partē nobis (quepa nos algo deste tā rico esquilmo Señor). Nam quælibet sanguinis guttula pretio caret, quælibet lanę cirrū aureum pondus est; vnde & latro tunc misericordiā petijt & impetrauit. Igitur hac spe adductus Propheta sub crucis signo clamat, & dicit, Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Dñe: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. In præcedenti octonario dixit vir iustus tribulationes & persecutiones sibi fore gratas, quas propter Deū sustinuit fortiter, & libēter, quæ reductus ab errore suo appropinquauit Deo; de qua appropinquationē hic agitur, ac si diceret. Iniquitatē odio habui, & legē tuā dilexi: septies in die laudem dixi tibi, custodiuī mandata tua & testimonia tua: idcirco appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, veniat vsq; ad thronū misericordiæ tuæ, cui crux tua est: vt Iob 23. dicitur; Quis mihi det vt cognoscam, & inueniam illū, &

1. Re. 25

Isaia 53

Iob 23.

ueniam vsque ad folium eius? (Appropinquet deprecatio mea.) Peccator à Deo auertitur, tergaq; vertit ei; cum autem cōuertitur ad Deū, appropinquat ac faciem conuertit. Sicut filius Prodigus à patre auersus est in regionem longinquā; at cum ad se reuersus est, dixit. Ibo ad patrem meum, ad eū venit, appropinquauit ei, & corā facie sua pronus dixit; Pater peccaui in cælum & corā te. Longē à Deo auersus est peccator, reuertatur ad ipsum, & appropinquet ei; quod insinuare videtur, cum Lucæ capit. 25. dicit, Erant appropinquantes ad Iesum Publicani, & peccatores. Hanc similitudinem tenet motus localis cum conuersione peccatoris. Nec enim sufficit, vt discedas à termino à quo, nisi appropinquaueris ad terminum ad quem, vt cum ab illo pariete ad istum motus fueris, non sufficit reliquisse illum, nisi ad istum accesseris ambulando. Sic nec peccatori satis est peccatorum relinquere, nisi ad Deum appropinquauerit. Nec etiam sufficit respicere aut euigilare, nisi è lecto surrexeris, & ad iter peragendum te expedieris, vt Dominus Matthæi 11. Venite ad me omnes q; laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. Peccatores ad se reuocat misericors Dominus, quoniam hoc est verē conuerti, appropinquare Deo. Conuertimini ad me &c. Accedite ad me, dixit Ioseph fratribus suis, cum eos post offensam contra eum admissam sibi reconciliare volebat. (Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Dñe.) Hoc est dicere, quā oēs viæ meę in conspectu tuo, ideo posco, vt & deprecatio mea appropinquet in conspectu tuo. Scio. n. te statim repēdere vias, vt quia te Petrus filiū Dei viui factus est, protinus quasi reddens vicē dixisti ei: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meā, sic si vitæ meę in conspectu tuo sunt.

Lucæ 15

Lucæ 15

Mat. 11

Ioelis 2.

Gen. 45.

Mar. 16.

in hoc mihi vices rependes, si appropinquerit deprecatio mea in cōspectu tuo. (Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.) Iuxta eloquiū, idest, iuxta promissum tuū, quo peccatori pollicitus es dicēs. Intellectū tibi dabo, & instrua te in via hac qua gradieris: nam vt oratio nostra appropinquet ad Deū, oportet primo intelligere, quid petatur, qua vita, qua deuotione, & ob hoc postulat intellectū non qualemcumq; sed iuxta eloquium tuum.

*Ambros.* Vnde Ambr. hic. Aduerte (inquit) quid postules, nō intellectū generaliter dixit, sed da mihi intellectū secundū eloquium tuum, idest, da mihi intellectū nō secundū philosophos, qui cū seipsos nesciant, scrutantur celi plagas, mundi spatia rimantur, quæ nihil sibi pdesse possunt. Da ergo mihi intellectū, non secundū caudicos, non secundū mercatores huius seculi, nō secundū architectos domorū, qui circa honores, circa questus & pecunias intendūt, sed da mihi intellectū iuxta eloquium tuū; quod eloquium tuū est verē sapientiē bonorumq; operum fundamentum. Sic ergo iuxta eloquium Dei petit intellectum, vt sapiat, nec per humanam prudentiam inanescat, vt ait Cassiodorus.

## VERSUS SECVNDVS.

*Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.*

*August.* **S**ecundum Aug. hic non ponitur noua sententia, sed est veluti repetitio præcedentis sub alijs verbis. Nā quod prius dixerat: Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, nunc simile est, quod hic ait: Intret postulatio mea in conspectu tuo: & quod prius dixit: Secundum

Secundum eloquium tuum da mihi intellectum; huic congruit quod posterius dicit; Secundū eloquiū tuum eripe me. Quia qui per seipsum nō intelligēdo decipitur, accipiendo intellectū eripitur. Moris est quippe Sacræ scripturę, in his quæ affectū concernunt, eundē sensum sub alijs verbis frequēter repetere, vt accēdatur atq; in seipsa æstuanter feruescat voluntas in diuino amore, & sancto affectu. Sed tñ secundum Cassiod. magna est differentia inter hos duos versus; nam in primo petit orationem suam Deo appropinquare, nūc autem petit intrare, plus est autem intrare quā appropinquare; vnde iste orans gradatim ascēdēs dicit. Intret qđ plus est, quia illa oratio Deo appropinquare incipit, quę mixto timore penę porrigitur; illa autē intrat quę solo amore iustitię dirigit Deo: & vt Ambr. ait, prius domū regis intras, atq; corā eo appares, & ei appropinquare satagis, vt tuā petitionem exaudiat. Igitur in præcedenti versu petijt propheta, vt oratio eius digna diuino fieret cōspectu, nunc autē poscit vt ad ingressum admittatur; quemadmodum prius puellę speciosę dignęq; regis cōspectu Asuero regi præsentabantur, deinde ille virgā auream extendebat ad illam q̄ ad se ingredi volebat. Digna ergo sit oratio mea cōspectu tuo Dñe, vt deinde illam ad te ingredi patiaris, secundū illud Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet, non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Adhuc post appropinquationem expectet, vt eam aspiciendo ad se introducat Deus, sicut Asuerus fecit cum Ester. Vnde Augustinus ait, Magna virtus purę orationis, quæ quasi persona quædam ad Deum intrat, & ibi mandatum peragat, quo caro peruenire nequit. Est & alia differentia inter præcedentem & hunc versiculum, quod

*Cassiod.**Ambrosi.**Ester. 2.**Eccl. 35.**August.*

quod ibi dicitur deprecatio, hic autem postulatio; & licet sapius pro eodem significato uterque terminus sumatur, tamen vt Ambr. & Cassiod. volunt, deprecatio hic sumitur pro adipiscendis bonis; postulatio vero, pro amouendis malis. Vñ supra petit intellectum secundū eloquiū Dei, vt superna videat, hic per idē vt à concupiscentiæ labe purgetur. Et meritò hæc duo cōiunguntur, & ordi nātur, qm̄ intelligentia supernorū de facili cauet terrenorū pericula laqueorū, vnde Prou. dicitur; Frustra iacitur rete ante oculos pennatorū, vbi gl. Facile (inquit) cuitat laqueos in terris, qui semper habet oculos in cælis; Loquitur de oculis mētis, qui sunt cogitatio & desideriu: nā loca superiora spaciola sunt, nec ponuntur ibi laquei: quare aues quæ in aere volant, nō formidēt laqueos, qui semper circa terram abscondūtur, secundū illud Job 18. Abscondita est in terra pedica eius, & mulcipula eius super semitam. Qui ergo alas assumit, vt aquilæ, & colloquiū ac conuersatio eius semper in cælis est, non illaqueabitur his quæ in terra positi sunt laqueis, nempe diuitijs, voluptatibus, &c. Et in Cant. nos admonet Spiritus sanctus dicens; Fuge dilecte mi, & assimulare capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes aromatū. Illi enim hos terrenos laqueos fugiunt, qui per contemplationis & desideriorum penas saliant à terra, in odoremque cælestium aromatatum currunt. D. Ambros. dicit, se in aliquibus codicibus legisse; Intret dignitas mea in conspectu tuo, nā sicut principi solemus ob oculos ponere dignitatem nostrā, vt illius cōsideratione, vel foueat, vel misereatur; sic Christianus dignitatem suam ante diuinis oculos ponat, vt se aspiciat hominem suo sanguine redemptum, suis initiarum sacramentis, sua edoctū doctrina; nec patiat̄ miserū esse cui tantam

tam elargitus est dignitatem. Sicut olim populus Israel cum ad Deum fundebat preces, suam illi dignitatem proponebat, ne populum selectum, ab alijsq; discretum nationibus, quem tot miraculis eduxisset de Aegypto, tot cum beneficijs decorasset, alienis populis irridendum traderet.

## VERSUS TERTIVS.

*Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.*

**H**OC est, cum in conspectu tuo mea postulatio peruenerit, tunc effundēt ac effluent labia mea laudē; maxime si docueris me iustificationes tuas; Ita quod secūda pars huius versus sumatur casualiter, vt sit sensus, ideo labia mea laudem tuam effudent, quia tu docuisti me mandata tua, quod Hieronymi versio clarius insinuat sic. Fundent labia mea hymnū, docebis enim me præcepta tua, &c. Obseruandum tamen est hic, quod verbum eructare significat illam actionem, quam stomachus repletus exercere solet: abundantia quippe ciborum redundat foras per eructum, atque odorem siue foetorem suum extra emittunt: in spiritualibus igitur ea eructare dicimus, quibus repletus animus est; vt pote ea quæ ex diuturna magnaque consideratione procedunt, quod fit cum extēplo aliqua verba proferimus eo vocis sono ac gestu, ea grauitate ac emphasi, vt si iam anrea plura alia præfati essemus: secum enim prius colloquens animus, quasi eadem verba alij intellexissent, sententiā profert os, quæ ex his quæ secū colloquutus est dependet: quale est illud verbū sponse in primis

Cantici

Hierony.

Cantici Canticorum verbis; Oſculetur me oſculo oris ſui, nec illum nominat, nec eū quo colloquatur proferat: ſed qm̄ ſecum id cogitauerat ſæpius, atq; intus in corde cū ſponſo dulciſſime colloquata fuiſſet, qua ſi id alij intellexiſſent, quaſi ab extaſi expergeſacta in hanc imperfectā ſententiam erūpit, dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui. Quis nam eſt hic, ò pulcherrima ſponſa, cuius oſcula tanta auiditate concupiſcis? Quis? Ille de quo antea colloquebar. Nunquid non oēs agnoſcitis dilectum meū? Cuius ego oſcula poſcere poſſum niſi illius? Cuius nam illius? de quo antea mecū ruminabam, omnes vos putabam me intellexiſſe. Hoc ideo fit, quia verus amator, quia ſecum ſemper eū amato conuerſatur, oēs æſtimat id agnoſcere. vnde Magdarena cū Dñs ab ea poſtularet, dicens; Mulier qd ploras? dixit; Dñe ſi tu ſuſtulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollā: quis nam eſt iſte, quē quereris ſublarum eſſe? quis? ille eſt quē ego diligo, nunquid non oēs agnoſcitis illum? nunquid non omnibus manifeſtus eſt dilectus meus? Et ſponſa: Num quē diligit anima mea vidisti? Perſuaſum ſibi habebat ſponſa omnibus dilectū ſuum notum eſſe, & ideo nullo alio ſigno nominat; quare opus fuit, vt ſodales ab ea diſcere vellent, quis nā eſſet dilectus ſuus ſubiungentes; Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ò pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, & quæremus eū tecum? Ecce ergo quid fit ſpiritualiter eructare, ex abundantia cordis ore loqui, & ea quæ diu meditata ſunt proferre. Cū ergo iuſtus totiens meditatus fuerit Dei mandata, ac iuſtificationes, atq; ob hæc ſummas laudes Deo decantare vellet: ex hoc tandiu præconcepto ſermone eructare dicit labia ſua hymnū: Ceu qui ſecū prius ſummiffiſſe ſibi ipſi cātavit, vt ſoni proportionem ac modum aſſumeret, repēte tota voce in

Ioan. 20

Cant. 5.

Simile.

cantica

cantica coram omnibus prorūpit: ſic iuſtus qui aſſiduis meditationibus ſecum Deo laudes canebat, quaſi ſoni modulos ac vocis tenorem aſſumens: tandem ſumma voce Dei laudes eructat, & coram omnibus proferat, atq; id pollicetur in hoc verſū cum dicit, Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iuſtificationes tuas, ac ſi diceret: Per tuas iuſticias intus edoctus, atq; de mandatis tuis ſufficienter inſtructus, quaſi iam mecum in tuis iuſtificationibus eruditus, ac exercitus, in laudes publicas prorumpere audebo, credens me diſſonas non emittere voces, qm̄ ex intima concinnitate procedunt. Et hæc ſunt laudes quas Deus acceptat, eas ſcilicet, quæ ex ſummo corde prodeunt, non que ore tenuis proferuntur. Hirundo in domo tua concinit, non eū tibi amica eſt, ſed à te fugit; ſic qui ſolis labijs laudes Deo proferat, corde autem ab eo fugit & elongatur, iuxta prophetica ſententiam: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. ¶ Vel ſecundo eructare hymnum Deo eſt, ipſam bonis operibus laudare, vnde Aug. hic, Notamus (inquit) quemadmodū doceat Deus eos qui ſunt dociles Deo, vt nō ſolum memoria retinendo, verum etiam faciendo cuſtodiant iuſtificationes Dei. Sic enim qui gloriatur non in ſemetipſo, ſed in domino gloriat̄, hymnuſq; eructatur. Vel tertio, ille qui in operibus ſuis ſibi gloriā quærit non Deo, ille hymnum, id eſt, laudē eructat exterius, ſed interius ſibi ipſi retinet. Igitur vel in gloriā Dei, vel in proximorum ædificationē eructare verba debes, ſecundum illam Domini ſententiam Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificem patrem veſtrū qui in cælis eſt. Vnde & Baruch. 3. dicitur; Stellæ autem dederunt lumē in cuſtodijs ſuis, & lætati ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt, ad ſumus: & luxerunt

Simile.

Iſa. 29.

Auguſt.

Matth. 5.

Baruc. 3.

luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Lætatur stellæ cū quasi custodias noctis in cælo agunt, eo modo loquendi, quo dicimus pratum ridere, quia stellæ cum lucem in nocte emittunt, videntur hylarem nobis ostendere vulsū, vel dicuntur lætari, quoniā naturali imperu, quasi cum lætitia Dei obsequunt mandatis. Vnde subditur: Vocatæ sunt, & dixerunt, adsumus. quoniam ad verbum, fiat, Dei, statim apparuerunt creatæ, & luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas. quoniam lucem quam emittunt ad gloriā eius, qui eas creauit, vellent ordinari si voluntatem haberent. Promptitudo enim illa atq; iucunditas qua imperia Dei exequentur, id manifestat: ita Christiani si operibus lucent, ei qui fecit illos lucere debēt vt glorificetur Deus, & pater noster qui in cælis est. Quare Dominus sub mortis interminatione prohibuit ne thimiam illud, quod in honorem Dei in tabernaculo & in tēplo cremabatur, in alios prophanos vsus conuerterēt, nec alibi talis confectio odorifera fieret præterquam in domo Dei: quoniam odor bonorum operum, atq; doctrinæ in cultum & honore Dei debet referri, reusq; mortis erit ille, qui in vsu conuerterit alienos atq; prophanos, vipote qui intuitu mercedis temporalis aut vanæ opinionis id exequit. Quare Pau. 2. Cor. 2. ait, Christi bonus odor sumus. ac si diceret: si odorem bonorum operum effundimus, in gloriam Christi id volumus vt redder. ( Cum docueris me iustificationes tuas. ) Hoc ideo dicit, quia verbum, vel hymnum alijs eructare nullus potest, nisi primo fuerit doctus à Deo, qm vnus est magister noster Deus: & ideo vbi que sibi fieri doctorem postulat, vt ab ipso discat iustificationes eius: aliās quomodo poterit cantare canticum Domini in terra aliena, in lege peccati captiuus, nisi id Deus dederit. Certè inter præsentis

Exo. 30.

2. Cor. 2.

Mat. 23

Pf. 136.

vis vitæ erumnas ac lapsus cantica cantare cœlestia, interq; lachrymas ac fletus, hæc gaudia sentire, nisi magister ille cœlestis docuerit, Deusq; ue ille totius consolationis dederit, impossibile nobis esse non dubito.

VERSVS QVARTVS.

*Pronunciavit lingua me eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas.*

**Q**uantis solus Deus hominem doceat interius, & se solo possit mentem docere; tamen nos vult suos in hoc mysterio esse adiutores: sicut etsi solus Deus seminibus dat incrementum, vult tamē nos seminare, vineas purare, & huiusmodi. Quare non solum ait, hymnum eructabunt labia mea, sed & alijs eloquia tua pronuntiabunt, vt salui fiant. Et hoc D. Aug. hic. Vel secundo per hoc vult Propheeta ostendere, quod volens à peccatis corrigi, verba sacre Scripturæ meditari debet, illa loqui, illa audire, non verba mundi quæ vana sunt, quæ caduca, de quibus rationem Deo reddere nos oportet: nam de omni verbo otioso reddituri sumus rationem, & Pau. 1. Corin. 15. Nos admonet quod colloquia praua corrumpunt bonos mores. Hæc Ambros. hic. Circa quæ observanda duo. Primū quanti deberent Christiani facere ac estimare verbi Dei prædicatores, quoniā fistulæ & aquæ ductus sunt, quibus eloquia Dei argēto & auro meliora à Deo perueniūt. Etsi fistulam luteam bitumine induis, aramentoq; circumdas, ne confringatur, qm per eam domui tuæ aqua peruenit: cur non illos ornabris conseruabisq; ue, per quorum ora cœlestis aquæ

August.

Mat. 12

1. Cor. 15

fluente

fluente ad te perueniunt? Sunt etiam nubes, quibus superne imbribus irrigantur animæ: nam de verbi Dei prædicatoribus dixerat Isa. cap. 60. Qui sunt hi qui vt nubes volant? & quantum nubes cæli lumen, ac splendores impediunt: quia tamen hæc mectant terram, vt fructus producat, æquo animo fers solarium splendorum umbram; cur non & defectus aliquos in verbi Dei ministris dissimulabis, quibus obumbrare videntur veritatis lucem, eo commodo compensans, quod tibi ex eorum prædicatione contingit? vnde Psal. 146. Qui operit cælum nubibus & parat terræ pluuiam: quasi operimentum cæli nubes sunt, & tñ quia terram irrigant tolleramus. Quod si & fistulæ sunt quibus domus tua refrigerante repletur aqua, quid tibi quod luteti, ærei, aureiue sint: dum tñ limpida animæ tuæ ministraretur aqua? Sunt & nunciij, qui de cælesti patria tibi bona, quæ tibi habes, referunt: ideo quippe, *Simile.*  
*Malac. 2.* Malac, 2. Angeli hoc est nunciij vocantur: quod si nuncium qui de patria tua tibi bona refert, cum absens es ab illa, lato animo suscipis, ad conuiuium vocas, illi blandiris, imò & pecunias tribuis; plus illis, qui æterna tibi prædicant, tantorumq; honorum, qui in illa cælesti patria te expectant, nunciij sunt, debitor eris. Vnde puella quædam Phitonissa, *Act. 16.* Act. 16, de Barnabæ & Paulo, qui verbum Dei annuciabant, dicebat: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Et *Prou. 25.* Prou. 25. Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua. Sunt & lucernæ super candelabra Ecclesiæ erectæ, quæ noctis huius illuminant tenebras: Nonne lucernam emungis? oleo reficis, & ne extinguatur multipliciter curas? cur non idè, cū his diuinis lampadibus facies? Antiquitus præcipiebatur, vt cum lucernas templi emungerent, fungum illi intra arenam absconderent, forasq; in loco *Simile.*  
*Abdito*

abdito emitterent, ne fetore illo templum Dei inficeretur; Lucendo fungus sicut fauilla remanet, ex eo quod prædicatores te illuminant, & peccator, tecūq; ob id muneris conuerfantur, aliquis in *Gen. 9.* eis humanus defectus contingit, si emungeris fauillam illam absconde, ne prodas, ne exeras, ne in propatulo hæc crimina pãdas, ne fetore illo Ecclesiæ Dei inficere vellis. Patres sunt, ne verèda discooperas eorū, ac irrisioni vulgi eos opponere audeas, ne vt pessimus Cham maledicaris à Deo. *Constantinus.* Constantinus Imperator dicebat, si clericum in aliquo crimine cõprehendisset, palliū suū super eū proiecerunt, vt benedicti filij Noe fecerunt, ne ab alijs videretur. Vnde *Prou. 15.* Prou. 15. Quæ viderūt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne fortè emédare non possis, cū dehonestaueris amicū tuū. O calamitosa tēpora (proh dolor) quid dicam? ante cuius aures proclamare audebo insignē huius tempestatis impudentiæ? quasi obsequiū se prestare maximū principibus æstimat, qui monachorū, vel ecclesiasticorum crimina pandūt, atq; vitia ea quæ vera sunt duntaxat in publicū darent, sustinerè vtq; ac gemens tacerem; nunc autè, vel omnino falsa profert, vel quæ rãtilla sunt suis verbis maxima faciūt, de Culice, vt dicūt, Elephantè fabricant. Quare vobis dico (ò Christi veri Dei cultores) vehemèter *Gen. 9.* meo ac tremo, ne in pueri Chanaã maledictione incideritis, cui auus dixit cū cognouit quæ fecerat illi irridendo pudicitie eius, ac ceteris fratribus publicãdo; Maledictus puer Chanaã, seruus seruorū erit fratribus suis. Cauete, ne vel in seruitutē peccati, vel alienorū tradamini, vt sitis serui eorū, qui m̃cipia vestra deberēt esse; qđ ni fallor (atque vitia falleret) quotidiana experientia nos admoner. Similes iusti sunt Balach regi Madian, *Numer. 23.* qui infirmiora suburbia exercitus Israel ostēdebat  
N n n Balaam



Balaam Ariolo, ut malediceret populo, pulchriora occultās ne videret & benediceret: sic iusti suburbia Ecclesiæ duntaxat considerant, atque infirma ea, quæ hominibus accidere solent; bonos occultant, nec virtutes agnoscere volunt, ut maledictionibus repleat Deo consecratos viros; exploratores

*Gen. 42.* quippe sunt qui infirmiora terræ considerare veniunt, ut dixit Ioseph fratribus suis. Vnde D. Aug.

*August. Psal. 10.* super illud Psal. 20. Ut sagittent in occultis rectos corde, ipse legit; Ut sagittent in obscura luna rectos corde. Nam luna ex ea parte qua Solem respicit clara semper est, sed ex ea qua terram respicit obscura. In Ecclesia Dei sunt boni, qui Deū respicientes illuminantur, & mali qui terrenis dediti obscuri apparent; isti ergo respiciunt hanc Lunā, non ex ea parte qua cælum respicit, sed ex ea qua terram inuertur, ut ostendentes malos, qui in Ecclesia, vel religione sunt, scandala, & offencicula. rectis ponant, eosq; crudelibus sagittis suis feriant, ut modo hæretici faciunt. Verus autem Christi seruus in bonos porius oculos figat, à malisq; auerrat, ut sic cū Balaam dicat; Quā pulchra tabernacula tua Jacob, & tētoria tua Israel. Sicut valles nemorosa, sicut horti iuxta fluuios irrigui, sicut tabernacula quæ fixit Dñs. Ecce primū quod hic summō studio meditari debemus, iuxta primā huius versūs interpretationem, quam ex D. August. docuimus.

*Num. 23.* D. Ambr. docet quod in hoc versū admonemur ne audiamus, nec loquamur nisi sermones Dei, & hoc est secundum quod hic debemus aduertere, secundum illud sapientis consilium, Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis, & linguā nequā noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis; hoc est, muni aures tuas, & obtura ne pateant detrahtoribus & vaniloquis, quemadmodū spinis ager circūsepitur contra bestiarum incursum. Auresq;

*Ambros.* tuas

*Eccl. 28.*

*Eccl. 28.* tuas

tuas timore Dei veluti spinis, quibusdā sepias. Et quoniam per metaphoram loquutus est, statim se explicat dicēs; & linguā nequā noli audire, & hæc quo ad alienā linguā; quo ad propriā vero dicit; Ori tuo facito ostia, hoc est, os tuum veluti quibusdam ostijs concludere taciturnitate, & silentio; ut ex eo non sinas linguā tuā profundere, quidquid vollet, & quidquid in ipsa hæret, sed tātum quod expedit, & nocere non potest; vnde & subdit: Aurum tuum, & argentum tuum conla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, gratia sint verba tua ponderosaque, secundum illud quod supra dixerat. c. 21. Verba sapientis statera ponderosa, hæc autem sunt eloquia Dei. Vnde 1. Pet. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei, vult etiam dicere, omnia quæ possidemus pretiosa impendere debemus, ut inde vel fabricetur, vel cōparetur, & ematur ori pretiosa statera; qua omnia oris verba bene & prudenter ponderentur: id fit cum quocunque dispendio rerū, quibuscunq; sumptibus, & laboribus comparatur sapientia, & prudentia, quæ docet, quomodo verba sint disponēda atque aptanda, quando loquendum, quando tacendū, quæ silenda, quæ proferenda sint. Vnde & dicit, ori faciendos rectos frenos; hoc est iustam ei moderationē & cohibitionem adhibendo: nam sunt qui refrænānt linguam suā, sed non rectē, tacentes, scilicet, quando loquendū esset. Explicās autē has allegorias & quorsum hæc dicat, subiungit; & artēde ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortē. Nam linguæ abusus, & corporalem sæpē affert mortem, & semper æternā, nisi pœnitentiæ remedio sanetur. Dicit etiam pronuntiasse eloquia Dei nō sua, vel Philosophorum contra quod Ierem. 23. dicitur; Non mittebam

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

*Eccl. 21.*

*1. Pet. 4.*

prophetas, & ipsi currebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant: si sterissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem utique eos à vita sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. Hoc enim commodum afferunt eloquia Dei, quod non possunt hominum verba. Dicit autem pronuntiasse se eloquia Dei, ut ostenderet decorum ac reuerentiam, qua verba Dei debent dici; nam ea quæ pronuntiata dicimus, quasi cum attentione, grauitate, & decore loquimur, & sic pronuntianda sunt diuina eloquia, tam in diuinis Laudibus, quam in officio Missæ, quam in concionibus, imo & in familiaribus sacris colloquijs etiam. Nam scriptum est Psalmo **Pf. 146.** 146. Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio: (Quia omnia mandata tua æquitas.) Sunt enim præcepta Dei æqua & iusta; nam & sunt præcepta iustitiæ, & habent ortum à charitate, secundum doctrinam Diui Paul. Roma. 13. **Rom. 13.** Qui diligit proximum legem impleuit; nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum sicut teipsum; hoc est, hoc verbo completur, vel recapitulatur, aut in summam redigetur. Nam sicuti in passionibus animæ amor est origo ac radix ceterarum passionum, ut supra ex Diuo Thom. **D. Tho.** & Arist. docuimus, ita & in operibus iustitiæ **Aristot.** charitas principium tenet, ex hoc enim, quod diligo proximum, nullum ei nocuum in ferre velim. Vnde Orig. legit; Hoc verbo restauratur; Sola enim proximi dilectione tota lex restauratur, nam in hac tota continetur atque adimpletur.

VER-

VERSUS QVINTVS.

*Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.*

**P**ersona hæc, quam in hoc octonario introduximus ex gratia preueniente suâ imbecillitate agnoscentem, subsequenter gratiâ, tã quo ad illuminandum intellectum, quã quo ad inclinandum affectum poscit. Nam in primo versu intellectu poposcit, & in secundo à prauis affectionibus eripi postulat. At intelligens nec gratiam subsequenter sufficere ad salutem, nisi semper adsit præsens, diuinum auxilium grauitum, ob cuius subtractionem & Petrus negauit Christum, & David commisit adulterium; Moyses hesitauit, & quicumque lapsi ex charitate peccauerunt; ideo in hoc versu hoc grauitum auxilium poscit, nempe gratiam perseverantiæ, quæ in Dei continua manutentione consistit. Nam multis datur gratia subsequens, quibus tamen non conceditur perseverantia in illa, quæ à præsentissimo, ac gratuito diuino auxilio causatur. Hæc enim gratia est illa, de qua dicunt Theologi; quod non potest mereri, sed impetrari precibus potest; quam Ecclesia in suis collectis solet postulare, dicens, Da nobis quæsumus Domine perseverantem in tua voluntate famularum. & secundum D. August. hoc perpetuum auxilium poscimus cum in oratione Dominica dicimus; Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Hoc enim quotidianum, ac assiduum auxilium Dei est, quo sustinetur vita animæ, sicut alio quotidiano pane sustentatur vita corporis. Poscit ergo hic, hæc iusti persona, ut nunquam ab eo Dei

*August.*

N n n ; manus

manus subtrahatur: ne si tantillum se absentes, in peccatum ipse labatur. Hæc est interpretatio Caietan. in hoc versu, imo & in toto hoc octonario. Sed quoniam præcedens carmen de prædicatoribus exposuimus, hæc erit huius ad illud consequentia. Intelligens enim vir iustus, quod multa pericula prædicati occurrunt, nec per se posse, & verbo Dei operam dare, & obuiare aduersantibus (quod est vna manu gladium tenere, & altera facere opus,) ideo in hoc versu diuinum efflagitat auxilium, dicens; Fiat manus tua, vt saluet me. Quod clarius Hieronymus vertit dicens; Sit mihi manus tua auxiliatrix, vt saluet me, nempe à periculis, & malis ingruentibus; vt sermo Dei currat, & ad aures omnium perueniat, & hoc hac fiducia postulo, quoniam mandata tua præ omnibus alijs elegi ad faciendum; ad meditandum, ad prædicandum. Vbi & D. Hilarius ait, Alijs gloriam sæculi eligentibus, alijs venerationem elementorum, & demonum capeffentibus, alijs terrenas opes expetentibus, sanctus iste mandata Dei elegit; elegit autem non naturali necessitate, sed voluntate pietatis; quia vniciuique ad id quod vult via est proposita viuendi, & appetendi, atque agendi permissa libertas, & ob id vnus cuiusque aut pena aut præmijs afficietur electio. Vel per manum intellige potentiam Dei, sicut solemus dicere; Magna est manus illius Regis, idest potentia, quoniam magnum potest cogere exercitum. Quare hic postulat iustus, vt Deus potentiam suam ostendat sibi adiuuando maximè, & quia Deus exercituum nominatur, Angelos suos quasi copias auxiliares ad nos mittat, qui nos protegant, atque ab hostium incurfibus defendant; ipsi enim sunt administratorij spiritus missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Hæc interpretatio est Ambrosij.

At

At vero idem D. Ambr. & B. August. de Christo Domino hunc versiculum intelligunt, qui dicitur manus Dei; quoniam sicut per manum operamur, ita & per verbum omnia facta sunt: de quo Isa. 53. dicitur; Brachium Domini cui reuelatum est? Hæc est enim manus Moyfi, quæ de sinu extracta apparuit leprosa, & postea in sinum reducta erat sicut filius Dei de sinu patris in mundum veniens reputatus est à Iudæis vt leprosus, secundum illud Isa. 53. Nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, sed postea resurgens à mortuis; & ascendens in celum, omnino apparuit sanus. Sicut etiam, quando virga Moyfi fuit in terram proiecta, apparuit serpens, à qua fugiebat Moyses, eleuata tamen per caudam, iterum virga apparuit. Filius Dei virga illa est, de qua Psal. 110. dicitur; Virgam virtutis tuæ emittere Dominus ex Sion. & de qua Isa. 53. Et ascendet sicut virgultum coram eo. Est enim virga de radice Iesse. Hæc cum factus homo in stabulo iacuit apparuit serpens, hoc est peccator, à primo parente à serpente percussio originem trahens, licet non secundum feminalem rationem: nam licet non fuit peccator, apparuit tamen, secundum illud Paul. Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ita vt fugerent ab eo Iudæi, ac in eo scandalizarentur, secundum illud; Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. At cum in sine eleuatus est à terra in cruce, iam apparuit, quod antea erat, & dixit Centurio; Verè hic homo filius Dei erat. Est ergo Christus manus Dei, imo articulus ille manus quam vidit Rex Babylonis scribens in pariete, Mane, Thecel, Phares; hoc est numeratus, ponderatus, atque diuisus, Dan. 5. Ipse enim numeratos habet capillos capitis nostri, hoc est, cogitationes & opera; & pōderat merita, & demerita

Ambrosij.  
 & August.  
 Isa. 53.  
 Exod. 4.  
 Figura.  
 Isa. 53.  
 Exod. 4.  
 Figura.  
 Ps. 110.  
 Isa. 53.  
 Isa. 11.  
 Rom. 8.  
 I. Cor. 1.  
 Figura.  
 Dan. 5.

rita nostra, ut unicuique reddat iuxta opera sua; ac demum diuidet bonos à malis, hædos ab ouibus in die quo iudicaturus est viuos & mortuos. De hac manu dixit Isaiæ c. 35. Innoua signa, immuta mirabilia: glorifica manum & brachium dextræ. Quam manum postulabit infra, cum dicit Psal. 143. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me. Fiat ergo manus tua ut saluet me; id est, fiat homo ut saluet me salute gratiæ, & postea salute gloriæ, & ita creator fiat saluator; & per quæ omnia fiebant, fiat ipse ex femine Dauid secundum carnem; ut qui antea verbum erat apud Deum genitum non factum, fiat modo ipsum verbum caro, ut saluet me. Et hoc ideo peto, quonia mandata tua elegi, hoc est, super omnia alia eligibilia voluntarie mandata tua elegi, in quibus verbi Dei promissa est incarnatio. Quare dicunt Theologi, quod licet de condigno sancti patres Christi incarnationem non sint meriti, meruerunt tamen de congruo. Congruum quippe ac conueniens fuit, ut voces illorum, quibus Messiam postulabant, exaudirentur, qui fidelissimis votis eum expectabant, mandatis Dei in omnibus obediendo. *Vide si liber super hunc versum Hugonem Cardinalem, ubi quinque digitos huius manus cum suis articulis ponit.*

VERSUS SEXTVS.

*Concupiui salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.*

**D**E Christo itidem sicut præcedens intellige carmen hoc. Nam Christus dicitur Iesus, id est, Saluator, & salutare Dei, id est, à Deo nobis pro

pro nostra salute datus, sic Simeon eum nominat *Lucæ 2.* Viderunt oculi mei salutare tuum; & hic Iesus vocatur etiam desiderium collium æternorum, secundum illud *Aggæi 2.* Veniet desideratus cunctis gentibus. Et hunc Iesum in lege tua meditatus sum, quoniam in illa nobis promittitur. Vnde *Augu.* hic ait, Hoc salutare concupiuit Synagoga venturum de visceribus matris, ipsum concupiscit Ecclesia veterum à dextera patris. De hoc autem plura præfati sumus super versum primum octonarium, & tractatus sexti; ibi si placet poteris reuiscere. Secundò quia supra dixerat se sicut verus Dei prædicator pronunciatum eloquia Dei, in quibus est salus animæ, quia prædicator omnia sua verba in lege Dei fundare debet, non in fabulis Poetarum; ideo dicit quod lex Dei est eius assidua meditatio. *Eccl. 14.* Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitiâ meditabitur &c. Vnde *Greg. 18. moral. cap. 14.* inquit; Qui ad veræ prædicationis verba se præparat, necesse est, ut causatum origenes à sanctis Scripturis sumat: ut omne quod loquitur, ad diuinæ autoritatis fundamentum reuocet, atque in eo ædificium suæ loquutionis firmet. Hactenus *Gregor.* Certum est autem id non posse facere nisi meditationem legis Dei habeat, & ideo id in hoc versu affirmat. Nā *Ioan. 5.* dixit Dominus Pharisæis; Scrutamini scripturas. Ipsæ enim testimonium perhibent de me. Secundò per hoc etiam designatur differentia inter mundanos & iustos, mundani quippe solum quærunt salutare corporis, quod procurant nonnunquam medici cum dispendio animæ: & ideo illis non est obediendum, sed iusti salutare animæ procurant, & à medicis mundi salutem non quærunt: nam qui cupit salutem Dei, meditatur in lege eius, nec inde auertitur aliqua cura huius sæculi.

(Con.

(Concupiui salutare tuum Domine.) Hæc est sanctorum auiditas flagransque iustorum desiderium, ut deposita carnis sarcina, quæ infirmitatibus ac doloribus obnoxia est, in illam rapiantur beatitudinem à qua fugit dolor & gemitus: perpetuaque salute atque integritate, & anima & corpus fruuntur. Quare iusti mortem appetunt, à qua maximè deterrentur impij, illi enim præparati semper sunt ad iter, cuius isti omnem curam deposuerunt. *Samile.* Cum nauis iam onusta est mercibus, victu atque commeatu, omnibusque necessarijs plena, expansis velis, nihil aliud desiderat quam ventum, quo possit à portu exire, suamque peragrare viam; at quæ cū needum opportuna parata habet, nihil minus quam ventum appetit: iustus cum omnia sibi suppetunt ad mare huius mandî transineandum, virtutum commeatum, meritorum merces habeat: iam à portu surgere cupit, & dicere cum Paul. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Sic iustus Simeon, cum nullo alio indigeret ad pelagus hoc transfretandum, nisi nauclero, cum ipsum in vlnas suas videret, dixit: Nunc dimittis Domine seruum tuum in pace, ac si diceret; Nihil deest ad iter, omnia iam suppetunt, pergamus. At impius cui omnia hæc desunt, detinere in portu vult, in continenti manere, non solutis anchoris proficisci cupit, sed ut detineatur exorat, nec vela expandit, sed colligit; quare non dicit; Concupiui salutare tuum Domine: sed potius huius mundi prospera cupit. Iustus autem qui in lege Domini iugiter meditatur, (& hic est omnis ad proficiscendum paratus) dicit; Concupiui salutare tuum Domine, & quia lex tua meditatio mea est, ad peragendum iter properare non desinam.

*Samile.*

*Philip. 1.  
Luca. 2.*

VER.

VERSVS SEPTIMVS.

*Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.*

**V**iuet vita gratiæ, & laudabit te in hac vita, quoniã non mortui laudabunt te Domine, sed viuentes benedicent tibi, & vitam gloriam in alia vita, & tunc perfectè laudabo te; nam munere gratiæ viuunt spiritus meus, ut placitas tibi laudes decanter; & tunc iudicia tua, hoc est, præcepta me perducant ad vitam cum obseruauero ea, quoniam qui fecerit ea viuere in eis, suntque verba tua spiritus & vita. Itaque de utraque vita potest carmen hoc intelligi, de præsentî in qua laudes oris, & cordis canunt iusti Deo. In præcedentibus versibus dixerat, se labijs suis laudes ac verba Dei pronuntiaturum: nunc autem interiori animo se laudes decantaturum promittit cum dicit; Viuet anima mea, & laudabit te. Vtrobique enim laudes Deo decantantur, & in Ecclesia militante, & in triumphante; verum in præsentî vita inconcinnas laudes aliquando dicimus, cum non semper caro menti, nec mens Deo conueniant: in futura autem, hoc est, in cælo, ubi omnia consonant, perfectissima præconia concinnantur Deo, secundum illud Tob. 13. Portæ Ierusalem ex saphiro, & smaragdo ædificabuntur, & per vicos eius Alleluia cantabitur; Benedictus Dominus qui exaltauit eam, & sit regnum eius in sæcula sæculorum super eam, amen. & Ioan. in Apoc. c. 5. dicit; quod sancti cantant canticum nouum Deo, quoniam laudes illæ semper sunt nouæ, cum semper noua appareat ratio laudandi, nec unquam fastidiant beati tantam maiestatem intueri, intuen-

*Exec. 20*

*Tob. 13.*

*Apoc. 5.*

intuendo que laudare. Hymnus autē, qui semper concinitur, ille est, quem sine fine Angeli atque Seraphim canunt dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabbaoth. Viuet ergo anima mea in illa vita glorię & laudabit te. Nam præsens quomodo vita dici potest, de qua scriptum est. In puluere mortis deduxisti me? quomodo ergo viuit hic anima operta mortis inuolucro (que tracla mortaja arrastrando, que es su carne?). Aut quæ est vita, quæ in vmbra est? In regione vmbre mortis sumus, hic abscondita est vita nostra nō libera; erit autem libera in regione viuorū. Ibi ergo viuet anima nostra, vbi nihil mortale, nihil infirmū, nihil debitum pœnæ. Ibi verē laudabit Dominum, cum de posito infirmitatis corpore conformis esse cœperit glorię corporis Christi. Nam dñs in peccato sumus, laudare plene nō possumus, nec enim est speciosa laus in ore peccatoris. In vmbra sumus, & in terra aliena; quomodo cantabimus canticum Domino in terra aliena? sed placebo Dño in regione viuorum. Hæc Ambros. hic.

(Et iudicia tua adiuuabunt me.) Supra de præceptis Dei interpretari sumus: Ambros. tamē per hæc iudicia intelligit ea quibus vnicuique retribuet iuxta opera sua, nempe bonis præmiū, malis autē supplicium; de qua Iob. 24. dicitur; Videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iusticiā suam. Hæc iudicia iustos adiuuant, dñ se vident gratia Dei de peccato ereptos, pro Christi nomine persecutos, o peribus mandatorum Dei fuisse intentos. Consideratio enim istorum iudiciorū Dei iustos iuuat & erigit, vt Dei gratia æterna præmia sperent. Beatus ergo qui dicit; Iudicia tua adiuuabūt me. Ego autem infirmus, ego peccator timeo iudicia Dei, propter conscientiam delictorum, quæ mihi terrorem afferūt me agitant, sanctos adiuuāt, & per

& per iudicia intelligi flagella, quibus in præsentī Deus iudicat discernendo filios à non filijs; nam filios flagellat, non filijs parcat. Hebræ. 12. Fili noli negligere disciplinam Domini, nec fatigeris cū ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate filij, quasi filijs offert se Dominus nobis; quis est filius quem non corrigit pater? q̄ si extra disciplinam estis, cuius omnes participes facti sunt; ergo omnes adulteri & non filij estis; hæc ergo iudicia, vel flagella adiuuant iustū multipliciter. Primò quia carnē humiliant, ne præualeat spiritū. 2. Corint. 12. Cum infirmor tunc potens sum. & capite 4. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intrus est renouatur de die in diem. Secundò quia spiritus à superbia præseruatur. 2. Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus satanæ, qui me colaphizat. Tertio quia totum hominem custodit. Exodi. 14. Erat eis aqua quasi murus à dextera eorū & leua; per aquam autem in scriptura tribulatio intelligitur: Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Psal. 68. Aquæ multæ nō poterunt extinguere charitatem. Cant. 8. hoc est tribulationes. Et et quia diabolus per horū patientiā flagellatur. Sap. 12. Cum nobis disciplinā das, inimicos nostros multipliciter flagellas. Itē erudiunt. Iere. 6. Per omne flagellū erudieris Ierusalem. Isa. 28. Sola vexatio tantummodo intellectu dabit auditui. Accelerant ad patriā. Psal. 115. Multiplicatę sunt infirmitates eorū, postea accelerauerunt. A pœna liberant Greg. Sancti pœnam præsentem lucrū putant, quia per hanc æternam euadere non ignorant. Cor dilatant Psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Amorem Dei ostendunt Apocal. 3. Ego quos amo, arguo & castigo.

Tractatus Vigefimusfecundus  
VERSUS OCTAVVS.

*Erravi sicut ovis quæ perijt: quære seruum  
tuum Domine, quia mandata tua non  
sum oblitus.*

**R**ECTÈ fini huius Psalmi congruit perso-  
na hæc vltima recognoscens, quid ex  
proprijs viribus habeat, quid ex gra-  
tia præueniente, quantum quæ sibi &  
gratia subsequens, & assiduū Dei præ-  
sidium necessarium sit. Quoniam par fuit, vt pro-  
pheta in calce tam altæ, tamquæ subtilis contempla-  
tionis ad seipsum rediret, imbecillitatemquæ suam  
fateretur ac recognosceret, ne magnitudo revela-  
tionum extolleret eum, vt sic possimus illi adapta-  
re illud Eccles. 7. Melior est finis orationis quam  
principium. Nam sicut rethores in fine efficaciori-  
bus vtuntur rationibus, sic fideles in fine operis  
exardescunt. Quare Leuit. 3. cauda animalis præ-  
cipiebatur offerri in odorem suauissimum Domi-  
no, & sacerdotalis vestis in simbria cultior, ac pul-  
chrior erat.

*Eccles. 7.*

*Simile.*

*Leuit. 3.*

*Exo. 28.*

*Prov. 24.*

Sed notandum plerosque intelligere hoc car-  
men de errore à lege Dei per peccatum, quod ta-  
men non videtur ita proposito conuenire, cū Pro-  
pheta in hoc Psalmo toties gloriatur de seruata le-  
ge, nec conuenit cum eo quod subiungit; Quia  
mandata tua non sum oblitus. Sed tamen cum le-  
pries in die cadat iustus, quia tamen confectum re-  
surgit, & ad obseruantiam mandatorum iterum  
se accingit, rectè id poterit dicere iustus, saltim, vt  
moraliter erudiat nos neminem à Deo errantē re-  
uerti posse ad eum, nisi Deo ipsum requirente. Nā  
quia adhuc dicere potest, quære seruum tuū, non-  
dum

In Psal. B. Immaculati. 472

dum mandatorum Dei planè oblitus est, à quibus  
aberrasse se cognoscit. Quare hic loquitur de casu  
electorum, qui oues dicuntur, & sicut oues aber-  
rant ab ouili: nam reprobi ferarum more taliter  
à domo fugiunt, vt nequaquam redeant, imo &  
contra reuocantes seruiunt. Si leo à domo tua fu-  
git, reuocare nequibis, quoniam contra te conuer-  
tetur, & te dirumpet; at vero ouis si aberrauerit &  
quæseris eam, non contranitetur, sed se tolli pa-  
tietur, imò & ligari, atque baculo feriri, & ad cau-  
las reportari. Electus ergo errat vt ouis, vt patuit in  
Diuo Petro, qui ad primum aspectum pastoris re-  
uersus est; Respexit Dominus Petrum ait Luc. 22. *Luc. 22.*  
& fleuit amarè; at vero Iudas tanquam leo ab ouili  
fugatus est, nec redijt, imò nec bona magistri ver-  
ba eum ab incepto scelere reuocare potuerunt; ille  
veluti columba ad arcam reuersus est, iste ceu cor-  
uus egrediebatur & non reuertebatur. De his, n. *Gen. 8.*  
dicitur Psal. 77. Spiritus vadens & non rediens. Pri-  
mum electi ouibus cōparantur à Christo Mat. 24. *Mat. 24*  
Ponet oues ad dexteram, & Ioan. 10. Oues meæ vo-  
cem meam audiunt. Ouis quippe inter cetera ani-  
malia vtilissima est: sine alijs vitam possumus tran-  
sfigere, sine oue minimè; hæc enim & sua carne nos  
pascit, & suo vellere vestit, atque corio suo nos cal-  
ciat; sic iustus nudum vestit, famelicum pascit, &  
nudos operit pedes. *Iob 31.* Si despexi prætereuntē,  
eo quod non haberet vestimentum, & absq; indu-  
mento pauperem: si non benedixerunt mihi late-  
ra eius, & de vellere ouium mearum calefactus  
est. & alibi; Si comedi buccellam meam solus, &  
non gustauit alienus ex ea. Et ca. 29. Oculus fui ce-  
-*Iob 29.*  
to, pes claudo. Sine elephante & equo vinere possu-  
mus, non tamen sine oue: absque Alexandro, Cæ-  
sare, Pompeio vita transigi potest, nec tamen sine  
iustis qui eam conseruant; propter iustos quippe  
viii-

vitimus, atque eorum gratia mundus adhuc durat, quoad usque numerus electorum compleatur, hoc enim consummato, & mundus accipiet consummationē. Mansuetissimū etiam inter omnia, animal est ouis, hoc electorū omnium insigne maximum est, mansuetudo scilicet, in qua mansuetissimi illius agni, qui coram tondente se obmutuit, se filios esse ostendunt. E contra reprobi crudelissimi sunt, Prou. 12. Viscera impiorum crudelia, Aegyptij, hoc est mundani abominant oues, & tamen filij Israel pastores ouium erant, quoniam mali odio prosequantur mansuetudinem, cum ipsi ad vindictam procliuēs sint, electi verò hanc in seipsis virtutem enutriunt. Esau qui typum gessit reprobū, pilosus, hispidus, agrestis, ac inurbanus erat, venationibus gaudens; Iacob qui electos designabat, è cōtra placidus, quietus, lenis, mansuetus, domi obsequens, parentibus manens. Vnde id docemur in Euangelio à Christo Domino dicēte; Discite à me quia mitis sum. & Psal. 24. Diriget mansuetos in salutē, docebit mites vias suas. Quare David orans vt Messias sibi promissi adimpleretur verbū, id pro se ante Deū afferebat, dicens; Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. rex erat & tamē de mansuetudine gloriabatur. Et Moyses quem Deus innumerabili populo suo praefecit, māsuētissimus erat super omnes homines, qui erant in terra. & Isa. Emitte agnum Domine dominationem terrae; hoc est, illum qui terrae dominari debet, mansuetudinem agni prae se debet ferre. Interrogatus quidam quid nam rex faceret, ne satellitibus qui corpus suum seruarent indigeret, respondit, si sic imperet subditis, veluti pater imperat filijs; insinuans amore, ac beneuolentia sectius sustineri subditos, quam metu. Idem Cicero. 2. de Officijs his verbis docet. Malus est custos diurnitatis me

us contraque beneuolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem; nec vero vlla vis imperij tanta est, quae premente metu possit esse diuturna: hac ergo ratione electi oues dicuntur. Haec si aliquādo à bono aberrerent, more ouium id faciunt; ouis quippè si à caulis deuiauerit, clamat, balitibus queritur, vt per vocem querulam à longe cognoscatur à pastore; sic iusti peccata gemunt, querulas voces emittunt, veniā ac misericordiā poscunt. Sicut ouis errauerat David, qui post lapsum dicebat; Tibi soli peccauit, & malum corā te feci, miserere mei Deus &c. In libro de naturis rerū scribitur, quod est quaedam auis, quae dicitur auis paradisi, quod nomē ex eius pulchritudine ortum habet, speciosissima quippè auis est, cuius penne omnem ferē colorem exprimunt, vox ita dulcis ac pia, vt deuotionem atque alacritatem sit potens in homine excitare; haec si deprehenditur ac illaqueatur, irremediabiliter gemit ac queritur, nec plangere desinit, donec sit red dita libertati. Anima Christiana, haec auis est, quae paradisi incola debet esse, à cæloque originem trahit, pulcherrima per gratiā donaque superna, quae omnium creaturarū pulchritudinem viuidumque colorem longissimè superant; in qua Dei imago impressa relucet, cōcinnaeque voces, habitibus studiosis imbuta, Dei auribus placidas emittit. Hęc si in laqueo peccatorum capiatur clamet, plangat, & ululatus emittat, ploret, nec taceat pupilla oculi sui; donec à laqueis diaboli liberetur; Sic planxit David, Petrus, Magdalena, Latio, Chananza, donec in pace remitterentur à Christo, cur non eiulabit? cur non planget? cur à lachrymis temperabit, cum Deum omnium rerum patrem offensum habeat, infestumque se illi cognoscat? Harpia auis est, quae faciem hominis imitatur, quia crudelis, ac ferox, vt aliquando instigante

*Psal. 50.*

*Simile.*

*Simile.*



fame hominem occidat, ac deuoret; tamen cum ad fontem vt bibat pergat, suamq; ibi effigiem inuenerit, cum perspicit se similem sibi interemisse, tanto dolore concutitur, vt multotiens mori con-tingat; quid faciet homo rationis cōpos, conside-rans se in Deū cuius imaginem gerit crudelem, ac impium extitisse? cur non singulis aerem qua-riet, lacrimis irrigabit terram? flagellis carnem suam scindet ac vsque ad mortem non quiescet? Deplorat et ac gemit electus, qm̄. velut ouis errauit: imo & horrore nimio concutitur, cum mente voluit penas, quas ob peccatum incurrit. Horren- dum quippe est ait Paul. Hebr. 10. incidere in ma- nus Dei viuentis. & Greg. 9. Moral. ait; Horrenda modo sit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia mors semper viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit; mors perimit & non extinguit; dolor cruciat, sed pauorē non fugit: flamma comburit, sed tenebras non excutit. Haftenus Greg. Hic enim timor licet sit seruilis, & initialis, tamē ab eo gignitur timor filialis, sicut cæra præcedit sigillū, & seta introducitur filum, vt docet August. Cui et timor mortis adiun- gitur, quo electi et concussi ab errore reducuntur. Nā hac ratione docet Greg. 12. Mor. Deū ordinat se ne nobis dies mortis innotesceret, vt dū semper ignoratur, semper proximus esse credatur, & ideo semper parati inueniamur. Nam penitentia post mortem impossibilis est; definit enim tunc homo esse viator: penitentia autē prope mortem valde dif- ficilis est; nam dolor corporis, qui tunc fortissime premit, totas occupat vires mentis, & cum homo vnicum habeat cor, non habet tunc locum pro culpa dolendi, nec tūc intelligere poterit an amo- re, vel timore ductus doleat. Vnde August. in quo- dam sermone, quem refert Gratianus de Penit. di- stinct.

Hebr. 10  
Gregor.

Gregor.

August.  
Gratia-  
nus.

distinct. 7. Iam nullus (ait) quem morbus urget & pe- na terret, ad veram vix venit satisfactionē, maximē cum filij quos illicite dilexerit sint præsentēs, vxor, mundus ad se vocent, multos solet. serotina peni- tentia decipere. Haftenus August. Præcipue cum tunc ad temporalia hæredes anhælent, nec vllus de salute eius animę curēt, cliēruli, vxor, & qui eū diligunt, ab eo timorem mortis excludant, nec cre- dentes illum mori, nec volentes vt ei innotescat, ne tali horrore peius habeat: imo & id suadet, me- dicis, vt verbis suis languorē alleuiēt, ab eoq; pro- cul mortis suspicionem detereant, atque ita miser absq; penitentia decedit, inciditq; in manus Dei viuentis, sicut Eccle. 2. dicitur; Si penitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in ma- nus hominum. Electi ergo, vt oves errant, qui ta- libus adiuti meditationibus gemunt ac suspiria emittunt, quæ audiens verus pastor eas ad ouile re- uocat: at reprobi & si aliquando per veram peni- tentiam ad Deum reuertantur, tamen non multū temporis in ea durant, & tandem finaliter nec cla- mant, nec reducuntur; aliquando enim pudor re- uelandi alteri se da facinora, quæ commiserunt, eos à confessione deterret, & hic est primus armi- ger, quem diabolus contra eos mittit ne conuer- tantur. Vnde quidam sanctus vidit diabolum inter penitentes incedere, erubescētiāq; illis ingere- re ne confiterentur; quem cum sanctus interro- garet, quid in illo loco sibi negotij esset? respōdit, se restituere velle illis quod abstulit; quem iridens vir Dei ait ad eum; Tu ne vnquam penitentia ductus optus iustitiæ fecisti aliquando? quid nam reddis quod abstuleris? respondit diabolus; Ve- recundiam eis restituo ne confiteantur, quam eis abstuli cum ad peccatum inducerem. Lupus quidem ouem per guttur iugulat ac strangulat, & simile.

Eccle. 2.

Simile.

vulpis gallinam, ne voces emittant & defendantur: sic diabolus peccatorum guttur pudore stringit, ne voces confessionis emittant & liberentur.

*August.* Vnde Aug. super Psal. Homo (ait) quid times confiteri? erubescis peccata tua? peccator sum, sicut & tu, homo sum, humanum à me nihil alienum puto, confiteri homo homini, homo peccator homini peccatori. Elige quod vis, si confessus lateas, non confessus damnaberis; ad hoc Deus exigit confessionem, ut liberet humilem, ad hoc damnat non confitentem, ut puniatur superbum. Hæc Augustinus. Nam ideo dicitur. Iaco. 5. Confitemini alteri

*Iaco. 5.* rrum peccata vestra, ac si diceret. (A otro tu, a otro hombre, y peccador como tu.) Alium equitè, vel militem aduersus tales emittit diabolus, ut impediat confessionem, nempe torporem, ut procrastinando confessionem, eam timendo contemnat; eras, vel in Quadragesima, vel in alio Iubilæo, & sic nunquam fit. Atq; cum iam his ternis superiorum se cognoscit diabolus, iam extitit tyrannidem super eum exercet, minimisque rebus eos deterret à bono. D. Ambrosius in Exam. de opere sexti diei ait, quod elephas tam robustum, tantæque fortitudinis animal est, ut turrim armatis hominibus plenam sustinere possit super se; tantæque audaciæ, ut nec tormenta bellica nec militum testudinem paveat, at mirabiliter timeret murem, taliterque ab eo deterretur, ut horrendos barritus emittens procul fugiat, sic reprobi fortissimi, ac robustissimi ad lucrum, ad bellum, ad mundi opera, maria transfretantes, nimios ac penè intollerabiles labores sustinentes; at ad minimum opus pœnitentiæ faciendum horrent, tremunt, pauent, nec vilo modo agredi audent. De quibus Psalmo 13. Illic trepidauerunt, ubi non erat timor. Hi etiam sunt vestri Pharaonis Magi, qui in tercio signo defecerunt,

*Ambros.*  
*Elephas.*  
*Simile.*

*Psal. 13.*  
*Exod. 8.*

nec potuerunt educere ciniphes, sanguinem, ranasque fecerant, at in re minima defecerunt, nec ciniphes facere potuerunt; sic isti qui magna agrediuntur, in minimo opere deficientes sunt; cū tamen Lucæ 3. Dominus dixerit; Facite fructus dignos pœnitentiæ. ut Magdalena fecit. De qua

*Lucæ 3.*  
*Gregor.*

Diuus Gregor. Homil. 33. ait, Quot habuit in se Maria oblectamenta, tot de se inuenit holocausta: conuertit ad numerum virtutum, numerum criminum, ut totum seruiret Deo in pœnitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Vincentius speculator scribit esse in mari maximum piscem, qui centipes dicitur à multitudine pedum. Iste piscis cum piscatoris hamum suis visceribus iam inhæsisse sentit, quadam naturali industria viscera cum hamo enomit atque iterum reassumit viscera, atque hoc modo mortem imminuentem euadit. Hamus diaboli peccatum est, intra delectationem inuolutum, sicut hamus esca inuolutus latet, quo hamo cum in peccato con-

*Vincen-*  
*tius.*  
*Prou. 9.*

sentit capitur homo. Prouerbiorum 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo. Hamus iste viscera torquet, quando peccatum conscientiam mordet; ergo hamum cum visceribus, id est, peccatum cum circumstantijs per confessionem euome coram Deo, secundum illud Psal. 61. Effundite coram illo corda vestra, ut postea ipsum cor per pœnitentiam ablutum ac renouatum resumamus, & sic præsens mortis periculum effugiamus, pristinamque recuperemus sanitatem. Nam ut dicitur Roman. 10. Ore confessio fit ad salutem. & 2. Corin. Quæ secundum Deum instituta est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Ecce ergo discrimen inter electos ac reprobos: illi sicut oves errant ac balantes & fientes se

*Psal. 61.*  
*Rom. 10.*  
*2. Cor. 7.*

produnt, & ſic inueniuntur à paſtore: at reprobi obtumeſcunt ac tacent, nec ad cauſas finaliter reducuntur. Clamet ergo ſelectus ac dicat; Erraui ſicut ouis, quæ perit: quare ſeruum tuum Domine. Quis enim peccatorem errantem reuocare poterit niſi tu qui paſtor eius es? quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu, qui ſolus es? quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? ego Deus qui deleo iniquitates veſtras, ſolus ille peccata dimittere poteſt, contra quem commiſſa ſunt, ſed peccator contra Deum peccat, quippe qui legem eius tranſgreditur, ac præuacatur. Vnde Dauid Pſal. 50. Tibi ſoli peccaui, dicebat ad Deum: & tamen Vriam interfecebat, uxorem quæ eius ſedauerat, & tamen peccatum in ſolum Deum fecerat, qui talia facinora per legem ſuam verauerat; ſolus ergo Deus peccata dimittit contra quem ſunt, vel ille qui ab eo accepit poteſtatem, quales ſunt Eccleſiæ miniſtri, habentes curam animarum ac iuriſdictionem ſuper peccatores, qui vice ſummi ſacerdotis Chriſti funguntur, ac in nomine, ac virtute eius abſoluunt peccantes. Solus ergo Deus peccatores iuſtificat, ſecundum illud. Iob 40. Si habes brachium ſicut Deus, & ſimili voce tonas, circunda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſus induere veſtibus. Per brachium poteſtas ſignificatur, quæ in ſolo Deo eſt ad iuſtificandas animas: & ſimili voce tonas? Hoc eſt ſi tali præualent virtute verba tua; nã Deus ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa. Circunda tibi decorem, hoc eſt, pulchritudinem ac nitorem gratiæ, quem perdidisti, circunda tibi ſi potes, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus. Hoc eſt, à peccato reſurgere, in quo miſerabiliter iacueras, & ſpecioſus induere veſtibus; nimirum reſſume ſi potes ſolam primam habitusque virtutum, quibus

per peccatum exutus ac ſpoliatus fueras; Hoc ſi Deus es, poteſtatem que eius ac virtutem vocis eius habueris, facere poteris; alioquin minimè id tibi poſſibile erit, cum ſolius Dei potentia hoc opus ſit. Quia ergo errauerat homo per peccatum, à veritate que deſciuerat, opus fuit vt ab ipſo Deo quereretur; nec enim ipſe homo ſe poterat in integrum reſtituere, nec ad locum in quo conditus fuerat remeare; ideo quippe dicitur erraſſe ſicut ouis que periit, quoniam ouis perdita per ſe non poteſt ad cauſas reuerti, niſi à paſtore requiratur, ſic nec homo poſt peccatum ad charitatem Eccleſiæ redire poterit, niſi à vero paſtore Chriſto reuocetur. Vnde Pſal. 77. dicitur; Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in reſtamẽto eius (ecce error) Ipſe autem eſt miſericors, & propitiuſ fiet peccatis eorum, & abundauit, vt auerteret iram ſuam: recordatus eſt, quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens. Ecce requiſitio paſtoris. Perdita ouis lupis & vris ac leonibus patet: ſic peccator dæmonibus, Pſal. 43. Dediſti nos tanquam oues eſcarum. & Pſal. 77. Poſuerunt morticina ſeruatorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Errabunda ouis, nec vi nec fuga à lupo ſe eripere valet; ſic nec homo peccator diabolum effugere poteſt ſine Deo. Pſal. Perijt fuga à me, & non eſt qui requirit animam meam. Amos. 2. Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & tenens arcum non ſtabit, & velox pedibus non ſaluabitur; & aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam, quibus omniſibus impotentia peccatoris exprimitur ad euitanda pericula peccatorum per ſe. Requirit ergo tu æterne paſtor errantem ouem; Ideo Chriſtus Dominus pellibus Eſau indutus eſt, atque baculum

Iob 14.  
Matth. 9.  
Iſai. 43

Pſal. 50.

Iob 40.

Luca 15.

Pſal. 77.

Pſal. 43.

Pſal. 77.

Pſ. 141.

Amos 2.

Figura

Gen. 27.

*Rom. 8.* Crucis tulit, & in fimilitudinem carnis peccati ap-  
*Ioan. 10.* paruit, vt faluum faceret quod perierat, & diceret; Ego fum pafior bonus. Hanc enim affumpfi fimilitudinem, hoc mihi officium elegi, vt errantes oues ad magalia reducerem. Vnde Paul. 1. Tim. 1. Fidelis fermo, & omnia acceptione dignus, quoniam venit Iefus peccatores faluos facere, quorū primus ego fum. Hæc ftemma tua bone Iefu, hæc circunfcriptio quā prætefers, rubeo ac sanguineo colore defcripta, atq; characteres, funt vulnera tua, papyrus mundiffima earo tua, pænæ clauis, tabula fuper quā fcribitur crux, vt fiducta hæc concepta, atq; timore fublato poft te currat peccatores, dica tq; Lucas Euāgelifta tuus; Erant appropinquantes ad Iefum Publicani & peccatores, quo au-  
*Luc. 15.* fu? qua fiducia? qua id facitis facultate? quū venit Iefus peccatores faluos facere, quorū primus ego fum dicit quilibet peccator; murmurēt licet Phariſæi, crudeles vocesq; aduerfus Chriſtū ac difcipulos fuos exaltent, Murmur excitatum eſt aduerfus Moylem in populo illo pp vxorē eius Aethiopiſſam, hoc eſt quia duxerat nigrā ex Aethiopia vxorem, eamq; ue in delitijs habebat. Sic iſti Chriſtum Dominum detrectant, eo qđ peccatorum maculis tetros (de quibus Ierem. Thren. 4. dixerat; Denigrata eſt fuper carbones ignis facies eorum) fecū iungit, & ad ſe trahit, atque manducat & bibit cū illis. Id q̄ue idem eſt, ac fi contra ſolem irafcaris, quod per rimulas teſti ac parietem, & feneftra, in triclinium tuum ingrediatur, atq; luce ſua perfundat. Hęc. n. natura eius eſt, lucere, ſubtileq; ac tenues radios ſuos vbicunq;ue locū inuenerit immittere: fic in Chriſtum, qui Sol iuſtitia: eſt, & lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, murmurabant Phariſæi dicentes;  
*Luc. 15* Quare cum Publicanis & peccatoribus māducat

ma-

magiſter veſter? quia viſitat peccatores, quereris? medicus eſt, viſitare debet infirmos, nunquid male de medico loqueris, quia domos infirmorum intrat? ego peccator fum atque eger, fateor, agnoſco Phariſæe cæce, dimitte medicū, vt ad me ingrediatur, medicamina adhibeat, ſecet, vrāt, amarē poter, tu ſi ſanus tibi videris, propelle à te, mihi de ſine illū qui infirmus agnoſcor. Quare Dominus cap. illo. 15. Lucæ tribus fimilitudinibus eorum malitiam cōfundit, oſtendēs, hoc eſſe Dei propriū munus peccatores quærere atque faluare. Nam ſi ſociatur eis; vt ſaluet, ſanet, ad melioremq; frugē cōuertat, facit. Prima parabola eſt illa de pafiore, qui centum oues habebat, & aberrauit à caulis vna, relictisq;ue non aginta nouem in deſerto, per ſaxa per valles perq;ue faſtigioſa loca, ſibilis ac vocibus eam queſiuit ac inuenit, inuentā ſuper humeros poſuit, atq; ad caulas reduxit geſtiens ac exultans, perq;ue magalia pergens omnes vicinos paſtores inuitauit ad gaudiū, dicens; Congratulamini mihi, quia inueni ouem q̄ perdideram. Secunda fimilitudo eſt de muliere, quæ habens decem dracmas, atque vna deperditā, lucerna accenſa, euerrit domum donec inueniat, & poſtquā inuenit, vicinas congregat, vt choros du cant, ac congaudeant ſecum, quia inuenit drachmam quā perdiderat. Tertia parabola eſt de filio illo prodigo, qui totam conſumpſerat ſubſtantiam, atque ad patrem reuerſus, cum amore ac honore ſuſceptus eſt, chorūq;ue adduxit ac ſymphoniam, & occidit illi vitulum ſaginatū. In quibus tres peccatorū claſſes deſignari intelligas: in prima ſunt illi qui ex paſſione aliqua aut occaſione repente oblata peccato conſentiunt, & hi per ouem ſignificantur que debile animal eſt; ſic iſti ex fragilitate nature peccant, quale fuit peccatum Dauid cum

Simile.

Ber.

2.Re.18 Bersabæ; & ideo modo dicit se errasse sicut ovis qui  
 perierat; In secunda classe illi ponuntur, qui igna-  
 tia ac negligentia sua Deum amittunt, spiritua-  
 liumq; gratiarum iacturam faciunt, quibus magna  
 diligentia opus est, vt amissa restaurent; & hi ad-  
 umbrantur in muliere illa, quæ fœcordia sua per-  
 diderat drachinam. At terrij ordinis illi erunt, qui  
 ex certa malitia, atq; cõsilio à Deo recedunt, patrem  
 namq; hæreditatẽ in peccatis perduunt, sicut filius  
 ille consulto & ex certa malitia paternã substantiã  
 petijt, atq; in rægionem longinquã luxuriose con-  
 sumpsit, quibus magna patris offensi misericordiã  
 opus est. At primus solet esse casus iustorum, de quo  
 Rom. 5. in præfenti carmine loquimur, licet et de toto ge-  
 nere humano intelligi poterit, qui in primo parẽ-  
 re errauit; nam omnes in Adam peccauerunt. Et  
 Psal. 57. Errauerunt ab utero, atq; propter nos ho-  
 mines & propter nostram salutẽ, filius Dei descen-  
 dit de cælo pellibus carnis nostræ indutus, relictis  
 Angelis, quia ipsi non indigebant hac cura; sicuti  
 Simile. cū ægrotat feruus illi gallinam paras, cū filio non  
 nisi grossiores tribuas cibos, qm̄ filius sanctus ac ro-  
 bustus est, nec illis eget quibus feruus, qui debilis  
 Hebr. 2. ac infirmus extat. Vnde Pau. Hebr. 2. Nusquã an-  
 gelos apprehedit, sed semen Abrahæ apprehendit.  
 Hanc ouẽ sibilis prædicationis per vicos Galilee,  
 per montes, per tribulos, per spinas, per clauos, tri-  
 bus requisitit annis, & tandem inuenit in cruce,  
 nec inuentam percussit baculo, sed super humeros  
 suos eam posuit, cum crucem super humeros por-  
 tauit, atq; eos reclinauit ad illam, secundum illud  
 Isa. 53. Isa. 53. Oēs nos quasi oves errauimus, vni quisq;  
 in viam suã declinauit, & posuit super eum iniqui-  
 tates omnium nostrum; vt sic iam non solum lu-  
 pum non timeat, verum in humeris Dei subleuata  
 irrideat ac sibilet: antea lupum auribus tenebat  
 (Veya

(Veya las orejas al lobo) nunc ipsum lupum deter-  
 ret ac fugat. Vnde Iob. Pone me iuxta te, & cuius-  
 Iob 17. uis manus pugnet contra me.ã nunc video quod  
 David Psal. 36. dixerat: Vidi impium superexalta-  
 tum & eleuatum super Cedros Libani, cum super  
 P. sal. 36. humeros Dei illi equitatem videam. Sub pedibus  
 tuis, ò bone Iesu deberet esse peccator, vt tu calca-  
 res ac opprimeres eum, cum tibi pater promiserit  
 P. 109. inimicos tuos sub pedibus tuis daturum. Cur ergo  
 inuerso ordine super humeros tuos peccator eue-  
 ctus est? Audite, nunquam ne legistis in poetarum  
 fabulis, quod gigantes illi ab iniurio deturbare Iouem  
 à cælo satagebant montes superponẽdo mon-  
 tibus, & tamẽ radijs igneis eos profligauit Iupiter,  
 & vnum ex illis qui Athlas dicebatur in penitentiã  
 criminis imposuit, vt cælum super humeros suos su-  
 stineret? Sic homo sub cuius pedibus omnia subdi-  
 derat Deus, superbia elatus voluit esse sicut Deus;  
 ac ideo in penã criminis ordinẽ inuertit Deus; ac  
 I. Reg. 2. fecit, vt mundus qui antea sub pedibus eius erat,  
 iam sit super humeros ac caput eius, posuit super  
 eos orbem: tot curæ, strepitus, miseræ distẽdunt ac  
 diuerxat miseros mortales, vt orbẽ videatur quisq;  
 super se ferre. Christus Dñs venit in mundum repa-  
 rare damna per peccatum cõtracta, & ideo pecca-  
 torum curas super se sustulit, illisq; supposuit hu-  
 meros, cū peccata nostra super se tulit, crucemq;  
 ac pœnas superposuit sibi, vt se oneraret peccato-  
 resq; subleuaret & clamaret, dicens: Venite ad me  
 Mat. 11. omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã  
 vos; ego portabo iniquitates ac peccata vëstra, ad  
 vbera portabimini & super gētua blandietur voi-  
 bis. Isa. 66. Vt eiusdem vaticinium adimpleatur,  
 I. sa. 66. quo dixerat cap. 40. Sicut pastor gregem suum pa-  
 scet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu  
 suo leuabit, fœtas ipse portabit: hoc est dicere,  
 om-

*Mat. 27*  
*Iſa. 63.*

omniū super ſe curas ſuſtulit, puſilli & magni, viro-  
rum & mulierum, qm̄ puſillum & magnum ipſe  
fecit, & equalis eſt illi cura de omnibus. Cumq; ad  
caulas reduxiſſet ouem, magalium paſtores ad gau-  
dium vocat dicens, Congregatulamini mihi, &c.  
ſolus quaſiuit oues, ſolus portauit crucem: nam  
Simon Cyrineus coactus adiuuauit eum: ſolus tor-  
cular calcauit, nec de gentibus erat vir ſecum, &  
tamen ad gaudiū omnes inuitat. Hæc (ò viri Chri-  
ſtiani) ſummi Dei bonitas, ac conditio eſt, vt ſibi  
labores, nobis autem bona eligat; Veluti Samſon,  
*Iudic. 14*  
*Figura.* qui ſolus luſtrauit cum leone ac interfecit, at fauū  
mellis parentibus, & alijs guſtandū dedit. Sic Chri-  
ſtus Dominus ſolus cum morte pugnauit, dulciſſi-  
mos autem fructus, qui ex ea conſequuti ſunt, no-  
bis etiam impartiri dignatus eſt. Pronior eſt enim  
ſemper ad miſerendum. Dionyſius ad Demophilū  
*Dionyſ.* ſcribit, q̄ erat quidam diſcipulus Diui Pauli nomi-  
ne Carpus, qui Cretæ eum hoſpicio receperat, hic  
tanta ſanctitate pollebat, vt nunquam ſacra face-  
ret, quin p̄zius aliquam reuelationē acciperet: hic  
quendam peccatorem ad Deum conuertit, quē al-  
ter auertit poſtea à via bona, tantaq; ira aduerſus  
ambos accenſus eſt, vt quodidē deprecaretur Deū,  
vt eos perderet atq; damnaret, cū que hac bili ſuc-  
cenſus quadam nocte cubitum iret, atque media  
noctē ad dicendas matutinas ſurgeret, vt in more  
habebat, atque turbatus præ ira abſque attentio-  
ne recitaret, Deum deprecans, vt ſubita raperen-  
tur morte atque in tartaro detruderentur homi-  
nes illi, ſubito vidit cælos apertos, ſummaq; luce  
circumfulſam terram atque aerem, atque Dominū  
Ieſum Chriſtum in throno ſedentē angelicis ſpiri-  
tibus conſtiparum, cum que oculos inclinaret ſub-  
ter, os infernorū apertum vidit, & ſumma profun-  
ditate hiatum parentem, ad cuius os duos illos vi-

ros

ros intuitus eſt ſummo timore correptos, quos ſer-  
pentes cingebant ac nitebantur illos in abyſſum  
illam iactare, alios etiā homines vidit, qui eos im-  
pellebant in foueam, quod ſummo gaudio intue-  
batur Carpus, imò & ipſe laborabat manibus ſuis  
eos etiam in barathrum præcipitare, in tantumq;  
animū ad hoc impulerat, vt oblitus claritatis quā  
viderat, oculos ad eam nec conuerteret; at cum ſe-  
mel eleuaret oculos, vidit Dñm Ieſum, compaſſio-  
ne motum erga illos, atque à throno deſcendere,  
vt illos à tanto periculo eriperet, adiuuantibusq;  
angelis ille ſuis manibus ab inferni faucibus libe-  
rauit eos, conuerſusq; ad Carpum, qui adhuc ex-  
tentam manum aduerſum illos viros habebat di-  
xit illi, me percutite Carpe, me propelle, in me irafce-  
re, paratus ſum iterū hæc præferre, ſi ad ſalutē ho-  
minum neceſſariū ſit, & hoc mihi gaudiū erit dū-  
modo perire homines nō patiar. Vide quæ pietatis  
*Luca 2.* erga nos viſcera pandat, erat vita noſtra inferno  
appropinquans, atq; demones in eum nos pro-  
pellere laborabāt, & tunc aperti, atq; dirupti ſunt  
cæli, & deſcendit filius Dei, & fecit potentiam in  
brachio ſuo extento ad ſaluandum nos, ſe que per-  
cui atque occidi paſſus eſt, vt hominē perditum  
recuperaret ad gloriā. Hæc Diuus Dionyſius ſcri-  
bit Demophilo, qui in ſacerdotem quendam pec-  
catorem, qui ab eo pœnitentiam poſcebat, pilum  
iactauerat. Dicat ergo ſumma cum fiducia iuſtus  
poſt caſum ſuum: Erraui Domine ſicut ouis quæ  
periit, quære ſeruum tuum, quia mandata tua nō  
ſum oblitus. Non enim ex toto perit, qui ſuum  
agnofcit errorem: quære ergo ſeruum tuum, quia  
mandata tua non ſum oblitus, vbi Ambr. ait; Veni  
*Ambroſ.* Domine Ieſu, quære ſeruum tuum, quære laſſam  
ouem tuam; veni paſtor, quære ſicut ouem Ioseph.  
Erraui ouis tua dū tu moraris in montibus, dimi-

ta

te nonaginta nouem oues tuas, & veni vnā ouē  
 quætere quæ errauit. Veni sine canibus, veni sine  
 malis operarijs, veni sine mercenario, qui per  
 diuam introire non nouit, veni sine adiutore, sine  
 nuntio, iam dudum te expecto venturum: Scio, n.  
 te venturum, quia mandata tua non sum oblitus;  
 veni non cum virga, sed cum charitate spiritusq;  
 mansuetudine, noli dubitare relinquere in monti-  
 bus. constitutas lupi rapaces incurfare nō possunt.  
 In paradiso semel nocuit serpens, amisi ibi eſeam  
 postquam Adam inde depulſus est, illic iam nocere  
 non poterit; ad me veni quem luporum grauis  
 impugnat incurſus, ad me veni quem eiectum de  
 paradiso serpentis diu vlcis venena perrentant,  
 qui errauit è gregibus tuis illis superioribus, nam  
 & me ibidem collocaueras, sed ab ouilibus tuis  
 lupus nocturnus me auertit, quære me quia te requi-  
 ro, suscipe me, porta me, potes inuenire quem tu  
 requiris, dignare suscipere quē inuenieris, impone-  
 re humeris quem susceperis, non est pium onus  
 fastidio tibi, non tibi oneri est vectura iustitiæ. Ve-  
 ni ergo Domine, quia & si errauit, mandata tua nō  
 sum oblitus, spem medicinæ reſeruo; veni Domi-  
 ne, quia erraticam solus es reuocare qui possis, &  
 quos reliqueris non iustificabis, & ipsi enim pecca-  
 toris reditu congratulabuntur: veni vt facias salu-  
 tem in terris, in cælo gaudium; veni ergo, & quære  
 ouem tuam, iam non per seruos, non per mer-  
 cenarios, sed per te ipsum. Suscipe in carne quæ  
 in Adam lapsa est, suscipe non ex Sara, sed ex Ma-  
 ria, vt incorrupta sit mater & virgo, porta me in  
 cruce, quæ errantibus salutaris est, in qua sola est  
 requies fatigatis, in qua sola viuunt quicūque mo-  
 riuñt; errauit sicut ouis quæ perierat, require seruum  
 tuum, Domine. ¶ Et ego id etiam in calce operis  
 dicere

dicere possum, potui enim in dictis errasse, tamen  
 vt ouis non vt lupus, è ignorantia aut inaduer-  
 tentia, quæ homini contingere solent, non consul-  
 ro aut ex certa malitia, quoniam Dei misericordia  
 ouis sum in Ecclesiæ ouili, sub eius orthodoxa fide  
 viuens, quapropter omnia sanctissimæ eius corre-  
 ctioni submitto, lectoremq; obsecro, vt inscitæ  
 meæ parcat, boniq; consular hunc laborem me in  
 Sacro sanctæ matris Ecclesiæ obsequium inſum-  
 pſiſſe, vt & minutum vnū cum vidua illa Euan-  
 gelij in eius thesauros offeram, alij lucidiora, maio-  
 ra, pretiosioraq; dona offerre possunt, ego ex pau-  
 pertate mea ingenijque paruitate, quæ potui ob-  
 tuli Christianis Christianus, religiosus religiosus,  
 obsequi atque seruire cupiens: eo pectore quo of-  
 fero suscipiatur. Spero enim me fidei corde Dei  
 misericordia has lucrabrationulas dictasse, atque  
 cum in cultum Christi me dicatum fatear, omnia  
 in ipsius gloriam vt cedant exopto. Nec enim me  
 ipsum in hoc opusculo prædicare studeo, sed Chri-  
 stum Dominum, ac redemptorem meum Iesum,  
 atque, vt verbis Diui Hieronymi extremā addam  
 lineam huic operi, errabundam me ouem fateor,  
 reportari pastoris humeris deprecor, vt nunc an-  
 gelis de mea inuentione gaudia tribuantur. Domi-  
 nus autem non est missus, nisi ad oues quæ perie-  
 runt domus Israel, quem supplices deprecamur, vt  
 iudiciorum eius factores, mandatorum custodes,  
 testimoniorumq; scrutatores effici, reperta per-  
 dita oue industria benigni pastoris, restituta Ecce-  
 listico ouili, sacris eius humeris reportata, Sancto-  
 rum angelorum mereamur consortijs gloriari, ip-  
 si gloria cum æterno Patre & Spiritu sancto in cun-  
 cta sæcula sæculorum. Amen.

F I N I S.

